37-6

82.

LIBRARY
OF THE
Theological Seminary,
PRINCETON, N. J.
Case, SCC Division
Shelf, 7421 Section
Book, No.

יהוה מנת־חלקי׃

HENR. BENED. STARKI.

ביאורי המקלא

SIVE

NOTAE SELECTAE

CRITICAE. PHILOLOGICAE. EXEGETICAE.

IN

LOCA DVBIA AC DIFFICILIORA

PENTATEVCHI. IOSVAE. IVDICVM. SAMVELIS. REGVM. CHRONICORVM. ESRAE. ET NEHEMIAE.

EX CONSILIO FONTIVM INPRIMIS INTERPVNCTIONIS AVTHENTICAE.



LIPSIAE.

SVMTIBVS IOANNIS FRIDERICI BRAVNII

A. O. R. MDCCXIV.

1. Cor. XIV, 5.

Θέλω πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. μείζων γὰρ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ.

הקדמה

Vas dudum publice promisi Notas selectas in V. T. *earum primam demum partem* in libros legales et historicos *oculis tuis, aequis, vt spero, et beneuolis, LECTOR HONORANDE, sisto. Haut facile in iis occurret locus dubius et grauis, quem curis non subiecerim meis. Bibenti autem mihi pluresiam annos largiter, quae Dei gratia est, de limpidissimis Israëlis fontibus, aliosque eorum participes vt reddam manibus pedibusque obnixe operam danti, inuisendi pariter fuere varii versionum riuuli, videndumque,*

vbi pure, vbi impure nunc magis, nunc minus, fluant? vbi quid ſaporis diuini, quidue humani ſecum ferant? ac per quae deuia et tortuoſa ſaepe decurrant? Nec vnquam prius conquieſcit animus, quam vel leuiſſimus ſit ſublatus ſcrupulus, quamque clara ac certa mens Scripturae eluceſcat. Senſus *itaque* literalis *vnicus, et a Spiritu S. vnice intentus, eſt, quem in his* Notis *pro menſura donorum Dei cum maxime intendo, inquiro, rimor, ſcrutor, quique* eſt mea prora puppisque. *Aberrationes etiam diuerſarum interpretationum commonſtro, earumque fontes perſpicue & modeſte adaperio, neque minus ipſius Megalandri noſtri Lutheri poſt alios cordatiores interpretes. Quod inſtitutum tantum abeſt, vt ipſimet B. viro, ſi reuiuiſceret, diſpliceret, aut ſuis in eccleſiam puriorem euangelicam meritis immortalibus aduerſum putaret, ut potius alios, qui prope religioni*

du-

ducunt, quippiam in eius versione emenda-re, itaque fere illam, ceu Pontificii suam Vulgatam, habent authenticam, grauiter reprehensurus esset, suopte quoque exemplo, dum plurima maiori subinde cognitionis diuinae luce collustratus in ea mutauit et correxit, plura etiam adhuc in melius mutasset et elimasset, si longiori vitae aura ei frui licuisset. Et quare benignissimum Numen illustrius sacratioris philologiae lumen nostris temporibus accendit? num in gratiam tantum illius peritorum? annon etiam rudium? vt nec illi pro sensu diuiniore mere humanum, pro ipsa veritate errorem, pro luce tenebras amplexentur. Intentionem igitur Dei tam gratiosam non implere, et diuitias mediorum hermeneuticorum non melius in commune bonum impendere, non leue socordiae et ἀχαριστίας crimen est, quod Deus aliquando requiret. At non mirum est, imperitum vulgus in compluribus locis ἀγνω-

γνῶναι, *quum et multi Theologi ac paſtores eccleſiae, qui melius noſſe et poterant et debebant*, quoniam labia ſacerdotis cuſtodire debent ſcientiam (*veram intelligentiam verbi diuini*) & legem (*genuinum legis ſenſum*) requirere debent (*homines*) ex ore eius, *Mal. II, 7. ea careant. Quodſi iam quis vi moniti huius* ex ore eorum requirere vult *dicti alicuius praeſertim obſcurioris veram mentem, bone Deus! quam turpiter ſe dant tum* pro concione, *coram facie ipſius SS. Trinitatis et Sanctorum Angelorum, vbi ſaepe Spiritui S. affingunt ſenſus, qui ipſi nunquam in mentem venere, idque ob* πρῶτον ψεῦδος *aut malae verſionis, aut* πατροπαραδότου *ſententiae, abſque vlteriori* ἐρευνᾶν, *vt ſi extra omnem dubitationis aleam poſiti eſſent; tum* in allegationibus dictorum, *quae non probant, quod probare debent, conſultis fontibus. Nonne prius de ſenſu proprio et* ὡσπεφορημένῳ *Spiritus S. conueniendum fuiſſet, quam* theſis dogma-

dogmatica *vel* moralis *exinde deduceretur, aut contra aduersarios* disputaretur? *tum* in conuersatione ciuili, *etiam hodiernis emunctae naris politicis, qui vel tentandi saepius gratia dubium Biblicum mouere amant, vbi translationem vernaculam protinus interpretari aggrediuntur, ingenio et lingua valentiores. Quando vero obiicitur, eiusmodi sensum, licet in se non incommodum, haut conuenire cum textu sacro originario, isque fortius vrgetur, ibi redacti in angustias proruunt anxii ad vnum alterumue melioris notae commentarium; cuius vero expositio itidem insufficientiae vel inconuenientiae si arguitur certis argumentis; tum omni asylo auctoritatis humanae snbmoto, mire se torquentes, summa imis miscentes videres, vel tandem,* si non datur vltra, *cum pudore sui fatentes, se non esse exegetas,* exegetam non fieri, sed nasci. *En quam bellum defectus exegeseos emplastrum! quod tamen non malae eorum causae, nec morsui conscientiae medebitur. Quomodo sic* custodient *et* requirent, *quod non habent? O miscllos illos Doctores Scripturae, germanicae quidem latinaeque, at non ebraicae, graecaeque! O egregios* legatos Dei, *qui originale legationis suae instrumentum non curatius penitiusue callent! Est itaque quod cum Ecclesiaste c. VIII,* 1. *iuste exclamemus :* מי כהחכם ומי יודע פשר דבר quotusquisque

que' eſt vere ſapiens? et quotusquisque nouit interpretationem verbi, *rerumque diuinarum? i.e. quam pauci ſunt illius verae ſapientiae interpretatiuae ſectatores et conſultores? optime interpretante B. D. Varenio* ad h. l. p. 72. *Nec placet iſtud commentandi genus, quod ingentem farraginem diſcrepantium ſententiarum conſtipare ſatagit, absque vlla vel ſaltem perrara ἐπικρίσει. Quod ſane non eſt tam eruditionis, quam multae ſcriptionis, neque multae vtilitatis. Lectorem namque non erudit atque informat, ſed magis dubium et ſuſpenſum tenet, ſuccinentem iſtud Terentii:* Feciſtis probe; incertior ſum multo, quam dudum. *Quapropter cum delectu adduco explicationes, quae probae, probantur, aut amplius illuſtrantur et confirmantur, quae ſecus, improbantur. Cum primis ſpecioſae, quae facile lectori abblandiri et impouere poſſunt, probe examinantur, dimiſſis plerumque iis omnibus, aut leuiter tactis, quarum falſitatem quiuis vel obeſae naris animaduertere valet. Vbi vero nulla ſatisfecit, vel ex toto vel ex parte, aliam adornaui, rationibusque ſuis communiui. Atque hac ipſa methodo* in reliquis duabus partibus *cum Deo et die procedam,* indicem *deinde generalem dictorum extra ſuam ſedem explicatorum ſubnexurus. Vale. Scribeb. Lipſiae ad d. XXVII. Sept. MDCCXIII.*

Pag. 8. lin. 26. leg. opus. P. 54. l. 27. leg. Schmidii. Reliqua leuiora B. L. facile animaduertet.

בהנוא

בראשית GENESIS.

CAP. I,20.

TRibus hic saltem verbis noto vsum hermeneuticum accentuationis, controuersiam istam; *an aues ex aqua creatae sint?* per *athnachum* tanquam τὸ μεσότοιχον τῦ φράγμα dirimentis, h.m. *abunde producant* (ad lit. *reptificent*. Germani Latinis ἐμφατικωτέρως es vvimmele) *aquae reptile animae viuentis: & volatile volitet* (quod verbum Vulgato oscitanti auolauit) *super terram, versus superficiem expansi* (coll. Psal. CIV, 2. etsi voce στερέωμα *firmamenti* emphasis ebraeae non adeo exprimatur, coelum tamen non male describitur, si ea intelligatur non ratione *materiae durae* vel *firmae*, sed ratione *formae & finis*, vt ob perfectionem, distinctionem & firmitatem siue perpetuitatem ita coelum dicatur cum B. Calouio *Bibl. illustr. ad h.l. p.* 225. *b.* adeoque praeter fas Sixt. Amama aliique Lutheri versionem exagitent.) *coeli.* confirmante v. 22. vbi רבה *multiplicatio super terram*, & inprimis c. II, 19. vbi αὐτολεξεὶ יצירה *formatio e terra.* Iuxta istam sententiam reiiciendus fuisset *Athnach* ad vocem המים, cum hac accentuum serie: ישרצו המים שרץ נפש חיה ועוף יעופף
על־הארץ על־פני רקיע השמים: sic distingueretur *productio*, & duplex *productum* ex eadem materia. Quod igitur Moses euidenter separauit, nos non coniungamus, nec praeter necessitatem *ellipsin relatiui* fingamus. Ansam autem ad istam sententiam praebuere LXX, Chaldaeus Pseudo-Ionathan, ipseque Onkelos (quanquam rectius hic in *Venetis* exprimat literam ebraicam יפרח

testi-

CAP. I. teſtibus Sixt. Amama *Antibarb. Bibl. p.* 188. & Carolo Schaaf *in Selectis Targumin*, qui etiam eam lectionem retinuit, & B.D.Pfeiffero *in Dub. Vex. loc. 3. p.* 12. cui probabile eſt, literalem paraphraſten futurum futuro expreſſiſſe.) Vulg. B. Lutherus, Munſt. & Junius. Vulgatum quidem ac Lutherum propugnat Calouius *h. l.* & nouiſſime Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. c. I. p.* 101 *ſeq.* ſed infelicibus auibus. Poſterior quidem vi diſtinctiuae *Athnachi*, ſententiae iſti obſtare viſi, ſatisfacere conatus eſt hoc pacto: *Producant aquae reptile, animam viuentem: volatile* (quoque producant, quod) *volitet in terra.* Aſt illam repetitionem verbi oratoriam non ſubinnuit ſimplex Moſis ſtilus & interpunctio.

v. 26. נַעֲשֶׂה אָדָם

Quaeritur: *Rectiusne* reddatur recitatiue FACIEMUS, an vero deliberatiue FACIAMUS?

Reſp. cum B. Varenio *h. l.* et Hottingero *Hiſt. Creat. p.* 244. primum, idque α) pro ſimplici ac propriiſſima Futuri ſignificatione. β) Succeſſiuae creationis ratione. Poſtquam enim perſonae deitatis creauerant, quae creare decreuerant, *tandem etiam decreuerunt, faciemus hominem.* γ) Verbi & complementi mutua ſequela ac nexu, videlicet *Et dixit Elohim* (Pater, Filius & Spiritus S. ſiue Pater per Filium in Spiritu S.) *faciemus hominem in imagine noſtra &c. Et creauit Elohim* P. F. & Sp. S. *hominem in imagine ſua.* δ) Si illi Elohim αὐτοκρατορικῶς ſummoque conſenſu iam ſunt *dicentes* ſeu reapſe *decernentes* creationem hominis, quid opus compellatione vel conſultatione? ε) Non neceſſariam ἀνθρωποπάθειαν et hinc erroneos conceptus penes Iudaeos atque Socinianos ſic facilius euitando, licet alias conſultationem diuinam ſat pie & θεοπρεπῶς orthodoxi Theologi explicent.

v. 31. יוֹם הַשִּׁשִּׁי

Dies ille Sextus, eben derſelbe ſechſte (und alſo der letzte Schoepffungs-) Tag.

Q. *Cur ſolus dies creationis ſextus ſignatus fuerit* ה *demonſtratiuo?* Si quid praeter acquieſcentiam in libertate Spiritus S. coniecturare velimus, id forte factum, quod in nobiliſſima omnium creatura nempe homine, propter quem omnia hactenus facta, opus creationis hoc ipſo die perfectum fuerit. Quo etiam abire video R. Sal. b. Melech. *M. J. ad h. l.* Minus autem probabilis eſt ratio Raſchii *h. l.* myſtica, ſcil. *indicari obligationem Iſraelis ad quinque libros Legis.* (ה enim *quinque* notat.) Aliam ſententiam eamque geminam affert R. Bechai *fol. 9. col. 4. quia hoc die iudicatus ſit homo primus; futurusque idem dies iudicii omnibus generationibus eius poſt ipſum.* Verum prima eſt adhuc dubia & incerta, licet

cet sit communior, quod np. idem ille dies qui fuerit protoplastis natalis, fuerit etiam propter lapsum emortualis. Enimuero qui expendit actuum illorum capp. 2. & 3. recensitorum multitudinem, haut difficulter iudicabit, omnes illos & singulos intra vnius diei angustias non posse concludi, sicut aeque iudicant Gatakerus *Aduers. Misc. l. 2. c. 2. Opp. Crit p.* 225, *med.* Varenius *ad Gen.* III, 24. *p.* 391. Cl. Willemerus *in Dissert. de tunica Ad. pell. p.* 11. & B. Hosmannus *in Not. super Lightfooti Obseruat. in Gen. p.* 68. *&* 116. *seq. Aliquot etiam dies* in statu integritatis Protoplastos perseuerasse existimat Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. c. 4. p.* 248. *& Oecon. Iud. Diu. P. I. p.* 69. Quin Varenius *l. c.* probari satis posse confidit, primum Sabbathicum fuisse et hominis integri et paradisi. Vespera autem (forsan argumento phraseos לרוח היום, qua de vero vid. *Ebraism. nostr. Etymol. p.* 2.) secundi Sabbathi eiectos paradiso parentes esse probabile. Sed certum lapsus diem definire velle incertum existimem. Certius interim nihil, quam perbreuem eheu! fuisse paradisiacam beatitatem. Quod ad alteram Rabbini opinionem attinet, nititur ea peruulgata inter Ebraeos, nec paucis inter Christianos abblandiente hypothesi, quod *mundus sex millenarios duraturus sit*, ex hoc quidem fundamento, quod sex fuerint dies creationis, & seruitutis, sed septimo Sabbathum. Neque id sine nulla probabilitatis specie, maiori vtique, quam lusus ille cabbalisticus apud *Baal Hatturim ad v. 1. c. 1.* in sex elementis א tam hic uersu primo occurrentibus, quam Jes. XLI, 4. in membro vlt. Silluki. כנגד ששת אלפים שנה שהעולם הוה *respectu sex millenariorum, quibus mundus existet.* Porro *v. 2. duo* א *indicare, bis mille annis* תהו *inanitatem*, hoc est, mundum absque lege scripta; *duo itidem Aleph Prou.* VIII, 22. *bis mille annis fore* תורה *legem* (quam ibidem inepte per aeternam sapientiam intelligunt) In v. autem 3. *nostri cap.* 1. *occurrentia quatuor Aleph designare, quater mille annis* fore ימי תורה וימי המשיח שהם ימי אורך: *dies legis & dies Messiae, vtpote dies lucis.* Assumimus vtilissime hanc cabbalam contra vosmetipsos Iudaeos. Si enim sex millenarios tantum perstiturus est mundus, & duo vltimi futuri sunt dies Messiae & lucis, sequitur iam pridem eos fuisse, etiamnum esse, & ad finem properare. Quare ergo tam frustra adhuc exspectatis Messiam o stolida et cœca pectora? et non potius exultabundi eum agnouistis vel hodienum agnoscitis? vt ab eius luce illuminemini, ad eam ambuletis, atque ad aeternam lucem perueniatis.

CAP. I.

CAP. II.

CAP. II, 2.

וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה

HEic particula ב in ביום negotium facesſiuit aliquot interpretibus, dum ſeruata illius ſignificatione communiori magisque propria *in*, ſimplicique hac verſione: *& perfecit Deus in die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat*, iudicarunt, contrariari eam non ſolum membro ſubſequenti alteri: *& quieuit Deus* השביעי ביום *in die ſeptimo ab omni opere ſuo*; ſed etiam Exod. XX, 11. vbi Moſes diſerte dicit, *Deum* SEX DIEBVS *perfeciſſe coelum & terram & mare, & omnia quae in eis ſunt*; *& quieuiſſe* DIE SEPTIMO. "Completio enim operis eſt opus, ſi compleuit die ſeptimo, igitur opus fecit, nec plane requieuit illo die„ recte arguit Ioh. Druſius *lib.* IV. *Praeterit. p.* 123. LXX. ſenes hinc ſe expedire neſcientes, ſeptimum diem mutarunt in ſextum: καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ. quos ſecuti ſunt *Syrus* & *Samaritanus*, neque minus Nortonus Knatchbull, qui *in animaduerſ. ad Act.* VII, 4. haut veretur in ebraeo agnoſcere ſphalma, legique debere השׁשׁי ביום, praeeunte Lud. Capello, contra quem vid. Buxtorf. *Anticrit. p.* 339. Sed abſit talis temerarius auſus a diuiniore hoc libro, ad qualem vel in profano tergiuerſamur. Alii huic dubiolo expeditiori via occurſuri praepoſitionem ב interpretati ſunt per *ante*, quemadmodum cum Aben-Eſra Noldius *in Concord. Partic. Ebr. Ch. p.* 144. *coll. annotat.* 1007. *p.* 940. Danzius *in interpr. p.* 341. *fin.* Sleuogtius *Diſpp. Philol.* XV. *qu.* 1. §. 6. & 8. Car. Schaaf *Select. Targum. p.* 10. adducto in ſpeciem loco Exod. XII, 15. *Septem dies comedetote panes azymos*, אַךְ בַּיּוֹם הָרִאשׁוֹן תַּשְׁבִּיתוּ שְׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם *veruntamen* ANTE *diem primum ceſſare facietis fermentum e domibus veſtris*, ex coll. Ex. XXIII, 18. XXXIV, 24. Verum quid opus nodum in ſcirpo quaerere? quid leuius? quidue notius in lingua ebraea, quam verbum praeteriti temporis vti h.l. ויכל verrere in plusquamperfecto? h. m. *Cumque perfeciſſet* (perfectum teneret) *Deus in die ſeptimo* & rel. quanquam aptius & clarius Germanorum *auf*, & Belgarum *h. l. op* vim praefixi ב hic exprimat, quam Latinorum IN. Vt adeo diei ſeptimi in κοσμοποιΐᾳ mentio fiat non *incluſiue*, ſed tantum *terminatiue*. Cum nempe illuceſceret dies ſeptimus, iam tum omne opus ſuum conſummauerat, quemadmodum optime ad *h. l.* R. Bechai *fol.* 10. *col.* 1. מיד שבא יום השביעי כבר כלה מלאכתו. Ita & in ſupra praetenſo loco Ex. τὸ ב tuetur ſuum ſignificatum IN prae inſolenti ANTE, dummodo futurum תשביתו recte reddatur, vti Iunius *amoueritis*. ad verb. *ceſſare feceritis*. Germ. *auf den erſten Tag ſolt ihr vveggeräumet haben*. Sic et B. Varenius. Nec aliter memoratus Bechai *l.c.* כשיגיע יום ראשון של פסח כבר יהיה החמץ מושבת מבתיכם: *vbi appetie-*

erit

erit dies primus Paſchatis, iam tum fermentum oportet eſſe ablatum e domibus CAP. II.
veſtris.

Verſ. 3.

כִּי בוֹ שָׁבַת מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר־בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת׃

Quae verba nonnulli ita conſtruunt, ac ſi לעשות dependeat non a verbo proximo ברא, ſed remotiori שבת, vti Iac. Altingius *Opp. tom.* V. *tr. de Sabb. lib.* 2. *p.* 22. *b.* Petr. Picherellus *Opuſc. Theol. p.* 285. & Ioach. Kühnius Philologus Argentoratenſis clariſſimus *Quaeſt. Philol. P.* I. *qu.* 1. qui quidem triumviri conſonant in conſtructione, ſed in conſtructionis partim *ſubiecto*, partim *fundamento* diſſonant. Quoad *ſubiectum* conueniunt primus & tertius, quod ſc. ſit אלהים *Deus*, alter arceſſit ſubiectum extrinſecum nempe אדם *homo*, iuxta cum gemina ellipſi & obiecti realis *eum*, & perſonalis *Deo*, itemque diuerſa a v. 2. & toto c. 1. ſuppoſitione verbi עשה pro *conſecrare*, h. ſ. *vt in eo quoque quieſcerent homines ab operibus ſuis, vt facerent* i.e. *conſecrarent eum Deo.* Verum quam coactus & diſſolutus ſit hic ſenſus, quis non videt? Sic enim intermedia verba plane forent ſuperflua, aut male cohaerentia, atque pro לעשות tum potius adhibitum fuiſſet לְקַדֵּשׁ quod praeceſſit, adhibitumque eſt in praecepto tertio decalogi Exod. XX, 8. לקדשו *Fundamentum* conſtructionis Dn. Kühnius audacter petit etiam ex interpunctione: *quoniam accentus diſtinctiuus Tiphcha non patiatur* ברא *coniungi cum* לעשות, *& Sakeph minor in* מלאכתו *indicet, poſt* אלהים *aliquid haberi, quod ad orationem complendam pertineat.* In quibus ſane ſuam in accentuum doctrina ἀμαθίαν aperte prodit, quippe quae craſſe contrariantur primis principiis, & genuinae eorundem naturae. Omnia enim quae poſt Sakeph katon ſequuntur, vt vnum orationis membrum indiuulſum cohaerere, ipſis tironibus notum. Pro argumento iſtius conſtructionis requireretur in מלאכתו *Tiphchae* ſubordinatus minor *Tbhir*, & in שבת eiusdem maior *Rbhia.* Qua ratione diſpoſitis verbis prodiret talis verſio: *Nam* | *in eo quieuit* || *ab omni opere ſuo* | *quod creauit Deus* ||| *faciendo*, vel *quoad facere* |||| legitimeque iſte praetenſus ſenſus, vt ſcil. a voce שבת *Rbhiata* vsque ad *Tiphchatam* אלהים proponeretur *materia a qua* quieuerit Deus, & in לעשות iam dependente a שבת *reſtrictio* quietis generalius ante conceptae. Iam vero talis accentuum facies non placuit ſcriptori ſacro, ſed potius ſuperius poſita, adeoque conſequenter nec talis conceptus mentis, potius vero hic, quo לעשות conſtruatur cum ברא, deſigneturque (α) *quies ab opere*, vsque ad *ſakephkaton* (β) *operis qualitas*, vsque ad *Silluc.* Qui ſenſus aeque eſt planus & plenus, ni planior pleniorque, qualem de ſuo praedicat vir doctus, ſimulque vidit, accentus parum conſtructioni ſuae patrocinari; nec loca p. 3. et 13. huc ἀπροσδιονύσως tracta eidem ſuo enturiari, cuiuis heic peritiori ad oculum patebit.

CAP. II. bit. Longe itaque rectius plerique membrum postremum vt arcte connexum reddunt: *quod creauerat Deus ad perficiendum*; supponentes receptissimam verborum ברא & עשה differentiam, qua illud *creare aliquid rude ex nihilo* tum negatiuo tum priuatiuo s. immediate & mediate; hoc *rude creatum elaborare, perpolire, perficere, & ad certum vsum praeparare* significet. Illud speciale, hoc generale, illud potentiam, hoc sapientiam Dei denotet. Enimuero hancce differentiam infirmo niti talo, nec esse perpetuam, indifferens & promiscuus passim eorum vius comprobat. conf. saltim Gen. I, 26, 27. coll. c. V, 1. VI, 7. Exod. XXXIV. 10. Ies. XLI, 20. XLV, 7. 13. in primis Gen. II, 4. vbi ἀναντῤῥήτως עשות idem significat quod ברא in geminatione sententiae, permutatis eleganter verbis, verborumque positu, ex more scripturae. Nam notio *elaborandi, exornandi, perficiendi* coelum & terram, plane hinc exulat, cum illa non facta sit ביום *in die*, sed potius בימים *in diebus* distinctis, adeoque illud ביום respicit diem primum creationis, cui competeret ex hypothesi το ברא. Consentit pariter Grotius *h.l.* quod saepe עשה pro ברא ponatur. Sic ὁ ποιήσας Act. IV. 24. Et differentiam inter ea non esse perpetuam, agnoscit Drusius *ad c.* I, 26. Atque in nostro, quem prae manibus habemus, loco συνενύμως coniunguntur, quorum tum alterum per elegantem ebraismum aduerbiascit, h.m. quod Deus affabre fecerat, *recht meisterlich gemachet hatte.* Sic et Bonfrerius *h.l. studiose & optime fecit.* Constructio huic παράλληλος occurrit Eccl. II, 11. שֶׁעָמַלְתִּי לַעֲשׂוֹת *quem* (laborem) *laboraui faciendo* i. e. *laboriose s. molestе feci.* Conferantur similes verborum coniunctiones emphaticae *in Luc. Ebr. p.* 306. adeoque eiusmodi non sunt simpliciter pleonasmi ad mentem Lud. de Dieu.

Vers. 7.

וַיִּיצֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם עָפָר מִן־הָאֲדָמָה

Et formauit (*finxit* instar figuli) *Iehoua Deus hominem, puluerem de terra.*

Vbi communiter in vocibus postremis עפר מן־האדמה *hypallagen* statuunt pro מעפר האדמה *ex puluere terrae*, coll. Dan. XII, 2. Sed cur ad eiusmodi insolentiorem figuram confugiemus? praesertim vbi non opus? cumque vtrobique sit alius vocum positus, ibi pariter coniunctio, hic distinctio; simplicique vocum syntaxi, quoad eius fieri potest, inhaerendum. Magis vtique emphaticum est, ceu iam recte annotauit P. Fagius *h. l. puluerem de terra*, quam de *puluere s. limo terrae*, cum fortius nos moueat ad considerandam miseriam nostram, fragilem, caducam ac perituram conditionem, cum meminerimus, nos nihil

hil nisi pulverem factos esse, iuxta illud, quod infra dicitur: *puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quam quoque emphasin in hoc verborum positu attendit Daniel Fesselius *Aduers. S. l.* 6. *c.* 3. *p.* 16. "Atque hoc עפר vt aeternum humi„litatis & primae originis materiale manet in corruptionis statu, vt in integrita„tis: & tamen in hoc ipso puluere excellentiam vide: tum quod Deum „habuerit formatorem singularem, tum quod animam acceperit coelestem, „& cum illa excellentiae ineffabilis imaginem„ sunt pulcra B. Varenii *h. l.* Deinde quaeritur hac occasione, quid iudicandum sit de discrimine isto nominum diuinorum יהוה et אלהים decantato adeo inter Ebraeos, applaudentibus tantum non omnibus Christianis, dum יהוה volunt esse *nomen gratiae*; אלהים *nomen iudicii?* & respondetur cum cl. Gussetio *Comment. L. Ep.* 45. *&* *p.* 206. a.c.fin. nullius esse momenti. Nam iudicium Sodomorum proponitur sub solo nomine יהוה Gen. XVIII, 17. 20. 33. & XIX, 24. 27. Vbi ne semel quidem adhibetur אלהים, nisi XIX, 29. cum se convertit Moses ad misericordiam Dei erga Abrahamum Lothumque notandam. Ios. XXIII, 15. יהוה solum nominatur in malo adducendo, sed אלהיכם additur in beneficio. Iudicat seueriſſime sub nomine יהוה 1. Sam. II, 10. 2. Chr. XII, 5. 6. XIX, 6. 7. XXVI, 20. Ps. IX, 8. 9. Ies. I. iudicia duriſſima pronunciat יהוה nonies dictus, אלהים nonnisi semel v. 10. etc. *Nomina* itaque *omnia Dei seſe indifferenter ad eius iudicium habent, & quanquam res proposita sit iudicium, & Deus iudicans, nomen tamen eum designare, non vt iudicat, sed vt Deum, vt tale ens.* Cui solidiori Gussetii iudicio subscribere etiam video celeb. Tubing. Philologum Matthaeum Hillerum *in Dissert. de Op. Sec. diei creat. p.* 12. *c. fin.* Interim κατ' ἄνθρωπον adoptamus illam Iudaeorum hypothesin, quod אלהים sit *nomen iudicii*, sicut & illud Gen. I, 26. נעשה אדם de בית הדין *domo iudicii* interpretantur. Domum autem iudicii nihil aliud ipsis esse, quam personarum in diuinis Trinitatem, cuius vmbra quaedam sit in iudicio vel consistorio trium, quot ad minimum personae requirantur ad terrestrem iudicii domum, ex R. Leui b. Gersom notauit B. D. Varenius *in* אזכרות *s. tract. de diu. nom.*

CAP. II.

Vers. 18.

אעשה־לו עזר כנגדו׃

DUbium heic creat particula כנגדו, quomodo vis eius & ἐνέργεια sit exprimenda? vt menti Spiritus S. ipsique rei sit prorsus conformis. B. Lutherus transtulit *die um ihn sey.* Sed primum neglectum est praefixum כ, & substitutum est relatiuum אשר; deinde נגדו non significat *circa, circum, iuxta, prope*, in quem sensum potius adhibitum fuisse: אליו, vel אצלו, vel עמו, itaque saltim designaretur

CAP. II. retur ministerum assiduum & fidele, quod quoque est famuli & famulae, idque iam inuoluitur in voce עזר *auxilii* s. *adiutorii*, adeoque plus & exceptitium quid hac voce dici autumo. Petrus Picherellus *Opusc. Philol. p. 279.* eam ita resoluit, quasi sit pro כְּמוֹהוּ נֶגְדּוֹ *sicut ille coram illo*, ita vt affixum ו ad vtramque vocem pertineat, & sensus liberaliter h. m. reddatur: *sibi simile, & sibi praesto.* Sed quam coacta sit haec resolutio, nemo non videt, nec cum ebraismo est conciliabilis. Alii, videntes כ *proportionis* ad praepositionem non aeque quadrare, rectius notionem *nominis* arripiunt, vertendo *secundum correspondentiam eius*, cum respectu ad identitatem naturae, quanquam et sic generalius. Acu rem tetigisse mihi sane videtur Lud. de Dieu, *ad h. l.* qui significantius reddit: SECUNDUM ANTERIORA EIVS, id est, quod anterioribus eius respondeat, vt vsus matrimonii respiciatur. Quem secutus est nuper Vir cl. Albertus Schultens *in Animaduers. Philol. & Crit. p. 1. seqq.* & vberius cum Dieuio non solum ex Chaldaica paraphrasi Ionathanis: *faciam ipsi vxorem* דתהי סמיך לקבליה *quae iungatur anterioribus* (i. e. σεμνῶς pudendis) *eius*, verum etiam ex Arabismo hunc significatum confirmauit. Atque huc vtique respexit Adamus, quando ita coram Deo culpam lapsus a se remotum iuit: mulier, *quam posuisti* (coll. c. I, 17. etc.) *mecum*, germanice: *die du mir beygeleget hast*, illa dedit mihi &c. Conf. pro ista anterioritatis acceptione cum praefixo ל, nam cum כ amplius non occurrit, 2. Reg. I, 13. Ios. V, 13. Gen. XXXIII, 12.

CAP. III, 6.

וַתִּתֵּן גַּם־לְאִישָׁהּ עִמָּהּ וַיֹּאכַל׃

PArticula עם *cum* heic ambiguitatis quid habet, num sit *concomitantiae*, & vertenda: *qui secum* vel *cum illa erat?* an vero *similitudinis?* quod rectius. vt versio simplex sit: et dedit etiam viro suo, aeque ac sibi, et comedit. nec sic pus aliqua ellipsi cum Vatablo & Picherello *vt secum comederet*, vel cum B. Varenio *id quod penes se erat* (de fructibus arboris vetitae.) Quo sensu usurpatur vocula עם in locis Deut. XVIII, 13. *Perfectus eris* עם AEQVEAC *Iehoua* Eccl. II, 16. *tuus.* coll. Matth. V, 48. Eccl. II, 16. *Nulla est memoria sapientis*, (ebr. erga, versus sapientem) עם AEQVEAC *stulti*, & *quomodo moritur sapiens?* עם AEQVEAC *stultus.* Psalm. CXX, 4. (lingua dolosa) Est sicut *sagittae fortis*; (coll. 1. Chr. XXV, 8. Ps. CXXVII, 4. Ier. L, 9.) עם SICVT *prunae iuniperorum.* 1. Chron. XXV, 8. *Et proiecerunt sortes custodiae, coniunctim* (לְעֻמַּת ad lit. ad coniunctionem כְּקָטֹן כַּגָּדוֹל *tam paruo quam magno* (coll. c. XXVI, 13, absque לעמת, et praefixo ל utrobique, ob venustam geminationem כ) *tam doctori* עם *quam discipulo.* Vbi duplex repetendum כ cum עם permutatur. Iob, IX, 26, *Transierunt*

CAP. III.

sierunt np. dies mei עם *cum nauibus desiderii* i. e. SICUT naues actuariæ, (*Jagd-oder Post-Schiffe*) quæ sunt pro desiderio iter facientium velociores. Eiusdem vsus cum עם est כ in Psalm. XXXVII, 20. (impii) *consumti sunt* כְּעָשָׁן *cum fumo* i. e. SICUT fumus, et in parallelo CXII, 4. vt adeo non sit necesse cum Capello & Piscatore in illo novam fingere lectionem כ pro ב, quamvis in hoc perpauci codd. np. Bomb. 4. & Hisp. כ legant. Similiter Graecorum σὺν adhibetur Gal. III, 9. ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. *Itaque fideles benedicuntur* ΑΕΩΥΕΑΣ *fidelis Abraham.*

Iob. IX, 26. *Ps. XXXVII, 20.*

Vers. 14.

In hoc versu poenam dictari a iustissimo iudice Deo non *serpenti naturali*, sed vni & soli ἐνεργεμένῳ, siue potius et conuenientius *personato et larvato*, id est, Diabolo & Satanae, (sicut 1. Sam. XXVIII. sub Samuelis larua latitabat,) vere *omni bestia agri callidiore*, adeoque non demum *vers. 15*, quippe cum illo per vnum אמר et copulam ו arcte connexo, omnino statuendum censeo, cum Witsio *Oecon. Foed. l. 4. c. 1. §. 3. p. 554.* Gussetio *in Controu. adu. Iud. Tern. p. 4. seqq.* et e nostris B. Seb. Schmidio *in Coll. Bibl. Pr. p. 149. 151. et Annot. ad h. l.* Dn. D. Maio *Dissert. Sacr. loc. 7. orac. 2. c. 1. p. 477. et Oecon. Temp. V. T. c. IV. p. 244. Iud. Diu. P. I. p. 47.* B. Io. Wincklero Seniore quondam Hamburgensi longe meritissimo, profunde, more suo, et pathetice *in Exord. Conc. sup. Tentatione Christi ex Matth. IV. contra D. Bekkerum anno 1694. habitae a p. 21. vsque ad 41.* Inprimis B. Sigism. Hosmanno, elegantis et solidae eruditionis Theologo antehac Cellensi, *in Notis german. ad Ligtfooti Obseruat. in Gen. a p. 92–114. quae Scriptis Iean d' Espagne adiunctae sunt.* Quos nouissime insecuti sunt Dn. M. Ortlobius noster *in Schediasm. de Serpente non punito cum Satana*, et accuratius adhuc Dn. M. Rus Adi. Ien. *in Exercitat. de Serpente, seductore non naturali, sed solo Diabolo, ad Gen. III, 1–15.* Vt ita iam haec sententia argumentis sat claris et solidis euicta, nihilque tam in thesi quam antithesi reliqui factum sit, ceu nemo cordatus diffitebitur, nisi qui luctdissimos veritatis Mosaicae radios prae nebulis praeiudiciorum clare cernere non sustinet. Vnde breuitatis studio L. B. eo remittimus: Heic saltem sensum maledicti specialis neruosa paraphrasi aperiemus. עַל־גְּחֹנְךָ תֵלֵךְ super depressum s. incuruatum tuum (vi radicis Chaldaicae גחן notantis *depressionem* et *incuruationem* siue capitis, siue pectoris siue ventris, coll. 1. Reg. XVIII, 42.) incedes: (Scilicet (α) *quoad statum*, dum e *principatu tuo, tuoque domicilio* Iud. v. 6. electus, eque communione Dei & sodalium beatissima, in depresso ac humillimo statu viuere cogeris. (β) *Quoad intelle-*

CAP. III. *ctum et voluntatem*, dum *in veritate*, adeoque et in vera sapientia, sanctitate, et gloria *non perstitisti*, Ioh. VIII, 44; sed demisisti te in *mendacium*, *tibi iam proprium*, Ioh. VIII, 42. itaque in omnium peccatorum ac errorum labyrinthum, a cognitione et fruitione summi boni in Deo, ab amore et desiderio eius, in odium perpetuamque inimicitiam, immo in summi mali abyssum aeternarumque tenebrarum tartarum detrusus es, coll. Apoc. XX, 3. 2. Petr. II, 4. Hinc vtique creatura quauis, etiam minima, deterior factus es, *maledictus prae omni bestia agri*; quoniam haec in concreata bonitate sua suo modo se oblectare potest: contra mendacium, error, fraus nihil sunt, nec exhilarare, satiare, tranquillare possunt mentem ac voluntatem spiritus, in altioribus se vt oblectaret, creati. Et licet etiam hominem fraude ac vafritie tua in peccati, et hinc omnium malorum societatem, abstraxeris, habet tamen ille Goelem suum, qui peccatorum miseriarumque mole *incuruatum* ac *depressum* erigit, atque asserit in omnem felicitatem & beatitudinem, a te nunquam sperandam. Haec *poena damni*, sequitur nunc in altero maledictionis membro *poena sensus*: וְעָפָר תֹּאכַל כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ: et puluerem comedes omnes dies vitae tuae. (Quae phrasis *puluerem edere*, nec non *puluerem lingere*, plus dicit, intensioremque afflictionum gradum importat, quam illae, *ponere os suum in puluere*, *inclinari ad puluerem*, *descendere in puluerem*, *iacere in puluere*; speciatim impiorum ecclesiae hostium totalem cladem, ruinam, extremamque ignominiam: itaque et ipsius Diaboli ad triumphatoris Christi pedes prostrati, Col. II, 15. poenam infernalem graphice depingit. *Puluis* namque abiectissima aeque ac molestissima res est, ita vt creatura rationalis eodem si vesceretur, nil nisi maximum exinde incommodum in ore, gutture, pectore, morbos, ipsamque tandem mortem habiturus esset. Deinde *puluis* hominis mortui est vltima vis τυραννικὴ peccati & mortis. Tamdiu enim arrodit corruptio in sepulcro, quod imago est inferni, cadauer humanum, donec in puluerem redigat. Ex quo colligimus, si adeo saeuit peccatum in hominis corpus, quod tamen non est πρῶτον δεκτικὸν peccati, sed anima, quanto magis in illam saeuiet, et misere lancinabit; cumque spiritus in puluerem redigi nequeat, vti corpus, eo penetrantius cruciabit, ac si annihilare eum vellet. Deus itaque spiritualem cruciatum Diaboli re sensibili expressurus eligebat *puluerem*, qui vim furiosam mortis et inferni sat clare praefigurat, in indicium, non respicere se ad serpentem naturalem, sed Diabolum, cuius cruciatus eo intensior et extensior est, quod fit omnibus diebus vitae suae. Iam vero immortalis est spiritus, ideoque *in aeternum edit hunc puluerem*, et *in aeternum* macerat eum tormentum inferni et mortis. Conf. B. Wincklerus *l. c. p.* 38. 40.

Vers.

Vers. 20. CAP. II.

וַיִּקְרָא הָאָדָם שֵׁם אִשְׁתּוֹ חַוָּה כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי׃

Et vocauit homo nomen vxoris suae Chavva: quia illa facta est mater omnis viuentis.

En! illustre heic fidei specimen ab Adamo! Detonuerat in eum iustitia Dei varias totius vitae aerumnas atque acerbitates, dolores, laborum sudores, terrae sterilitatem, quin ipsam corporis mortem. Quid ad haec Adamus? intrepidus et πληροφορηθεὶς his ad unum omnibus opponit multo dulciorem melioremque animae suae vitam, in vera VITA CHRISTO, benedicto illo mulieris semine. Cumque *ex abundantia cordis os loquitur*, perpetuum huius VITAE vt exstaret mnemosynon, *vxorem suam vocauit* (non *vocaverat* cum nomina imponeret animalibus c. II, 20. vt Io. Drusius h. l. et Seb. Schmidius existimant) חַוָּה (decurtate pro מְחַיָּה part. piel. adeoque non proprie VITAM, vt LXX. ζωὴν, sed) VIVIFICAM (conf. Gusset. *comm. L. E. in add. p. 923. b.* Hiller. *Onom. S. p.* 129. 407. et P. Fagius *h. l.* et Seb. Schmidii *dissert. de Fide Matris Euae in fasc. II. §. 1.*) VITAE organon, et per illam omnes filios mortis VIVIFICANTEM, sicut statim huius nominis clarum addit omen: *quia illa facta est* (verbo scil. evangelii) *mater omnis viuentis*, quae per lapsum mater mortalium facta fuerat. Ex ipsa igitur nominis חוה forma participiali iam per se claret, annexam eiusdem rationem non posse hunc in sensum immediatum capi, quod *mater facta sit* eius, qui est *omnis vita*, quae sit Christus; cum neque a simplici litera absque vrgente necessitate ad geminam ellipsin pronominis sit dilabendum: neque vox חי absoluta, nedum constructa cum כל abstracte *vitam*, sed concrete *viuens, viuus* significet, sicut mox v. 21. similique positu cum כל c. VI, 19. Et si istam suppositionem *vitae* intendisset Moses, potius dixisset חיים, ceu quater hoc ipso cap. quoniam autem hoc tam singulariter pro *vita* (vid. *Ebr. Etym. p.* 1.) quam pluraliter pro *viuentibus* vsurpatur, ideo ambiguitatem hanc vt declinaret Moses, et nequis notionem *vitae* arriperet, studio vocem חי posuisse mihi sane videtur. Deinde qui τὸ כל־חי de viuentibus naturaliter, non spiritualiter talibus acciperet, nae is praeclaram mentem & occasionem illius nomenclaturae minus recte expendisset, vnaque eius rationem frigidam redderet; cum propagatio vitae naturalis per se satis intelligeretur, nec hinc peculiari nomine nominari meruisset Eua *viuificans*, cuius respectu verius *mortificans*. Nec vllum mihi est dubium, quin Eua *mater omnium viuentium* dicatur eodem sensu, quo Abrahamus, cui hinc inde primum promissio de semine mulieris reiterata & confirmata est, *pater fidelium* Rom. IV, 11. Vis er-

CAP. III. go dignus esse filius piae matris Euae? vis partem habere in eius VITA CHRISTO? quam iugiter memoria tenuit Adamus, sis חי *viuens* necesse est. *Christus* enim *non est Christus mortuorum, sed viuentium.* Ceterum de *vita* heic *spirituali* bene etiam differuerunt passim Theologi, e nostris ipse pater Lutherus *comment. ad h. l.* cum eoque B. Calouius *B. l. h. l. et dissert. de Inimicit. int. serp. et mul. ad Gen. III,* 15. *p.* 9. 20. Brentius *h. l.* Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. c. 6. p.* 277. *et lud. Diu. P. I. p.* 97. ac nuperrime Dn. D. Gottfr. Olearius *in dissert. ad Matth. XXII,*31. *de Resurr. Chr. ex foed. cum PP. demonstr.* §. 7. e. Reformatis Broughtonus *in concentu Script. S. p.* 15. Lightfoot *obseruat. in Gen.* Cocceius et Pareus *h. l.* Altingius *tom. V. Opp. Tr. de Sabb. l. 3. c. 3. p. 43. a. et Hept. IV. disp. 4. §. 29. Hept. V. disp.* 1. §. 39. Witsius *Oeconom. foed. l.* 4. *c.* 1 §. 27. Braunius *comm. in Ep. ad Ebr. XII,* 4. *p.* 704. et contra Leydeck. probe asseruit Petr. Allinga *in face dissidii extincta c.* 72. *p.* 445.

Vers. 21.

וַיַּעַשׂ יְהוָה אֱלֹהִים לְאָדָם וּלְאִשְׁתּוֹ כָּתְנוֹת עוֹר וַיַּלְבִּשֵׁם׃

Et fecit Iehoua Deus Adamo & uxori eius unicas pellis, & vestiuit eos.

"Vbi pie de pellibus sacrificiorum a Deo institutorum cogitant. Deus „namque sine dubio, postquam promissionem de semine mulieris edidit, sta„tim typum sacrificiorum instituit, ad praefigurandam laesionem calcanei eius, „h. e. mortis eius„ annotat ad h. l. Seb. Schmidius. Qua ratione habemus elegantem nexum theologicum cum versu praecedente, ibi *vitam fidei,* s. *regenerationem,* heic *iustificationem.* Dum enim prius Adam et Eua sibi ipsis fecerant *subligacula consutis foliis ficulneis* i. e. variarum propriae sapientiae ac iustitiae laciniarum velamen, adeoque vix mediam turpis nuditatis suae partem *vestiuerant,* nunc Deus ipsis fide in promissum Messiam reconciliatus fecit vestes meliores exactioresque, videlicet ex victimae mactatae et immolatae pellibus haut dubie ouillis, iisque purpurei coloris (argumentis egregiis apud B. Vrsinum *Anal. S. vol. I. l.* 6. *p.* 333.) pulcre praefigurantibus, morte et *pretioso sanguine agni immaculati Christi* 1. Pet. I, 19. *tolli peccata mundi,* Ioh. I, 29. *mundari eos ab omni peccato,* 1. Ioh. I, 9. et acquiri *iustitiam* περισσεύσαν, immo *in eo fieri ipsam iustitiam coram Deo valentem,* 2. Cor. V, 11. Non solum autem fecit ac monstrauit eis Deus typicas illas μηλωτὰς, verum etiam sola virtute sua non humana *applicauit,* et totos *induit his vestibus salutis et tunica iustitiae,* Ies. LXI, 10. Discamus hinc, neminem fructum satisfactionis et meriti Iesu Christi consecuturum esse, nisi abnegata prius omni sua iustitia, illius vnicam

vnicam iuſtitiam eſuriat atque ſitiat, eaque ad nuditatis ſuae operimentum per CAP. III.
fidem ſe totum inuoluat.

Verſ. 22.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים הֵן הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ לָדַעַת
טוֹב וָרָע וְעַתָּה פֶּן־יִשְׁלַח יָדוֹ וְלָקַח גַּם מֵעֵץ הַחַיִּים
וְאָכַל וָחַי לְעֹלָם׃

Et dixit Iehoua Deus, ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis, ad ſciendum bonum et malum: Et nunc ne extendat manum ſuam, ac ſumat etiam de arbore vitae, et edat et viuus ſit in aeternum (emittamus eum ex horto.)

Adamo (muliere ſub capite comprehenſa) ita victimae caeſae pelle veſtito, ac typice circumferente mortem Chriſti in ſuo corpore et corde, ſimulque in ipſa eius morte omnem vitam, iuſtitiam et ſanctitatem, hinc Deus Pater ad reliquas Deitatis perſonas cum ſingulari quadam εὐδοκίᾳ dicebat: *ecce Adam factus ſicut VNVS ex Nobis*, ſicut Filius meus vnigenitus, Meſſias, Adamus ſecundus ut in plenitudine temporis moriturus, et vt princeps vitae triumphaturus, *ſciendo* (*ita vt ſciat*) *omnia, omne* conſilium Dei de ſua ſalute, vsque dum plena imaginis noſtrae in altera vita reſtauratione ad *cognitionem a facie ad faciem* euehatur. Hoc ſi explicemus modo 1) exſpirat omnis *ironia* et *ſarcaſmus*, vel συμπάθεια. Quanquam ſimplicius verbum הָיָה neutraliter per *fuit* reddi poſſe exiſtimat Seb. Schmidius tam *in Annot. ad h. l.* quam *Tr. de Imag. Dei p.* 123. approbante Dn. D. Fechtio *in Philocal. S. p.* 11. *f.* et cl. M. Rus *in diſſertat. ſupr. laud. p.* 69. Sed הָיָה prope hunc verſum adfuit paſſiue *facta eſt*; et hanc ſimplicitatem valde ſuſpectam reddit grandis haec ellipſis: *et tamen comedendo de arbore ſcientiae boni et mali lapſus eſt.* 2.) Non videtur veriſimile, Deum iam placatum Adamo denuo lapſum exprobraſſe, aut exprobrare voluiſſe. 3.) Quodſi Deus *diſtributiue*, et non *partitiue* loqui intendiſſet, omnino dixiſſet כְּאִישׁ מִמֶּנּוּ *ſicut quilibet ex nobis*, vel ſimpliciter כְּמוֹנוּ *ſicut nos.* 4.) Non intellexerunt interpretes ebraiſmum *ſcire bonum et malum*, quod idem eſt ac *ſcire omnia* in ſuo tamen genere. Qui ſenſus clarus et indubius eſt tum ex 2. Sam. XIV, 17. coll. cum v. 20. vbi *audire* BONUM ET MALUM exponitur per *ſcire* OMNE *quod in terra*, quantum ſcil. Regis eſt ſcire; tum ex phraſi oppoſita *negatiua*, et ſimili, ceu videre eſt *in Ebraiſm. Etymol. p.* 25. *ſeq.* Optime illius mentem intellexere primi parentes ipſeque נָחָשׁ *ſerpens* infernalis, quippe qui ex nomine arboris *ſcientiae* BONI ET MALI, i. e. OMNIS ſiue

CAP. III. OMNISCIENTIAE נָחַשׁ *augurabatur*, ex eius esu ipsis patere viam ad longe excellentiorem, quam qua beneficio imaginis diuinae gauderent, cognitionem, ad ipsam videlicet Deo conformem OMNISCIENTIAM. Quod sagax augurium Euae etiam plausibile apparebat, et colligebat, vtique eius arboris singularem denominationem aliquid in recessu habere, eamque fore להשכיל *ad intelligere faciendum.* Idiotismo igitur hoc recte perspecto non opus est disceptare, num arbor haec ita dicta sit a *scientia experimentali* respectu hominis per anticipationem, quod homo inde didicerit, vel sine ea, vt inde disceret, quantum sit bonum in concreata integritate persistere, et quantum sit malum ab ea deficere? an vero respectu Dei, qua ipse Deus voluerit experiri et probare hominum obedientiam, num in bono perseueraturi, num vero in malum sint prolapsuri? Quas rationes non ferire scopum etiam peruidit iudiciosus Schmidius, dum *in Annot. ad h. l.* hoc mouet dubium: "Si Deus in arbore probare "voluit obedientiam hominis, cur eam vocauit *arborem scientiae boni et mali*? "cur non potius arborem obedientiae? melius itaque dici, *Deum in hac arbo-* "*re monumentum constituisse* COGNITIONIS PERFECTISSIMAE *in futura aeter-* "*nitatis gloria, si legi homo satisfaceret; ideoque in cibum huius vitae non dedisse.* Praeclare sane pro tenore nostri ebraismi! Quare homo in hac arbore hoc monitum obseruare habuisset: *μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.* 5) *Partitiue* pariter accepit e Reformatis Iac. Altingius, instituta tamen alia comparatione, mihi non probata, inter *semen mulieris* Christum *primarium*, et Adamum *secundarium*, Insuperque *cognitionem boni et mali* de cognitione experimentali. Ceterum bene in rem quoque nostram obseruat, similitudinem fidelium cum vna ex personis SS. Trinitatis, Filio Dei Messia, etiam alibi indicari, videlicet Zach. XII. 8. *Illo die erit domus David sicut Elohim, sicut Angelus Iehouae coram ipsis.* Similitudinem tribui cum Elohim, sed quae restringatur ad Angelum Iehouae, qui Messias Exod. XXIII, 20. 21. Ies. LXIII, 9. adeoque ad *vnum ex nobis* in Dei sermone. *Tom. V. Opp. tr. de Sabb. lib. 3. c. 7. p. 47. seq.* 6) Illico a statu reparationis adhuc in paradiso edocemur, nos Christo patienti et morienti quodammodo conformari debere, si Christo glorioso conformari desideremus. Id ipsum bis confirmavit sapientissimus Regum Salomo: לִפְנֵי כָבוֹד עֲנָוָה *gloriam praecedit humilitas*, Prou. XV, 33. XVIII, 12. Ast propius et expressius Apostolus *εἰ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν. εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. Si vna* (cum Christo Iesu) *morimur, etiam vna viuemus. Si toleramus, etiam vna regnabimus*, 2. Tim. II, 11. 12. coll. Rom. VI, 5. VIII, 17. 2. Cor. IV, 10. Phil. III, 10. 11. 1. Petr IV, 13. Iam quomodo membrum secundum versus cohaereat dispiciendum, et *cur Deus ab arbore vitae Adamum, fidem in Messiam professum, arceat?* Id verbis perspicacioris heic et alibi

Altin-

Altingii *l. c.* lubet edisserere, nim. *gemina fieri de causa.* Vnam esse: *quod alias sine fidei, salute glorioſa excidiſſet. Arbor enim vitae perennem vitam largitura erat comedenti, ſed qualem habebat, mutationis nullius capacem. Atqui ſi peccator, vita Dei priuatus, inde quid guſtaſſet, quid aliud fuiſſet conſecutus, quam vt viuam mortem aeternam, citra vllam posſibilitatem reſtitutionis, adiiſſet? quae conſummatio miſeriae. Quomodo iam olim id agnouiſſe* Tertullianum *de Trinit. p. 597.* Quod, ne de ligno arboris vitae contingat, arcetur, non de inuidiae maligno liuore deſcendit, ſed ne viuens in aeternum, niſi peccata Chriſtus ante donaſſet, circumferret ſecum in poenam ſui ſemper immortale delictum. Et Hilarium *in Pſ.* LXVIII. Deus Adamum de paradiſo poſt culpam eiecit, ne lignum vitae attingens in aeternitate poenae maneret. *Sin credens id feciſſet, nunquam initia reparationis ſupergreſſus, neque ad coeleſtem gloriam euectus fuiſſet, ſed aeternam carnis et ſpiritus luctam, nec non inimicitiam cum ſerpente ac ſemine eius perennem, in terra perpeti debuiſſet.* Alterum esse: *quod iſtud factum* (contrectandae et delibandae arboris) *fidei Adami penitus eſſet diſſentaneum. Si enim Chauua eſt mater omnium viuentium, quia in ſemine eius, mortis triumphatore, omnis vita eſt repoſita, atque inde ad quos uis victuros dimanat; vtique alienum fuiſſet, imo nefanda apoſtaſia et abnegatio agniti Meſſiae, vitae perennitatem ab arbore vitae quaeſitum iri. Abſtinendum idcirco fuit ab huius arboris fructu, diſcendumque homini, poſtquam ſemel oculos animumque ad Meſſiam conuertiſſet, manuque fidei eum apprehendiſſet, non eſſe a gratia ad naturam deflectendum, aut gratiae ſubſidium a natura arceſſendum: ſed huius vitae initium Meſſiae acceptum ferret, eiusdem conſeruationem et conſummationem ab eodem ſolo deriuandam.* Quid, quaeſo, in tam prona et eleganti conſecutione rerum deſideres? quid homini lapſo ſalutarius? quid a Deo benignius? Eiectio itaque ex paradiſo non eſt tam poenae, quam gratiae, quam curae paternae, filiolo cultrum, quo laedi posſit, adimentis. Immo quid aliud iſta eiectio? quam in paradiſum coeleſtem ac perennantem receptio. Quid cuſtodia Angelica? quam a via periculoſa ad viam *arboris vitae* pro hoc ſtatu fructuoſioris, ſalubriorisque (coll. Apoc. XXII, 2.) propulſio. Quibus opportune ſubnecti meretur elegans meditatio Pauli Fagii de verbo גרש ad v. 24. Verbum גרש, inquit, Ebraeis proprie *repudiare* ſignificat. Pulcre ſibi Deus hominem aſſociauerat, quem tanquam ſponſam quoque variis et praeclariſſimis donis ornauerat: verum quia ille fidem non ſeruauit, diaboloque plus quam Deo credidit, dignus fuit, vt repudiaretur. Et certe poſtulabat facinus eius, vt ſeueriſſime cum eo Deus ageret, ſed miſericorditer cum eo egit. Commeruerat aeternam mortem; ipſe duntaxat eum eiecit ex paradiſo, in temporalem miſeriam & calamitatem ponens, qui nulla gratia, ſed aeterna poena

CAP. III.

dignus

CAP. IV. dignus erat: denique in mediis calamitatibus promittit ei liberatorem. Sic semper maior et amplior est מדת הרחמים quam מדת הדין i. e. *misericordia et gratia Dei, quam iudicium Dei,* vt recte dicunt ebraei, ipsumque colligunt ex verbis decalogi praecepti I.

CAP. IV, I.

קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה׃

Possideo virum, ipsum Iehouam.

QVum iam larga nostratium in h.l. exstet messis, mascule contra τοὺς ἐξ ἐναντίας defendentium, particulam את post verbum heic actiuum a nulla vrgente causa famosiori suo significatu vt *nota accusatiui* s. *obiecti* (vide sis *Luc. Ebr. p.* 278) depelli; ideo strictim saltem notamus, (α) eiusmodi positum particulae את in appositione esse emphaticum, magisque specificatiuum, cum alias simpliciter dictum fuisset קניתי את־איש יהוה Conf. pro illo loca parallela Ier. XVII, 13. Ezech. IV, 1. 1. Reg. XI, 14. et inpr. Gen. XXVI, 34. qui locus nostro est tam similis, quam ouum ouo. (β) Cordatiores quosdam e Reformatis את vt notam accusatiui h.l. agnoscere, ceu Pellicanus *ad h. l.* Constant. L' Empereur *ad Mos. Kimch.* ὁδοιπορ. *p.* 255. *seq.* adducto etiam *Breschit Rabba.* Heideggerus *in Corp. Doctr. tom.* I. *loc.* III. §. 24. *et loc.* XII, §. 15. Cocceius *in Lex. col.* 72. Sam. Leemannus Theol. Bernensis *in Dissertat. de Euang. Paradis. P.* II. *th.* 22. Cum primis Iac. Altingius *Tom.* V. *Opp. tr. de Sabb. l.* 3. *c.* 4. *p.* 43. 44. defendit appositionem *possedi virum, Dominum,* reiecta significatione τοῦ את vt synonyma τῷ עם *cum Domino,* vel per ellipsin praepositionis מ pro מאת *a Domino,* vt non nisi auxilium Domini designetur. Sic pariter accepisse Chaldaeum Ionathanem hac sua paraphrasi: *Possedi virum* ית מלאכא דיי *Angelum Domini,* et intelligere *ipsummet Messiam,* quem alibi *Angelum Domini,* in quo nomen Domini esset, Exod. XXIII, 20. 21. *Angelum faciei Domini.* Ies. LXIII, 9. itemque *Dominum* et *Angelum foederis* desideratissimum Mal. III, 1. appellatum meminisset, eiusque desiderio Euam quoque se maceravisse testatur hisce דהות חמירת למלאכא. Optime igitur Evam προευαγγέλιον intellexisse, & confessionem de futuro Messia edidisse praeclarissimam. Haut quaquam vero existimandum est, Euam quidem recte cognouisse naturam Messiae, vt verum hominem, verumque Deum, sed *errauisse in persona quoad applicationem,* quemadmodum cum multis quoque nostratium opinatur Altingius *Opp. tom.* II. *P.* I. *p.* 1. *b.* quo ipso contradicit verbis

suis

CAP. IV.

ſuis ſuperioribus. Si enim *confeſſionem hanc de futuro Meſſia edidit*, quomodo *praeſenti perſonae* Kaiino *applicare* potuit? vt opus habuerit, *errorem ſuum, cum filium ſecundum Hebel, vanitatem, vocauerit, confiteri*, vt addit *l. c.* Hinc non male cenſet Sixtinus Amama: *illud grauiſſimum eſſe incommodum, quo haec ſententia prematur, quod cognouerit Eua, ſemen illud fore ſemen mulieris, id quod diſerte ei erat reuelatum: ſi tam turpiter decepta fuit in indiuiduo, ignorans illud myſterium (ex muliere tantum eum naſciturum) annon facile erit, Ariano et Iudaeo dicere, eam quoque in eo fuiſſe deceptam, quod Meſſiam θεάνθρωπον fore crediderit &c.* in Antib. Bibl. p. 234. 235. Sane iniuria fit piiſſimae matri, cuius mens ex luce προτευαγγελίς ſatis erat colluſtrata. Si namque ex conceſſis agnouit Meſſiam vt אִישׁ *virum excellentem, et fortem* (vti ἐξοχικῶς ſumitur 1. Sam. XXVI, 15. Pſ. IV, 3. Ier. V, 1. Vnde Chaldaeus h. l. reddit גִּבָּרָא, et de Chriſto vſurpatur Ioſ. V, 13. Zach. VI, 11. item גֶּבֶר Ier. XXXI, 22. Zach. XIII, 7. et in N.T. ἀνὴρ Ioh. I, 30. Act. XVII, 31. 2. Cor. II, 2.) eundemque יְהוָה, omnino etiam agnouit eundem vt *Semen mulieris*, et non maris, adeoque קֹדֶשׁ קְדוֹשִׁים (Dan. IX, 24.) *omnium ſanctiſſimum*, κεχωρισμένον ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν *ſeparatum a peccatoribus*, Ebr. VII, 26. qui *conteriturus ſit caput ſerpentis*, vel, interprete Ioanne, *opera Diaboli et tenebrarum*, quae ſunt peccata, *deſtructurus*. Quomodo vero peccator, qualis erat Kaiin, vtpote ad imaginem hominis peccaminoſi genitus, Gen. V, 3. peccata deſtruet? Num immundos mundabit immundus? Io. quidem Vlmannus *in Obſeruat. Phil. cent. 1. loc. 3.* recte reiecto errore communi, quaſi Eua ipſum Kaiinum credidiſſet Meſſiam, nouam at infelicem excudit verſionem, videlicet hanc: *Et dixit* (quaelibet perſona, Adam nim. et Eua, nam תֹּאמַר eſt generis communis:) *poſſideo* אִישׁ *quaelibet perſona* (i.e. ego Adam, ego Eua) *Iehouam*, i.e. credo nunc me habere Deum clementem ob promiſſum, certisſimeque ſuo tempore futurum ſemen, ſeu Meſſiam. Sed (α) vbi mens boni viri fuerit, cum ſtatuit תֹּאמַר eſſe *gen. communis*? aut ex qua grammatica hoc didicerit? ego quidem non dixero; ergo et praecedentia duo verba וַתֹּאמֶר וַתֵּלֶד erunt gen. comm. adeoque et Adam *concepit et peperit*, quod abſurdum. (β) Male *appoſitionem diuellit*, voce אִישׁ *diſtributiue* ſumta. Vbi vero Scriptura, aut alia lingua tam barbare loquitur: *poſſideo quaelibet perſona*? cum pro ſenſu *diſtributiuo* dici deberet, קָנִיתִי vel קָנָה אִישׁ *poſſidet* vel *poſſident quilibet*, ceu ipſa ab ipſo adducta exempla docent, vel קָנִינוּ *poſſidemus quilibet* aut *quaelibet perſona*, coll. Ieſ. LIII, 6. Non igitur mirum, ob errorem geminum grammaticum a genuino Euae ſenſu aberratum fuiſſe; adeoque iure heic valeat ipſiſſima viri docti querela: *mater ignorantiae, eiusque filia ſc. praeconcepta falſa opinio, quot, quaeſo, pepererunt errores?* Multo

CAP. IV.

melius rectiusque mentem Euae, vt omnis erroris expertem, introſpexit B. Seb. Schmidius, quod videlicet loquatur de *poßeſſione Meſſiae per fidem*, ſuaeque heroicae fidei memoriale in nomine filii recens nati קָנִיתִי *Poßeſſio Domini* toti poſteritati relinquere voluerit. vid. *Colleg. Bibl. Prius p. 156.* et *Diſp. pecul.* in faſcic. II. *de fide matris Euae.* quem approbauit B. Calouius *Bibl. Illuſtr. h. l. p.* 253. ſequiturque Dn. D. Maius *Oecon. Temp. V. T. c. 6. p.* 277. eiusque ſententiam *thymo Hyblae ſibi dulciorem* fatetur B. Pfeifferus *in Dub. Vex. loc.* XI. *p.* 37. Neque alia mens ſedet B. Deutſchmanno *in diſſert. de Semine mulieris in viro Iehoua Gen. IV. 1. th. 20. et* 28. *Witteb. MDCXCVII. habita.* Nec abludere video *diſſertationem Gieſſenſem* ſub praeſidio D. Ioh. Ern. Gerhardi *de perennitate foederis gratiae ex Act. XV, 11. A. M. DCCV habitam*, in cuius *ſect.* II. §. 23. triuerbium illud Euae ita exponitur: "Laeta exclamat, ſe iam aequiſiviſſe ſemen „illud promiſſum, *non quod exiſtimauerit, Cainum illud ſemen eſſe*, ſed quod „in natiuitate Caini primam generis humani multiplicationem cerneret, et in „iſta multiplicatione argumentum ſuae ſpei de ſemine καθ' ἐξοχὴν ſuo tempore oriundo. *Quod cum magna fidei* πληροφορίᾳ *apprehenderet, et ut praeſens ſibi ſiſteret*, ita nunc loquitur, quaſi re ipſa in nauitate Caini obtinuiſſet, *quod „argumento ab ipſa natiuitate deſumto certa fide praeſtolabatur.* Schmidii „aſſertiones hermeneuticae pariter arrident nouiſſime hoc ipſo anno Dn. D. „Sonntagio *in Moſe Euangeliſta* p. 27. qui Euae mentem pulcre ita aperit: „*Poſſedi virum Iehouam; non dimittam ipſum in hoc vitae periculo, vsque dum be-„nedixerit mihi! Teneo ipſum, nec dimittam eundem. Poſſideo ipſum, tanquam „ſoſpitatorem meum vnicum, tanquam Sponſum, Sponſorem et Amicum longe opti-„mum, qui meus eſt, et ego ſum ipſius.* Quid multa? Eſt hoc ipſius Thomae „Euangelium Ioh. XX, 28. ad Chriſtum aientis: *Dominus meus et Deus meus.*„ Intueamur itaque in primis parentibus monumentum non modo triſte lapſus et mortis, ſed illuſtre etiam viuae fidei, inſuperque vnionis myſticae Euam inter et Meſſiam vi verbi emphatici קָנִיתִי *poſſideo*, q. d. quam vere poſſideo filium meum naturaliter conceptum et genitum, tam vere ſuper naturali virtute fidei concepi et poſſideo Filium Dei vt ſuo tempore incarnandum: hunc θεάνθρωπον, redemtorem meum tanquam peculium meum inter ipſos dolores partus corde poſſideo, teneoque, prae cuius poſſeſſione poſſeſſio diuitiarum, gloriae, voluptatis, omniumque bonorum temporalium eſt nil nifi הֶבֶל *vanitas.* Hac mente filium ſecundum nomine הֶבֶל *vanitatis* inſigniuit. Quod teſtimonium poſtmodum magnifice confirmauit, propria experientia abunde edoctus Rex Salomo, quando in ſuo *Eccleſiaſte* ſaepe ingeminat: הֶבֶל הֲבָלִים *omne illud eſt vanitas*, et ἐμφαλιωτέρως הֶבֶל הֲבָלִים *vaniſſima vanitas.*

Vers.

Verſ. 7. CAP. IV.

הֲלוֹא אִם־תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ
וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל־בּוֹ׃

Nonne ſi benefeceris (ſacrificium tuum,) acceptatio erit? ſi autem non benefeceris (ſacrificium tuum,) ad oſtium poenae (in dat.) *cubas. Ceterum erga te* erit *obſequium eius,* (fratris tui,) *et tu dominaberis in eum.*

Verſionis huius pro natura literae, conſtructionis, et ipſiusmet rei monſtrabimus argumenta. 1) Verbum היטב nullibi locorum adhibetur abſolute et neutraliter, vt verti poſſit: *Si benefeceris*; ſed ubiuis vi coniugat. Hiphil actiue. Videſis paralleliſmum cum accuſandi caſu Exod. XXX, 7. Iud. XIX, 22. 2. Reg. IX, 30. Prou. XV, 2, XVII, 22. XXX, 29. Ier. III, 3. 5. XVIII, 11. Hoſ. X, 1. nec non *Ebr. Etym. p. 66. ſ.* Naturam verbi bene attendit Targum Onkeloſi, niſi quod ex virtute verbi ſuppleuerit obiectum generale עובדך *opus tuum*, quem ſequuntur Ramban et Sal. b. Melech, cum habeamus in textu ſpeciale et religioſum, nempe מנחתך *oblationem ſ. ſacrificium*, idquod recte ſubaudit Seb. Schmidius *annotat. ad h. l.* et *coll. Bibl. Pr. p.* 240. quamuis heic non neceſſario addat infinit. הביאך *adducere*, approbante Dn. D. Hochſtettero *in diſſert. de feſt. Expiat. ad Leu. XVI, P. I. p.* 45. *Bene* autem ſiue *bonum fit ſacrificium*, quod fide offertur Ebr. XI, 4. Poſito iam hoc ſupplemento ſponte ſua fluit ſignificatus 2) vocis שאת *acceptatio* ſacrificii et ſacrificantis, vt patet ex antecedente ſacrificio Hebelis, et conſequente gratioſo Dei reſpectu, adeoque et *remiſſio* peccatorum cum Targumin R. ben Melech, Iunio, Buxtorf. Guſſetio, et Vlmanno *l. c. loc.* 4. atque hinc *eleuatio* faciei ex pace conſcientiae, vtpote fructus beneplaciti diuini et iuſtificationis, Rom. V, 1. oppoſita *demiſſae faciei* in Kaiino in ſignum animi turbati maleque ſibi conſcii, quam poſt Aben Eſram, Mercerum, Cartwright. Grot. Calouium *h. l.* tuetur ex inſtituto Hackſpanius *Miſc. S. l.* 1. *c.* 4. *p.* 62. *& Not. Philol. Th. ad h. l. p.* 104. *ſ.* coll. Iob. XI, 15. XXII, 26; Iob. X, 15. Luc. XVIII, 13. XXI, 28. nec non Pfeifferus *in D. V. loc.* 12. *p.* 39. *ſ.* it. Hosmannus *in Not. cit. p.* 127. quae ſignificationes pro foecunditate radicis נשא, et natura rei ſunt ſubordinatae, adeoque aptiſſime heic coniungi poſſunt. Non autem commode huc quadrabit notio *excellentiae & praerogatiuae* prae fratre, quae cum Rambanide et Corn. Bertramo placet P. Fagio, Clerico, aliisque, de qua demum in altero membro, quaeque Kaiino etiam impoenitenti ſarta ac tecta manſit: nec ea reſpondet primariae intentioni ipſius Kaiini. Volebat enim offerre ſacrificium propitiatorium, quod cum

CAP. IV. Deus ob defectum fidei non gratiose respiceret, ἐμπυρισμῷ haut dubie coelesti, sicuti deinde Hebelis, quandoquidem *sacrificium impiorum est abominatio Dei*, Prou. XV, 8. isque ob id indignaretur et toruum videret, opinatus, fratrem ex solo beneplacito diuino in praeiudicium primogeniturae suae sibi esse praelatum; ideo Deus ipsi demonstrare voluit oratione bimembri, et quidem primum et primario, quare non sacrificium eius *acceptauerit*, atque *remissionem* impertiuerit? quia non *bene* i. e. pio et fideli animo, sicut frater, *sacrificauerit*, adeoque non posse non *reatum poenae* sequi: deinde non esset, quod succenseret fratri innocenti, quoniam hoc ipso nihil praerogatiuae carnali obsequioque fraterno derogetur. In spitualibus enim non est respectus ad carnem, sed vnice ad fidem Ier. V, 3. Ebr. XI, 6. ac Deus ἀπροσωπολήπτης vnumquemque verum sui cultorem exaudit, acceptat, iustificat, aequaliter absque vllo discrimine. Quid ergo heic in sacrificio propitiatorio *excellentia*, *praerogatiua primogeniturae*? quam quoque Deus clare ab eo remouet, saluamque cetera relinquit. Consequitur nunc 3.) quod vox חטאת accipienda sit pro *poena peccati*, vti bis Zach. XIV, 19.

Vers XIII. Sic et cognatum עון in nostr. cap. v. 13. (*Maior est poena mea, quam vt feram* siue *ferre possim*; idque vi verbi actiui, et significationis primariae *ferre, portare, suscipere, tollere*, sine vlla ellipsi, atque antecedentium et consequentium.) Gen. XIX, 15. Leu. V, 1. XX, 17. XXVI, 41. 43. 1. Sam. XXVIII, 10. Iob. XIII, 26. Vt adeo ex ignorantia hanc acceptionem neget Chamierus *Panstr. Cath. t. 3. l. 23. c. 10.* Nam suppositio *peccati* haut conuenit cum verbis *si non benefeceris* s. actiue s. neutraliter sumtis. *Si* namque *non benefecerit*, tum *non peccatum ad ostium cubat*, siue, quod vult locutio prooemialis, *peccatum ei proximum est*, coll. Matth. XXIV, 33. Act. V, 9. Iac. V, 9. sed iam tum est in peccato, peccatum iam tum occupauit eum. *Poena* equidem licet *proxima* sit, non tamen semper illico irruit in peccatorem, ob longanimitatem videlicet Dei, poenitentiam exspectantis. 4.) Quis igitur non videt, interpretationem Io. Leifeldii D. Londinensis insignis apud Thomam Gatakerum *Aduers. Misc. l. 2. c. 11. Opp. Crit. p.* 333. *Nonne, siue bene egeris offerendo, siue male egeris, ad peccati fores cubas*? insigniter aduersari interpunctionum rationi? ipso Gatakero animaduertente, dum duas oppositas propositiones coëgit in vnam, pro qua requireretur haec interpunctio: הֲלוֹא אִם־תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ *Nonne | si bene egeris offerendo || siue | male egeris ||| ad ostium peccati | cubas | | | |*. Quam pariter cum LXX. virali, heic valde corrupta, (qua de prolixe egit Heideggerus *Hist. Patr. p.* 184.) exprimit Lud. de Dieu, et B. Saubertus *Opp. posth. p.* 15.

Cui

Cui quidem Io. Marckius ellipſeos medelam afferre ſtudet: *annon ſi bene obtuleris*, vel *obtuliſſes*, ad te et oblationem tuam aeque ac ad Abelem reſpiciam, vel reſpexiſſem? aut tibi benefaciam ex voto tuo, vel benefeciſſem? aut ſimile quid aliud.„ *Exercitat. Bibl. I. p.* 3; quam tamen violentam medelam ſons perquam ſanus et integer non efflagitat. 5.) Declinamus hac via *enallagen generis*, ſi τὸ חטאת reddamus non vt communiter, in nominatiuo, ſed *datiuo* nec cum eo conſtruantur participium maſc. רבץ, et affixa maſc. in תשוקתו et בו, quae rectius ad Hebelem referuntur, cum eadem phraſis occurrat c. III, 16. et תשוקה in ſignificatione *obſequii*, vti etiam Cant. VII, 11. dicente ſponſa: *Ego ſum dilecti mei*, ועלי תשוקתו *et ſuper me eſt* (i.e. mihi incumbit, coll. *Ebr. Etym. p.* 12.) *obſequium eius* ſiue *erga eum*, eſt enim genitiuus obiecti. De cetêro violentam Io. Clerici verſionem et conſtructionem verbi רֹבֵץ, *Quieſce*, cum τοῖς LXX, ἡσύχασον, et vſus, et punctatio et accentuatio valide refellunt. CAP. IV.

Verſ. 10.

קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי מִן־הָאֲדָמָה׃

Vox eſt ſanguinum fratris tui, clamantium ad me e terra.

Ita iuxta ſimplicem ſyntaxin vertendum eſt, non vero ac ſi participium צעקים conſtruendum eſſet cum קול, reſponderet autem per ebraiſmum genitiuo conſtructionis, vtpote *quod abſurdum eſt in omni ſermone* merito dicimus cum B. Seb. Schmidio *comment. ad* 1. *Sam.* II, 4. *pag.* 40. Eiusdem generis cenſetur 1. Sam. II, 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים quae vero verba ita poſſunt reddi: *Arcus fortium* ſunt *fracti*, vt קשת *collectiue* ſumatur, eſtque *gen. com.* conf. 2. Sam. XX, 35. et Pſ. XVIII, 35. it. 2. Sam. I, 22; vel ſi omnino placeret ſingulare *ſingulariter*, *arcus fortium*, nunc eſt *fractorum*, *conſternatorum*, coll. Ier. XLVI, 5. qui prae nimia puſillanimitate iacularinon audent, quaſi arcus et brachia eorum eſſent fracta. conf. Pſalm. XXXVII, 15. 17; vel ſi conſtructio reſoluatur mediante copula ו cum Vatablo: *Arcus et fortes fracti ſunt.* Sic verba Ier. X, 22. קוֹל שְׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה ſine *enallage generis* vertenda: *Vox* eſt *rumoris* (de hoſte ſc. aduentante), *ecce iam venit* (nempe rumor ille.) Itemque Iob. XXIX, 10. קוֹל־נְגִידִים נֶחְבָּאוּ absque *enallage numeri* vertas: *Voce-Principes ſe abſcondebant*; itaque phraſis haec idem dicit, quod ἐξηγητικὴ verſus praeced. שָׂרִים עָצְרוּ בְמִלִּים *Principes cohibebant ſe verbis, mit Reden einhielten.* Praeterea in noſtro loco obſeruabis tum *proſopopoeiam*, qua

1. Sam. II, 4.

Ier. X, 22.

Iob. XXIX, 10.

CAP. IV. qua *ſanguini* vt rei inanimatae *vox* et *clamor* tribuitur; tum pluralem *ſanguines*, ad emphatiae innuendum, non ſolum omnes guttas fraterni ſanguinis vindictam clamare, verum etiam iuxta *Targum* ſanguinem poſterorum, qui ex Abele egreſſuri erant.

Verſ. 23.

כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי לְפִצְעִי וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי׃

Qui locus inter vexatisſimos ſcripturae iure meritiſſimo refertur, quum non appareat, quid Lamechum commouerit, talem ex abrupto ordiri patheticam orationem? quam qui *abſolutam* faciunt, ſtatuunt, Lamechum confiteri *duplex homicidium* a ſe patratum vnum in *viro*, alterum in *puero*, particula כִּי tum παρελκόσῃ, ſicut et graeca ὅτι, vel *aſſeueratiua certe, profecto*. Quaeris, quodnam fuerit iſtud par fatale? nuginenduli quidam Rabbini protinus reſpondent, virum fuiſſe *Kaiinum*, puerum *Tubalkaiinum*, hoc quidem inducto colore: Lamech fuiſſe coecum, et a Tubalkaiino ductum exiiſſe venatum, quem viſo Kaiino, inter frutices agri ferae inſtar deliteſcente, dixiſſe patri ſuo, vt intenderet arcum, itaque occidiſſe eum. Poſtquam vero cognouiſſet, eſſe Kaiinum, tritauum ſuum, complosiſſe manus, interque eas etiam filium ſuum contriuiſſe, vel arcu caput pueri comminuiſſe. Ac propter hanc duplam caedem, et hinc metuendam vindictam, ſeparaſſe ſe vxores Lamechi quoad thorum ab eo, ad quem vero hac ſua oratione animos earum demulcere voluiſſe, Vid. Raſchi *ad h. l.* R. Gedalias *in Schalſchelet h Hakkabala* ap. Hottingerum *Smegm. Orient. l.* 1. *c.* 8. *p.* 223. et *Hiſt. Orient. l.* 1. *c.* 3. *p.* 34. Zennorenna *fol.* 7. *col.* 2. *ſq.* et R. Abendana *ad Michl. Ioph. h. l.* Aſt haec fabella, veluti *mendacium* Senecae, *tenuis eſt, perlucet ſi inſpexeris*, refellit eam ſpeciale priuilegium Dei Kaiino vitae ſuae timenti indultum, eum hac aſſeueratione eiusque confirmatione v. 15. לָכֵן *certe* (vti accipitur Num. XVI. 11. Iud. VIII, 7. Ier. II, 33. V, 2. Zach. XI, 7.) *Omnis occidens Kaiinum, ſeptuplum* (i.e. multoties et grauiſſime, coll. *Ebr. Etymol. p.* 245. adeoque non in *ſeptena* demum *generatione* cum Raſchio et Aben Eſra, aut *in* ſ. *per ſeptem generationes* cum Onkeloſo, licet praefixum ל v. 24. in quibusdam editionibus non exſtet, Ionathane h. l. eius mentem recte explicante) *vindicabitur*; *idque dedit Iehoua Kaiino* (*in*) *ſignum, quod nemo percuſſurus ſit eum, qui inuenerit eum.* (nam *non-omnis* vniuerſaliter negat, idemque eſt ac *nemo, nullus*. vid. Lux Ebr. p. 325.) Hinc alii cum B. Luthero exiſtimant, Lamech occidiſſe aliquem inſignem virum, et puerum aliquem de generatione iuſtorum vel, vt Gerhardus eloquitur, ſeniorem et iuniorem

Vers XV.

rem quendam prophetam, liberius ob peccata ab iisdem reprehenſum, *comment. ad h. l. p.* 154. vel, vt B. I. G. Neumannus, religioſulos quosdam, et turbatores tranquillitatis publicae, *in diſp. de Peccato ſub ſpe veniae commiſſo ad Rom. VI.* §. 9. vid. pluribus B. Lyſerus *in Adam. p.* 447. *ſeq.* aliis vero nullos certos, tacente ſcriptura, determinantibus, cum Paulo Fagio *ad h. l.* et D. I. M. Langio *in diſſertat. ad h. l. quae eſt 2da decad.* 1. Qui tamen etiam diſſident quoad *affectum* loquentis Lamechi, dum Gerhardo *l. c.* thraſonice loquutus concipitur, h. ſ. "*mihi occidi eos, meo periculo hoc factum: qui me occiderit,* "*ſeptuagies* etc. Vt ita caedem humanam pro ludo et ioco habeat, glorietur "in ſua malitia, et profanum captet iocum ex numeri paronomaſia, Deo ipſi il-"ludere hautquaquam veritus.„ Add. Sal. Geſnerus *comment. in h. l.* et Chriſt. Chemnitus *Quaeſt. in Gen. qu.* 5. it. Neumannus *l. c.* Ad mentem autem Langii Lamechus querulam ſ. anxiam confeſſionem in ſinum vxorum effundit de vulnere et vibice conſcientiae ſuae ex gemino homicidio ortis, quibus vero, inſimulque metui vxorum, praefidenter et ſophiſtice pro indole hominum carnalium ex priuilegio perſonali Kaiini emplaſtrum paracleticum vindictae ſcil. longe maioris applicet. *Hypotheticam* qui ſupponunt orationem Lamechi, ponunt cum R. Sal. b. Melech. *in M. l. h. l.* pro praeterito futurum, et ב pro ל in vocibus לפצעי ac להבּרתי hoc ſenſu: *Profecto occidam virum pro vulnere meo* ſiue *propter vulnus meum etc.* aut clarius: *ſi quis vulnerauerit me, ego eum occiſurus eſſem.* Fingunt hi Lamechum vt militem glorioſum, in quo cum B. Gerhardo conueniunt, qui et grauiores et leuiores iniurias acerrime ſe vlturum minatur. Vid. R. Aben Eſra *h. l.* Riuetus, Varenius *in Decad. Moſ. ad h. l. p.* 409. Pfeifferus *in Dub. Vex. loc.* 16. *p.* 49. Io. Saubertus *in Exercit. de Vulner. Chriſti* §. 18. Dn. D. Maius *in Oeconom. Temp. V. T. c.* 7. *p.* 288. Belgae ad *h. l.* cum Piſcatore ſuo, Auctor incertus *Annotat. in V. T. h. l.* accurante Antonio Scattergood, Cartwrightus, et Clericus *h. l.* Aliam planeque ſingularem in medium affert ſententiam B. Seb. Schmidius *in annotat. ad h. l.* qui conueniens contextui putat, Lamechum confiteri ſuum bigamiae peccatum coram vxoribus, quod peccatum„ comparaſſe cum peccato homicidii Kaiini, aui ſui: *Virum occidi etc.* q. d. Ma-„ trimonii lex eſt, vt vnus ſit vir et vna femina: vnde duabus feminis duo com-„ petunt viri: at ego vnus vir duas habeo vxores: alterum itaque virum qſ.„ occidi, commiſique tantum fere peccatum, quantum eſt homicidium Kaiini.„ At quis non videt primo intuitu, hocce interpretamentum proprietati literae textus minime eſſe conueniens, longiusque petitum? plus quidem ingenii quam veriſimilitudinis habens. Conf. epicriſis D. Langii *in diſſert. cit.* §. 16. Quod ſi in hoc themate perobſcuro et dubio connexio aliqua attendenda eſt, vix ali-

CAP. IV.

am

CAP. IV. am fieri posse commodiorem existimem, quam quod Lamech vxoribus suis scrupulum, qui eas vrgebat, ac si institutione artis fabrilis homines istius generationis abusuri, et arma in ipsum maritum suum, pluribus exosum, sint vibraturi, hac pathologia sua velit eximere, easque erigere, quod nihil tale metuendum sit, hoc quidem argumento: *Numquid virum occidi, in vulnus meum? et puerum s. iuuenem, in cicatricem meam?* i. e. vt viciſſim iure talionis vulnerandus aut occidendus sim? Quam interrogationem *negatiue*, vt virtualiter valet, recte expressit Onkelos: *Non occidi virum etc.* eumque secutus R. Moses Gerundensis notante Munstero et P. Fagio ad *h. l.* Particulam כי vero *inseruire etiam interrogationi*, probant loca Ies. XXIX, 16. Prou. XXX, 4. Iob. XXXVIII, 5. XXII, 2. Iud. VI, 22. 1. Sam. XXIV, 20. Atque ita sumunt Raschi, Arabs, Dn. Danzius *interpr. Ebr. Ch. p.* 300. cum R. Bechai, et Ralbago *ad h. l.* Lud. de Dieu et Mercerus *h. l.* it. M. Io. Wilh. de Neue *disp. de Characteribus interrogationum ling. Ebr. p.* 11. *in Viadr.* 1707. *habita*. Deinde duo haec orationis membra idem dicere mutatis eleganter verbis, est tam certum, quam quod certissimum, haud secus ac praeuiae allocutionis: *Ada et Zilla audite vocem meam, vxores Lamechi* (i. e. *meae* coll. Luc. Ebr. p. 294. n. II.) *auribus percipite sermonem meum.* Hinc iam Lamechus pronam nectit consequentiam commate sequenti: כי שבעתים יקם־קין ולמך שבעים ושבעה: *Si* (coll. Num. V, 20.) *septies vindicabitur Kaiin*, (qui tamen fuit fratricida etiam sine armis) *tum Lemech septuagies septies* (i. e. longe maiori vindicta vindicandus erit, quippe qui neminem occidit.)

Vers. 26.

אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה׃

Quo in loco ambiguitas occurrit (α) verbi הוחל, num accipiendum sit cum Targum Onkelosi et Ionathanis, Raschio, R. Isaac Karo in תולדות יצחק, Maimonide in עבודה זרה *c. 1. §. 1.* et Sal. b. Melch. in מכלל יופי *ad h. l.* it Io. Seldeno *Syntagm. de Diis Syr. Proleg. p.* 28. et I. H. Vrsino *in Miscell. p.* 258. in significatu חלול *profanationis*, et vertendum: *tunc profanatum est, s. profanatio facta est, invocando nomine Domini* scilicet idola et homines, adeoque origo indicetur idololatriae? an vero תחלה *initii*? (β) Phraseos לקרא בשם יהוה, dicatne *inuocationem et praedicationem nominis diuini publicam*? cum Aben Esra, Abarbanele, Isaaco ben Arama in עקידת יצחק, cum Luthero, Gerhardo, Calouio, Varenio et Pfeiffero *in D. V.* Dn. D. Maio *in Oecon. temp. V. T. lib. 7. §. 4.* aliisque, quo sensu usurpat Moses

Moſes de Abrahamo Gen. XII, 8. XIII, 4. XXI, 33. et Iſaaco XXVI, 25; an vero *ex nomine Domini cognominationem*? Reſpondetur: *primam* notionem et verſionem ſuſpectam atque reiectaneam reddit ſimplex vocum poſitus, cum de rebus nomine Domini inſignitis et inuocatis nec vola neque veſtigium legatur: et tum potius ſimpliciusue dictum fuiſſet קרא בשם יהוה; ne dicam, quod Moſes heic loquatur de iuſtorum, non de impia Kaiini familia, in quam vix tanta id temporis cadere poterat malitia, vt tam craſſam idololatriam committerent. Vrget hanc rationem etiam B. Lutherus *comment. in Gen. ad h. l.* contra Rabbinos. Praeualet itaque notio *initii*, quam iuuat conſtructio cum ל, coll. Gen. VI, 1. X, 8. Leu. XXI, 9. Num. XXV. 1. Iud. XIII, 5. 25. XVI, 19. 22. XX, 31. 39. 40. 1. Sam. XXII, 15. 2. Reg. X, 32. XIV, 37. 1. Chr. XXVII. 24. 2. Chr. III, 1. 2. Ier. XXV, 29. Ion. III. 4. Quoad *phraſin* placet ſenſus vltimus cum Aquila, Quiſtorpio, Hackſpanio, Varenio *comment.* ad Ieſ. XLIV, 5. et XLVIII, 1. Clerico *h. l.* Conſtantino L'Empereur *ad Moſ. Kimch. ὁδοιπορίαν p.* 215. Bertramo *in Lucubr. Francktal. cap. 1.* I. M. Langio *diſſert. ad h. l. quae eſt 2da in Decad. II.* Hillero *Onomaſt. S. p. 4. et 264.* it. *in diſp. de Opere ſec. diei ad Gen. l.* 6. 7. 8. *p.* 18. quod videlicet tum inceptum ſit vocare ſe de nomine Domini. Vnde Sethitae expreſſe c. VI, 2. dicuntur *filii Dei*, contradiſtincti Kaiinitis *filiis* et *filiabus hominum* carnalium. Euincit etiam paralleliſmus conſtructionis Ieſ. XLIV, 5. זה יקרא בשם יעקב *hic vocabit ſe de nomine Iacob.* add. c. XLIII, 7. XLVIII, 1. LXV, 1. Quanquam non improbabile, *filios Dei ita diſtinctos ab impiis terrae filiis, meliorem ſolenniorem que cultus diuini formam inſtituiſſe.* CAP. IV. V.

CAP. V, 29.

LAmechus filiolo recens nato dum nomen imponit נֹחַ, ſtatim nominis iſtius ſuppeditat memorabile hoc omen: *hic conſolabitur nos ab opere noſtro, et a dolore manuum noſtrarum.* Vbi diſquiritur (α) *de etymologia*, num נח deriuandum ſit a נוח *Quieſcere?* quomodo *Quietem* ſiue *quietis datorem* vel *auctorem* denotabit. Si hoc? tum ἀναλόγως dicendum fuiſſet: *hic* יַנִּיחֵנוּ *quieſcere faciet nos*; an vero a נחם *conſolari*? vt נח ſic deſignaret *conſolatorem*, vt fere vult forma rationis a patre datae: *hic* יְנַחֲמֵנוּ *conſolabitur nos*, cum nec ſic analogiae omnino ſatisfiat. Quanquam quidem in nominibus propriis, ob varias ſaepe, quas patiuntur, mutationes, haec non adeo ſtricte et rigide vrgeri poſſit, rectius tamen cum aliis ſentitur, ad vtramque radicem, propter affinitatem et externam et internam, reſpectum haberi; praeſer-

CAP. V. sertim cum et alibi vestigia duplicis eiusmodi respectus in nominum impositione occurrant. Sic namque זבולון a זבר *donauit*, et זבל *habitauit*, dicente Lea, *bono dono donauit me* Deus, nunc *cohabitabit* mihi magis maritus meus, Gen. XXX, 20. Et יוסף ab אסף *collegit amouens* ignominiam meam Deus, et יסף *addet* mihi filium alium, v. 23. 24. Vt ita et dictus fuerit נח tum a *quiete*, tum a *consolatione*, maxime cum *consolatio* nihil aliud sit, quam *quietatio animi*. Vnde dicitur מרגוע לנפש *requies animae*, Ier. VI. 16. Matth. XI. 29. et *anima* שוב למנוחיכי *redire ad requiem suam*, Psalm. CXVI. 7. per *solatium* rursum erecta, cum angoribus maximis antea inquietaretur. Sic quando sapiens illa femina Thekoitis 2. Sam. XIV, 17. ait: *Erit quaeso verbum Domini mei Regis* (in causa mea) לְמָנְחָה *in quietem, zu meiner Beruhigung*, Luth. et Würtemb. *in consolationem.* (β) *de notatione nominis*, num existimauerit erronee Lamechus, hunc filium Noachum esse Messiam? aeque ac Eua Kaiinum suum? vt Lutherus, qui *pium errorem* vocat, Gerhardus, aliique ex nostratibus opinantur. Id vero minime existimandum est de pio Patriarcha, quasi non intellexisset προτευαγγέλιον, quod Messias non ex cohabitatione maris et feminae sit nascendus, et ex imprudentia de nudo homine magnum illud bonum praedicaret. Potius filio suo imposuit nomen נח, *ceu perpetuum memoriale fidei suae* πληροφορίας in semen huius Mesiam, qui *veram quietem* et *consolationem* mundo sit impertiturus. *Hic, hic*, inquit, (quam repetitionem emphaticam insinuare videtur duplex accentus) *quietem et consolationem dabit nobis in operibus nostris molestis, et omnibus vitae nostrae aerumnis ac doloribus, per peccatum Adami contractis, hic excrescente hominum malitia singularem sibi poenam thesaurizante, a diluuio inundantis irae Dei conseruabit nos, et liberabit a maledictione, omnique malo.* Pro mente hac nostra conf. B. Seb. Schmidii *Colleg. Bibl. Pr. p. 158. seqq.* errorem istum communem ab Lamecho abstergentis, vbi praeterea sensum *typicum* Pelargi cum Epiphanio et Theodoreto (quibus addatur e Reformatis Io. Braunii *in Comm. in Ep. ad Ebr. c. XI. 7. p. 727.* typum et antitypum conferentis et explicantis) reiicit in §. 12. De *apologia Euae* conf. supra not. nostr. ad Gen. IV, 1.

CAP.

CAP. VI, 4.

הַנְּפִלִים הָיוּ בָאָרֶץ בַּיָּמִים הָהֵם וְגַם אַחֲרֵי־כֵן אֲשֶׁר יָבֹאוּ
בְּנֵי הָאֱלֹהִים אֶל־בְּנוֹת הָאָדָם וְיָלְדוּ לָהֶם הַמָּה
הַגִּבֹּרִים אֲשֶׁר מֵעוֹלָם אַנְשֵׁי הַשֵּׁם׃

IN hoc loco commune animaduertimus *παρόραμα* verſionum (1) in particulis compoſitis וגם אחרי־כן, quarum primae וגם plane inſolenter *cauſalem* adiudicant ſignificationem, ſicut vulgata et Lutheri, aut גם negligunt aut diuellunt ab אחרי־כן, quod cum ſequente אשר coniungunt, aut אשר plane redundante, cum tamen hae duae particulae ſint per accentum ſeruum coniunctae, et quidem אחרי־כן per accentum diſtinctionis maioris *Rbbia* ab אשר ſeiuncta, in qua pauliſper ſermo ſiſtendus. Nec eſt, quod dicas, particulas compoſitas ebraeis ita diuelli vid. de אחרי אשר Ioſ. IX, 16. XXIII, 1. XXIV, 20, Iud. XIX, 23. Noſtrum enim אחרי *Rbbiatum*, praeterquam quod iam cum כן ſit compoſitum, habet ſecum *ſeruum*, adeoque membrum aliquod orationis ellipticum conſtituit. (2) Peccatur grauiter in interpunctionem textus authentici, quam quidem obſeruauit Vulgata, aſt in ſenſu hiulca, cui medelam plenioris ſenſus afferre voluit B. Lutherus, diſturbans hoc pacto valde limites diſtinctionum ebraicarum, tres diſtinctas propoſitiones cogendo in duas, et praeterea membrum vltimum iuſto liberius contra ſimplicem literam transferendo, voce quoque עולם ſumta ex vſu Rabbinico, non biblico, pro *mundo*, et particula מ pro ב. (3) Perperam conſtruunt multi verba אשר מעולם cum ſequentibus אנשי השם; nam tum requireretur in הגבורים שׁ״ד Rex Maior territorialis *Sakeph katon*, vt ſequentia vnum orationis membrum conſtituant. Iam vero cum *τὸ* הגברים habeat *Tiphchae* ſubordinatum minorem *Thbir*, indicium eſt, has tres voces propius cohaerere, adeoque duo adhuc ſupereſſe inciſa minora, prius אשר מעולם parentheticum *antiquitatem* iſtorum הגברים, poſterius *qualitatem* viterius deſcribit. Recte itaque conſtruunt LXX, Arabs, Lutherus, aliique, male hoc nomine taxati a D. Io. Mich. Langio *in diſſertat. infra cit.* §. 30. Verſio proinde ex conſilio fontium, adiecta breui elucidatione, huiusmodi erit: Gigantes (ex mala mixtura religionis mala proles, enormiter *prolapſi* (vi vocis et rei) a verae *religionis* cultu, *conuerſae in Rationem ſtatus et imperandi arcana*) erant in terra temporibus illis; quin etiam poſtea, (i. e. poſt diluuium, vt recte Aben

CAP. VI Esra *b.l.* et R. Abendana *ad M. l. b. l.* coll. Num. XIII, 33. Varenius, Langius,) cum ingrederentur (coniugialiter coll. v. 2.) filii Dei (piorum Sethitarum de nomine Dei se cognominantium coll. not. praeced.) ad filias hominum (impiorum Kaiinitarum, easque טֹבֹת *bonas* i. e. יְפֹת *pulcras* v. 2. non aeque quidem tales ex naturae dono, quam vitae instituto, non sic natas, quam factas et fictas ad carnis illecebras. Quis enim credat, pios meras deformes, solos impios formosas puellas genuisse?) et (hae) parerent illis, (subaudi ex membro anteced. הַנְּפִלִים הָיוּ בָאָרֶץ *gigantes erant in terra*: hi sunt illi potentes, (non tantum potentia naturali ob corporis molem inusitatam, coll. Num. XIII, 33. Deut. I, 28. II, 10. et IX, 2. sed etiam cum maxime potentia morali, eiusque abusu, adeoque *Tyranni*) qui a seculo (*welche von langen Zeiten her sind,*) viri nominis (i. e. nominatissimi, celebres. vid. sis. *Ebr. Etym. p.* 255. *c. fin.*) qui tyrannicis suis artibus et technis *dominatus* excitabant, sicut postmodum maiori adhuc successu ille גִּבֹּר צַיִד *potens venatione* et subiugatione hominum Nimrodus, Gen. X, 9. quique ex seculi quaestu, et a locorum de nominibus suis conditorum incolatu illustrabantur. Primus eiusmodi אִישׁ הַשֵּׁם *vir nobilis* erat Kaiin, qui primam vrbem abs se aedificatam *nomine filii sui Chanoch* insignit, Gen. IV. 17. Tales אַנְשֵׁי הַשֵּׁם fuerunt quoque illi πυργοποιοί,
Gen. XI, 5. Gen. XI, 5. de quibus eodem sensu dicitur, quod *fecerint sibi nomen*, siue, quod idem est, *posuerint nomen suum alicubi*, coll. Deut. XIV, 24. 1. Reg. IX, 3. XIV, 21. i. e. insignem fecerint locum habitatione sua, vt ab habitantibus nomen duxerit, ceu recte phrasin hanc interpretatur Io. Clericus *comment. ad l. c. Gen. p.* 91. Nec vllum est dubium, quin hi *Nephilim* et *prolapsi* suae ἐξουσίαν quantamcunque tyrannidem suam, insolentiam et malitiam, quibus repleta et corrupta erat terra, fuco religionis verae, et nomine filiorum Dei incrustarint, alias non tam facile tantas vires acquisiuissent, nec Moses id hominum genus tam speciosum tamque inclytum descripsisset. Cui seculo antediluuiano nostrum *Antichristianum* est quam simillimum, ni longe praeualens, dum a nomine Christi cognominati pariter omnia nequitiae iniustitiaeque genera sub pallio verae religionis secure et nefarie patrant, quanquam alii aliis magis simulate, adeoque Christum *peccati seruum* faciunt. Deus vero omnis gratiae hos gratiae euangelicae deprauatores illuminet et conuertat, vt sanius intelligant, quod *gratia haec salutifera sit* παιδεύουσα, *erudiens eos, vt abnegantes impietatem et mundanas concupiscentias, temperanter, et iuste, et pie viuant in hoc seculo*, ad Tit. II, 13. quod *discedere debeat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Christi*, 2. Tim. II, 19. quod, *qui Christi sunt, crucifigant carnem vna cum affectibus et concupiscentiis*, Gal. III. 24. Ceterum pro vberiore huius loci

loci expoſitione conferri omnino meretur cit. D. Langii *diſſertatio elegans ad* CAP. VII. IX. *h. l. de Antichriſtianiſmo ante diluuium, Altorf. M. DCCVI. habita.*

CAP. VII, 6.

וְהַמַּבּוּל הָיָה מַיִם עַל־הָאָרֶץ׃

VErſioni horum verborum: *cum diluuium fieret aquarum ſuper terram*, repugnat tam genius ebraiſmi, cuius grauis ſimplicitas non curat nec patitur eiusmodi diuulſionem regiminis, vti quidem latiniſmus; quam accentus. Proinde ita erit inſtituenda: *cum diluuium fieret*, diluuium nempe *aquarum ſuper terram*. מבול proprie vi vocis dicit *caſum*, qui deinde exponitur, qualis fuerit, ſcil. *caſus praecipitarum aquarum*, quae vocabula alias inuicem conſtruuntur, vt מי המבול *aquae caſus* i.e. diluuii, v. ſeq. 7. 10. et c. IX, 11. et vice verſa VII, 17. את־המבול מים *diluuium illud* ſtupendum vniuerſale *aquarum*, ob ה emphaticum nomini conſtructo alioqui non praefigi ſolitum, videſis *Luc. Ebr. p.* 141. aut repetendum מבול *diluuium illud*, diluuium, inquam, *aquarum*, coll. *Luc. Ebr p.* 263. Adhibetur quoque abſolute et κατ' ἐξοχήν ſolum המבול c. VIII, 17. IX, 27. X, 30. et ſine ה IX, 11. vel vtrumque mediante ל; nempe למבול המים *aqua ad diluuium*, c. IX, 15.

CAP. IX, 4.

אַךְ־בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ׃

QUod comma B. Lutherus ita tranſtulit, ac ſi voces intermediae hoc modo eſſent conſtructae אשר נפשו בדמו *cuius anima ſ. vita adhuc eſt in ſanguine eius, das noch lebet in ſeinem Blut*; adeoque interdiceretur eſus carnis ſanguinantis, ſiue quatenus ſanguis adhuc deſtillat de carne cruda, quatenus eſt calidus, ac carni cruentae adhaeret, vt eloquitur B. D. Moebius *diſſert. de ſanguine vetito* §. 2. *qu.* 1. hocque interdictum a famelicis Iſraelitis violatum fuiſſet 1. Sam. XIV, 32. Translationi Lud. de Dieu, quae haec eſt: *carnem pro cuius vita* vel *anima ſanguis eius eſt, non comedetis*, obſtat, quod voces בנפשו דמו ad praecedens nomen בשר, non vero iuxta accentus ad ſequens verbum תאכלו referat. Talis conſtructio requireret in בשר *Tipchae* ſubordinatum *minorem Tbbirum*; inſuperque ellipſin זה אשר ſtatuat; ſequeretur ex hac paraphraſi contra mentem legis nullam carnem eſſe comedendam, cum omnis caro ſ. animal pro vita vel anima habeat ſanguinem. Dn. M.

CAP. IX. Mich. Beckius Philologus Vlmenſis clariſſimus paulo aliam adhuc ſuppeditauit verſionem, eamque *diſtinctioni accentuariae* melius quam Dieuianam reſpondere cenſet, videlicet hanc: *Verum carnem quod attinet, qui pro anima (vel vita) eius eſt ſanguinem ipſius, non comedetis*, in Diſquiſit. hermeneut. p. 14. Vbi recte quidem pro conſtructione ſua בשר את *carnem* vt Nominatiuum abſolute poſitum explicat, nec minus recte vocabula דמו בנפשו per appoſitionem, quanquam a tali conſtructione, qualem exhibet verſio eius, abhorreat delicata ebraiſmi natura, iuxta quam requireretur transpoſitio דמו בנפשו, prout occurrit Leu. XVII, 17. quo etiam oculum ſuum intendit vir doctus, non parum exinde lucis noſtro foeneraturus loco. Dum autem putauit, illa verba *l.c.* eundem cum verbis noſtris habere ſenſum, minus recte putauit, vt eluceſcet, in ſua ſi connexione attendantur כי־נפש כל־בשר דמו בנפשו הוא *Nam anima omnis carnis* | | *ſanguis eius in vita eius* | *eſt* Iam ſi heic voces דמו בנפשו reddantur, *ſanguis eius qui pro anima* vel *vita eius*, vitioſa foret tautologia. Sic enim ſimplicius diceretur: *nam anima omnis carnis ſanguis eius eſt*, ſicut mox emphatice repetitur, omiſſo, בנפשו. Ergo per hoc paulum diuerſum quid et *reſtrictio* quaedam intelligitur, nempe *in vita eius* ſiue *dum viuit*, ceu optime Lutherus, *ſo lange es lebet*. Mortuae enim carnis ſanguis non amplius eſt pro anima eius. Ceterum expoſitio Becklana in ſenſu bene conuenit cum hac noſtra ſimpliciori: **Verum carnem cum anima eius id eſt ſanguine eius non comedetis.** Atque hunc ſenſum ſequuntur R. AbenEſra, Samaritanus, Arabs, Belgae, Arias Mont. Druſius, Cartwrightus Tremell. Pagn. Ainsworthus, Bonfrerius *h.l.* Guſſetius *Comm. L. E. p.* 35. *a.* 40. *b. et* 525. *a.* et ex noſtratibus Seb. Schmidius, Varenius, pl. reu. A. H. Franckius cum Diſp. Gieſſ. & Hoſmannus *in Not. ſupr. cit. ad h. l.* Conf. iam ad confirmationem *l. c.* Leu. XVII, 11. 14. et Deut. XII, 23. vbi haec lex diſertius repetitur et inculcatur, quam quoque ſub tempora N.T. Concilium Apoſtolicum Act. XV, 20. 29. gentibus ad Deum conuerſis in gratiam infirmiorum Iudaeorum ſeruandam iniunxit, donec hi de libertate Chriſtiana plenius edocerentur, et quo facilius inter vtrosque pax et concordia coaleſceret. Quae autem *intentio* et *finis* huius latae legis fuerit? haud difficulter peruidemus, quod ſcilicet ſanguis animalium ſolummodo ſacrificiis inſeruire deberet, in memoriam ſanguinis ſatisfactorii Chriſti in plenitudine temporis effundendi, atque immolandi, quodque, dum ſanguinem brutorum tanti haberi voluit Deus, vt non comedatur, tanto maioris humanus ſit habendus, ac proinde non temere nec absque grauiſſima vindicta effundendus, vt ſequitur v. 5. et 6.

Verſ.

יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת וְיִשְׁכֹּן בְּאָהֳלֵי שֵׁם

Quaeritur heic: I. *num verbum Hiphilicum* יפת *capiendum sit in significatione* alliciendi, persuadendi, cum Maluenda, qui multus est in ea, Mercero, Drusio, Piscatore, Tremellio, Ainsworthio, Schindlero. Fôrstero, Gussetio, Io. Marckio *dissertat. ad h.l.* Hackspanio, et cum Sauberto Dn. A. H. Franckius auctoritate ipsius Lutheri *Comm in Gen. fol.* 131. *col.* 2. *an vero* dilatandi? vti eum Chaldaeo, Samaritano, Raschio, Aben-Esra, Abarbanele, et ben Melech, pleraeque recentiores interpretationes. Et respondetur, quod licet significatus *alliciendi* in bono sensu per vocem scilicet euangelii Deo haud disconueniat, coll. Hos. II, 16. al. 14. et Ier. XX, 7; nec significationes praeter necessitatem sint multiplicandae: nihilominus praeferendam duco alteram *dilatandi*, ob diuersam coniugationem *Hiphil*, in qua notio *pelliciendi* non occurrit, et diuersam inprimis constructionem cum ל, sicut etiam notanter synonymum הרחיב *dilatauit*, vid. Gen XXVI, 22. Ps. IV, 2. Prou. XVIII, 16. cum quo tamen prior nunquam construitur, sed semper cum *accusatiuo*. Hoc vero ל non simpliciter aequipollet אֶת־, vti quidem apud Chaldaeos, vt vertendum sit: *dilatet Deus Iaphetum*; sed est et manet heic ordinaria nota *Datiui*, quanquam ad eam tuendam non est, quod cum Bocharto *Phaleg. l.* 3. *c.* 1. *p.* 149. suppleamus *locum* aut *habitationem*, verum iuxta literam ita verti potest: dilatationem faciat Deus Iapheto, *Gott mache dem Iaphet Raum*. II. *Sitne* יַפְתְּ *voti & imperii* dilatet? *an nudae prophetiae*, dilatabit? cum Seb. Schmidio, et Clerico. Resp. Prius vult forma Futuri apocopata, sicut etiam praecedens et subsequens ויהי *et sit, esto*. Nam vtique praeter praedictionem declarat Dei iudicis in Noacho loquentis iustissimum imperium, et Noachi ministri fidelis subscriptionem sententiae latae decentissimam. III. *Quodnam sit subiectum membri sequentis, Deus an Iaphet?* Affirmatur posterius, non solum, quod sit proximum, verum etiam ex collatione commatis antecedentis, quippe quod totum de solo Semo agit; pari ergo ratione et hoc ad solum Iaphetum referendum erit. IV. *Quis sensus sit voti secundi*: vt tandem etiam habitet in tentoriis Semi? Resp. is est, vt posteri Iapheti in Ecclesiam posterorum Semi i.e. Israelitarum verorum, siue *Israelis Dei et secundum spiritum* recipiantur, vel vt verbis Apostoli vtar: vt gentiles Iaphitae *aliquando existentes procul, et alienati a republica Israëlis, et hospites testamentorum promissionis, prope fiant per sanguinem Christi, et vna cum propinquis sanctis et domesticis Dei aedificentur* IN HABITACULUM DEI IN SPIRITU SANCTO Eph. II.

CAP.

CAP. X.

CAP. X, 9.

וְהוּא־הָיָה גִּבֹּר־צַיִד לִפְנֵי יְהוָה

Hic fuit potens venatione coram Iehoua.

QUod phrasis גבור ציד designet Nimrodum vt איש מלחמה ובן חיל *egregium bellatorem*, qui artes dominandi a *potentibus Nephilim* ante diluuium vtcunque inuentas et vsurpatas prudentius excoluerit ac felicius multo prosequutus fuerit, adeoque homines terrasque vi armorum subegerit, quem Gallice diceres *un grand conquerand*, meliores inter interpretes conuenit. Dissident autem circa phrasin alteram לפני יהוה, qua tamen recte intellecta multum lucis asserto huic, et multum auctoritatis Nimrodo afferetur. Complures eam ita capiunt, ac si Nimrodus suam tyrannidem *citra omnem reuerentiam Numinis omnipraesentis* exercuerit, itaque ביד רמה et מדיר omnia fecerit. Aliis est περιφρασις superlatiui gradus *quam maxime potens*, vid. R. Sal. b. Melech *in M. l. h. l.* et Bochartus *Phaleg. lib. 4. c. 13. p. 227.* et Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. c. 9. p. 306.* vel *fortissimus omnium hominum* SVB COELO vid. Isidor. Clarius et Vatablus *h. l.* Ast haec explicatio, a Rabbinis in suum vsum efficta ac adoptata, est suo modo ἐπομένη, cum potius ista ἐπίτασις DEI propriisime *causam efficientem*, siue influxum prouidentiae diuinae in res creatas nunc laetum, nunc tristem, nunc gratiae nunc irae insinuet. Exemplis vindicatis a Glassio *Gram. S. can.* XVII. Gussetio *comm. L. E. p. 65. 66. 67.* et nouissime cl. Chr. H. Ritmeiero Prof. Gr. L. Helmstad. *in Dissert. de Nominibus diuinis stilo Scripturae S. rem amplificantibus*, adiungenda est et integra dictio לפני יהוה *h. l.* et Gen. XXVII, 7. vtramque ex circumstantiis textus prae aliis optime interpretatus est B. Seb. Schmidius *Annot. in Gen*, Nostram quidem, significari ea datorem tanti roboris, Iehouam scilicet, approbante et confirmante D. I. M. Langio *in Dissertat. de Forti Venatore Nimrodo.* Cui adspirat elegans excellentisimi Hilleri *Onomast. S. p. 160. fin.* expressio haec: secundante Iehoua; alteram autem h. m. "quum benedictiones patriarchales sint propheticae et testamentariae, hinc coram Iehoua idem est ac eam dictante Iehoua, adeoq; immutabilem reddente benedictionem hanc. „ Nec iuuat primam expositionem locus Gen. VI, 11. *Et corrupta erat terra* לפני האלהים coram Deo. Non enim heic dicitur vi phraseos controuersae, *quod homines illi, qui terram corruperant, voluerint Dei praesentiae quasi ex deliberato consilio insultare, eandemque irreuerenter habere*; sed potius quod *iniqui-*

iniquitates istorum hominum, propter quas corrupta erat terra, *posuerit* לְמָאוֹר CAP. X.
פָּנָיו ad lucem vultus sui ex collatione, Ps. XC, 8. easque pro iustitia sua sanctissima diluuio et excidio vniuersali vindicandas iudicauerit, hominibus interim nihil tale somniantibus, sed suauiter carnis motibus indulgentibus. Vt igitur h. l. phrasis importat influxum irae diuinae, ita in illis gratiae, quod in nostro, quem sub manibus habemus, loco vel ipse laetus successus, quo Nimrodus est gauisus, euidenter arguit. Annumerauero igitur Nimrodum cum Dn. D. Langio *in Dissert. cit.* §. 17. illis *Thaumaturgis*, quos B. Lutherus *in Comment. in Ps.* CI. *Tom. VI. Ien. Germ. fol.* 139. nominat, talesque censet Cyrum, Themistoclem, Alexandrum M. Naëman Syrorum, Hannibalem etc. quos homines ad varia excitarit iuueritque Deus, vt nemo ipsis potuerit obicem ponere. *Wa sie anfiengen, das gieng fort, und wenn alle Welt dawieder streben wolte, so muste es hinaus ungehindert*, vt habent verba Lutheri *cit. loc.* Hoc proinde sidus fauens Nimrodi sine dubio indicatur phrasi לִפְנֵי יְהוָה *Er hatte den Sieg von Gott, wo er sich hinwandt*, interprete Langio; adeo vt de aliis postmodum fortunatis bellatoribus in prouerbio diceretur: Sicut Nimrod est fortis diuinitus adiutus venator. Ceterum epitheton nominis Dei in sensu *causae efficientis* non solum constituitur cum voce לִפְנֵי, verum etiam cum ל *Datiui*, vt Ion. II, 3. *Niniue erat* עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים vrbs magna DEO. Ad Ion. II, 3.
quem locum audire iuuabit B. Lutherum aduersus *Rabbinicam auxesin* grauiter insurgentem *comm. in Gen. c. XIII, 10. fol.* 172. h. m. "Niniue, inquiunt Iu-„
daei, non potest dici Dei ciuitas, quasi Deus ibi habitet, sicut apud nos in Ie-„
rusalem: alia huius appellationis ratio est, *quod magna et augusta sit ciuitas*.„
Sed vana haec est expositio, et (vt paulo ante haec verba) ex nimia eorum sa-„
pientia et innata superbia profecta. Scimus enim, Deum etiam gentium„
Deum esse etiam temporaliter. *Niniue* igitur *ciuitas Dei* dicitur,„ *quod Deus ei incrementa et benedictionem suam dedit, et curat et gu-„ bernat eam.* -- Ac sane non exigua est consolatio, quod imperia con-„
stituit, seruat et et tuetur, nec illa, vt plerumque putamus, vel cre-„
scunt vel cadunt temere. Gentes gubernationem hanc non vident„
sed sua industria constitui et gubernari imperia somniant.„ Sic Ies. XXVIII, 2. חָזָק וְאַמִּיץ לָאדֹנָי *Robustus et fortis* (aliquis, nempe rex Assyri- Ies. XXVIII, 2.
orum Salmanassar) DOMINO, i. e. a Domino iudiciorum suorum contra Israelitas excitatus et armatus executor. Qui ebraismus quoque occurrit in N. T. nempe Act. VII, 20. Moses dicitur ἀστεῖος τῷ θεῷ *venustus DEO*, h. e. vt recte Act. VII, 20.
Flacii glossa *h. l.* et Piscator *diuinitus venustus*. Non enim naturae opere, sed a Deo praeditus erat hac venustate, ceu luculentae gratiae diuinae, illustrium-

CAP. X que per eum benefactorum praenuncia aurora, mente quoque parentum hac de re procul dubio illuminata, hinc *per fidem* tres menses occultatum esse asserit Apostolus Ebr. XI, 23. Non igitur est, quod cum doctissimo Anglo Henr. Hammondo *ad h. l.* suspicemur, τῷ Θεῷ *librarii mendo scriptum fuisse pro* τῇ
2. Cor. X, 4. θέᾳ *adspectu*. Deinde 2. Cor. X, 4. vbi Apostolus dicit: *arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed* δυνατὰ τῷ θεῷ potentia Deo. Dicendum ei fuisset vi oppositionis ἀλλὰ πνευματικὰ, *sed spiritualia*, quoniam *caro* et *spiritus* in Scripturis sibi inuicem opponuntur, Gal. III, 3. V, 19. 22. VI. 8. Verum vt diuinam suorum armorum efficaciam innueret, eamque sinistrae aduersariorum opinioni opponeret, dicit, eadem esse δυνατὰ, et quidem notanter cum apposito τῷ Θεῷ *diuinitus valida*, ceu recte Beza vertit, siue *per Deum* ac virtute diuina, non viribus humanis.

Vers. 11.

מִן־הָאָרֶץ הַהִוא יָצָא אַשּׁוּר

Ad res Nimrodi secundis propitiisque fatis gestas pertinet et hoc, quod, fundato prius regno Babylonico, (prima illa Monarchia, quae in colosso Danielis cap. II, v. 38. eousque euecta fuit, vt *aureum caput* constitueret, vlteriores armorum suorum fecerit progressus, dum ex terra hac (sc. Babylonica) egressus est in Assyriam. Ita vertendum est cum Tremellio, Gerhardo, Rauppio, Seb. Schmidio, Ainsworrho, Drusio, Fullero *Misc. l. 1. c.* 4. pag. 43. Bocharto *Phaleg. lib. 4. c. 12. p.* 229. *sqq.* add. Lambecii *Prodr. hist. litter. l* 1. *c.* 4. *fol.* 22. *seq.* ה enim *locale* vel praepositio אר non raro abest, conf. 1. Reg. XI, 40. 2. Reg. XXIII, 34. XXV, 7. 8. et in ipsa voce nostra Hos. VII, 11. VIII, 9. et *egressus* dicitur nempe *ad bellum inferendum*, vti phrasis ista sumiter 2. Sam. X!, 1. II, 12. 13. add. Zach. XIV, 3. Ies. XLII, 13. Ps. LX, 12. et confirmat euidenter locus Mich. V, 5. vbi *Assyria* nuncupatur *terra Nimrodi*.

Vers. 14.

IUxta distinctionem versionis Lutheri *Philistaei* et *Capthorim* eosdem agnoscunt natales ex *Caslachim*, quum tamen non tantum vi particulae אר iuxta cum antecedaneis אר a verbo ילד dependentis, verum etiam distinctionis authenticae soli Philistaei ex illis orti sint, ita vt verba אשר יצאו משם פלשתים *vnde egressi sunt Philistaei*, parenthesin constituant; ast pro Luthero in תּוֹ ואת־כשלוחים requireretur Rex maior *Sakephkaton*.

Vers.

Verſ. 21.

וְלְשֵׁם יֻלַּד גַּם־הוּא אֲבִי כָל־בְּנֵי־עֵבֶר אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל׃

Et Semo natum eſt (neutraliter pro *nati ſunt filii*) *etiam illi* (coll. c. IV, 26. 22. XXII,29. 24.) : *patri omnium filiorum Eberi* (i. e. Ebraeorum) : *fratri Iapheti maioris.*

Quaeritur heic: quo epitheton הגדול referendum ſit? ad proximum *Iaphetum*? an vero ad remotiorem *Semum*? vt vertendum ſit cum R. Abarbanele, Pagnino, (qui ideo a Leusdenio *in Philol. Ebr. diſſert. 36. p. m. 420. caſtigatus* eſt) Calouio, et Guſſetio: qui fuit *frater Iapheti maior*? R. Prius perſuadent euidenter accentus, coniungentes יפת הגדול, itaque vertendum, vt vertimus, cum LXX interpretibus Ἰάφεθ τῶ μείζονος *maioris*, approbatis Bocharto *Phaleg. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 148. ſiue *illius maximi* cum Iun. et Trem. approbante Dan. Feſſelio *aduerſ. ſ. l.* 5. *c.* 11. *p.* 475. propter ה demonſtratiuum; cum alioqui pro altera conſtructione talis eſſet accentuum poſitus: אחי יפת הגדול. Aliam adhuc conſtructionis viam tentat Seb. Schmidius *in Annotat. ad h. l.* videlicet אחי cum immediate praeuio עבר, et h. m. reddendum cenſet: *patri „ omnium filiorum Eberi, fratris Iapheti maioris* h. e. *Iapheti, qui maior eſt ipſo Ebe-„ ro*, quomodo ſignificetur, quod Iaphetus fuerit frater Eberi, non in eodem „ aut pari gradu, ſed in impari, in quo Iaphetus ſuperior. etc.„ Verum neque haec conſtructio cum accentibus eſt conciliabilis, dum hac ratione in אבי pro *paſchta hic* tantum *oratorio* exigeretur *denuo maior*, et quidem *Sakephgadol*, virtute tum maior priori in עבר, ceu genuinis doctrinae accentuatoriae filiis conſtat; nec in re ipſa a quopiam albo notatam calculo reperi. Quin ipſemet huic conſtructioni parum videtur fiſus, dum fluctuans eius animus ad denuo nouam propellitur, *quod ſi quis praeferat*, ſubiicit, *Iaphetum dici fratrem Semi, dicetur maior Chamo, non natu, ſed praelatione patris, per quam Canaan ſeruus factus.* Sed quam inſolens et coacta ſit haec ellipſis termini alterius comparatiui, aliunde extra contextum arceſſendi, quiuis facile peruidet; cum praeterea in hoc capite nec μὺ nec γεὺ de praelatione et benedictione paterna, ſed genealogia ſaltem filiorum Noachi habeatur. Euicto igitur per accentus, quod *Iaphet natu maximus* ſit filiorum Noachi, et *Chamus* expreſſe dicatur filius הקטן *natu minimus*, Gen. IX, 24. coll. v. 22. Sic enim קטן abſolute, non ſequente מן, de aetate vſurpatum ſemper accipitur. vid. Gen. XLII, 13. 15. XLIV, 12. 20. 1. Sam. XVII, 14. adeoque Chamus non dicitur *minor, reſpectu primogeniti Semi*, ad mentem Seb. Schmidii. Relinqui-

CAP. X. tur ergo, *Semum* filiorum esse *medium*. Id quod vlterius in omnem euidentiam confirmatur ex anno generationis Noachi, quippe qui anno aetatis suae quingentesimo coepit generare, Gen. V, 32. et diluuium incidebat in annum ipsius sexcentesimum, Gen. VII, 6. et 11. Proinde sequitur, quod filius Noachi natu maximus ipso diluuii anno fuerit praecise centenarius. Atqui de *Semo* dicitur, quod biennio demum *post diluuium* fuerit centenarius, Gen. XI, 10. E. Semus non potest esse filius Noachi natu maximus. Quo quidem in loco Seb. Schmidii translatio et expositio male iterum conuenit cum interpunctione ebraea, dum *Sakephkatoni* plus valoris tribuit quam eius Domino *Athnacho*, sique potius indicaretur tempus, quo Schem primogenitum suum genuerit post diluuium nec non verba vltima אחר המבול trahenda etiam essent ad incisum primum, contra stilum Mosis et nexum accentuum cum שנתים, h.m. *Schemus fuit centum annorum* post diluuium, *genuit autem Arphachsadum biennio post diluuium*; translocandus esset *Athnach* ab ארפכשד ad שנה, essentque sic duae distinctae propositiones. Ideo autem *Athnach* comparet in ארפכשד, vt verba temporis שנתים אחר המבול separatim posita ad omnia praecedentia referantur, non solum ad τὸ *gignere*, sed etiam ad *aetatem* Semi. Quae distinctio temporis emphatica eximium pariter vsum exserit, nodumque chronologicum feliciter soluit in loco Gen. XV, 13. vbi Deus ad Abramum: *Peregrinum erit semen tuum, in terra non sua, et seruient eis et affligent eos*; idque *quadringentis annis*. Quae eodem tenore allegat Stephanus Act VII, 6. Qui numerus annorum per *Athnachum* vt peculiare membrum reliquis omnibus contradistinguitur, vt ad omnia illa respiciat, non solum ad tempus *afflictionis* et *seruitutis*, alias in להם positus fuisset *Athnach*; verum etiam ad tempus *peregrinationis* patrum Israelitarum Abrahami, Isaaci et Iacobi, quod forte Iunius et Tremellius suo *idque* praeclare innuere voluerunt, et numerando a nato Isaaco ad exitum Israelitarum ex Aegypto tot anni prodeunt. Atque hinc lucem accipit locus ἐναντιοφανὴς Exod. XII, 40. repetitus Apostolo ad Gal. III, 17. qui solummodo meminit *synecdochice* incolatus Israelitarum in Aegypto, adeoque potioris et durioris afflictionis, vt tamen non excludatur molestia peregrinationis Patriarcharum iuxta locum priorem Gen. et numero 400. superaddit 30. annos, qui scil. ab exitu Abrahami e patria vsque ad natiuitatem Isaaci intercessere. Vt adeo ad conciliationem horum locorum minime opus sit, vt cum Morino, Isaaco Vossio, Lud. Capello, quibus nouissime pollicem premit doctissimus Anglus Eduardus Stillingfleet *in Ep. ad Deistam p.* 98. ex glossa, LXX. virali versioni et cod. Samaritano inserta (quae est: *et in terra Canaan ipsi et patres eorum*) textum authenticum refingamus ac emendemus. Sed reuertamur ad nostrum locum. Habemus itaque ductu ipsius scriptu-

Gen. XI, 10.

Gen. XV, 13.

Exod. XII, 40.

scripturae *naturalem* filiorum Noachi ordinem, hunc videlicet: *Iaphet, Sem,* CAP. X.
Cham, pro quo *arbitrarium* hunc seruat; *Sem, Cham,* et *Iaphet;* quem tamen vt natiuum propugnant cum R. Abarbenele, aliisque Christianis Seb. Schmidius *Annot. ad Gen. V,* 32. X, 21. *et* XI, 10. et Gussetius *comm. L. E f.* 199. *et* 323. in quos vero doctam criticam exercuit cl. M. Io. Rus *in Accentuat. Ebr. Vsu a pag.* 26. *ad* 40. Vltimum etiam notauit Io. Marckius *Exercit. Bibl.* II. §. 10. 11. Cur autem *Semus* praepositus sit? videtur factum esse ob ipsius dignitatem, quia in eo conseruata est ecclesia Dei, et promissio Messiae, et hinc ob relationem maiorem ad Israelitas, quorum historiam Moses maxime erat traditurus. *At inquis*: stante hac ratione etiam eius genealogia c. X. primo, non vltimo demum loco, percensenda fuisset. Respondetur vero, quod heic obseruanda sit *solennis Ebraeorum consuetudo, qui, res commemoratas vlterius historice pertexturi, vel accuratius descripturi, a fine s. re in extremo posita exordiuntur.* vel vti effatur Aben-Esra ad Exod. XVII, 7. משפט לשון תקדש כאשר יזכיר שני דברים יחל לעולם מהשם שהוא קרוב: i.e. *Mos est linguae sanctae, quando commemorat duas res, incipit semper ab eo nomine, quod est proximum.* E. c. Gen. I. 1. 2. *In principio creauit Deus* coelum et terram, Terra *autem erat etc.* In l. c. Exod. primo loco ponitur ratio *Mribba,* postea demum *Massa.* it. Ies. L, 1. primum ratio *venditionis,* deinde *dimissionis* redditur. Sic et hoc loco, dum arbitrarius iste ordo *Sem, Cham, Iaphet,* semel allubuit Mosi, genealogiam prius *Iapheti,* deinde *Chami,* tandem *Semi* pertexuit. Parallelum fere tenet ordinem in recensione filiorum trium Therachi mox cap. XI. 26, praeponens *Abramum* natu minorem, (vtpote anno demum CXXX. Therachi natum, ex coll. v. 32. et c. XII, 4. subtrahendo LXXV annos Abrami ab annis patris Therachi CCV.) itidem ob dignitatem et excellentiam, medio filio *Nachori,* et primogenito *Harani.* Ex eadem ratione Scriptura 1. Chr. I, 18. inter filios Abrahami *prius* nominat *Isaacum,* quam *Ismaelem.* Nec minus in N. T. *arbitrarie* allegantur praecepta quaedam Decalogi, non seruato ordine a Mose praescripto, conf. Luc. XVIII, 20. et Marc. X, 19. Rom. XIII, 9.

CAP. XIV, 24.

בַּעֲלַי בְּרִית וגו׳

NAturam et indolem particularum ebraicarum recte et concinne nosse exprimere, non sane est res leuis momenti, nec inter apinas tricasque Philologorum coniiciendum, quandoquidem sic multa saepe lux textui affunditur.

CAP. XIV. Concurrunt heic duae particulae, quarum primam fere reddunt *praeter*, *praeterquam*, *sine*, *excepto*, *duntaxat*, neglecto suffixo, vt sic synonyma sit alteri רק, adeoque alterutram tantum exprimunt. Ast cum בלעדי per accentum maiorem *Rbbiam* a sequente sit distinctum, distinctiori etiam sensu gaudebit. Id peruidentes oculatiores nonnulli ei aliquatenus vt satisfieret laborant. Lud. de Dieu reddit *praeter me* scil. est hoc i.e. hoc a me remoueo, vt nempe a te ditatus dicar. Iudicat igitur, remouendi esse particulam, qua dictis non assentimur, humaniterque id a nobis repellimus, quod Galli dicunt: *excusés moi*, *pardonnés moi*. Cl. Io. Franckius Meklemb. *in Diacr. Sacr. Praefat. p.* 13. coniecturat, genuinam radicem esse לעד, cuius vestigia in linguis occidentalibus superesse, nempe Graecorum λῆδος vel λᾶδος vestis detrita, ληδεῖν fessum esse, Latinum *laedo*, et Germanicum leed, *Leid*, *beleidigen*, et fortasse etiam *ledig vacuus*, et hinc esse nomen לָעַד, etsi ob anomaliam punctorum in regimine et cum praefixo ב putat, deduci etiam posse a radice quadrilitera בלעד, quod eodem recidat. Buxtorfium quidem referre ad בלע, qua ratione si composita dicatur cum רי, non adeo absurdum arbitratur. Et significaret *absorptam*, *perditam* vel *demtam sufficientiam*, quod cum secutura significatione optime consistat. Putat namque *p.* 14. formalitet R. לעד indicare *negationem potentiae* generalissime acceptae, vt per בלעדי indicetur, quod supra vires, contra decorum et officium, quod sine mandato, voluntate, nutu, auctoritate, aut iuri dissonum suscipitur, aut postulatur. Tandem in nostro loco ita uertit: *absit a me*, vel *hoc non est meum; tantum etc.* Verum enimuero tanto anfractu et angore supersedere potuisset vir doctus, si communiorem deductionis viam, quae omnino heic tutior et certior, instituisset. Est autem illa, quae cum Aben-Esra statuit, particulam hancce esse compositam ex בל *Non*, et substantiue *Nihil*, *defectus* (vid. *Lux Ebr. p.* 325.) et עד *ad*, *usque ad*, et probatur etiam ex (-) sub ב, et forma regiminis עֲדֵי, et cum affixis pluralibus. (vid. *Lux Ebr. p.* 151.) Itaque vi formae et accentus versio simplex et facilis cum Gussetio *in Comm. L. E. p.* 807. C. haec erit: *Non* vel *nihil ad me* sc. perueniet; (tale enim vel simile quid in tali compositione subaudiendum esse nemo refragabitur.) *tantummodo quod ederunt pueri* (*die Jungen muntern frischen Kerl*) accipiant, (quod ex membro ultimo huc adiiciscendum) *et portionem viri illi*, *qui iuerunt mecum*: *Aner* nempe *Escol et Mamre*, *illi*, inquam *accipiant portionem suam.* Confoederatorum suorum iam in האנשים generatim indicatorum, sic singulariter honorificam mentionem facit Abrahamus in τειμήριον gratissimi liberalissimique erga eos animi. Hinc transibimus ad alia etiam loca, periculum facturi, quousque cum significatu nostro particulae progredi valeamus. Sequitur ordine locus Gen. XLI, 16. in quo multi se torserunt,

ferunt, qua via noſtrum בלעדי per *Athnachum* a ſequentibus ſeiunctum decenter et ſufficienter pro officio accentus iſtius, ab aliis perperam ad ſequentia tracti, exprimerent. Targum reddit לא מן חכמתי *Non ex ſapientia mea.* Lud. de Dieu *ad l. pr. Remoueo id à me.* Seb Schmidius: *non meum eſt hoc*, Dn. Franckius *l. c. p. 17. Non id eſt mearum virium* cum B. Luthero optime et praeclare: *Das ſtehet nicht bey mir.* Noſtra ad ductum literae: *Non ad me* venit, *das kommt nicht auf mich an.* Nonne heic litera cum facilitate idem dicit, quod maiori cura ex ſenſu rei hariolati ſunt illi. Et *cum affixu* ibid. v. 44. ובלעדיך *et non vsque ad te* prius peruento, quod iam conuenit cum ſenſu aliorum *praeter te, ſine tuo imperio, ohne deinen Willen.* Accedente autem praepoſitione מ induit naturam nominis, vt Ieſ. XLIII, 11. *Et non eſt* מבלעדי ex defectu ad me perueniendi (i. e. *praeter me*) *Seruator*, coll. c. XLIV, 6. Sic Ier. XLIV, 19. המבלעדי Num ex defectu ad *viros noſtros* accedendi *fecimus?* etc. Hoc idem dicit cum aliorum ſenſuali: *an ſine conſenſu, voluntate, ſcitu et permiſſu?* Pſalm. XVIII, 32. *Quis eſt Deus?* ex defectu ad *Iehouam* perueniendum. Num. V, 20. *Si concubuerit tecum quispiam* ob defectum (*nullitatem*) ad *maritum tuum* acceſſus, (*ſo das du nicht zu deinem Manne dich gehalten*) i. e. *praeter maritum tuum, auſſer deinen Manne* Sed denique quomodo vertendus erit locus Iob. XXXIV, 32? vbi ſtat in regimine cum verbo finito futuri temporis h. m. בלעדי אחזה. Schmidius vertit: *Praeter quod video.* Dn. Franckius *l. c. Negata potentia, qua uideam*, ſiue quae non potis ſum videre, *tu doce me.* Iudicarunt ſcilicet non aliter hanc inſolentem conſtructionem conciliari poſſe, niſi mediante relatiuo אשר. Nos autem ſimplicius et plenius: Defectum ad *videnda*, germ. *den Mangel in dem, das ich beſſer ſehen ſolte, tu doce me*, compenſa doctrina tua. Scire quippe iuuat, Futura ebraea includere etiam *participia futura* latinorum in Rvs et Dvs. Haec ſufficiant de hac particula. CAP. XIV. et XVIII.

CAP. XVIII, 5.

כִּי־עַל־כֵּן עֲבַרְתֶּם עַל־עַבְדְּכֶם

NOtamus duntaxat haec verba hoſpitalis Abrahami, in ſe quidem nihil difficultatis habentia, propter translationem Dn. D. Danzii, quam *in interpr. Ebr. Ch. p.* 300. h. 1. m. formauit: *Num quid reuera tranſiſſetis? Hättet ihr denn in der That euren Diener ſo vvollen vorbey gehen?* cum qua fere convenit Io. Vlmanni *in Obſeruat. Philol. cent. I. p.* 12. *Cur etenim velletis tranſire praeter ſeruum veſtrum?* Germ. *Dann vvarum vvoltet ihr vor euren Knecht vor-*

CAP.XVIII. *vorbey gehen*? Vbi (α) vtraque citra vllam necessitatem ex oratione absoluta facit *interrogatiuam*, ex diuerso licet fundamento: illa in rariore eiusmodi vsu particulae כי, quanquam in versione germanica sit solum *expletiua*; haec, particula illa recte *ratiocinatiue* sumta, quaerit in על־כן reddita per *cur*? ita vero hanc particulam compositam vllibi in scripturis vsurpari non memini. Quo sensu potius dictum fuisset למה vel על־מה vel מה־זאת. Dn. Danzio capitur כן in notione *substantiui*, *in veritate*, vti quidem interdum capi posse haud diffiteor, hoc autem loco non necesse, nec conueniens; sed defendit et heic famosam suam significationem *causae finalis propterea*. Et apprime appositа est explicatio, quam de particula hac huius loci affert Gussetius *in* „*comm.L.E.p.* 379. *b.* על־כן, inquit, quasi finem designat, qui tamen finis „non est proprie dictus, cum non fuerit animo obiectus in actione antecedente, sed saltem *sequela est rei congruens*, ita vt res ad eum tendere connexione aliqua naturali videatur, dicique possit hic *finis naturae* vel *prouidentiae*.„ (β) Vterque verbum עבר ita vertunt, ac si esset constructum cum praefixo מ, quod tum significat *praeterire aliquem*, vel propius ad ebraismum in vernacula nostra, *vor einen vorbey gehen*, sicuti cum hac constructione et sensu in v. 3. occurrit. Atuero cum על vel אל־ constructum notat transire *ad aliquem*. sic idem est ac בוא *venire*, aut cum eo permutatut. conf. Gen.XXXI, 52. 1. Reg XIX, 19. impr. 2. Reg. IV, 9. et 10. Vnde miror, ad hanc constructionis differentiam verbi עבר hos viros doctos minus attentos fuisse. (γ) Hoc pacto orationem minus bene cohaerere, praesertim iuxta Danzianam interpretationem, patebit cuiuis animum attendenti, et vnum cum cum altero contendenti. Quanto vero melius nostra, quae et communis, qua Abrahamus pro rei naturaeque congruentia sic colligit: Nam propterea s. eum in finem (vt nempe honore aliquo vos mactem) transiistis ad seruum vestrum. Haud absimile est ratiocinium Loti, quo iisdem fere verbis ius hospitalitatis volebat inuiolabile: כִּי־עַל־כֵּן בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Nam propterea

Gen. XIX, 8. (vt saluos et tectos eos praestem) *venerunt sub vmbram tecti mei*, Gen. XIX, 8.

Gen.XXXIII, 10. His pariter iungi merentur verba Iacobi ad Esauum Gen. XXXIII, 10. כי על־כן Nam propterea (quod scil. munus meum accepturus esses) *vidi faciem tuam*, *sicut viderem faciem Dei* comis et blandi (vtpote per quem facies eius minitabunda versa erat in tam mitem et serenam) *et placide acceptasti me*. Ita plene et plane litera ebraea redditur, quamuis a variis varie, non recte natura vocis על־כן attenta, a Luthero prorsus omissa. Sic nec in quarto Genes. loco istud par particularum coniunctum exuunt natiuam suam indolem, in verbis Iudae iudicis absolutoriis: *Iustior est me*, Thamar

כן

כי־על־כן nam propterea (vt ſcil. ſcortaretur ex coll. v. 24.) *non dedi il-* CAP. XVIII.
lam Schelae filio meo. Detrectato namque hoc coniugio in cauſa fui, vt libidinum flammis ureretur et ſcortaretur, quod ſane eo contracto declinare potuiſſem, multo minus ad tam praeceps damnationis iudicium proruere debuiſſem. Addatur ἐκ περισσοῦ etiam locus Iud. VI. 22. vbi Gideon perterritus exclamat: *Ah! Domine Iehouah Deus!* (ſc. אמוּת *moriar* vt patet ex coll. v. ſeq. 23,) כי־על־כן Nam propterea *vidi Angelum Iehouae a facie ad faciem.* Quo in loco iterum τὸ על־כן non recte exprimitur, Luthero aliisque per *ita*, idque ob non animaduerſam ellipſin perturbato Gideonis affectui aptam. Nec opus, vt לוּ מ cum non nullis *interrogatiue* accipiatur.

CAP. XIX, 8.

VErba huius commatis, quae iuſtus reponit Lotus ad turpiſſimum poſtulatum Sodomaeorum, quo duos Angelos ſub forma formoſorum iuuenum apud eum hoſpitantes volebant ad ſe eductos, *vt cognoſcerent eos*, nim. coitu infami, coll. Iud. XIX, 22. vt παιδεραῖαι, malim accipere vt *comparatiua*, hoc ſenſu: *Ecce nunc mihi ſunt duae filiae, quae nondum cognouerunt virum, educerem potius nunc eas ad vos, vt faceretis ipſis iuxta id quod bonum eſt oculis veſtris; tantummodo viris illis ne faciatis quicquam etc.* Atqui iſtud, vult dicere, fieri non poteſt per legem naturae, cum corporum et pudicitiae filiarum non tam ſim dominus, quam cuſtos. Adeoque haec verba ſeuerisſimam negationem eorum, quae expetebant, inuoluunt. Et colligitur e v. 9. quod populus Loti verba indigne tulerit, atque agnouerit, ſeueritatem illam iudicis prae ſe tuliſſe, quando dicunt: *Hic vnicus venit ad peregrinandum, et iudicabit iudicando? dieſer einige Frembdling hie, will gar unſer Richter ſeyn? uns überall meiſtern?*

Verſ. 26.

וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח׃

Etiamſi iam integrum hunc locum occaſione nobilis ebraiſmi *reſpicere a tergis alicuius* explicuerim *in Ebraiſm. Etymol. p.* 80. *ſeqq.* tamen operae pretium duxi, eum denuo heic in ſua ipſius ſede ſub incudem reuocare, et penitius accuratiusue conſiderare, confirmareque. Phraſis itaque prima non vertenda: *et reſpexit vxor eius poſt ſe*, vt euidens eſt *e gen. maſc. affixi*; dicendum ſic fuiſſet אַחֲרֶיהָ, aut מֵאַחֲרֶיהָ, quod quidem habet Guſſetius *Comment. L. E. p.* 526. *b.* cum verſione *pone ſe*, ac ſi ita et fons haberet, qua auctoritate aut potius temeritate? non dico. Tametſi pro ſenſu reciproco adhi-

CAP. XIX. beatur sine praepositione מ vt 1.Sam.XXIV, 9. ויבט שאול אחריו *et respexit Saul post se*, idemque de eodem cum synonymo פנה 2 Sam.I, 7.coll. 2.Sam.II, 20. ita in verbis Angeli cap. nostri vers. 17. אַל־תַּבֵּט אַחֲרֶיךָ *ne respicias post te.* Proinde quum in versu nostro 26. occurrat constructio cum *praefixo* מ, plus dici existimo, quam *post eum* nempe Lotum, videlicet notione nominali vi formae suae: Et respexerat a tergis eius. Qua ratione huius phraseos eandem esse vim cum illa שוב vel סור מאחרי *reuerti*; vel *recedere a tergis alicuius*, Num.XXXII, 15. etc. 2.Sam. II, 21. etc. Dudum enim ille sensus nudae literae, *und sein Weib sahe von seinen Rükken ab oder hinweg*, mihi ieiunus et ad rem ineptus visus, quasi persequens a tergo domini sui incedens adeo fixis id intueretur oculis, vt ab eo eius non reflecteret, aut reflectere deberet, et quasi quaqua licet spectauerit, herum nihilominus suum fideliter non insequatur, aut insecutus dicatur. Et si id intendisset Moses, simplicius vtique conuenientiusue dixisset אַחֲרֶיהָ *post se.* Ad genium igitur linguae illius vxor Loti a tergis eius ita respexit (*hat von seinem Rükken sich so abgewand*) vt non amplius terga eius impleuerit, tergis eius fideliter adhaeserit, iuxta phrasin oppositam, Num.XXXII, 11.12.etc. Psalm. LXIII, 9; itaque *respectus* connotat *recessum, atque reditum in viam suam.*

(α) Quem vsum clare stabilit (α) eius cognatum פנה Cant. VI, 1, (al. v. 17.) אנה פנה דודך *Quo respexit amicus tuus? wo hat sich dein Freund hingewand?* quae verba idem dicunt pro affectu puellarum ad sponsam, quod immediate praecedentia אנה הלך דודך *Quo iuit amicus tuus?* Consule Gen.XVIII, 22. Exod.XXXII, 15. Num.XIV, 25. Deut.XVI, 7. Ios.XXII, 4. vbi per abitum expresse declaratur. (β) Ipse tenor et mens mandati Angelici, cit. vers. 17, ex quo phrasis nostra controuersa omnino explicanda est, vt inter illud et insecutam ἀπεσθεῖαν mutabilis et miserae feminae mutuus sit respectus. Dicebat namque Angelus Iehoua (coll. vers. praeced.) Filius Dei, reuersus ab Abrahamo, apud quem solus remanserat, et qui deinceps *a Iehoua* Patre suo *pluere fecit sulphur et ignem*, ille, inquam, dicebat ad Lotum, vt caput familiae: eripe te ad vel propter vitam tuam; (locus ad quem determinatur in membro finali *in montana*) ne regrediaris, neque subsistas in tota hac planitie: ne consumaris. Vbi quidem in mandato negatiuo duplici significatur aperte et distincte duplex via emergendi ex discrimine, si scilicet Lotus (א) *non regrederetur* in vrbem exitialem, vnde eductus esset; *nec* (ב) *subsisteret in tota illa planitie*, tota mox subuertenda, excepto saltem ex gratioso indultu Domini ad preces Loti asylo eius oppidulo Zoare. Quid heic sola obuersio vultus versus vrbem, ad subsistentiam in tota illa planitie? quae co-

cohaerentia? Nonne, si vel constantissime non respexisset, subsistitisset autem in illa regione perdenda, nonne vna periisset? idcirco vtrumque prouide interdixit ei Dominus. (γ) Indoli ebraeae stilum graecum adaptasse Lucam existimo c. IX, 62. in sententia Saluatoris notabili: ἐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῦ θεῦ. Heic sane τὸ βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω *respicere ad ea, quae sunt retro*, non significat proprie et simpliciter *retorquere caput oculosque*, nec solum *cura rerum relictarum tangi*, vel τὰ ὀπίσω ἐπιλανθάνεσθαι *quae retro sunt non obliuisci*, Phil. III, 14; sed *a viae iustitiae ingressu per cognitionem Domini et Saluatoris I. C. resilire ad inquinamenta mundi et volutabrum coeni*, 2. Petr. II, 20. 21. 22. Et nitotus fallor Lucam exponit Ioannes c. VI, 66. ἐκ τύτε πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐκέτι μετ' αὐτῦ περιεπάτεν. (δ) Vxor Loti in *exemplum reuersionis periculosae* peruerso amore rerum terrenarum sistitur a carissimo Saluatore nostro, Luc. XVII, 31. 32. grauiter monente: ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ. Probe heic notetur simplex nexus et neruus admonitionis, quippe quo nihil potest esse euidentius. Denique (ε) confirmatur auctoritate pariter *Breschit Rabba*, apud Abarbanelem *ad h.l. fol. 70. col. 2*, vxorem Loti reuersam statuentis, quamuis cum reiicula hac causa, *vt concumberet cum viris ciuitatis, congregatis circa domum Loti*, nec non cl. Herm. Hardtii *in Ephemer Philol.* qui circa hanc phrasin sua laude non defraudandus est, quamuis aeque circa posteriorem, et alias, virgulam censoriam cl. Caluörii *in Gloria Mosis illustr.* aliorumque meruerit. It. B. Seb. Schmidii *Annot. ad h.l.* cum eoque Dn. D. Maii *in Oecon. Iud. Diu.* P. I. *p.* 228. *seq.* Euicto itaque hactenus, quod muliercula ista contra Angeli increati interdictum non tantum *oculis* et *mente*, verum etiam *pedibus* a tergis mariti reflexerit, viam ad vrbem retexens, nunc facilius euincetur, quod, *sicut ceruus ad sagittam properans*, vna cum reliquis istius regionis hominibus facta sit cumulus s. tumulus bituminis. Atque hoc subinnuunt verba vltima. Nam (α) נציב nusquam alias significat *statuam*, sed vel de cumulo s. praesidio militari (*garnison*,) vel de vno subiecto nempe praeside, vtpote capite plurium subiectorum vsurpatur, aeque ac affine נְצָב, *statua* quippe exprimi solet per עַמּוּד, it. per מַצֵּבָה et מַצֶּבֶת. Et vocem נציב plerosque Iudaeos exponere *tumulum, aceruum, aggerem* ex Munsteri *dictionario*, R. Mardochai Nathanis *concordd.* Kimchio, eiusque epitomatore R. Sal. ben Melech, Ralbago, et Abarbanele docet B. Saubertus *Palaestr. Theol. p.* 248. Quibus addi meretur locus Exodi XV, 8. vbi radix incongruo vocis huius derinatiuae sensu occurrit, vocabulo *acerui* iuncta: *coaceruatae sunt aquae*, נִצְּבוּ כְמוֹ־נֵד *steterunt sicut aceruus etc.* (β)

CAP. XIX.

(γ)

(δ)

(ε)

(α)

(β)

CAP. XIX. et XX. מלח non tantum *salem* significat, uerum etiam *bitumen*, idque quoties in scriptura commemoratur ים המלח *mare salis*, et teste Io. Lightfooto, *in cent. Chorogr. Matth. praef. c. V. p.* 15. mare mortuum s. Sodomiticum a Iudaicis scriptoribus vbique vocatur ים המלח, *quod*, inquit, *non tam proprie hic mare salsum interpreteris, quam mare bituminosum.* Hinc Graecis et Latinis scriptoribus nuncupatur *lacus asphaltites.* Consule quoque Deut. XXIX, 23. (al. 22.) vbi מלח coniungitur cum גפרית *sulphure*, sicuti אש in cap. nostr. v. 24. nisi velis cum Aben-Esra, quem Grotius *h. l.* et Andr. Masius ad (γ) Ios. X, 16. sequuntur, dicere, quod *sal fuerit cum sulphure.* Vt sic (γ) haec verba demonstrent vim et effectum monitorii neglecti: vt ne consumaris, adeoque tantum *speciale* exprimant, quod vno verbo *generali* Angeli diceretur, (δ) ותספה et consumta est. (δ) Moses interitum vxoris Loti cum interitu Sodomae et Gomorrae reliquarumque vrbium arcte connectit, non certe aliam ob causam, quam vt eam idem cum illis fati genus expertam doceret; quum tamen paulo ante tempestatem istam feralem, et mariti cum filiabus ingressum in Zoar, moras nectere, pedemque referre coeperit. Hinc verbum ותבט in plusquamperfecto vertendum: *et respexerat.* Atque ita natiuum et genuinum huius loci sensum tam plane ac neruose proposuisse me confido, vt quid dubii, saltem veri, supersesse possit, non videam, praeterquam ei, qui magis antiqua et fabulosa credulitate, quam simplici et sana veritate ducitur. Conferri quoque meretur pro sensu isto hactenus monstrato cl. Heumanni *Dissert. de facto vxoris Loti Ienae a. MDCCVI. habita.*

CAP. XX, 16.

וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת׃

HOc triuerbium praecisum difficultatibus esse implicatum nemo non videt, videre etiam est ex tot discrepantibus versionibus. B. Lutherus, (α) ואת כל transtulisse videtur pro ובכל *et in omni*, subaudito מקום *loco*, id quod aequiualeret voci germanicae *allenthalben*. Atuero את non significat *in*. (β) Putauit, esse adhuc verba Abimelechi, et postremum ונכחת Mosis historici. Cui sententiae accessit Augustus Varenius *ad h. l.* post R. b. Melech *M. l. h. l.* Sed ista loquela duarum personarum in tanta βραχυλογία minus se mihi approbat, cum sic hiulcus existat verborum concursus, nec vlla sufficiens appareat ratio, cur Moses heic tam ex abrupto introducatur loquens, sententiamque dicens? (γ) Verbum נוכחת cum aliis accipit in significatione *redarguendi* et *corripiendi*, *und das war ihre Straffe*, verbalis scil. sicut B. Varenius

nius mollius παραφράζει: *und alſo iſt ſie mit Worten ſäuberlich geſtraffet.* Verum illa ſignificatio verbi *partim* adhuc eſt dubia, et nondum probata; *partim* non eſt æque conueniens huic loco deSara, quae potius ſi illam intendiſſet Moſes, conueniret in Abrahamum, maritum iubentem, quippe cui etiam Abimelechus dolum hunc grauius exprobrauit, quemadmodum et rex Pharao cap. XII. 18. 19. Sara ſine vlla reprehenſione dimiſſa; *partim* non neceſſaria, cum reprehenſio, quae qualisue fuerit, ſatis ex ipſis verbis percipiatur, neque vllibi locorum in ſcripturis ſermoni reprehenſorio ſubiicitur inſuper a ſcriptore diuino peculiare reprehenſionis verbum et iudicium. Accedit et hoc, quod tum *Athnach* ponendus fuiſſet in voce כל. Multo proinde alii rectius hoc verbum verbis Abimelechi attribuunt, particulam vero את in ſenſu praepoſitionis *cum*, vti quidem alias ſumitur, ſumentes h.m. *et cum omnibus etiam correpta eſt.* Quamuis ſint, qui vertant *correpta es*, formam *participialem fem.* perperam habentes pro 2. *perſ. fem. praeter. Niphal*, cum ſic ת requireret *Dageſch lene* et (:) expreſſum. Videſis *Luc. Ebr. p. 42.* Quanto autem molimine τὸ את vt perpetuam notam accuſativi velit ſeruatam vir cl. Io. Vlmannus, elucet ex hac eius verſione: *Atque haec omnia* dicta factaque eſſe dicimus, vt appareat modus, quo *caſtigata fuit, in obſeruat. Philol. cent. 2. p. 204.* Ecquis non ſtupet ob tantam ellipſin extra textum aſſumtam? cuius modi plures ſeſquipedales et plauſtrales ellipſes offendere licet ibidem, ſimulque perdiſcere, quid ſit τῇ ὑποθέσει δελεύειν? ad eamque ſaluandam quomodo omnia tententur, nihilque relinquatur inauſum? Io. Clericus alia aggreditur via interpretationem huius loci, dum ante כל ſubaudit ל, et נוכחת nomen eſſe cenſet, vti תוכחת, quod idem ſonet, *admonitio* ſ. *documentum*, quo a te abſtinere diſcant, hinc vertit: *cunctisque* (etiam abſentibus) *admonitio*, ne te ſpectatum eant. Enim vero quis vnquam in ſcriptura ebraea, vel apud vllum ebraeum talem ſoloeciſmum ואת לכל deprehendit? miror virum doctum non ſolertiori κρίσει heic verſatum eſſe. Deinde nec ipſi integrum eſt, partes orationis pro lubitu mutare, verbum in nomen et vice verſa, aut prorſus omittere, vt h. l. ו in ונכחת. Specioſior eſt interpretatio cl. M. Rus, ex Arabiſmo: *Et haec omnia* (fecit Abimelech) *quod marito iuncta eſſet*, in Diſp. II. de Somnio Piſtor. p. 9. fin. At minus placet tum ellipſis illata, tum quod filia praeferatur matri adhuc viuae. Superest nunc, vt noſtra expoſitio proponatur, quae ſaltem proprietati vocum eſt innixa, minusque impedit: Quin etiam omnia ſc. *dedi* (vt oues, boues, item ſeruos et ancillas ex v. 14) vt documentis conuincentibus demonſtretur illud, nempe, quod Abrahamus tibi ſit velamen oculorum. Vbi (a) τὸ את ſeruo cum Varenio pro ſomoſiori *nota accuſatiui.* (b) τὸ כל re-

CAP. XX.

CAP. XX. et XXII. ſpicere reliqua etiam munera Abrahamo data nullum prorſus eſt dubium. Quomodo enim non et iſtorum mentionem faceret Abimelechus in ſermone ad Saram, ſe ſtantummodo mille argenteorum ſiclorum? Atque ſic (c) verbum נתתי *dedi* ex membro primo verſus repetendum eſſe per ſe patet. (d) Verbi הוכיח vim genuinam eſſe *arguere demonſtratiue*, ſ. *argumentis rem aliquam demonſtrare et animum de ea conuincere* ex Gen. XXIV, 14. 24. bene prae aliis obſervarunt Lud. de Dieu *h.l.* Guſſetius *in Comment. L. E. p.* 318. *b.* (qui tamen tam in forma quam ſenſu hallucinatus eſt) et Seb. Schmidius *ad l. c.* Et adiectiuum, vti hoc participiale, abſolute poſitum neutraliter vſurpari, et reſpicere ad rem praecedentem, et cum genere ad nomen ſupreſſum דבר *res, negotium*, notiſſimum eſt. Conf. *Lux. Ebr. p.* 256. Cererum de ſenſu phraſeos כסות עינים *velaminis oculorum* conſule *Ebraiſm. noſtr. Etymol. ad h. l. p.* 21. *ſ.*

CAP. XXII, 13.

וְהִנֵּה־אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו

Et ecce aries! retrorſum! detentus in perplexis ramis cornibus ſuis!

HIc notamus (א) vocabulum אחר, quod 1) B. Varenius cum R. Aben-Eſra ita capit, ac ſi diceretur אחר היותו נאחז *poſtquam ille fuit implicitus*, quanquam iſta periphraſi non ſit opus, ſi cum R. b. Melech. *h.l.* נאחז capiatur pro *praeterito*, ſicut quoque nonnulli codd. legunt *patach* ſub ח, et tum ſubaudiretur praefixum pronominale ש vel אשר. At uero ſignificatio *poſtquam* non adeo apparet commoda, et pro qua adhiberi ſolet forma plur. conſtr. אחרי cum *infinitiuo*, adeoque pro priori periphraſi ſimplicius dictum fuiſſet אַחֲרֵי הֱאָחֵז, vel mediante אשר explicito cum *praeterito*. 2) LXX, Chald. Onkelos et Ionath. Samarit. et Syrus legerunt vitioſe ר pro ר *vnum*, quam lectionem pariter ſequitur Bochartus *Hieroz. P. I. l. 2, c.* 46. *p.* 541. et Vitringa *in Obſeruat.* S. adducto loco plane parallelo Dan. VIII, 3. qui quidem maguam haberet ſpeciem, ſi quoque adeſſet paralleliſmus accentuationis, quae in noſtro loco illi valde repugnat, vt ex collatione ad oculum patet. (ב) בסבך peſſime verterunt LXX. ſenes ἐν Φυτῷ Σαβὲκ *in planta Sabek*, pro qua Iſaacus Voſſius *de Translatione LXX. interpp p.* 38. fruſtra contendit, סבך eſſe nomen proprium ſpinoſae alicuius plantae.

Verſ.

Vers. 14.

בְּהַר יְהוָה יֵרָאֶה׃

In monte Iehouae prouidebitur.

Ita verba iuxta accentus aeque ac literam sunt vertenda cum Iunio, Piscatore, Grotio, Belgis, et Leusdenio *in Philol. Ebr. Dissert.* 36 *p.* 422. Schmidio. In vtrumque impingit Lutheri versio, quam ideo ad tenorem ebraeum reuocare voluit cum disputatione Giessensi Dn. A. H. Francius: *auf dem Berge des Herrn wird gesehen* (*oder erscheinen*) Sed obscure, non expresso obiecto, quid vel quis videri aut apparere debeat? Clarius si neutraliter fuisset redditum cum B. D. Carpzouio *P. II. Funebr. p.* 229. *auf dem Berge des HErrn wird mans sehen, nemlich, was der HErr für Hülffe und Rettung thue,* Exod. XIV, 13. vel cum verba simplicia apud ebraeos includant etiam composita, *auf dem Berge des HErrn wird Vorsorge geschehen, oder, wird wohl Raht geschaffet werden.* Non vero existimandum est, Megalandrum non nouisse formam passiuam fut. Niphal. nam in prima statim suscepta correctione formam illam accurate expressit, *auf dem Berge, da der HErr geschauet wird*, cum LXX. senibus ἐν τῷ ὄρει, κύριος ὤφθη; sed partim, quia praecedit in hoc ipso versu יְהוָה יֵרָאֶה, partim quod puncta vocalia atque accentus, ceu inuentum humanum Rabbinorum (*ein neu Menschen Fündlein*) mutare vel negligere sibi integrum iudicauit, quod quidem ei ex vitio illius seculi, et falsa hypothesi R. Eliae Leuitae, id temporis Germanie oraculi cum aliis viris doctis imbuto, merito indulgemus, propterea in maiori sic dicta correctione de An. 1541. 42. transtulit ebraeum *actiue*, *da der Herr siehet*; pro qua vero translatione priorem in suum Bibliorum editionibus restituendam suadet cl. M. Io. Melch. *Krafft in emend. et corrig. in Hist. Vers. Germ. Luth. p.* 6. Vt proinde mirari subeat, cur M. Hänerus *in Misc. Philol. crit. coroll.* 2. Lutheri versionem posteriorem contra accentuum et formae rationem approbauerit: *in monte*, (in quo) *Dominus videbit.* Diuina quippe auctoritas omni humanae praeponderare debet.

Cap. XXIII, 13.

אַךְ אִם־אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי

PArticula לוּ aliis neglecta, aliis per *quaeso* vel *vtinam* reddita, et voces praecedentes versionem quodammodo sufflaminant. Quandoquidem autem לוּ cum אִם per accentum seruum arcte cohaeret, eandem etiam cum illo signi-

Cap. XXIII. et XXV.

significationem *conditionalem* habere colligitur, (vti habet Iud. VIII, 19. Psalm. LXXXI. 14. et in compositione לוּלֵי Gen. XLIII, 10. vel לוּלֵי Gen. XXXI, 42. *Nisi*) duplicato sic affectu ad vrgendam rem, optime animaduertente R. Abendana *ad M. l. fol. 8. col.* 2. et Seb. Schmidio *Annotat. ad h. l.* adeoque rectius verba vertes: etiam si tu si (inquam scil. sic facere vis, vel cum Chaldaeo, *facturus es mihi hanc benignitatem*) audi me. Quod שמעני decenter excipit Ephronis שמעני v. 11. et repetitum v. 15. idque construitur cum particula אך *etiam audi me*, itaque non commode a nonnullis redditur *sed, veruntamen*, aut praetermittitur, cum habeat h. l. *vim redditiuam.*

Cap. XXV, 32.

הִנֵּה אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת

Ecce ego vado ad moriendum.

Quae verba Esaui quidam ita explicant, q. d. feras venando pericula mortis quotidie subeo, itaq; non modo iuris primogeniturae, sed etiam vitae praesentis (quam pluris facio) curam abiicio. Quod si ab illis discerpar, quid proderit mihi ius primogeniturae? vid. Aben Esra, Iunius, Piscator et Clericus *h. l.* Ast huic sententiae praeferendam duco alteram eorum, qui de nimia gulae intemperantia et appetentia accipiunt, q. d. moriendum sibi iam esse, nisi hunc cibum accipiat protinus, ceu exponit Io. Marckius *in Exercit. ad Gen. XXV*, 23. §. 17. *p.* 279. Esauus quippe ex venatione domum rediens famae fatigatus, viso illo pulmento lentium, quod, cum ipsi forsitan esset in pastu, eius palatum acriter excitabat, vt subinnuit cum affectu geminatio vocis האדם האדם *de rufo rufo isto*, qua ebraei gradum *superlatiuum* exprimere consueuerunt, vires suas reficere, famemque sedare flagrabat, quo non protinus suppeditato, aut plane denegato, enecatum se iri opinabatur, nihilque sic sibi prodesse ius primogeniturae. Ex quo non obscure apparere putem, quod fuerit homo vehementer inordinato abreptus appetitu, quem quoque subindicare voluit Apostolus Ebr. XII, 16. cum ait, *propter cibum aliquem*, (non sane ob quotidiana pericula mortis in venatione ferarum) *ius primogeniti vendidisse.*

Cap.

CAP. XXVIII, 21,

וְהָיָה יְהוָה לִי לֵאלֹהִים׃

Et fuerit Iehoua mihi in Deum.

AB hiſce verbis cum Luthero communiter incipiunt ἀπόδοσιν voti Iacobaei, vertentes: *tumerit Dominus mihi in Deum.* Ne autem ſic durus et abſurdus immo impius is emergat ſenſus, ac ſi religioſiſſimus patriarcha cultum Dei a conditione bonorum temporalium ſ. mercedis ſuſpendat, vt hac non impleta nec ille conſequatur; vere namque ſuo iam tempore dixit Antigonus Sochaeus *in Pirke Avoth cap. 1. Non ſeruiendum eſſe Deo, ſicut ſerui Domino ſuo propter mercedem*; (tametſi dictum hoc diſcipuli eius *Sadok* et *Baithos* in pravum rapuerint ſenſum, quaſi hoc ipſo *omnis ſpes retributionis*, adeoque conſequenter ipſa *reſurrectio mortuorum* negetur) idcirco explicant votum iſtud non de generali cultu Dei, vtpote ad quem naturali lege adſtrictus erat, ſed de certo quodam et ſingulari cultu, in conſecrando loco, dandisque decimis conſiſtente. Aut faciunt locutionem *comparatiuam*, veluti Seb. Schmidius ad *h. l.* q.d. Iacobus: *Eris mihi magis Deus*, h.e. deuotius et conſtantius te colam, quam vnquam, ad teſtandam gratitudinem meam; quem, vt fere ſolet, ſequitur Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. c. 12. §. 2. p. 354.* Nec fere aliter Dn. D. Sonntagius *ſup. Moral. L L. Cer. et For. Δ. 2. p. 29. So ſoll der HErr nun ferner hin beſtändig mein GOtt ſeyn.* Enimuero, ſalua auctoritate huius expoſitionis, praeſtabit, ſi, diſtinctione textus paulo alia obſeruata cum Raſchio, Diodato, Iunio ac Tremellio, approbatis hinc Thomae Gatakero *Aduerſ. Miſc. lib. 2. c 1. Opp. Crit. p.* 245. Riueto, et cum B. Sauberto A. H. Franckio, D. Pfeiffero *Exercit. VII. de Vot. Iepht. §. 7. p.* 160. et vener. D. Fechtio *in Philocal. S. p.* 10. quam etiam vt commodiorem altera praedicat cl. M. Beckius *in Diſquiſit. Bibl. p.* 20. πρότασις per accentum *Athnach*, et copulam ו in voce והיה continuanda, eo vsque extendatur, h.m. *Si fuerit Deus mecum, et cuſtodiuerit me in via, quam ego vado; et dederit mihi victum et amictum: Si que reuerſus fuero in pace ad domum patris mei: Si que adeo fuerit Iehoua mihi in Deum*; et nunc ſequatur ἀπόδοσις: *tum lapis hic erit domus Dei etc.* Etenim, vt praeclare obſeruat Guſſetius *in Comm. L. E. p. 221. a.*, verba illa, *ſi Dominus ſit mihi in Deum* ſtipulationi addi multis de cauſis potuere, v.g. quia Deus ei declarauerat, *ſe eſſe Deum aui et patris eius*, optat ergo ſibi idem bonum; deinde quia vt ibi, ſic et alibi, phraſis haec, Deus eſt huius hominis Deus, denotet Dei actus ſub ea relatione editos, vt 2. Sam. VII, 24. Ier. XXXI, 33. et ſine ל Pſ. XXXIII, 12. et CXLIV, 15. Eaque

CAP. XXIX. et XXX. que formula potuit praecedentibus poſtulatis addi, vt omnia beneficia, adeoque non illa ſola, quae iam diſerte expreſſerat, ſed et alia in genere breuiterque comprehenderet. Huc facit, quod in voto hoc vel memorando c. XXXI, 13. vel perſoluendo c. XXXV, 1, 3. 7. proponitur tantum cultus externus, locique iſtius conſecratio.

CAP. XXIX, 15.

הֲכִי־אָחִי אַתָּה וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם

VBi B. Lutherus particulam הכי inſolenter transtulit *conceſſiue*, *wiewohl*, Varenius *ſpecificatiue*; *An qui frater meus es, ſeruires mihi gratis? ſolteſt du, der du mein Bruder biſt, mir umſonſt dienen? in Praefat. Decad. Moſ. col. 8. ante fin.* Sed itidem ſine exemplo talis ſuppoſitionis, ſimulverbi ſeq. παρελκόντι cum Luthero, quanquam in ſenſu bene ſe habeat haec verſio, quae aequipollet negatiuae, quam expreſſerunt LXX, ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ, δ' δουλεύσεις μοι δωρεάν, *quoniam frater meus es, non ſeruies mihi gratis.* Simplicius meliusue pro ratione literae cum Lud. de Dieu *ad h. l.* vertitur: Annon frater (cognatus) meus es? et ſeruies mihi gratis? vel (cum ם in voce חנם et ſimillibus habeat vim *intenſiuam et ampliatiuam*, vid. Hilleri *Onomaſt. S. p.* 170. *ſeq.*) *omnino gratis, ſo gantz und gar umſonſt.* Sic הֲכִי capiendum etiam Gen. XXVII, 36. 2. Sam. IX, 1. et procul dubio 2. Sam. XXIII, 19. ה namque interrogatiuum quando iungitur cum מ idem eſt, quod הֲמָא, et כי non ſignificat *quia*, ſed ſeruit ſimpliciter interrogationi pro particula expletiua.

CAP. XXX, 9.

נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי עִם־אֲחֹתִי גַּם־יָכֹלְתִּי

SEnſum plenum et planum huius loci prae aliis *auguſte* aſſecutus eſt Auguſtus Varenius *in Dec. Moſ. ad h. l. p.* 514. hoc modo exponens: Luctationes Elohim (ſeu *coram Elohim.* recte. Eſt enim genitiuus obiecti, vt alias vſu venit. vid. Glaſſ. *Gramm. S. Can.* 30. *n.* 6. adeoque et heic exulat famoſus iſte rabbiniſmus DEI pro *maximis*, conf. ſupr. p. 32. 33.) hactenus luctata ſum cum ſorore mea, (illa ſibi ſoli foecunditatis palmam contendit, et hactenus impetrauiſſe putauit: ſed gratia ſit coelo) etiam ego (nunc) praeualui. (ſemel in illo agone aliquid impetraui.) Scilicet vtraque et Rachel et Lea Deum depopoſcit ſobolem: vtraque precibus colluctata; illa etiam ardentius,

tus, et non sine mulebri quadem sororis, toties iam matris, aemulatione, cui dum iam gemina proles ex ancilla datur, illa sibi quoque, meliora sperans, gratulatur, in haec verba erumpens: *biß daher habe ich mit meiner Schweſter der* Lea *gewaltiglich gleichſam für GOtt gerungen, (und ob ſie gleich bis daher mir überlegen geweſen, und vieler Kinder Mutter geworden) ſo habe ich gleichwohl auch, Gottlob! einmahl das Feld behalten.* CAP. XXX.

Verſ. 16.

אֵלַי תָּבוֹא

Ad me venies.

Sunt haec verba inuitatoria, quibus Lea Iacobum ſub veſperam ruri redeuntem laetanter excipiebat, non tam ad *concubitum*, quam conuenientius ad *ingreſſum in tentorium ſuum.* Cuilibet enim ſuum peculiare erat tentorium. vid. c. XXXI, 33. Licet conſequens ingreſſus et finis Leae fuerit concubitus, vt apparet ex fine verſus; hic tamen inprimo illo alloquio אלי תבוא ſi ſignificaretur, pro identitate rei idem verbum fuiſſet repetitum h. m. ויבוא conf. v. 3. et 4. it. c. XVI, 2. 4. adeoque diſtinctis verbis בוא et שכב *veniendi* et *concumbendi* duo etiam diſtincti, licet connexi, actus, connotantur. Senſus ergo eſt: *du ſolt (heute) zu mir (in meine Hütten) kommen.* Sic LXX. πρὸς ἐμὲ εἰσελεύσῃ σήμερον. Vid. R. Sal. b. Melech *ad h. l. fol. 10. col. 2.*

Verſ. 20.

זְבָדַנִי אֱלֹהִים אֹתִי זֶבֶד טוֹב

Dotauit me Deus, me, inquam, *dote bona.*

Vbi pronomen ſeparatum אותי nonnullae verſiones tanquam ſuperfluum omittunt, cum tamen ſit *emphaticum*, quod recte Iunius, Piſcator et Belgae expreſſerunt d. m. Seb. quidem Schmidius *in Annotat. ad h. l.* vult cum ſequentibus conſungendum, idque per praepoſitionem *cum* h. m. *Dotauit me Deus, mecum* (enim) eſt *dos bona.* Sed haec verſio repugnat tum ſimplici ſyntaxi per *duplam ellipſin*, tum *accentuationi*, per quam אותי coniungitur cum praecedentibus, quandoquidem a *Sarka* vt nouo Domino dependet vicarius heic *Merca* pro *Greſcho*. vid. *Lux Accent.* p. 58. Pro iſta requireretur in אלהים Dux maior *Rbbia.* Aliam adhuc a priori vocis אותי expoſitionem affert R. Sal. b. Melech *h. l.* vt videlicet idem ſit ac ממני EX ME q. d. *ex me ipſa dedit mihi*

CAP XXX. *mihi Deus donum bonum, ita ut non fuerit semen mariti mei infoecundum, et dederit mihi per illud conceptum, vt pepererim filium. Verum est igitur, quod donum hoc sit* EX ME, *quodque voluntas mea cooperata sit illud.* Ad probationem istius acceptionis adducit locum ex Gen. XLIV, 4. הם יצאו את העיר *illi egressi erant vrbem*, pro מן העיר *ex vrbe*. Verum nuspiam scriptura tam ἀκύρως et cum tali pleonasmo loquitur: *dedit mihi Deus donum* EX ME, mentione simul facta causae materialis et instrumentalis in susceptione liberorum, quippe quae per se satis intelligitur. Deinde locus probationis plane ἀλόγως huc tractus est, qui si quid probare debuisset, pro זברני in nostro textu dicendum fuisset הוציא *produxit Deus* אותי EX ME *donum bonum*.

Vers. 32.

וְהָיָה שְׂכָרִי׃

Hoc membrum Silluki esse ellipticum, ex sensu complendum indicio copulae ו, facile docti interpretes animaduerterunt. Complementum autem faciunt maximam partem incomplete. Seb. Schmidius cum Iun. et Vatablo in not. *Vt* (deinceps) *sit merces mea* (tales nati.) B. Lutherus paulo expressius: *Was nun bunt und flekket fallen wird*, (nempe *von gantz weißen Schaafen und Ziegen*, coll. v. 36. quod vtrobique addendum) *das soll mein Lohn seyn.* Sic sensus erit et planus et plenus. Atque in hoc pactum facillime consensit Laban, quia iudicauit praeter naturam esse, vt ex vnicoloribus et mere albis ouibus et capris nascantur versicolores. Ast non nouerat auidus et aridus ille, quod Iacobus, quem bonum simplicium reputabat, naturae succurrere nouisset.

Vers. 33.

כִּי־תָבוֹא עַל־שְׂכָרִי לְפָנֶיךָ

Verbum תבוא dubiae heic loci *personae* et *constructionis* quidam vertunt in *secunda persona* cum relatione ad Labanem h.m. *Quando veneris* (visitans et explorans vt se res habeat) *ad mercedem meam* (s. gregem mercedis meae) ita vt sit *coram te* s. *in conspectu tuo*. Sed simulac versio haec *venit in conspectum*, venit in *despectum*, cum sic in concinnum et reuera pleonasticum sit לפניך, sensu iam absque eo integro et saluo, vt vt ellipsi infinitiui להיות iuuetur. Quod forte suboluit R. Salomoni b. Melech, istud לפניך construenti cum verbis remotioribus ועתה בי צדקתי q.d. *tu videbis quod testificatura sit pro me iustitia mea, quando veneris ad me propter mercedem meam ad videndum qualis sit.* Qui sensus ad vocum positum ita esset conformandum

mandus: *et teſtificabitur pro me iuſtitia mea in die craſtino, cum veneris propter mercedem meam, in faciem tuam* i.e. te vidente. Quae conſtructionis ratio in ſpeciem praeclara potuiſſet roborari ex Deut. XXXI, 21. Enimuero Spiritui ſ. non placuit hic conceptus mentis, alioquin in voce מחר poſitus fuiſſet *Tiphchae* ſubordinatus dux minor *Tbhir*. Iam vero cum ibi collocatus fuerit rex maior territorialis *Sakephkaton*, indicatur, verba ſequentia vsque ad *Athnach* vnum orationis membrum conſtituere, adeoque ad illud τὸ לפניך referri. Miſſa igitur *perſona* verbi *ſecunda* alii vertunt *in tertia*, accipientes vel *neutraliter*, vt B. Lutherus: *wenn es kommt, daß ich meinen Lohn von dir neh-men ſoll.* q. d. *cum venerit* עד *tempus mercedis meae coram te*; vel conſtruentes cum ſubiecto *illato*, quemadmodum Seb. Schmidius, qui loco primae verſionis hanc fere mallet: *quando venerit* (quid querelae) *de mercede mea ante te*, qſ. aliquid poſſideam, quod tuum, non meum, ſit: tum defendet me iuſtitia mea, ſ. res ipſa iuſte a me facta. Aſt cum ipſemet circa illam fluctuet per ſuum *fere*, non vlteriorem *querelam* de peregrina hac ellipſi inſtituemus; vel cum ſubiecto *innato* צדקתי *iuſtitia mea*, ceu poſt Raſchium Lud. de Dieu, et Clericus *h.l.* nec non Guſſetius *in Comm. L. E. p.* 605. *b.* etſi differant in verſione particulae על, iſte *ob*, ille *ad*, hic ſignificanter *ſupra* vertentes. Quae conſtructio omnino eſt rectior, eiusque mentem Guſſetius ita exprimit: Quia veniet (ipſa) ſuper mercedem meam coram facie tua. Quia, mercedem meam quaſi veſtiet; ſic enim mihi merces mea adueniet, vt eius conſpectu ipſa iuſtitia mea ſimul conſpiciatur in manifeſta ſcil. Dei benedictione, Iacobique conſtantia ac integritate in pacto ſeruando. Itaque illa phraſis per, על non ſignificat finem nec permutationem: nec enim in ea phraſi cum בא, iungitur tam על quam לפניך. CAP. XXXI.

CAP. XXXI, 32.

עִם אֲשֶׁר תִּמְצָא אֶת־אֱלֹהֶיךָ לֹא יִחְיֶה נֶגֶד אַחֵינוּ הַכֶּר־לְךָ
מָה עִמָּדִי וְקַח־לָךְ

Apud quem inuenies deos tuos, non viuet; coram fratribus noſtris (vt arbitris) *fac cognoſcere* (*laß erkennen*) *tibi* (*deinetwegen, dir zu gut*) *quid ſit penes me* (de tuo?) *et* (ſi quid inueneris) *ſume tibi.*

ITa verba interpretanda ſunt iuxta normam interpunctionis authenticae, quam grauiter cum Luthero conuellit Seb. Schmidius, dum minori *Sarkae* in את־אלהיך plus virtutis diſtinctiuae tribuit, quam eius Domino, regi maximo

CAP. XXXI. et XXXII. ximo *Segoltae* in voce יחיה, et hunc violenter subiicit regimini impotenti *Dargae* Vicarii heic Comitis minoris in voce אחינו, cui itidem majorem distinguendi vim adiudicat, quam eius Domino immediato *Tibiro*, et mediato regi *Tiphchae*, dum finem propositionis primae in eo constituit, *non viuet coram fratribus nostris*, Luth. *der soll sterben vor unsern Brüdern.* Pro hoc sensu et distinctione postularetur talis accentuum dispositio עִם אֲשֶׁר תִּמְצָא אִתְּךָ || לָא יִחְיֶה נֶגֶד אַחֵינוּ ||| אֶלֹהֶיךָ || Quod vero mens superior sit conformior menti Mosis θεοπνεύστῳ, vniceque ab eo intenta, confirmat euidenter v. 37. vbi Iacobus facta perquisitione Labanis eum alloquebatur bonitate conscientiae suae fretus: *quid inueneristi de omnibus vasis domus tuae?* pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis, vt diiudicent inter nos duos. Heic verbum הוכיח est exegeticum superioris הכר, quod adeo non significat *Suchen*, ceu Lutherus vertit, sed *erkennen lassen in der Sache.*

Vers. 54.

וַיִּזְבַּח יַעֲקֹב זֶבַח

Et mactauit Iacob mactationem.

Verbum זבח proprie et generice est *mactare*, vid. Num. XXII, 40. 1. Sam. XXVIII, 24. 1. Reg. I, 9. XIX, 21. tum demum restricto sensu *mactare religionis ergo*, quod est *sacrificare.* Rectius igitur locus noster accipitur de *conuiuio foederali* simulque *valedictorio*, quam de *Sacro* cum Pontificis, ipsoque B. Luthero. Et inprimis vrget Seb. Schmidius *h. l.* quod conuiuium hoc *comestio panis* bis dicatur, quandoquidem ita conuiuia profana, non autem sacra, appellari soleant in V. et N. T. cit. Luc. XIV, 1.

CAP. XXXII, 23.

וַיָּקָם בַּלַּיְלָה הוּא

Et surrexit in nocte illa.

Notanda heic saltim est non necessaria κρίσις Seb. Schmidius *ad h. l.* qui pronomen הוא nonnult referri ad *noctem*, cum non sit ebraeo ההוא. Vnde refert ad Iacobum, vertitque: *surrexit tamen in nocte ipse.* Ast ratio constructionis huius protinus infringitur partim exemplo parallelo non procul abhinc, nempe c. XXX, 15. vbi itidem הוא est absque ה, partim accentuatione,

tione, per quam duae postremae voces arcte coniunguntur cum iuxta illam con- CAP.
structionem h. m. foret וַיָּקֶם בַּלַּיְלָה הוּא quopacto *Munach* esset vi- XXXIII.
carius distinguens pro *Gereschо*.

CAP. XXXIII, 18.

וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם

QUaeritur heic: *num* שָׁלֵם *sit nomen proprium vrbis* iuxta LXX. Hieron. Luth. Calou. Schm. *an uero appellatiuum*? adeoque cum Chaldaeo, Raschio, Vatablo, Pagnino (quem Arias M. hic male correxit, licet Waltherus *in Offic. Bibl.* mutationem laudet) Trem. et Iun. Molinaeo *Tr. de Vate l. 4. c. 16. p.* 322. Belgis, Buxtorffio, Piscatore et Ainsworthо; Glassio, Varenio, Sauberto, et Habichhorstio *Disp.* 3. *de Melchised punct.* 2. § 1. D. Maio *in Oecon. Temp. V.T. c.* 12. §. 5. *p.* 358. vertendum sit? Et venit Iacob integer et incolumis in vrbem Sichem. Resp. Posterius rectius vi accentuationis. Pro priori enim sententia voces illae שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם constituerent *terminum ad quem*, itaque requireretur in subiecto יַעֲקֹב comes maior *Tlischa gedola* ֫. Quid? quod ipsum Lutherum *in Comment. super h. l.* amplecti video posteriorem sententiam. Nam opinionem illam, quod Salem sit nomen ciuitatis, non facile probari posse ait; nec etiam affirmari, quod Sichem veteribus nominata sit Salem. Quibus tandem praeclare subiicit: *Etsi autem in tanta varietate opinionum non habeo, quod respondeam aut assuerem, cum Ebraeorum Rabbini ipsi dissentiant, tamen mihi placet haec magis interpretatio, vt dicatur Iacob liberatus tot vexationibus, plenus fide et consolatione, ac viribus integris venisse in ciuitatem, quae vocatur Sichem a Principe vel conditore. Sicut multae aliae vrbes nomen sortitae sunt a conditoribus, etc.* Proinde suspicatur B. Sauberus *Opp. Posth p.* 158. hodiernam huius loci versionem non ab ipso Luthero, sed M. Georgio Rorario, Diacono t.t. Witteb. profectam esse.

Vers. 20.

וַיִּקְרָא־לוֹ אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל׃

Et vocauit illud: (altare) *Dei fortis, Dei Israëlis.*

Sic namque reddendum est cum Piscatore, Schmidio et Clerico, non vero cum Chald. LXX et Vulg. *Et inuocauit* (sacrificauit) *super illud fortissimo Deo Israelis.* Verbum enim קרא constructum cum ל perpetuo significat *vocare*,

CAP. XXXIII. et XXXVIII. *care*, non *inuocare*, multominus *sacrificare*; nec vnquam tum ל significat *super*; nec conueniens est, vt ante אל subaudiatur ל *dativi*. Ne autem quis putet, ל rei denominatae praefixum degenerare in notam *accusativi*, in quo quidem latine effertur, sciendum est, ל et heic genuinum suum officium tueri, et subaudiendum esse vi verbi קרא שם *τὸ* *nomen*, (quod etiam saepenumero expresse ponitur, vt in v. 17. et c. XXXII, 3. 31. XXXV, 15. et nonnulli virtualiter indicant, quando verbum קרא vertunt per *indere nomen*)

Gen. II, 19. v. c. Gen. II, 19. וְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָא־לוֹ הָאָדָם נֶפֶשׁ חַיָּה הוּא שְׁמוֹ׃ *Et omne cui* (i.e. *cuicunque*) *vocabat* (*nomen*) *Adamus animae* nempe *viuenti*, *hoc* erat *nomen eius*, Ita iuxta constructionem et accentus vertendum est.

Vers. XXIII. Conf. Varenius *h.l.* Et v. 23. לזאת יקרא אשה *illi* (non *propter hoc*, vt communiter reddunt) *vocabitur* (nomen) *vira* vel *virae*, quam ellipsin clare arguit discrepantia generis. Sic et in his: Iesa. LXII, 4. לך יקרא חפצי־בה *tibi* (Ierusalem) *vocabitur* (nomen) *Hephzibha* (*desiderium meum in ea*) *et terrae tuae* (vocabitur nomen) *maritata*. Vbi pro יקרא etiam adhibetur יאמר coll. Iesa. XIX, 18. XXXII, 5, LXI, 6. Et hoc est illud שם חדש *nomen nouum* v. 2. promissum. Add. v. 12. et Iesa. I, 26; XXXV, 8. Prou. XVI, 21. Iuxta Lutheri versionem, *und rief an den Nahmen des starcken Gottes Israel*, haec foret structura vocum: ויקרא בשם אל אלהי ישראל vti Gen. XII, 8. XIII, 4. XXI, 33. etc. quamuis indubium sit, quod altare illud non solum ita *vocauerit*, sed etiam super illo *nomen Dei fortis inuocauerit*. Geminus

Gen, XXXV, 7. noster est locus Gen. XXXV, 7. וַיִּקְרָא לַמָּקוֹם אֵל בֵּית־אֵל *et vocauit* (nomen coll. v. 15.) *loco illi*: (locum) *Dei fortis*, *Bethel*. Vbi pro nomine proprio loci מקום־אל dicitur בית־אל non solum quod בית late vsurpetur, sed etiam forte commodioris compositionis gratia. Hac via si explicantur haecce loca, gratis sane opponunt Photiniani, quod nomina Dei אלהים, אל, ipsumque יהוה vt Exod. XVII, 15. etiam *altari* tribuantur. Tribuuntur namque ei non absolute et in casu recto, sed cum apposito et in casu obliquo.

CAP. XXXVIII, 14.

וַתֵּשֶׁב בְּפֶתַח עֵינַיִם

PHrasis ambigua בפתח עינים quatuor modis exponitur. 1.) Vt sit idem quod בגלוי ובפרהסיה *aperte* et *publice* vid. R. Sal. ben Melech *ad h.l.* Munst. Tigur. Vatabl. Huc referre possumus Lutheri versionem *vor die Thür heraus* q.d. *da man freye Augenweide hat, und sehen kan alles was vorbey*

vorbey passiret. Sed istam notionem Scriptura ebraea effert per לעינו כנגד השמש *ad intuitum solis* (*an die lichte Sonne*) vel *coram sole.* conf. 2. Sam. XII, 11. 12. et Num. XXV, 4. 2) בפרשת דרכים de *biuio* cum Raschio Vulg. et Buxtorf. vid. idem ben Melech *h. l.* ex Kimchio. Ast illud exprimitur scite per אם הדרך *matrem viae* Ezech. XXI, 26 (al. 21.) et בית נתיבות *domum semitarum* Prou. VIII, 2. vid. *Ebraism. Etymol. p. 79. et 263.* 3.) Io. Clerius *h. l.* accipit de porta oppiduli alicuius, quod dictum עינים, forte propter *geminos fontes*, qui in eo erant: vnde simpliciter is locus עינים dicatur v. 21. Ita LXX. πρὸς ταῖς πυλαῖς Αἰνάν. Et forte eandem esse vrbem, quae Ios. XV, 34. vocatur עינם, et tribus Iudae fuit. Verum, vt nihil dicam de discrepantia adhuc scriptionis, quippe quam et alibi in nominibus propriis vsu venire constat, non videtur probabile, in porta vel ad portam vrbis, per quam multus ciuium fit ingressus et egressus, Iudam cum Thamare, praesumto scorto, tam impudenter coiuisse: eique refragari v. 16. *quod diuerterit ad eam* prope viam, nulla *portae* mentione facta. Proindo magis etiamnum placet *quarta* expositio, quae tutius premit literam h. m. *Et considebat* ad ostium cum Schmidio, vel introitum cum Belgis, vel aperturam *an de openinge* cum Vitringa *in Obseruat. S. diss. 3. l. 1. c. 4. p. 195.* fontium, aut si velimus cum Belgis, Leusdenio *Philol. Ebr. dissert. 37. p. m. 427.* et Clerico rationem habere *numeri dualis*, cum vtique *pluralis* עינות sit in vsu, duorum fontium, *der twee fonteynen.*

Cap. XXXIII. et XLIV.

Cap. XLIV, 5.

וְהוּא נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ

Et illud, de quo certo diuinat! siue *sagaciter, prudenter coniectat, obseruat!*

VBi (α) pronomen הוא communiter reddunt in genere masculino *et ipse*, sed melius reddi existimem in *neutro*, quum hocce membrum cum praecedente eleganter conspiret. הוא namque respondet זה; vtrumque etiam gerit accentum maiorem ditionis suae, istud *Rbhiam*, hoc *Sakeph gadol*; eaque ratione maius πάθος pro rei exaggeratione orationi accrescit. (β) בו arguit ellipsin relatiui אשר, quod in membro praeuio expresse ponitur. (γ) Verbum נחש Ebraeis μέσον conuenientius dicto modo exprimitur cum Onkelosо, Raschio, Iun. et Trem. Belg. et Gall. Riueto, cum Selneccero, Balduino *in Cas. consc. l. 3. c. 6. cas. 5. p. 595.* Seb. Schmidio et Pfeiffero *in D.*

CAP. XLIV. et XLVII. *V.* p. 194 it. cl. M. Gottfr. Seliger *in dissert. ad h.l. apologetica* pro Ioſepho, quod minus recte κυλινομάντειας arguatur, *Lipſ.* 1704. *habita*, et M. I. Caſp. *Krauſe diſſert. de* גביע יוסף *Witteb.* 1706. §. 21. *vlt.* etſi nonnulli horum ינחש vertant in *futuro*, quod tamen harmonice vertendum vtl antecedens ישתה *bibit*. Vim autem verbi נחש optime explicat Seb. Schmidius *in Annot. in Gen. ad c.* XXX, 27. *p.* 456. quod ſignificet, ex prudenti omnium rei circumſtantiarum conſideratione intelligere, cognoſcere, deprehendere; et ad Labanis נחשתי ita applicat: fateor namque, quoties hactenus rei meae paſtoritiae et domeſticae circumſtantias diligenter expendi, deprehendi, *quod benedixerit mihi Iehoua propter te.* De cetero potiores circa hunc locum ſententias, cum adiecta cuilibet ἐπιχρίσει, qui volet videre, adeat doctam diſſertat. D. Io. And. Schmidii *de Ioſepho non ex ſcypho diuinante.* Ien. 1691. habitam, in cuius *cap.* 4. §. 5. plenam loci mentem praeclare ita expromit: *Vterque igitur, Oeconomus quidem v.* 5. *Ioſephus autem v.* 15. *hoc voluit innuere, male eos ſibi proſpexiſſe, quod viri illius, qui a ſcientia non humana ſolum eaque ſumma, verum et diuina inſtructus non poſſit non expiſcari cuncta atque reſcire, ſcyphum abſtulerint; non enim eos latitaturos, quod ſcientia eius, qua polleat, omnia ſcrutetur, et ex omnibus accurate conſideratis, colligere haut difficulter queat, furtum hoc ipſos non alios commiſiſſe; vbicunque enim ſcientia humana deficiat, diuinam defectus ſupplere.*

CAP. XLVII, 12.

לְחֻכָּם לְפִי הַטָּף׃

IN quibus verbis Seb. Schmidius *in Annotat. ad h. l.* ſubaudit relatiuum cum particula גם et uerbo ſubſtantiuo h.m. *Pane* אשר גם *etiam eo, qui ori infantis eſt* ſeu *conuenit.* At triplicem illam ellipſin nimis liberam et coactam ſimplicitas ebraea non agnoſcit, nec admittit, ſed ſolummodo pro membro Silluki incompleto emphaticam repetitionem verbi, oratoribus ſolennem, h.m. ſuſtentauit, inquam, eos pane vsque ad os (ita recte Pagninus, vel *iuxta cum ore*) ipſorum (propter ה emphaticum) paruulorum, i. e. a maximo ad minimum. Ita mens benigniſſima Ioſephi exhauritur. Lutheri verſionem *einen ieglichen, nachdem er Kinder hatte*, quiſpiam eo accipere poſſet, quaſi natu maiores excluſi fuiſſent.

CAP.

CAP. XLVIII, 20.

בְּךָ יְבָרֵךְ יִשְׂרָאֵל׳

A communi horum verborum interpretatione deflectit Theologus Hafnienſis D. Wandalinus *in Diatr. de Vatic. Iac. Gen. XLIX, 10. p. 104.* Cui certe Patriarcha loqui videtur in 3. perſona, *in te benedicet Iſraël*, i. e. in te, Ephraim, talem benedictionem conferet, vt in te benedictionis exemplum habeat totus Iſraël. Atuero obſtat huic exegeſi partim τὸ יברך in notione *futuri*, *benedicet*, cuius ſubiectum non poteſt eſſe Iacobus, quippe de quo paulo ante praedicatur in notione *praeteriti*, *ita benedixit eis*; partim geminum לאמור, inſuperque prius rege maximo *ſegolta* inſignitum abſolutiorem iam ſiſtit ſenſum, adeoque duo diuerſa ſubiecta innuentur. Ratio itaque omnino eſt, cur ita reddatur: In te, ſiue de te (Ephraiim, vt potiore, vel cum Schmidio diſtributiue *de te quolibet*, cum expreſſe eos coniungat Iacobus) benedicet (benedictionis exemplum et formulam ſumet) populus Iſrael dicendo (h. i. m. alter alteri ominaturus): conſtituat te Deus etc. Similis benedicendi conſuetudo legitur in libello Ruth IV, 11: *conſtituat Iehoua mulierem hanc, quae venit in domum tuam, ſicut Rachelem et ſicut Leam.*

Verſ. 22.

בְּחַרְבִּי וּבְקַשְׁתִּי׃

Quae verba Seb. Schmidius cum aliis *tropice* mauult explicare gladio (quaſi) meo et arcu meo, h. e. pecunia mihi acquiſiui. Quo etiam abit Hieronymus, *pecunia multo ſudore et labore acquiſita.* Quam quidem ſententiam, Anglicis quoque interpretibus probatam ad Gen. XXXIV, 30. ſane minoribus incommodis obnoxiam iudicat Riuetus *ad h. l.* Nihiloſecius ſatis durus videtur iſte tropus. Quare placet cum ipſo Riueto, Pererio, Marckio *ad h. l.* doctiſſimi Maſii *in Ioſ. vlt.* ſententia veriſimilior, *proprie* accipientis, Iacobum nempe agrum illum ab Hemor patre Sichemi pecunia prius emiſſe, ſed cum poſt ſtragem Sichemitis a Simeone et Leui illatam metuens, ne vicini in ipſum et familiam, irruerent, inde alio abiiſſet, tunc Amorrhaeos agrum illum Sichemiticum rurſus occupaſſe, quos Iacobus rediens vi et armis expulerit, ac priſtinam poſſeſſionem ſuam iure belli recuperarit ac vindicauerit, quamuis hac de re nihil ſcriptum exſtet niſi hoc loco. Hinc לקחתי vertendum *recepi*, *recuperaui* illam terrae partem *proprio marte.* Maſio adiungemus ex noſtris B. Varenium *ad h. l. p. 577.* ita eleganter commentantem: "Non dubium ex hoc loco, quin

CAP. XLIX. „Iacobus postea ab inuasorum illorum et illegitimorum Dominorum manu id „*armis militaribus* (plane sicut Abraham aliquando fuit bellicus Gen. XIV.) vin„dicauerit: quoniam autem in bellis Patriarcharum non tam manus militum, „quae nulla erat in comparatione hostium, vti docet Abrahami exemplum, nec „*gladius* vel *arcus*, sed *preces et ardentissimae iuste pugnantium supplicationes* rem „conficiebant, hinc recte, phrasi quoque non insolenti scripturae, vid. Psalm. „XLIV, 7. precibus et supplicationibus id obtinuisse dicitur Iacobus, et ita Chald. „et Raschi.

CAP. XLIX, 4.

פַּחַז כַּמַּיִם אַל־תּוֹתַר

Cum rapiditate s. *rapide et praecipitanter* (ruens) *sicut aqua* (in belluinam libidinem tuam) *non excelles.*

CAusam (α), propter quam Ruben dictis excellentiis, quae ipsi iure primogenitura debebantur, se indignum reddiderit, magno cum affectu heic adumbrari, quae mox clarius proponitur, diiudicatu haut est difficile, quamuis alii aliter tertium comparationis cum *aqua* instituant. Mihi sane magis arridet notio *rapiditatis* quam *leuitatis*, ipsi quippe rei conuinnior, quandoquidem sic affectus libidinis in Rubene praedominans et tumultuans cum *aqua* s. *torrente* שׁוֹטֵף *exundante* (coll. Iesai. VIII, 8. XXVIII, 2. XXX, 28. et Ezech. XIII, 13. XXXVIII, 22.) et perstrepera viuide comparetur, qui etiam non minori emphasi cum *equo* שׁוֹטֵף *ruente in praelium*, Ier. VIII, 6. Aliam quidem et singularem nominis פַּחַז significationem, nempe *saliendi* apud Chaldaeos et Syros, iuxta ac comparationem, attulit cl. Vitringa *in Obseruat. S. l. I. diss. 3. c. 1. p. 168.* ita reddens: *Saltus instar aquarum* nempe viuarum, et ex fonte ebullientium, coll. Ioh. IV, 14. et *semen* humanum comparari cum *aqua viua*, probat ex Iesai. XLVIII, 1. Vbi מַיִם omnino exponatur per זֶרַע. Sic *homines generantes* cum בּוֹר *puteo* conferri apud Iesai. LI, 1. sic Deut. XXXIII, 28. cum *fonte*, et Ps. LXVIII, 27. cum מָקוֹר *scaturigine*. Alias פַּחַז reddi *leuitatem*. *Leuitatem* enim *et temeritatem* animum vagum, et quasi perpetuo *subsilientem* indicare. Et significatum *lasciuiae* omnino illam vocem habere apud Syros, et respondere Graecorum ἀσελγείᾳ, probat p. 170. vt adeo indicetur *saltus lasciuus*, prout reddit in paraphrasi p. 169. Enimuero ista interpretatio est magis subtilis et studiose quaesita, quam vera. Nam istam suppositionem *saltus* formae vocis coniugatae in scripturis non admittunt, ergo

neque

neque haec; nec quae significatio in vocabulis etiam ἅπαξ λεγομένοις quoquomodo adduci *potest*, sed quae ex circumstantiis textus adduci *debet*, semper dispiciendum. Deinde nec *aquas viuas* et *salientes* (ad quas nec epitheton *lasciuus* quadrat) denotat מים absolute positum, sed cum apposito חיים. Arenosum hinc fundamentum institutarum comparationum מים העצומים *aquae fortiores* proluunt. (β) אל־תותר hunc sensum habet specificum אל־יהוה לך יתר שׁארת ויתר עון *non erit tibi excellentia dignitatis* (sacerdotalis. Sic pontificatum Apostolus absolute et κατ' ἐξοχὴν vocat τὴν τιμήν Ebr.V,4.) *et excellentia potentis* (sc. *Regis*. עז enim vbique est *adiectiuum* coll.v.7. quidni ergo et heic? cum alias quoque vsu veniat, vt adiectium absolute ponatur cum *ellipsi substantiui*, vid. *Lux.Ebr. p.256. f. et* 284. ita *h.l.* המלך *Regis*. De τῷ עלה in fine versus vid. *Lux Ebr. ed.n.p.*

Vers. 6.

וּבִרְצֹנָם עִקְּרוּ־שׁוֹר׃

Et in beneplacito suo (fraudulentae scil. circumcisionis coll.c.XXXIV,14. 15.25.) *eneruarunt bouem.*

Per *bouem* intelligitur tropice Sichemus cum patre Chamor, quem quoque intelligit R. Iacob ben Eleazaris apud Kimchium et ben Melech *h.l.* sicuti proprie per איש *virum* in praecedente membro. In more enim Scripturae positum est, vt viros viribus et opibus valentes aequiparet cum pinguibus et robustis bobus et tauris. Hunc itaque bouem s. principem terrae vna cum suis ciuibus, a potiori quippe fit denominatio, cum non auderent filii Iacobi aperto marte adoriri, cuniculis rem agunt, circumcisione infirmatos, die tertio, cum essent כאבים *dolentes* (scil. ex circumcisionis vulnere, vtpote quod non tantum grauiorem dolorem in die tertio affert, sed simpliciter ad motum maiorem et vehementiorem inprimis in tractandis armis ineptum reddit, cum vulnus in tenerrimo loco sit, et motu magis laedatur. vid. Calou. et Seb. Schmid. *h.l.*) praefidenter inuadunt, et acie gladii trucidant. Alias ἐκ τῶν ἀδυνάτων fuisset, vt duo homines, in bello praesertim non exercitati, totam vrbem percutere, intuente fortuna, valuissent.

Verſ. 12.

חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן וּגְ׳

Rubicundus oculis prae vino; etc.

Sunt, qui heic notionem *rubicundi* exauctorare volunt, ſubſtituta vel *lucidi* ac *fulgentis*, vti Caſtellus, quam vero forma vocis excludit, quae ח ſeruile ignorat, recte cenſente Dn. D. Danzio *in Interpr. Ebr. Ch. p. 6*; vel *nigri* tranſpoſitis prioribus literis qſ. ſit כְּחִלְילִי, quemadmodum Dn. Danzius *l.c.* vertens: *nigrior oculos* vino, et Dn. Hillerus *in Inſtitut. L.S. p.* 453. transferens: *nigricans oculis prae vino*. Ita non modo elegantem oppoſitionem *candidi* ac *nigri* pateſcere; ſed et ſatisfieri tenori orationis, vſui vocis apud Arabes, itemque ap. Ebr. Ezech. XXIII, 40. et delineationi Saluatoris noſtri a Nicephoro *lib.* 1. *cap. vlt.* factae. Cum e contrario parum laudis referant oculi rubedine ac lippitudine conſpicui. Filum orationis nil niſi honorificum ſuadere. Enimuero hae rationes Danzianae non ſunt tanti, vt amandemus hinc ſignificatum *rubedinis*. Cum enim vox collactea חַכְלִילוּת Prou. XXIII, 29. praedicata etiam de *oculis*, eam, licet vitioſam, habeat, ex vnamimi quidem ſuffragio, ipſiusque loci ratione, cur noſtra ab illius participatione excludi debeat? non video. Et licet demus iſtam metatheſin literarum, vtpote quae nec alibi Ebraeis adeo eſt rara, videſis *Luc. Ebr. p.* 251, nec entia praeter neceſſitatem ſint multiplicanda, vt videlicet vtraque vox ſit ex rad. כחל *colorauit, fucauit*, ſicvt iam praeiuere R. Abendana *ad M.I.* Forſterus et Schindlerus, quid tum? ſic nihiloſecius *rubor* praeferetur *nigrori*. *Fucantur* enim *oculi*, ſynecdochice ſumendi pro tota facie, l.c. Ezech. et 2. Reg. IX, 30. non ſane *colore nigro*, niſi in ludibrium ab hiſtrionibus, ni velis eum intelligere de hodiernis feminarum molliorum *Schönflekken oder Pflaſtergen*, quibus ſtelliferum ſaepe coelum referri videas. Quamuis etiam demus, quod elegans ſit oppoſitio *candidi* ac *nigri*, non tamen eſt elegans comparatio *nigri cum vino*, cum conſtet, quod Iudaea ferax fuerit *vini rubri*, hinc חֶמֶר dicti conf. Prou. XXIII, 31. Deinde mirari ſubit, viros doctiſſimos non attendiſſe, quod in loco noſtro non agatur de naturali Meſſiae pulcritudine, quam delineauit Nicephorus, ſcribique potuiſſe, *ita ſatisfieri tenori orationis*. Iacobi iam moribundi certe ſpiritus et fides ad ſublimiorem myſteriique plenam pulcritudinem reſpexit, in eaque ſe intime ac plene recreauit, quando in membro altero verſus praecedentis viuis coloribus delineauit Meſſiam in profundiſſima acerbiſſimaque paſſione conſtitutum, ita vt integra ſanguinis pretioſiſſimi flumina de ſanctiſſimo corpore eius defluxerint, vel totum illud *lauerint*. Nec quoad hoc ſolum, ſed etiam quoad

oculos

oculos i.e. per vſitatam ſynecdochen totam faciem *rubicundior ſit vino*, ex cruenta et dolorifica coronatione, etſi ſumma ipſius fuerit *innocentia*, quam deſignat poſterior comparatio: *et candidior dentes lacte.* Quid hoc ſenſu pulcrius? ſi autem a pasſione Chriſti deſcenderetur ad iſtam oculorum venuſtatem, aliis eius qualitatibus externis intactis, frigeſceret certe oratio ſpiritu plena Iacobaea, cuius vero vim, et δύναμιν melius perſpiciens ſponſa Chriſti, eadem πληροφορίᾳ ei ſuccinit: *Amicus meus eſt candidus et rubicundus*, Cant. V, 10.

Verſ. 13.

In hoc verſu *idem bis* dicitur more ſcripturae, mutatis eleganter verbis. Dicitur autem *Sebulon habiturus ad portum marium ſ. nauium* i.e. nauigationi operam dabit mercaturae exercendae cauſa, felici quoque ſucceſſu. *Nam affluentiam marium ſugent et occultos theſauros arenae*, i.e. infundo maris, vt margaritas, ominante Moſe Deut. XXXIII, 19.

Verſ. 14. 15.

Verſum priorem mere tropicum poſterior verbis magis propriis exponit, et ſenſus hic eſt: Iſaſchar magis otio delectabitur, deſes erit et ignauus, vt redimendae pacis cauſa tributum pendere non recuſet.

Verſ. 17.

Huius verſiculi tropici ſcopum, aptamque cohaeſionem cum ſequente 18. penitius prae aliis commentatoribus introſpexiſſe Seb. Schmidius videtur, dum exiſtimat, piisſimum Patriarcham in Spiritu ſ. praeuidiſſe et praedixiſſe turpisſimum idololatriae malum, quod ex Dane primum proditurum eſſet in vniuerſum Iſrael, (erecto nempe in tribu Danis idolo Michae Iud. XVIII, 30. 31. ibidemque poſtea vitulum ſuum erigente Ieroboamo rege 1. Reg. XII, 29. 30.) ſuperque eo grauiter ingemuiſſe ac dixiſſe: *ſalutem tuam* (*ſalutare tuum*) *exſpecto Ieboua.* Quam quidem dicti verſionem attentant nonnulli, vt Ledebuhrius, Elias Schnegaſſius *in Tabb. Accent. VIII. lit.* ζ B. Varenius, et cum Diſput. Gieſſ. Dn. A. H. Franckius ex accentuum praeſidio, ac ſi ita ordinanda eſſet: *ad ſalutem tuam exſpecto Iehouam.* Sicut etiam habent Tremellius et Piſcator. Et recte quidem, ſi ſimpliciter et ordinarie procedendum eſſet, coll. Pſ. CXIX, 166. et 174. Sed ſalua etiam eſt Lutheri verſio, ſi accentuatio ex *affectu* et *pondere* aeſtimetur, vi cuius verbum *primae perſonae* pariter cum *Vocatiuo* coniungi poteſt. videſis *Luc. Accent. p 25.* Ne dicam, quod vox לישועתך *iuſtae quantitatis*, gemino ideo *Metheg* orationis curſum paululum *remorante* inſtructa, oratoria grauitate ſit pronuncianda. Quod autem in dulciſſimo hoc oraculo

oraculo agatur de Christo, aeterno Dei verbo, illustre nobis de eo contra Iudaeos, eorumque assecias reliquit testimonium Targum Onkelosi (in ed. Complut. Reg. et Hept. Paris. ap. Schaaf *in Sel. Targ. p.* 59.) et Ieruschalmi, *h. l.* cuius verba haec sunt: *Dixit pater noster Iacob, non exspectat anima mea redemtionem Gideonis filii Ioas, Baec enim temporalis est, neque redemtionem Simsonis, filii Manoae, quae fluxa est; sed* לפורקניה דמשיחא בר דויד *redemtionem Messiae filii Dauidis* (Ieruschalmi *vt dixisti* בממרך *per* λόγον *tuum* Ioh. I, 1.) *qui venturus est ad adducendum sibi filios Israel:* (*venturam populo filiis Israel:*) *eam*, inquam, *redemtionem exspectat anima mea.* E mente igitur Targumistarum idem senex Iacobus desiderauit, quod Simeon oculis suis vsurpauit ac depraedicauit, videlicet τὸ σωτήριον, τὸν χριστὸν κυρίε, Luc. II, 30. 26. Sic appellitatur Messias κατ' ἐξοχὴν ישועה *salus, salutare*, Ies. XLIX, 6. coll. Act. XIII, 47. Luc. II, 30. 31. Ies. LII, 10. Ps. XCVIII, 3. coll. Luc. III, 6. Act. XVIII, 28. Ies. LXII, 11.

Vers. 19.

גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ וְהוּא יָגֻד עָקֵב׃

Gadem quod attinet, *turma hostilis inuadet eum* (coll. Hab. III, 16.): *sed ipse tandem victoriose inuadet eam.*

Etiamsi Lutheri versio germanica literam deserat subobscura, eam tamen curatius premit latina ipsius dilucidior *in Comment. ad h. l. Cuneus latronum grassabitur in Gad, at ipse tandem victoria potietur*, q. d. *Miles inuadet, carpet, lacerabit Gad, sed ipse etiam latrocinabitur, et vicissim affliget hostes suos. Haec*, inquit, *videtur specialissima sententia eaque retinenda*, Quem sensum etiam tenet Varenius: *Gad a turmis hostilibus quidem oppugnandum, sed tamen illas extremo rursus aggressurum esse, und werde er ihnen auf dem Fuß nachfolgen*, ferme cum Graecis πειρατεύσει αὐτὸν καὶ πόδας. Innuitur itaque, fore, vt haec tribus a variis oppugnetur, et infestetur, tandem tamen, auxiliante Deo, ipsam victricem euasuaram. Huc pariter concedunt. R. Aben Esra et R. Sal. ben Melech *h. l.* Tremell. Riuetus, Belgae *h. l.* Rauppius *in comment. Synopt. ad h. l.* et Dn. M. Frankius *in obseruat. Bibl.* Quod autem verbum יגוד posterius absolute positum cum dicta ἐμφάσει sumendum sit, expressius exponit vaticinium Mosis. Deut. XXXIII, 20. *Sicut leo habitabit*, omnibus scilicet formidolosus, *et lacerabit brachium atque verticem* nempe hostium suorum. Complementum ponunt in 1. Chr. V, 18. sqq. Fuerunt pariter ex tribu Gad oriundi plerique heroes, qui se Dauidi coniunxerunt I. Chr. XII, 8. sqq.

Vers

Verſ. 21. CAP. XLIX.

Quandoquidem in locis obſcuris et dubiis tutior omnino eſt ea ſententia, quae ſimpliciter ſcripturam ſequitur ducem; ſemper enim aliquid inde lucis emicabit pio et ſedulo ſcrutatori: ideo cum doctiſſimo Andr. Maſio ad Ioſ. XIX, 35-39. opinari malim, Iacobi pauca verba a Moſe eſſe explicata Deut. XXXIII, 23. et vtrobique eundem eſſe ſenſum, hunc nempe: Nephthalios in tuta atque v-„ bere collocatos regione, exſultaturos ſuaui libertate, ſimiliter atque ceruae„ nullis indaginibus concluſae, ſed in herboſis amoenisque ſaltibus liberae ver-„ ſantes paſcentesque exſultim ludunt. Praeterea blandis appellationibus et hu-„ manitatis artibus gratiam ſibi conciliaturos apud omnes, ac proinde in ſumma„ pace diuinis illis donis fruituros, quae maxima eſt Dei benedictio.„

Verſ. 22.

בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בֵּן פֹּרָת עֲלֵי־עָיִן בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי־שׁוּר׃

Ramus foecundus eſt Ioſeph, ramus foecundus ſecus fontem; duobus *ramis* ſuis (vel vterque ramus eius) *procedit vltra murum.*

Translatio haec Tremelliana, quae non ſolum τὸ בן *filium* ſed etiam בנות *filias* ob mutuum membrorum reſpectum metaphorice accipit, concinnitate ſua palmam multis aliis praeripit, eamque merito ſequuntur Piſcator, Geneuenſes, Bataui, Grotius, Mercerus, Gatakerus *Diſſert. de N.T. Stilo c.* 16. *Opp. Crit. p.* 104. *E.* Cocceius, Marckius *h.l.* et ex noſtris Rauppius in *Lex. Theol. Voc. Ramus*, D. Maius *in Oecon. Temp. V.T. c.* 12. *p.* 376. *fin.* et Cl. Hillerus *Onomaſt. S. p.* 153. *fin.* Eleganter itaque comparatur Ioſephus cum propagine ſeu arbore frugifera juxta fontem (coll. Pſ. I, 3.) et murum, cuius propagines adeo creſcunt, ſeque multiplicant, vt ritu luxuriantis vitis vel ſupra murum excreſcant, longeque diffundantur, in certum omen multitudinis populorum ex biga filiorum Ioſephi, Ephraim et Manaſſe, exoriturae. conf. Ioſ. XVII, 14. et R. Sal. ben. Melech. *M.I. ad h.l.* Ceterum pro vberiore κρίσει in hunc locum alias exercenda, breuitatis cauſa amandamus beneuolum lectorem ad ea, quae circa verſionem vernaculam B. Lutheri, et emendatam B. Sauberti a Dn. Prof. Franckio *in Obſervat. Bibl.* approbatam, inter clariſſimos viros Dn. M. Mich. Beckium *in Diſquiſit. Hermeneut. p.* 26. 27. 28. atque Dn. M. I. H. Michaelem *in oppoſita Epicr. Philol. p.* 89. *ſeq q.* diſceptata ac diſcuſſa ſunt. Nec minus conferri poſſunt, quae ad cogitata ſingularia Lightfooti in Ord. Text. V. T. *Filios Ioſephi ſecus puteum Iacobi euaſuros in regnum, eorumque filias ituras* עלי שור *ad hoſtem vsque, ad reparandam hoſtilem tribum Beniaminis, quae alioquin de-*

CAP. XLIX. *fectu vxorum fuiſſet interitura, Iud. XXI.* vel in Obſeru. ad Gen. *Ioſeph eſt filius foecunditatis, foecunditas eius in filiis erit iuxta puteum, in filiabus tendit ad ipſum vsque hoſtem,* (quam interpretationem *vtp. conjectando conceptam potius, quam temere aſſertam,* ideoque *cenſurae docti lectoris ſubiectam,* per quatuor rationes deducit) reponit Io. Marckius *ad h.l. p.* 291. cui merito coniectura illa, quae primo intuitu poſſet videri mire ſubtilis, ab omni parte aeque vana deprehenditur.

Verſ. 24.

מִידֵי אֲבִיר יַעֲקֹב מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל׃

Idque *a manibus fortiſſimi Iacobi; exinde* quod eſt *paſtor, lapis Iſraelis.*

Quaeritur heic: Quisnam intelligatur per *Paſtorem,* et *lapidem Iſraelis?* Quidam quidem diſtinctas animo concipiunt perſonas, per iſtum *Ioſephum,* per hunc *Iacobum* intelligentes h. ſ. *A Deo eſt, quod tu, fili mi, me lapidem Iſraelis* i.e. fundamentum Iſraeliticae familiae *pauiſti.* Potiores vero duo haec praedicata coniunctim vni perſonae nempe *Ioſepho* attribuunt, vt videlicet *lapis Iſraelis* vocetur Ioſeph, quod eſſet στήριγμα τοῦ λαοῦ h. e, firmamentum ſ. fulcrum populi Iſraelis nim. patris, & totius eius familiae; omnem enim domum patris in Aegypto conſeruaſſe, & ad inſtar lapidis fulciuiſſe, teſte Siracide XLIX, 20. (al. 17.) In quo factum eſſe *Chriſti typum,* qui eccleſiae *angularis lapis* factus eſt. Ita Dan. Feſſelius *Aduerſ. S. l. 6. c. 5. p. 86.* cum Gerhardo *h.l.* et Riueto *Exercitat.* 184. *in Gen. p.* 894. *b.* add. D. Wandalinus *de Vatic. Iac. ad Gen.* XLIX, 20. p. 118. Bene ſe habet, quod de typo ſubinnuunt, ſubodorati forſan, hunc titulum eſſe auguſtiorem, quam vt homini vel ſummae auctoritatis et poteſtatis, qualis erat Ioſephus, poſſit tribui, nec vllibi in ſcripturis tributum eſſe. Multo autem quin omnino melius ſe haberet, ſi, quod Meſſiae prorſus proprium eſt, non cum homine partiti fuiſſent. Relinquitur ergo, quod non ſolum titulus אביר יעקב fortis Iacobi (coll. Ieſ. XLIX, 26. LX, 16. vbi inſuper dicitur מושיע *Seruator,* et גואל *Redemtor,* quem Iacobus חמלאך הגואל appellauerat Gen. XLVIII, 16;) ſed etiam רעה Paſtoris (coll. Pſ. XXIII, 1. Ezech. XXXIV, 11. -- 18. XXXVII, 24. Zach. XIII, 7. cum Ioh. X, 11. Ebr. XIII, 20. 1. Petr. II, 25. V, 4.) et in primis אבן lapidis Chriſto proprie competat, eique ſoli vindicandus ſit. De hoc conf. Ieſ. VIII, 14. cum Luc. II, 34. Rom. IX, 32. 33. 1. Petr. II, 8. et *Tr. Sanhedr.*

hedr. c. IV. fol. 38. col. a. et Cocceii *Exc. Gem. Sanhedr. p.* 212; Dan. II, 34. 45. CAP. XLIX. Zach. III, 9. quodque in specie lapis angularis nominetur Psalm. CXVIII, 22. coll. cum Matth. XXI, 42. Act. IV, 11. 1. Petr. II, 7. Et hunc locum de Messia agere fatetur ipse Raschi ad verba Mich. V, 1. *Ex te mihi egredietur dominator in Israele* ita commentans: זה משיח בן דויד וכן הוא אומר אבן מאסו הבונים: i.e. *hic est Messias filius Dauid. ita enim ipse dicit: lapis quem reprobauerunt architecti*; nec non R. Abarbanel *in Comm. ad Zach.* IV, *fol.* 285. *a.* האבן הברזל ביד זרובבל שהוא רמז אל מלך המשיח היוצא ממנו שיבנה את בית ה' והוא יהיה אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה h.e. *lapis stanni in manu Serubabelis est typus Regis Messiae, genus ab ipso ducentis, qui aedificabit domum Domini, et erit lapis, quem spreuerunt architecti, qui vero euasit in angularem lapidem.* Nec lapis tantum angularis insignitur, verum etiam Ies. XXVIII, 16. lapis munitionis, (qui nempe munitioni supponitur, vt super eum vel arx munita vel specula sublimis erigi possit, sicut adhibetur vox בחון *specula exploratoria* Ier. VI, 27. Ies. XXIII, 13.) et significanter pretiosus (i. e. durissimus et grauis. vid. Maimon. de בית הבחור s. *domo electa cap. 1. §. 8.* Licet enim pretiosi lapides etiam de *gemmis* dicantur in scriptura, tamen si de aedificiis sermo est, de durissimis lapidibus lapides pretiosi intelligendi sunt, quorum duritles tanto est in pretio, in quanto esse gemmae solent, ceu docte obseruauit excellentissimus Dassouius *in coll. MSC. Emph. Voc. Ebr. in v.* אבן) fundamenti fundati (quod longe praestat fundamento templi ipsius Hierosolymitani, quod quidem etiam ex lapidibus pretiosis s. durissimis constructum erat, non tamen dicitur fundamentum fortissimum s. fundatissimum. (מוּסָּד autem est *particip. piual* pro מְיֻסָּד, י eliso coll. *Luc. Ebr. p.* 18. *Obs.* 2. et pro (ו) alternante ד indicio דגש Dageschi F. *ibid. p.* 58. propter paronomasiam.) Emphasin itaque huius dicti memorabilis hanc elicuit celeb. Dassouius *l. c.* "quod Messias sit lapis funda-„ menti loco positus, super quem ecclesia tanquam arx munitissima aut specula„ sublimis est aedificata; vnde etiam ecclesiae doctores dicuntur in specula con-„ stituti. Praeterea Messias *lapis angularis* est, omnia ecclesiae latera, exacte„ coniungens et roborans ne dilabantur, sicut angulares lapides latera structu-„ rae connectunt. Nec sufficit, quod Messias sit lapis angularis, sed etiam *pre-„ tiosus lapis angularis* i.e. durissimus et robustissimus, vt nullus hostis latera ec-„ clesiae dimouere vel auellere possit, multo minus ecclesiam funditus euerte-„ re. Messias quoque non modo *fundamentum* est ecclesiae, et quidem in-„ comparabile, ac fundamento templi Hierosolymitani praestantius; sed et eccle-„ siam conseruat atque tuetur fortissime. Atque hunc ipsum *lapidem* Vates mo-

CAP.XLIX. ribundus filio Ioſepho ad animum reducit, quod, ſicut domum et eccleſiam Iſraelis hucusque fortiter portauerit et fulciuerit, ita porro duodecim hos ipſi ſuperſtructos lapides, licet poſthac in domo ſeruitutis et fornace lateritia valide vrantur et concutiantur, inconcuſſos & firmos mirifice ſuſtentaturus ſit, modo ſe vt viuos lapides in eo aedificent.

Verſ. 25.

מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי וִיבָרְכֶךָּ

A Deo forti patris tui etiam iuuabit te, et ab omnipotente etiam benedicet tibi.

Connecto hæc verba accurate cum verſiculo praecedente, ita vt אביר יעקב *fortis Iacobi* Meſſias *a Deo forti* illius ſit auxiliaturus et benedicturus Ioſepho. Perinde ac *Iehoua* Filius Dei *pluere fecit ſulphur et ignem a Iehoua* Gen. XIX, 24. et de Spiritu ſ. ait Chriſtus Ioh.XVI,14. ἐκεῖνος (coll.v.13. et c.XIV, 26. XV, 26. et notetur ἑτέρωσις generis, quae de perſonalibus actionibus vſurpata nunquam non perſonam arguit. Adde vid. Flac. *P.II. clau. tr.*3. *de conſtr. Pronom.*§.24.) ἐκ τοῦ ἐμοῦ (non poſſeſſiuo, ſed eſſentiali) λήψεται. Vt ita notetur admiranda κοινωνία et vnitas eſſentiae, ſcientiae, voluntatis et conſenſionis in perſonis SS.Trinitatis. Qua conſtructionis ratione non opus erit in loco noſtro aliquid ſupplere, nempe *fiet, ſ. eueniet tibi, hoc*; cum reſpectu ad verba ſuperiora: *manebit in robore arcus eius etc.* quibus vero iam eauſa efficiens ſubnexa eſt, quae heic minus apte reaſſumeretur, adeoque oratio minus bene cohaereret, proneque flueret. Et ו manet *copulatiuum*, licet commode reddi poſſit per *etiam* vel *qui*, quandoquidem eleganter cum ſuis verbis ob meliorem connexionem nominum diuinorum eſt translocatum, pro ſimplici ſua ſerie ויעזרך מאל אביך וגו׳. Confer poſitum parallelum Gen.XXII,4.

Verſ. 26.

בִּרְכֹת אָבִיךָ גָּבְרוּ עַל־בִּרְכֹת הוֹרַי עַד תַּאֲוַת גִּבְעֹת עוֹלָם

Benedictiones patris tui praeualeant iuxta cum benedictionibus genitorum meorum, vsque ad deſiderium (maxime deſiderabile) *collium ſeculi*, aeternorum.

Vbi (α) verbum גברו *optatiue*, non indicatiue, interpretandum eſſe, finis verſus docet: *ſint ſuper caput Ioſephi etc.* (β) particula על non eſt praecellen-

cellentiae, *supra*, sed additionis, *vna cum* bene obseruante Tremellio et Seb. Schmidio *h. l.* (γ) Vocis תאוה heic *obiectiue* vti c. III, 7. capiendae cum Riueto, Clerico *ad h. l.* Gussetio *Comm. L. E. p.* 19. *b.* et Fesselio *Aduers. S. l. 8. c. 5. p.* 272. D. Maio *in Oecon. Temp. V. T. p.* 378. optimus interpres est ipse Moses, Deut. XXXIII, 15. eam exponens per מגד *pretiosum, eximium.* Et (δ) Voces גבעת עולם non posse sumi tropice pro *magnatibus mundi*, docet clare ibidem Moses. Vt adeo (ε) sensus sit: tales praeualentes sint benedictiones, vt etiam pretiosissima quaeque et desiderabilia, quae in collibus et montibus reperiuntur, in caput Iosephi et verticem eius liberaliter defluant. Est enim comparatio inter colles et montes, et caput ac verticem Iosephi. CAP. III.

EXODVS.

CAP. III, 14.

אהיה אשר אהיה

Dictione hac describi essentiam diuinam ab immutabilitate extra omnem fere dubitationis aleam ponunt, vertentes: *Sum qui* (*quod*) *sum*, vel *Ero, qui* (*quod, quia,*) *ero*, coll. Psal. CII, 27. 28. interque nomina Dei propria referentes, quod in sensu, licet non forma, cum τετραγραμμάτῳ יהוה conueniat; cum alias, si non esset nomen Dei, sed futurum verbi, inepta foret constructio primae personae cum tertia mox sequente אהיה שלחני *Ero misit me.* Sed haec ratio est ficulnea. Aptior modo fiat versio, sic non inepta erit constructio, videlicet FVTVRVS, ὁ ἐρχόμενος, siue vt B. Franzius *in Tr. de interpr. S. S. Orac.* 103. loqui amat, ERITVRVS *misit me.* conf. supr. *p.* 39. Proinde non peccabimus, si formae futuri *vt futuri* inhaereamus, et dicamus, cum Gussetio *in Comm. L. E p.* 206, non agi hac voce de natura Dei immutabili ac aeterna, siquidem de illa non loqueretur Deus in futuro simpliciter, sed potius in praesenti היה *existens*, vti Graeci *h. l.* ὁ ὤν et Vulg. *Qui sum*; vel propheticum illud אני הוא; verum de *mysterio futurae incarnationis*, cuius respectu non poterat aliter loqui nisi per futurum, cum tempore Mosis nondum esset, quod futurus erat: praesertim si consideretur et hoc momentum, quod heic loquatur ipse Filius Dei, non Pater, *Angelus Iehouae* v. 2. idemque *Iehoua* et *Elohim* dictus. Hic ipse nunc ad Mosen dicit: ERO iam

CAP. III. filiis Israelis oppressis propter foedus cum patribus eorum Abrahamo, Isaaco, et Iacobo in me sancitum, QVOD ERO in plenitudine temporis, θεάνθρωπος, et GOEL, REDEMTVRVS eos ex domo seruitutis Aegyptiacae manu forti et brachio extento. Nec mirum aut ἀπροσδόκητον, quod heic respiciatur *incarnatio* et ὁ θεάνθρωπος, cum post lapsum hominis hic fuerit oeconomiae diuinae cardo, hoc centrum.

Vers. 18.

נִקְרָה עָלֵינוּ

Quae Io. Vlmannus *in Obseruat. Philol. C.* 1. *loc.* 17. ita vertit: Iehoua Deus Ebraeorum *inuocandus est a nobis*, secutus editionem Nisselianam, quae legit per א. At (α) licet Nisseliana heic non esset vitiosa, quin omnium codicum lectiones conspirarent in א, vti quidem in cap. V, 3. inde tamen non euinceret statim significationem *inuocandi*, dum non nescit, *verba* לה׳ et לא׳ *formas suas saepe inuicem permutare*. Vid. קרה sub forma לא׳ Gen. XLII, 38. וְיִקְרָאֻהוּ, vbi significatio *inuocandi* non habet locum, sed *eueniendi, et eueniret ipsi*. sic Iob. IV, 14. קָרָאנִי *obuenit mihi*. et in *Hiph.* וַתַּקְרֵא (Ier. XXXII, 23.) *ideo euenire feci sti* illis. Haud secus in ll. cc. א alternat pro ה, quod est in nostro loco. (β) Chaldaeum אתקרי nihil probat, cum aeque possit esse ex קרה, quam ex קרא. (γ) Particula על non significat *a*, sic enim dictum fuisset ממנו. (δ) Non attendit vir doctus ad genium linguae ebraeae, quae significatum *inuocandi* ita constituxisset: נקרא vel לקרא בשם יהוה *inuocare debemus nomen Iehouae Dei Ebraeorum*. Lutheri versio cum Vulgata expressit notionem verbi simplicem *vocandi, vocauit nos*; quae quidem satis esset commoda, nisi obstaret forma passiua *Niphal*. Vnde praeferenda erit haec: Obuiam factus est nobis, et ita c. V, 3. Particula על est pro אל coll. Num. XXIII, 4. proque ea etiam adhibetur לקראת *in occursum* Num. XXIII, 3. Vt ita instructio Mosi, et Seniorum Israelis ad Pharaonem: *Iehoua Deus Ebraeorum* נקרה עלינו occurrit nobis, eiusdem sit tenoris cum illa Mosis ad seniores Israelis v. 16. *Iehoua Deus patrum vestrorum* נראה אלי apparuit, visus est, mihi. Pro conciliatione autem Vulgati et „Lutheri annotat B. Varenius *ad h. l. p.* 134. quod significatio *obueniendi, oc-* „*currendi*, supponatur in significatione *vocandi* vt generalior. Qui clamat, „occurrit illi, quem acclamat, voce seu clamore: atque adeo talis acclamatio, „seu appellatio, est quaedam obuiatio seu obuentio, vel occursio clamantis.

CAP.

CAP. IV, 25.

וַתִּגַּע לְרַגְלָיו

HAec B. Lutherus cum Vulgato, Pagnino, ita transtulit, vt si verbum esset in *Kal*, et constructum cum praefixo ב h. m וַתִּגַּע בְּרַגְלָיו *und rührete ihm seine Füsse an*, quem sequuntur Dan. Fesselius *in Aduers. S.l.2 c. 6. p.* 108. et Lutheri hyperaspistes cl. M. Mich. Beckius *in Disquis. Hermeneut. p.* 35. itaque explicat praeeunte Drusio, et probante Bonfrerio, quod Zippora *attigerit pedes* vel *genitalia* (vt Ies. VII, 20. alibique) *cruenta* filioli, eaque conuersa ad Mosen maritum vultu ostendens in haec eruperit verba; *Sponsus sanguinum tu Moses mihi es.* Vt adeo *tactus hic* iteratus non ad ipsum *circumcisionis actum*, sed ad eius *consequens* referatur. Sed quis non videt? hoc coactius esse, quam vt ea propter punctationem coni. *Hiphil*, et constructionem cum ל deseramus, quae potius sensum volunt *transitiuum* huncce: et tangere fecit s. proiecit (nempe praeputium absciissum) ad pedes ipsius sc. Mosis, vt visibili hoc sanguinis signo liberaretur. Quo sensu et *Sponsus sanguinum* dici-„ tur Moses, q.d. nisi effusus fuisset sanguis circumcisionis, sponsus s. maritus,„ quem velut nouum sponsum ex morte recipio, reus fuisset caedis s. occisus fuis-„ set. Quod vero Moses ipse non circumciderit filium, id factum est, propter„ irruentem in ipsum Dominum, qui sine dubio antea ei, vt hoc faceret, seuere„ praeceperat, ipse vero ex infirmitate distulerat, blanditiis sine dubio vxoris,„ quo minus id statim exsequeretur, moram et dilationem impetrantibus„ annotante B. Varenio ad *b. l. p.* 162. Et ita *transitiue* accipiunt Raschi, Kimchi et b. Melech. Fagius, Castellio, Ar. Mont. Oleaster, Em. Sa, Riuetus, Clericus, Tremell. Tigur. Belg. *b. l.* Gussetius *comm. L. E. p.* 461. *a.* Pfeifferus *in Dub. Vex. p.* 217. Seb. Schmidius, (cuius tamen versio, affixum *eius* ad *Iehouam* referens, adeoque et verba seqq. *Sponsus sanguinum tu mihi es*, notanter discrepat a Tract. ejus *de Circumcis. p.* 288. 289. *et* 381. vbi plus vice simplici illa ad *Mosen* retulit, quam veram eius mentem fuisse exinde satis colligitur) Dn. A. H. Franckius *in Obseru. Bibl. cum Disp. Giess.* Dn. D. Maius *in Oecon Temp. V. T. p.* 384. Dn. D. Deylingius *Obseruat. Sacr. P. 2. p.* 117.

CAP.

CAP. VI.

CAP. VI, 3.

וָאֵרָא אֶל־אַבְרָהָם אֶל־יִצְחָק וְאֶל־יַעֲקֹב בְּאֵל שַׁדָּי וּשְׁמִי יְהוָה
לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם׃

Apparui quidem Abrahamo, Isaaco et Iacobo in Deo omnipotente: at nomine meo Iehoua non innotui (notus factus sum) illis.

DIsquiritur heic ratione membri postremi: *An? et quomodo nomen IEHOVA Patribus non fuerit cognitum?* Priorem quaestionis partem AN cum non nude et absolute negari posse viderint, quos *de meliori luto finxit praecordia Titan*, per loca Gen.XIII,4. XIV,22. XV,2.7. XXII,14. XXIV,3.40; XXV, 21. XXVI,22.25. XXVII,7.27; XXVIII,16.21.etc. potius de altera quaestionis parte QVOMODO sunt solliciti. Buxtorfius quidem *in Dissert. V. de Nom. Dei Ebr. p.250. fin.* censet, verba Mosis *subtiliter* hoc pacto posse explicari; *Apparui Abrahamo, Isaaco et Iacobo, in El Schaddai & nomine meo* יהוה, *neque tamen notus factus sum illis.* Nam etsi nomen hoc audiuerint, tamen vim et efficaciam eius non tam bene intellexisse, neque tam claram et illustrem Dei cognitionem esse assecutos. Ast satis *crasse* et imperite haecce explicatio transiliit limites *Athnachi*, quo violento transultu seipsam illico destruit. Alii constructione salua *interrogatiue* capiunt verba, לא pro הלא, *et nomine meo Iehoua nonne cognitus fui ipsis?* quae interrogatio tum virtualiter affirmat, *vtque illo cognitus fui ipsis.* Ita B. Dannhauerus *in Hodosoph. phaenom.11.p.192.* et B. Dorscheus *in Disp. de nom. Iehoua p.8.* it. Dn. Danzius *in interpr. Ebr. Ch. p.360.* Sed minus placet ista commutatio enunciationis *redditiuae* continuo in *interrogatiuam*, nullo praesertim contextus indicio; quaeque expositionis ratio in defectu melioris primum et vltimum solet esse refugium, indeque facile suspecta euadit. Nec abludit ab hac in sensu illa, quae particulam negatiuam לא sumit *comparatiue* pro NON TANTVM. Verum hoc, ceu recte iam monet Hackspanius *in Syllog. dissert p.168*, priorem enunciati partem occupat, non posteriorem. Conf. Gen. XXXII,29. XXXV, 10. Ier. XVI,14. Gen.XLV, 8. 1.Sam.VIII,7. Hinc talis pro hoc sensu vocum structura adornata fuisset: *Apparui patribus* לא באל שדי כי אם־שמי יהוה נודעתי להם׃ NON TANTVM *in Deo omnipotente, sed et nomine meo Iehoua innotui illis.* Nec sic opus fuisset *Athnach* in תֵּ֣ שדי, sed solum *Sakephkatone.* Potior itaque meliorue interpretum pars nomen יהוה exponunt de *effectu et complemento promissionum*, de multiplicatione seminis et possessio-

CAP. VI.

sessione terrae Canaan, q.d. cognoscetis me nunc, non solum ὄντα, sed et ἀσιῶντα, s. reapse *Essentiatorem*, qui promissis et speratis dat esse. Vid. Raschi, Fagius, Iunius, Vatablus Belg. Grotius, Riuetus, Ainsvvorthus, Sixt. Amama *h. l.* D. Holzsusius *in Dissert. de Nominibus Dei p.* 8. e nostris Bugenhagius, Brentius, Rungius, Calouius, Varenius, Hackspanius *h. l.* Pfeifferus *O. V. p.* 219. Dn. D. Maius *in Dissert. de Nomine Iehoua §. 11. et Oecon. Temp. V. T. p.* 385. aliique. Enimuero salua horum nominum auctoritate nec in hac explicatione inuenit, quo conquiescat, animus. Est quippe magis allusiua et nominalis, quam realis, quam solida, magis κατ' ἀναλογίαν quandam quaesita, quam a Spiritu S. heic intenta, exinde quidem orta, quod in phrasibus *apparere in El Schaddai*, et *innotescere in nomine Iehoua* oppositionem conceperunt, cum reuera nulla sit, nec quoad rem differant. Apparuit enim seque iis manifestauit Deus tam in אל שדי, et solo אל, quam in יהוה et אלהים, vt promissiones earumque complementa aeque ex vno nomine, atque ex alio optime diiudicari possint. Deinde nonne etiam *Iehoua* Filius Dei se vt ἀσιῶντα manifestauit Abrahamo? dum filium ei non solum promisit, sed etiam reipsa exhibuit, Gen. XVIII, 10. 14. coll. XXI, 2. Nonne vt ἀσιῶντα Iacobo? quando promissioni suae de custodiendo eo et paterne prospiciendo in via versus Mesopotamiam dedit esse et implementum? pro voto pariter Iacobi, quod idem gratissima humillimaque mente praedicat. Conf. Gen. XXVIII, 15. 20. 21. cum XXXII, 10. 11. Concinniorem itaque melioremue interpretationis viam elegit pro acumine suo celeb. Hillerus *in Onomast. Sacr. p.* 250, qui pronomen להם non construit cum propiori, cum patribus Israelitarum, sed *cum remotiori*, cum Israelitis ex Aegypto deducendis, (quandoquidem haec constructionis ratio et alibi vsu veniat, coll. Gen. X, 12, Ps. XVIII, 15. coll. v. 4. CV, 37. coll. v. 25. LXXXI, 16. coll. v. 14. XCVII, 7. coll. v. 2. XLIV, 3.) argumento illustris loci Ezech. XX, 5. 6. *Sic dicit Dominus Iehoua Deus, quo die elegeram Israelem, tum eleuabam manum meam* (i.e. iurabam) *semini domus Iacobi*, ואודע להם et innotescebam ipsis *in terra Aegypti*: *eleuabam*, inquam, *manu meam ipsis, dicendo; ego sum Iehoua Deus vester. Eodem*, inquam, *die eleuabam manum meam ipsis, me eductum eos ex terra Aegypti.* Hinc iam totum textum nostrum ita exponit: Ego sum Iehoua (i.e. VT SVM IEHOUA! *heic quidem tollit manum suam semini Iacobi*, coll. l.c.) Apparueram quidem Abrahamo, Isaaco et Iacobo in EL SCHADDAI (iuraueram Abrahamo: *Vt sum El Schaddai!* Gen. XVII, 3. iuraueram eidem אֲנִי VT SVM! *So wahr ich bin! foedus ineo tecum, vt tu multitudinis gentium pater euadas*, v. 4. Iuramentum hoc firmauetam Isaaco: *Praestabo iuramentum illud, quod iurauí Abrahamo patri tuo*, Gen.

CAP. VI. IX. XXVI, 3. Iuraueram Iacobo: VT SVM IEHOVA, *Deus Arahami Patris tui etc.* Gen. XXVIII, 13.) At nomine meo Iehova in iuramentum assumto nondum innotui ILLIS, quos oneribus Aegyptiis leuabo, Israëlitis. v. 4. Quin etiam interposito iuramento stabiliueram foedus cum illis (Abrahamo, Isaaco, et Iacobo) me daturum illis (Israelitis, eorum posteris) terram Cananaeam, terram peregrinationum eorum, in qua peregrini commorantur (patres.) v. 5. Insuper etiam ego audiui querimonias Israelitarum, quos Aegyptii seruire cogunt, et recordabor foederis mei. v. 6. Quapropter hoc a me Israelitis renunciato: VT SVM IEHOVA! (qui Patribus vestris innotuit) ita subducam vos Aegyptiorum oneribus etc.

CAP. IX, 15.

IN hoc versu verba *actiua praeterita* שלחתי et ואך explicanda sunt de *potentia*, *mittere* manum meam, *et percutere* te *potuissem.* ואולם *Veruntamen* etc. Vide sis *Luc. Ebr. p.* 299. Et ita recte Chald. et Raschi, P. Fagius, Trem. Pisc. Riuetus, Grotius *h. l.* B. Waltherus *in Harm.* Franzius *in Interpr. S. p.* 290. Rungius et Rauppius *h. l.* D. Maius *in Oecon. Iud. Diu. P. I. p.* 282. Parum abeunt Clericus et Hackspanius *h. l.* ille per imperfectum coniunctiui *ex sererem --- et percuterem*; hic per plusquamperfectum coniunctiui *immisissem* ---et *percussissem*, transferens. Quanquam male Clericus particulam כי habeat pro *pleonastica*, vel *conditionali*, paulo melius aliis ipsi vim *copulae*, vel *asseueratiuae* tribuentibus, cum commode significationem suam *causalem* tueri queat, *Nam* (ad probandum, quod *nullus sit sicut ego in vniuersa terra*) *nunc exserere possem manum meam etc.*

Vers. 16.

De hoc loco eiusque conciliatione Paulina Rom. IX, 17. consule *Not. Sel. nostr. ad l. c. Rom. p.* 130. *seqq.*

CAP.

CAP. X, 10.

יְהִי כֵן יְהוָה עִמָּכֶם כַּאֲשֶׁר אֲשַׁלַּח אֶתְכֶם וְאֶת־טַפְּכֶם

Sit ita Iehoua vobiscum, quemadmodum dimissurus sum vos et paruulos vestros.

IN his verbis Pharaonis est μυκτηρισμὸς s. subsannatio, h. s. si non magis Deus vos adiuuet, quam ego vos tali conditione dimissurus sum, egregie profecto vos iuuabit, bene et neruose exponente B. Calouio *h.l.* Conf. etiam Riuetus *h.l.* In qua sanna simul contentus est Dei contemtus. Verborum autem vltimorum: *Videte, quod malum sit coram facie vestra*; sensus est: videte, quod malum vos intendatis et respiciatis, eoque feramini tanquam ad certum praefixum scopum.

CAP. XIV, 20.

וַיְהִי הֶעָנָן וְהַחֹשֶׁךְ וַיָּאֶר אֶת־הַלָּיְלָה

Et erat nubes et caligo (i.e. caliginosa per hendiadyn) *et illuminabat noctem.*

Εναντιοφάνειαν heic optime tollit Targum Onkelosi: והוה ענגא וקבלא למצראי ולישראל נהר כל ליליא *Et erat nubes et caligo Aegyptiis, Israeli vero erat lux tota nocte.* Sequitur Tigurina, et Iunio-Tremelliana.

CAP. XV, 2.

וַאֲנָוֵהוּ

LUtheri versio *ich will ihn preisen*, cum LXX. virali δοξάσω αὐτὸν, conuenit cum Raschi: *enarrabo pulcritudinem et gloriam eius seculis futuris*; et Munstero: *decorabo eum*; et Iudaeorum versione germanica: *ich will beschönen ihn*; ac si esset a rad. נאה. At Chaldaeus: *aedificabo ei sanctuarium.* Quem sequuntur Kimchi et ben Melech: *faciam ei tabernaculum.* Aben-Esra: *faciam eum habitare in domicilio* (loco amoeno) ex rad. נוה. cum iisque Vatablus et Drusius; sed ad vtramque radicem oculum intendit Tremellius: *habitaculum decorum ponam ei*, ex coll. v. 13. נוה קדש. Sic et Batani. At videtur in re, recte iudicante Varenio *h.l.p.* 247. parum discrepantiae esse. *Qui De-*

CAP. XVI. *um laudat, glorificat, eius gloriam enarrat, ille hoc ipso Deo amoenissimum templum vel habitaculum exstruit.* Nec inconcinna est explicatio Rauppii *in Comm. Synopt. ad h. l. p.* 290. exphrasi illa, qua *Deus* dicitur *habitare in populo* i.e. iis adesse, eos regere, protegere, tueri. Ergo *facere Deum habitare* sit facere, vt Deus adsit, regat, protegat, tueatur. Quemadmodum itaque dixerit Moses, *hic Deus meus*, q.d. hic Deus meus, qui in me habitabit, sic *ego eum faciam habitare* i.e. in Deum meum protectorem eum eligo, qui in me sit gratiose habitaturus i.e. mihi adfuturus, me protecturus.

Vers. 8.

נֹעֲרְמוּ־מַיִם

Quum tres occurrant verbi huius expresiones, Chaldaeus: *Aquae prudenter egerunt*; Vulg. *Aquae congregatae sunt*; alii: *Aquae nudatae sunt*; quaeritur, quaenam sit praeferenda? et respondemus cum Varenio *ad h. l. p.* 248. Licet *formationi passiuae Niphal* magis congruat significatio *congregandi* vel *coaceruandi*: vti *calliditatis* significatio in Kal et Hiphil 1. Sam. XXIII, 22. Prou. XIX, 24. et adeo h. l. נֹעֲרְמוּ מַיִם idem sit, quod הוֹן מַיִם לְעַרְמַיִם *aquae factae sunt in aceruos*, nihilominus h. l. omnes has pulcre subordinari posse: *Aquae* scil. *maris sentientes illum imperatorium potentis Dei Spiritum, velut intelligentes mandatum, paruerunt statim, steteruntque vtrimque coaceruatim*: ad quem σωρισμὸν s. *coaceruationem aquarum* secuta est *nudatio fundi*.

Vers. 21.

וַתַּעַן לָהֶם מִרְיָם

Et respondebat istis Miriam.

Chaldaeus interpres *pronomen masculinum* לָהֶם non transtulit *masculine* לָהֵן, sed *feminine* לָהֶן, quem secutus est B. Lutherus: *und Miriam sang ihnen* (*den Weibern*) *vor*, et Iudaei in versione sua germ. quum tamen forma masculina fontis vult respici ad chorum virorum concinentium, quibus Miriam cum choro feminarum responderit s. succinuerit. Vt adeo vernacula translatio ad normam constructionis authenticae facile adornari possit: *Und Miriam sang ihnen vel jenen nach.*

CAP.

CAP. XVII, 15.

וַיֹּאמֶר כִּי־יָד עַל־כֵּס יָהּ מִלְחָמָה לַיהוָה בַּעֲמָלֵק מִדֹּר דֹּר׃

QUem locum obſcurum poſt Abarbanelem Tremellius ita vertit: *Quia manus* (Amalek) *fuit contra ſolium Iah*, (propterea) *bellum ἄσπονδον erit Domino in Amalekum, de aetate in aetatem.* Quae quidem verſio ſenſum fundit ſatis commodum et planum, cui proinde acceſſerunt Piſcator in ſchol. Clericus *h.l.* Marckius *Exercitat. adh. l. §. 14. p.* 364. ſ. cl. M. Paul. Bergerus *in Diſp. de Monte Sinai* §. 27. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 399; quanquam Clerici coniectura, qua cum Caſtellione, licet alio ſenſu, pro כס *ces* legendum eſſe leuiſſima mutatione נס *nes, ſignum*, h. ſ. *quia contra ſignum Iehouae fuit manus* Amaleki etc. minime eſt audienda, vtpote integritati ſcripturae derogans. Attamen, praeterquam quod ſic omnino requireretur *affixum* יָדוֹ, obſtat eidem *accentuatio*. Si namque manus bellatrix Amalek contra thronum IAH, et bellum DOMINI in Amalek opponerentur, *Athnach* requireretur in יה, et *Sakephkaton* in m. 2. in בעמלק, recte iam iudicante B. Varenio *in Dec. Moſ. in Exod. p.* 280. *ſ.* Iuxta ſententiam B. Pfeifferi *in Dub. Vex. p.* 234. *Per manum Dei ſuper ſolium* innuitur eius *iuramentum*, cum Targumin; vel cum aliis certe *comminatio* de bello Amalekitis ſemper inferendo. Aſt ſic traiectio vocum eſt agnoſcenda, pro *manus Iah ſuper thronum eius*; deinde in phraſi *iuramenti* expreſſe ſolet poni verbum נשא vel הרים *tollere, eleuare*, quod hic ſubaudiunt; et altera gloſſa ab adiuncto ſigno de *manu Dei ſolium tangente*, vel *pulſante*, vel *ſolio impoſita* eſt coactior, ex humano more efficta. Quodſi tota συνέχεια probe perpendatur, liquido apparere puto, quod *manus* non ſit *manus Amaleki*, nec *Dei*, ſed *Moſis*. Moſes namque, pugnante Ioſua, *manum cum baculo* in vertice collis cum eleuaſſet, vicit Iſrael; ea autem remiſſa, praeualuit Amalek, v. 10. 11. Corroborata rurſus et ſuſtentata firmiter ab Aharone et Chure, tandem debilitauit grauiter Ioſua Amalekitas, v. 13. 13. Deinde iubetur Moſes, vt ſcriberet hoc memoriale, quod nempe ſtatim ſequitur, de funditus delendis olim Amalekitis, (Pronomen enim demonſtratiuum זאת *Hoc* non raro ad *ſubſequentia* refertur, conf. Gen. IX, 12. 13. XVII, 10. XLV, 18. etc. et *Luc. Ebr. p.* 293. confirmante accentuum poſitu. *Athnach* quippe in voce יהושע *mandatum* logice contradiſtinguit *obiecto eius*, vti Gen. XIV, 17. 19. Ioel I, 2. etc. Contra, qui *duplex* cum Abarbenele concipiunt *mandatum*, vnum *pro conſignatione pugnae victorioſae contra Amalek*, pronomine זאת *Hoc* ſic ad praecedentia relato; alterum pro confirmando Io-

CAP. XVII. et XVIII.

ſua, *de deletione nominis illius* manifeſtam diſtinctioni authenticae vim inferunt, abſolutiorem *Sakephkatoni* in voce בספר tribuentes ſenſum, quam abſoluto eius Domino *Athnacho.*) in librum, (quod quoque Moſes fidelisſime exſecutus eſt ſuo tempore in hoc *libro legis* ſ. *Pentateucho*, in cuius Deut. XXV, 17. ad hunc *Exodi* locum remittitur. Conf. cl. M. Ioſ. H. Opitii *docta diſſert. de Libris apparenter deperditis ſect.* 1.) eaqua propter ſollicitum Ioſuae animum erigeret. Quo autem monumentum aliquod illuſtris illius victoriae exſtaret, Moſes in eodem loco, vbi *manum cum baculo Dei* in altum extulerat, exſtruxit altare, cui indidit nomen IEHOVA eſt SIGNVM MEVM. Nam dixit: QVVM manus (pronomen *mea*, ipſo loquente Moſe, poterat omitti) eſſet verſus (permutatio enim אל cum על et viceverſa in omnibus fere paginis ſacris occurrit) thronum Iah, (i.e. coelum, vt notum eſt, conf. Ieſ. LXVI, 1.) bellum erat Domino Iehouae cum ſ. contra Amalek: idque erit deinceps a generatione in generationem, *vsque dum plane deleatur ſub coelo memoria Amaleki*, vt primi, ita et infenſiſſimi Iſraelitarum hoſtis, vtpote ab Eſauo, fratre Iacobi, oriundi. vid. Gen. XXXVI, 12. et 16. Nemo, opinor, huic demonſtrato ſenſui, concinno, ſimplici, apteque cohaerenti, refragabitur, nec in membro *Silluki* in compleo tale quid ex ſenſu ſupplendum eſſe diffitebitur. Conf. etiam Riuetus *ad h. l.* et B. Carpzouius *in Not. ad Schick. Ius Reg. p.* 291.

CAP. XVIII, 11.

כִּי בַּדָּבָר אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם׃

CUm Vulgato Pagninus, Lutherus, et diſtinctioni et dictioni ebraeae non ſatisfecerunt, quando כי בדבר אשר per *eo quod* tranſtulerunt, quem ſenſum habent dictiones מפני אשר, תחת אשר, יען, למען (אשר), על־אשר, adeoque תחת כי בדבר heic otiaretur. Cum Tremellio Gall. Angl. Belg. Riuetus, Calouius, Rauppius verterunt: *quia* (quod Trem. omiſit) *in ea re, qua ſuperbierunt, ſuperior illis fuit* ſc. Dominus, Iuxta quam verſionem in בדבר requireretur minor *Tbbir*; quum vero habeat maiorem *Sakephkatonem*, indicatur, ſequentia cohaerere, itaque עליהם dependere a verbo זדו. Munſterus et Tigurina vulgo Vatabli accentuationi ſunt conformiores, niſi quod ſupplementum habeant illatum *perierunt, perdidit eos*, cum habeamus innatum, nempe quod praecedit, *ſuperior fuit.* Proinde cum Varenio *h. l.* et Reinbeckio *in Doctr. de Accent. Ebr. p.* 314. verba h. m. reddimus: Quia ſupe-

CAP. XVIII. et XX.

ſuperior fuit in illa re, qua ſuperbe egerunt (Aegyptii) contra eos (Iſraelitas;) perſequendo videlicet eos tanta ferocia, animique fiducia, vt Iſraelitae, quos *perplexos in terra, et deſerto concluſos eſſe* gloriabantur, c. XIV, 3. antrorſum habentes mare, et retrorſum exercitum Aegyptiorum, non poſſint ex ſuis manibus euadere, in duriſſimam ſeruitutem reducendi, aut neceſſario, ſi vim vi repellerent, ipſis ſit pereundum. Sed tertium dabatur apud Deum, omnipotenti ſua virtute viam per medium maris tutam illis pandentem, hoſtibus nihilo ſegrius praefidentisſime eos inſequentibus ſuffocatis ad vnum omnibus. Haec fuit mira illa cataſtrophe ſuperbi Pharaonis et exercitus eius, in qua *ſe* omnino *glorioſum exhibuit* Deus c. XIV, 4. 17. 18. omnique Aegyptiorum Deorumque eorum potentia longe *ſuperiorem.* Hic meus de ſenſu huius loci ſenſus, ſaluo meliori aliorum.

CAP. XX, 23.

לֹא תַעֲשׂוּן אִתִּי

B. Lutherus rectisſime לא heic *ſubſtantiue* reddidit, (vid. *Luc. Ebr. p.* 324) addita inſuper particula connexiua, *darum ſolt ihr Nichts neben mir machen;* adeoque limites *Athnachi* accurate obſeruans palmam vtique praeripuit multis aliis verſionibus, eos ſecure transgreſſis, ad caſum accuſatiuum verbo petendum, quas examinauit cl. Reinbeckius *l. c. p.* 315. Vnde heic nobis licet eſſe breuioribus.

Verſ. 21.

מִזְבַּח אֲדָמָה

Altare hoc *terreum* rectius ſtatuitur extraordinarium, et ad ambulatoria Iſraelitarum caſtra, et illos XL. annos deſerti reſtrictum, vbi altari extemporaneo interdum opus erat, quod poſt vſum ſua ſponte concidebat. Vt ita non ſit idem hoc quod *aeneum* Ex. XXVII, 8. XXXVIII, 9. Vid. Varenius et Calouius *h. l.* et Riuetus *h. l.* Aliam etiam inſtructionem dat Deus Moſi in verſ. ſeq. *Si vero* loco altaris terrei (deficientibus glebis in locis petroſis) *lapideam facere vis mihi* etc.

CAP.

CAP. XXI.

CAP. XXI, 8.

אִם־רָעָה בְעֵינֵי אֲדֹנֶיהָ אֲשֶׁר־לֹא (לוֹ) יְעָדָהּ וְהִפְדָּהּ לְעַם נָכְרִי
לֹא־יִמְשֹׁל לְמָכְרָהּ בְּבִגְדוֹ־בָהּ׃

Si mala fuerit in oculis domini sui (i. e. displicuerit ei. vid. *Ebr. Etym. p. 14*) *qui* SIBI *desponsauerat eam, tum redimi eam faciat* (nempe cognatis suis Ebraeis): sed *populo alieno vendendi eam non habet potestatem, dum perfide agit in eam.* (conf. Mal. II, 14.)

HEic animaduertendum erit in versionem Theodori Hackspanii *Not. ad h.l. p.* 371. s. qui quidem recte cum LXX. Onkelosо, AbenEsra, Vatabl. Pisc. Clerico *h.l.* et Vitringa *in Obseruat S.l. 3. c. 14. p. 207. seqq.* לוֹ reddit *pronominaliter* SIBI per vsitatam *ἀνλιγοιχείαν quiescentium* א et ו, studioseMasorethis notatam, vid. *Lux. Ebr. p.* 15. *fin.* et ex professo Dn. Hillerus *in Arc. K. et K. ap. 57. - 70*; indicio pariter, quod non negligendum, τῷ *Makkeph* לוֹ cum אשר copulantis, coll. Leu. XI, 21. et XXV, 30; alioquin si לוֹ particula esset *negatiua* NON arctius cum verbo copulatum fuisset h. m. אשר לא יעדה׃ attamen male verbum והפדה construxit cum sequentibus לעם נכרי, *redimendam dabit eam populo alieno*; quum tamen auctoritate *Athnachi* a se inuicem sensibiliter sint separata. Conturbatis igitur distinctionum et propositionum terminis, non solum opus habuit ad nexum parandum supplere copulam ו, *Nec tantum dominii sibi arrogabit, vt vendat eam* etc. verum etiam contradictoriam mentem Spiritui S. affinxit. Si namque *redimendam dabit eam populo alieno*, vtique etiam *vendit eam*, quum tamen dicatur, quod *non tantum dominium sibi arrogare debeat, vt vendat eam* nempe populo alieno, qui datiuus omnino subaudiendus est, quum alius non adsit. Miror sane, cur non melius huc animum aduerterit, tamque inconsiderate construxerit vir cetera doctissimus? Ex mala constructione non potest non malus resultare sensus. Videmus vel ex hoc exemplo, quam periculose accentus negligantur, qui tamen nostri debent esse fideles *duces in omnem veritatem.* Audire heic debuisset suum ipsius iudicium ex *Misc. S. l. 2. c. 5. p.* 213. *Aeque crimini dari interpreti, si textum mutilet, ac si accentuum* (inprimis Athnachi) *rationem habeat nullam.*

CAP

CAP. XXII, 3. (al. 2.)

QVia interpretes nonnulli viderunt, verba huius verſiculi inter ſe minus cohaerere, et *quomodo fur occiſus reddendo reddere iubeatur*, ideo non melius ſeſe expedire rati, verſum 2. et primum hemiſtichium v. 3. parentheſi includi volunt, et verba *reddendo reddet, ſi nihil eſt ei* etc. cum verbis v. 1. (al. v. vlt. cap. praeced.) coniungi. Quoniam vero iſthae parentheſi citra neceſſitatem compages verſus 3. conuellitur et dilaceratur, minus illa placet. Magis autem, quod hemiſtichium Athnachi ſit conciſum, ex verſu anteced. ampliandum h.m. Quodſi exortus fuerit ſol ſuper eum furem, (וְהֻכָּה וָמֵת *et percuſſus fuerit vt moriatur*,) reatus ſanguinis erit ipſi (percuſſori): Si non percuſſus, omnino rependere debet etc. Quem ſenſum omnium ſimpliciſſimum dicit Paul. Fagius, cum eoque Vatablus, quos ſequitur Rauppius. *h.l.*

Verſ. 8. (al. 9.)

אֲשֶׁר יֹאמַר כִּי־הוּא זֶה

Vbi pronomina maſculina הוא זה non reſpiciunt formaliter vocem אֲבֵדָה, ſed ſenſualem praecedentem דָּבָר, totumque adeo complexum; quemadmodum et in v. 25. affixum maſc. in verbo תָּשִׁיבֵנּוּ non ad vocem שלמה reſpectum habet, ſed ad חבול *pignus*. vid. *Lux. Ebr. p. 285. fin.* Cum dixerit (dominus rei,) quod illud ipſum, illa ipſa res ſit, *wenn einer ſein verlohren Gut anſpricht.*

Verſ. 19. (al 20.)

זֹבֵחַ לָאֱלֹהִים יָחֳרָם בִּלְתִּי לַיהוָה לְבַדּוֹ׃

Sacrificans diis (idolis populorum Chald.) anathematizator: (Ch. יתקטל *occidetur* nempe vt anathema, et Graeci θανάτῳ ἐξολεθρευθήσεται. conf. Iud. I, 17. vbi LXX exegeſin addunt: ἀναθεμάτισαν αὐτὴν καὶ ἐξολέθρευσαν αὐτήν) Non niſi Domino Iehouae ſoli ſacrificato. Ita membrum *Silluki* incompletum complete efferendum eſt.

CAP. XXIII.

CAP. XXIII, 2.

IN hemiſtichio vltimo huius verſiculi fons ebraeus venuſte ludit duobus diverſis infinitiuis vnius verbi, videlicet לִנְטֹת et לַהַטֹּת, verſio haec erit: *Nec reſpondeas ad cauſam litis, vt* inclines *poſt multos*, (i. e. poſt multorum vel magnorum ſuffragia,) ad inclinandum ſcil. משפט *ius*, coll. v. 6. et Deut. XXVII, 19. ita et LXX ὥστε ἐκκλῖναι κρίσιν. et Batavi, *om* (*het recht*) *te buygen.*

Verſ. 5.

כִּי־תִרְאֶה חֲמֹר שֹׂנַאֲךָ רֹבֵץ תַּחַת מַשָּׂאוֹ וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ׃

Quod hic locus ſaltem quoad poſteriora verba *Dubiis vexatis* annumerari mereatur, licet a B. Pfeiffero cum multis aliis ſit dimiſſus, comprobant interpretes, quos ſatis *vexauit*, huc illucue ſe torquentes. Loquantur eorum verſiones, quas heic adducere nec vacat, nec iuuat. Melior illarum, atque ad voces ebraeas attemperatior eſt paraphraſis Chaldaica et Onkeloſi et Ionathanis, niſi quod *geminam ellipſin* admittat, eſtque haec: *caue derelinquas eum: relinquendo relinquas* (סנא *odium*, Ion. periphraſtice Onkel. *id quod habes in corde tuo contra eum, et ſoluas*) *cum eo.* (qui ſcil. te odio habet.) Quam *pulcram* dicit Fagius *h. l.* et ſequuntur Vatablus, Lud. de Dieu, et Druſius *h. l.* Noſtra vero verſio iuxta indolem literae preſſe incedit h. m. *Cum videris aſinum oſoris tui cubantem ſub onere ſuo;* tum deſiſtes a relinquendo ei: (quod idem eſt, ac ſi diceretur, לא־תעזב לו *non relinques ei* ſc. משאו *onus eius*; et cum phraſi parallela Deut. XXII, 4. לא תתעלם ממנו *non abſcondes te ab eo,* onuſto et ſuccumbente iumento; variavit autem ſtudio et ſcite ſcriptura, vt oratio euaderet venuſtior gratiorque.) dimittendo dimittes eum (coll. Neh. III, 8. Ier. XLIX, 25.) cum eo, nempe *fratre tuo* שנאך *etiam odio habente te,* coll. l. c. Deut. Germaniſmus noſter melius colludit cum ebraiſmo: *So ſoltu unterlaßen ſie* (*die Bürde*) *ihm zu laßen: du ſolt ihn fortlaßen mit ihm.* Vt ita in l. parall. Deut. habeamus *antecedens*: הקם תקים *erigendo eriges*, in noſtro erectionis *conſequens*, *dimiſſionem*; adeoque elegantem paralleliſmum. Conf. pro hoc ſenſu B. Varenius *ad h. l. p.* 360.

Verſ. 19.

CAP. XXIII, et XXXIII.

Vers. 19.

לֹא־תְבַשֵּׁל גְּדִי בַּחֲלֵב אִמּוֹ׃

Non coques haedum in lacte matris suae.

Verba posteriora *in lacte matris suae* diuersum gignunt sensum prout ea ad verbum *coquendi*, vt *actus modificatio*: vel ad *nomen haedi* referuntur, vt *obiecti descriptio*, Priorem arripuit post Maluendam *h. l.* et Bochartum *in Hieroz. P. I. l. 2. c. 52.* excell. Dassouius *in Praelect. de Voc. Ebr. Emph. sub v.* בשר, approbante pl. reu. Franckio *in Obseru. Bibl.* Posteriorem elegit B. Lutherus, Piscator, Vatabl. eumque *multo probabiliorem* censemus cum Paulo Fagio *h. l.* et *aptissimum* cum Riueto, defenditque cum Varennio coll. locis Exod. XXXIV, 26. Deut. XIV, 21. cl. M. Mich. Beckius *in Disquis. hermeneut. p. 38.*

CAP. XXXIII, 19.

וְקָרָאתִי בְשֵׁם יְהוָה לְפָנֶיךָ

PLerique cum Chaldaeo transferunt haec verba: *Et clamabo* (*praedicabo*) *in* (*de*) *nomine Iehouae coram te*; ita et in cap. seq. v. 5. quasi בשם יהוה sint in regimine posita, et per seruum *Mercam* coniuncta, vti alias in trita illa dictione Gen. IV, vlt. XII, 8. XIII, 4. XXI, 33. XXVI, 25; cum tamen hic per *Tiphchae* subdistinctiuum minorem *Tbhir* aperte sint distincta. Lud. insuper de Dieu contra naturam praefixi ב vt *notae nominatiui* vertit: *Et clamabo, nomen Iehouae est ante te*; sic namque in verbo וקראתי requireretur rex maior *Sakephgadol*, cum iuxta priorem versionem *Tbhir*. Alia igitur constructio alium etiam sensum fundet. LXX viralis quidem recte duo ista vocabula distinxit, καὶ καλέσω ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, κύριος ἐναντίον σου; (quanquam in codice Alex. Grabii prior constructio legatur) at minus recte τὸ יהוה in *Nominatiuo* expressit, approbato licet Riueto *h. l.* Reinbeckio *in Doctr. de Acc. Ebr. p. 317.* et M. Beckio *l. c. p.* 41. *fin.*, ita vt cum τῷ לפניך cohaereat, mediante verbo substantiuo, sicut quoque exponit Riuetus: *Dominus, id est, Iehoua, est coram te, subaudiendo, quitranſit.* Verum sic in nomine בשם ponendus esset *Sakephkaton*, et tum *Tipchcha* esset saltem *distinguens oratorius* proseruo *Munach.* Versio igitur accentibus respondebit haec: et exclamabo nomine IEHOVAM coram te. Conueniunt in sensu, qui בשם vertunt in *accusatiuo*, ב neglecto, *exclamabo, praedicabo, nomen* IEHOVAE *coram te*, Ita Gall. Geneu. Angl. Belg. Sa, Ainsworthus, Em. Sa, et Schmidius in nouissima vers. quamuis

CAP. XXXIII. et XXXVIII.

hic in *coll. Bibl. Pr. p.* 126. habeat hanc vt ſimpliciſſimam: *et inclamabo in nomine Iehoua.* et in cap. ſeq. XXXIV, 5. cum Vulgato malit reddere: *qui* (Moſes ſcil. cum quo Deus ſtetit) *inuocauit nomen* IEHOVAE: cum tamen inter promiſſum et complementum exacta debeat eſſe harmonia, ſeruato pariter eodem vocum poſitu et conſtructione, et innuente ſatis v. 6. quod non Moſes, ſed ipſe IEHOVA eum tranſiens vi dati ſymboli exclamauerit: IEHOVA! IEHOVA! etc. Nec plane intacta relinquenda eſt ſingulariſſima illa expoſitio B. Varenii *in Praef. et. Dec. Moſ. col. 6. ante fin.* *Et clamabo* (ego Deus Pater) *in* NOMINE (*in* FILIO, *quomodo paſſim in Prophetis et Moſe appellatur,*) *ante faciem tuam,* IEHOVAH. Quam cum *Diſp. Gieſſ.* adoptauit Dn. Franckius *in Obſeru. Bibl.* Enimuero pro meo qualicunque iudicio haecce ſententia eſt magis ſtudio quaeſita, quam a Scriptura ſubminiſtrata. Nec memini me *in Prophetis* legere τὸ שם abſolute poſitum ἐξοχικῶς pro FILIO Dei, (vti quidem Rabbinis uſurpatur de Deo) nec vllum ex iis locum adducit. Ex *Moſe* autem v. 12. et 17. huius cap. At neque haec loca probant quod debent. Speciem quandam haberent, ſi diceretur cum affixo *primae perſonae* בשמי *noui te in* NOMINE *meo.* Moſes potius quando de FILIO vt Angelo increato praedicat τὸ שם, hanc emphaticam adhibet περίφρασιν verbis Dei Patris שמי בקרבו *Nomen meum* (i. e. ipſa eſſentia mea) *eſt in eo.* Ceterum de ſenſu huius exegeſeos Varenianae diſpiciant Theologi. It. de hemiſtichio altero conf. *Not. Sel. in Ep. ad Rom. c. IX, 15.* Et de phraſi *videre poſteriora Dei* Ebraiſm. Etymol. p. 15. et 103.

CAP. XXXVIII, 8.

בְּמַרְאֹת הַצֹּבְאֹת

QVae verba Forſterus reddit: *in viſionibus* h. e. in conſpectu ſ. e regione *mulierum excubantium* ſ. miniſtrantium; ita quoque expreſſit B. Lutheri verſio, adeo vt ad mentem Friedlibii noſtri *in Theol. Exeget. ad Ex. f.* 180. *a.* "piae mulieres, quae frequenter conueniebant ad templum Dei oraturae, poſtea "aedificato templo certam ſedem iuxta illud acceperint, interque eas vixerit "*Anna prophetiſſa* Luc. II, 37. et *virgines illae, quae concluſae dicantur* 2. Macc. "III, 19. nec non inter has educata ſit B. Virgo *Maria.* Eadem habet B. Dietericus *Antiq. V. T. f. 202. a.* Hinc facile fuit Pontificiis ſomniare de origine ſ. typo monialium ſuarum. Verum rectius verba iſta vertuntur: Et quidem ex ſpeculis ſ. polito *ſpeculari* aere (ſic ב notat EX vel DE Gen. XLIV, 5. Exod. XII, 43. Leu. XXII, 11. 12. coll. 6. 7. vbi מן, et v. 13. vbi ב et מ, Dan. V, 2. 3. 23. et cauſam materialem vt *h. l.* et 1. Chron. XVIII, 8. 2. Chr. *XVI,* 6, Ez. VII,

VII, 20.) mulierum ſecularium deuotarum turmatim et certatim, ſ. in- CAP XXXVIII
ſtar exercitus conuenientium ſ. confluentium etc Vid. Pfeifferus *in Dub. Vex. p.* 254. Buxtorfius *in Catalect. Philol. Th. tm.* 83. et inpr. D. Habichhorſtii *diſſert. ad h.l. de Mulieribus Zobbeoth*, qui *in membr.* I. § 5. praeclare euicit, verbum צבא inferre primo *notionem militarem* ſ. *exercituationem* ſ. proprie ſ. analogice talem, non vero bellum formaliter; neque locum facile dari, in quo non militarem habeat reſpectum, ſi non proprie, tamen analogice; nec minus in aliis locis, quae pro ſignificatione *miniſtrandi*, quam *primariam* venditat Seb. Schmidius *comment. in Iob. ad c. VII*, I. *p.* 288, militare videntur nim. I. Sam. II, 22. quem h. m. exponit: *cum mulieribus* הצבאות non *mini-*„ I. Sam. II, 22.
ſtrantibus, ſed *turmatim* magno numero, inſtar exercitus ad tabernaculi oſtium„ orandi et ſacrificandi aliaque pietatis opera exercendi gratia, *conuenientibus*,„ quas inter et puerperas fuiſſe, venientes, vt ſacrificarent et purgarentur, De-„ umque orarent, non dubitandum. Pariter in l. c. Iob. VII, 1. Per *mercena-*„ Iob. VII, 1.
rium et ſeruum, qui ſuſpirat umbram, v. ſeq. non tollitur *militaris notio*, quam„ vox ipſa infert; quamque commodiſſime cum Luthero hic retinemus. Quis„ enim negaret, *milites* quoque *ſeruos* dici, germ. *Kriegs-Knechte*, adeoque„ ſequens עבד, quod *ſeruum* ſignificat, etiam militem ſignare poſſe? Et quis„ ignorat, ipſos quoque milites, cum excubias agunt aut militant, vel maxime„ vmbram deſiderare i. e. vel veſperam et requiem, vel operimentum contra„ ſolis radios, vel temporis ſtationi ſuae deſtinati terminum? Nec per voces„ לצבא צבא Num. IV, 23. *miniſterium* ſignificantes tollitur natiua et famo-„ Nnm. IV, 23.
ſa ſignificatio *militaris* ſ. *exercituatio*; ſed tantum exponitur, qualis ſit mili-„ tia Gerſonitarum, ſc. analogice talis, ſ. functio eccleſiaſtica, quae certo etiam„ ordine ac tempore gaudebat: nam et Gerſonitae quendam exercitum ac ordi-„ nem ad tentorium conuentus tempore peregrinationis Iſraelitarum, vt textus„ arguit, conſtituebant, imo et cum alacritate, diligentia et vigilantia, quae mi„ lites ceteroqui decet, miniſterium obire ſuum tenebantur: vnde et Paulus *mi-*„
niſterio eccleſiae fungi dicit *bonam militare*
militiam.

CAP. V. et XIX.

ויקרא.

LEVITICVS.

CAP. V, 1.

וְשָׁמַע֙ קוֹל֙ אָלָ֔ה וגו׳

QVaeritur heic: an vox אלה capienda sit in notione *exsecrationis* cum B. Luthero, Batauis, aliisque, ita vt illa vel nomen diuinum, vel per illud salus proximi incessatur, exemplo c. XXIV, 11? an vero *adiurationis*? vt mens legis haec sit: *Cum peccauerit homo, ita ut audiuerit vocem* adiurationis i. e. iudicis adiurantis, et in delictum quoddam inquirentis, *vt ipse testis* testetur de eo, quod *vel vidit, vel certo cognouit*: quod si talis licet adiuratus verum tamen tacuerit, *nec indicauerit iudici, poenae reus tenetur.* Et respondetur, probari magis posteriorem expositionem quam quoque cum Chaldaeo tenent Fagius, Vatablus, Isidor. Clarius, Grotius, Ar. Montanus, Em. Sa, Tirinus, Estius, Clericus *h. l.* et Buxtorfius *in Catalect. tm.* 170. Nam in priori non bene quadrat verbum ראה *vidit*, nec potest sumi pro *intelligere, cognoscere*, vtpote quod expresse sequitur: et hac ratione ad solam denuntiationem exsecrationis vel blasphemiae restringitur, cum vtique ad alia quoque delicta enormia extendi debeat, de quibus ex aequo et vero vir bonus testimonium perhibere tenetur. Nam similium similis est ratio.

CAP. XIX, 5.6.7.8.

APprime memorabilis heic occurrit lex: *Quum sacrificabitis sacrificium* שלמים *pacificum, Domino Iehouae,* לרצנכם *in beneplacitum* (eius) *erga vos* s. *pro vobis* (ita namque exponendum est affixum כם tq. separatum cum praefixo ל, pro לָרָצוֹן לָכֶם, praeeunte ipsa scriptura c. XXII. 20, et coll. reg. synt. *Luc. Ebr. p.* 293; quod etiam verbaliter diceretur לְהֵרָצוֹתְכֶם *vt beneuole acceptetur*, v. 7.) *sacrificabitis illud.* Sed QVO DIE SACRIFICABITIS, illud COMEDITOR, ET POSTRIDIE; *quod autem remanserit vsque ad* DIEM TERTIVM, *igne comburitor. Quodsi eius quiddam comeditur* DIE TERTIO, *res abominanda est, non erit acceptum. Et quisquis comederit ex eo, poenam iniquitatis suae luet,* (vid. Ebraism. Etym. p. 68. n. 124.) *eo quod rem Deo sacram profanauit: et exscindetur anima illa ex populis suis.* Contineri hac lege elegantissimum typum Resurrectionis Christi ex mortuis tertio die iudi-

iudicioſe et praeclare perſpexit Iac. Altingius *Hept. IV. Diſſert. V. in cuius §. 29. 30. 31.* applicationem ad antitypum Chriſtum audire iuuabit: "Hac figura ſ. typo teſtatum fecit Deus, indice Scriptura, Chriſtum debuiſſe mori pro noſtris peccatis, et debuiſſe reſurgere tertio die: et qui ſic eum intuebatur fide, et fruebatur eius communione, iſtum habuiſſe beneplacitum a Domino: expiatio ad reconciliationem et pax obſignata fuit, dum de cibo Dei participauit. Verum quia die tertio, mane ſummo, debuit reſurgere, vlteriore eſu fuit abſtinendum, quandoquidem ceſſabat eſſe adumbratio Chriſti, ſ. caro typica. Quippe qualis erat non niſi die oblationis et poſtridie: tamdiu fuit ſancta Deo ad hunc vſum typicum deſignata, eumque etiam exacte repraeſentans: tertio die profanabatur ad vſum, nec aliter aeſtimanda, quam caro foetidi cadaueris, adeoque res abominanda, quippe quae tum non repraeſentabat typum Chriſti mortui. qui mortuus non erat amplius, nec corruptionem vidit Pſalm. XVI, 10. Negabat eo modo Chriſtum reſurrexiſſe, qui tertio die reſurrexerat: ipſemet adeo negabat per ipſum factam expiationem, qui in morte manſiſſet, impotens ad ſuperandum. Manebat igitur et comedentis reatus, et ipſi in peccato fuit moriendum, quae *animae exciſio* potiſſima, coll. Ioh. VIII, 24. Qui vero die tertio abſtinebat a carnibus iſtis veſcendis, obſignabat, ſe credere Chriſtum non amplius eſſe mortuum. Diſcimus hinc numerare *triduum mortis Chriſti*, et *tempus reſurrectionis* eius, plane vti in hiſtoria euangelica notatum occurrit, quae typi delineationem exacte ſecuta eſt. Quo die pacifica hoſtia mactata fuit, caro eius illo ipſo die, et nocte proximâ, et die altero, et rurſum nocte altera vsque ad medium eius, eſca fuit, etenim tanto temporis ſpatio exacte repraeſentabat Chriſtum mortuum. Aſt die tertio ante Iucem orientem Chriſtus debuit reſurgere ex mortuis, quia eadem caro pacificæ victimae non potuit cibus eſſe amplius, quippe non amplius repraeſentans Chriſtum mortuum. Haecce cogitata Altingii ceu *perquam erudita* ſe quoque approbarunt Dn. D. Gottfr. Oleario, vt eius veſtigiis inſiſtens amplius dilucidanda ſibi ſumſerit *in Diſſertat. de Reſurrect. l. C. ex 1. Cor. XV, 3. ſeqq. §. 28.*

CAP. XXI, 4.

לֹא יִטַּמָּא בַּעַל בְּעַמָּיו

Non contaminabit ſe (in) *Principe populi ſui.*

QVae interpretatio verior et genuina mihi eſt cum Munſtero, Paulo Fagio, Vatablo et Belgis *h. l.* quam etiam cum Kimchio et Ben Melech habet Vulg. et ſequitur Caſtellio, qui putat eſſe transpoſitum pro בבעל עמיו; quan-

CAP. XXI. quanquam etiam poteſt eſſe ellipſis praefixi ל, quod *nouies* praecedit. Non enim conuenit, vt בעל vertatur in *nominatiuo*, cum heic non principi, ſed ſacerdotibus tantum praecipiatur. Senſus itaque eſt: *ne funeri quidem Principis intererit.* B. Lutherus vocem בעל liberius paulo et generalius tranſtulit, ac ſi diceretur לאיש הקרוב אליו *an irgendt einem, der ihm zugehöret.*

Verſ. 7. 14.

Inter vxores Sacerdotibus prohibitas eſt etiam חללה profana in qua voce explicanda *non omnes digiti ſapientum ſunt aequales*, magnusque pariter Grotius ſe fatigat, et in medio relinquit, an *profana* dicatur illa, quae nata ſit ex femina ſacerdotibus interdicta, an vero intelligatur perſona laſciua ex infima plebe, cuiusmodi ſint ancillae ſtabulariae et aliae. Paul. Fagius *h. l.* putat, intelligi eam, quae caſu quodam violata eſt, non tamen ob id adſuefacta ſcortationi. Cui accedit Io. Clericus *ad h. l.* חללה ſeu *profanatam*, βεβηλωμένην, vt LXX habent, eſſe, *cui vitium illatum eſt, etiamſi nequaqnam proſtiterit* A quibus parum in ſenſu abit argutior licet explanatio Guſſetii, *ex collatione* Deut. XX, 6. intelligentis *eam, quae vel ſemel virum admiſit, vel delibata eſt, etiam ſine voluntatis eius interuentu, ad exemplum vitis quam quis* חלה *et ſi ea non velit.* Vid. *comm. L. E. p.* 258. Verum Maimonidem *in lib. Miſchn. de ſponſalibus cap.* 4. §. 6. rem explicare egregie, docet celeb. Daſſouius *in coll. MSC. de Emph. Voc.* Ebr. R חלל: ſi nempe femina rem habeat „ cum aliqua perſona ipſi ob neceſſitudinis rationes illicita, aut ſi rem haberet „ cum proſelyto, vel Ammoneo, Moabeo, Aegyptio, ſpurio, ſeruo gentili „ et ſimilibus, ſiue cohabitaſſet vt pellex ſiue vt vxor, tunc illam feminam „ fuiſſe ſacerdoti illicitam, et, ſi ſacerdos illi cohabitaret, fieri pro-„ fanam.„ Add. Buxtorfii *Diſſertat. de Sponſal. et Diuort. p.* 38.

במדבר

במדבר.

NVMERI.

CAP. X, 35.

קוּמָה ו יְהוָה

Surge Iehoua!

NOn tribuitur h. l. nomen יהוה *arcae*, vti volunt Photiniani, et cum iis Druſius et Pellicanus; it. e Pontificiis Gilbertus Genebrardus in Pſalm. LV. Deus enim expreſſe arcae contradiſtinguitur 1. Chr. VI, 41. Pſalm. CXXXII, 8. Ergo arca non vocatur יהוה. Denotatur in hoc textu tempus, quando videlicet Moſes haec verba protulerit, ſcil. בנסע הארן; non vero verbis hiſce obiectum adorationis innuitur. Deinde ex textus circumſtantia tale formamus argumentum: Cuius ſunt inimici, vel qui diſpergit inimicos, is h. l. יהוה dicitur. Atqui non arcae, ſed Dei ſunt inimici, nec arca, ſed Deus diſpergit eos. (coll. Pſalm. LXVIII, 2.) E. non arca, ſed *Deus* heic יהוה dicitur. Haec neruoſe et ſolide B. Hackſpanius *in Not. ad h. l.*

CAP. XII, 1.

CVm vxor Moſis Zippora אִשָּׁה כֻּשִׁית *femina Cuſchitis* dicitur, dicitur ita *non a colore, ſed a patria*, quae erat *Midian*, pars regionis *Cuſchi*, Exod. II, 16. 21. coll. Hab. III, 7. vbi כּוּשָׁן et מִדְיָן ἰσοδυνάμως vſurpantur, adeoque potius *Arabica*, coll. Gen. XXXVII, 28. et Iud. VI, 1. cum Iud. VIII, 24. quam *Aethiopiſſa*. Vid. Bocharti *Phaleg. ſ. Geogr. S. P. l. l. 4. c. 2. p. 210. ſqq.* et Pfeifferi *Dub. Vex. p. 283.* it. Fr. Iunius *ad h. l.* Quanquam et *Aethiopiſſam* dici poſſe, diſtinguendo inter *Aethiopiam occidentalem*, quae et *meridionalis* dicatur, et inter *Orientalem*, quam quoque *Arabiam* vocari, aſſerit cl. M. Iac. Schmalzius *Diſſert. ad h. l. de Vx. Moſ. Aeth. c. II. §. 4.* illamque diſtinctionem auctoritate plurimorum auctorum confirmat. Bochartum itaque, dum ab ipſo diſſentire videatur, cum ipſo maxime facere.

CAP. XII. XXI. *Vers.* 12.

אַל־נָא תְהִי כַּמֵּת אֲשֶׁר בְּצֵאתוֹ מֵרֶחֶם אִמּוֹ וְיֵאָכֵל חֲצִי בְשָׂרוֹ׃

Ne, quaeso, sit sicut mortuum (נֵפֶל abortiuum); *quod cum egreditur e vulua matris suae, iam exesumest* (a putredine scil.) *dimidium carnis eius.*

Hoc pacto iuxta veritatem ebraeam interpretandus est hic versiculus cum Iunio, Geneuens. Pisc. Belg. Vatablo, Grotio, Varenio, Rauppio, Sauberto, Dn. Prof. Franckio, D. Maio *in Oecon. Iud. Diu. P. I. p. 431.* LXX. vtralis, Vulgata et Lutheri versio postularet in voce אמר *Athnachum*, hemistichium primum terminantem, et in כמת *Sakephkatonem*, hac accentuum sequela: אַל־נָא תְהִי כַּמֵּת אֲשֶׁר בְּצֵאתוֹ מֵרֶחֶם אִמּוֹ Deinde obstat eidem *genus masc. affixi* in בְּשָׂרוֹ, quod si referendum fuisset ad *Miriam*, dici debuisset בְּשָׂרָהּ, aeque ac verbum fem. תְּהִי. B. itaque Lutherus verba postrema *historice* intellexit, idque iam *factum* concepit, quod, vt ne *fieret*, Aharon deprecabatur.

CAP. XXI, 18.

QVando in hoc versiculo dicitur: *Puteus* is est, quem *foderunt Principes*, quem *effoderunt nobiles* (*munifici*) *populi*, *per legislatorem*, (h. e. ad ductum Mosis) בְּמִשְׁעֲנֹתָם (et) scipiones suos; merito quaeritur: *Quomodo Principes populi hunc fontem scipionibus suis effoderint?* Respondent Ebraei, aquas ex petra manantes castra, quocunque proficiscerentur, subsecutas fuisse per canales siue ductus, quos principes scipionibus suis, in terra post se tractis, fecerint, ita vt ductus istos scipionum Principum aquae secutae fuerint, vbicunque eas habere vellent. Quorsum etiam respexit Targum. Sed haec magis fabulam, quam historiam sapere, recte censet Rauppius *h. l.* Paulo Fagio videtur istud *baculis suis* opponi industriae humanae, qua alias putei excidi, atque ita aqua effodi solet. Io. Clerico *ad h. l.* poetica est fictio, ad significandam tantam aquae copiam, tamque facile scaturiisse, vt videretur puteus potuisse fodi vel solis scipionibus, quos honoris causa gestabant populi primores. Verum ne *poetica hac fictione* simplicitas scripturae s. periclitetur, et profana commentandi ratio facile arguatur, simplicissime omnium cum Rauppio exponimus h. s. *Principes auctoritate sua et imperio, quo populum ad fodiendum impulerunt, puteum fodisse, Scipiones enim erant signum imperii et potestatis.* *Vers.* 30.

CAP. XXI XXIII.

Verſ. 30.

וַנִּירֵם אָבַד חֶשְׁבּוֹן עַד־דִּיבֹן

Cum iaculis confecimus eos, periit Cheſchbon, vsque ad Dibhon.

Verſioni B. Lutheri, qui poſt Chaldeum, Raſchium, Syrum, Arabem, τὰς LXX, et Vulgatum, Pagn. τὸ נִיר pro nomine *lucerna*, metaphorice ſumta pro *regni et poſterorum gloria*, cum reſpectu ad 1. Reg. XI, 36. et XV, 4. habuit, conſentientibus poſtea Ar. Montano, Tigur. Munſtero, Iudaeis in verſ. germ. it. Rauppio *ad h.l.* et *Lex. Theol. p.* 427. obſtat (α) ו *conuerſiuum Futuri*, quod nusquam praefigitur *Nominibus*, ſed *Verbis*. (β) *Accentuatio*, quae vocem אבד non cum ונירם, ſed cum חשבון nectit. (γ) *Ellipſis* praefixi מ ante דיבן. (δ) *Parallelismus* verborum וַנִּירֵם et וַנְּשִׁימֵם *deſolauimus* eos.

CAP. XXIII, 3.

וַיֵּלֶךְ שָׁפִי׃

Et iuit (אֶל ad) Cliuum, ſ. locum eminentem.

PRo hac vocis שפי ſignificatione communi Lud. de Dieu *ad h.l.* ſpecioſe nobis commendat notionem *vallis ſ. planitiei*, fauente lingua Syriaca, coll. Luc. III, 5. et Ies. XL, 4: adoptatam etiam Clerico *h.l.* et approbatam B. Cellario *in Excerpt. V.T. Syr. p. 95.* Verum docte illam notionem nouam refellit, omniaque eius fundamenta ſubruit Thomas Gatakerus *in Aduerſ. Miſc. Poſth. c. 23. Opp. Crit. p. 681. - 686.* Add. etiam Io. Marckius *ad h.l. p.* 432. Sic *in ſupplem. ad Cocceii Lex.* Dieuium ſecutus eſt D. Maius; ſed *in Occon. Iud. Diu. P. II. p.* 476. fatetur, „vix aſſeuerare auſim, rem extra dubitationis ale-„am eſſe poſitam; praeſertim, quia ratio, qua mouentur huius expoſitionis de-„fenſores, (in loco Ieſ. XIII, 2.) quod montem planum eſſe oporteat, in quo „ingens exercitus inſtruatur et praelium committatur, principium, vt aiunt, „petit, quia non idem mons vel locus eſt, in quo vexillum tollitur, ac „acies inſtruitur. *Neque enim*, ceu dudum Varenius docte animaduertit, *opus „eſt, vt in loco, vnde effertur belli ſignum, exercitus etiam ſtet et praelium ordinetur, ſed et ipſa intimatio belli per ſignum militare hoc loco contradiſtinguitur appara-„tui exercitus luſtrandi et praelii committendi, de quo demum v. 4. vbi notetur nu „merus montium pluralis, quum h.l. ſit ſingularis.*

Cap. XXIII. XXX.

Vers. 20.

חִנָּה בָרֵךְ לָקָחְתִּי וּבֵרַךְ וְלֹא אֲשִׁיבֶנָּה׃

Quae verba cum τοῖς ὁ et SyroB. Lutherus transtulit: *Siehe, zusegnen bin ich herbracht,* (quasi legeretur לְקֻחָתִי) *ich segne,* (vtsi esset וַאֲבָרֵךְ) *und kans nicht wenden.* Quem tamen καλὰ πόδα secuti sunt Iudaei in vers. germ. Amst. et Em. Sa. Proinde litera ebraea desiderat hanc translationem: *Siehe, zusegnen habe ich bekommen* (nempe a Deo; sic et Germani loqui solent v. g. *ich habe zuthun, zu schreiben, zu predigen, bekommen*) *denn Er* (GOtt) *hat gesegnet, und ich kans nicht abwenden.* Miror cur Seb. Schmidius in extremis sine causa a Luthero abierit *interrogatiue* reddens? *ergone non respondeam illud?* itemque Castalionem sequens Clericus: *et fausta omina* (*et fastas appprecationes*) *non reddam?*

Vers. 21.

לֹא־הִבִּיט אָוֶן בְּיַעֲקֹב וְלֹא־רָאָה עָמָל בְּיִשְׂרָאֵל

Non intuetur (i.e. non substinet intueri, vid. *L. E. p.* 299. (α) *iniquitatem* (iniuriam) *aduersus Iacobum* (s. Iacobo illatam): *nec videt* (videre sustinet) *molestiam* (afflictionem, vexationem) *aduersus Israëlem.*

Hoc pacto interpretanda esse verba cum Gatakero *in Aduers. Misc. l. 2, c. 4. Opp. Crit. p. 289.* contextus et mens Bileami de facili innuit. Pariter hemistichium primum v. 23. *Ideo* (*proinde*) *nihil erit* (valebit) *incantatio aduersus Iacobum, nilque diuinatio aduersus Israelem;* magnifica Dei potentia illi adstante.

Cap. XXX, 11. (10.) - 15. (14.)

IN hac textus pericope humani aliquid passum esse B. interpretem Lutherum in propatulo est. Audiamus heic iudicium B. D. Varenii: *In casu legis, quae a v.* 11. (10) *incipit, aberratum, nec leuiter, est a consilio fontium, ac sibi ageretur* de voto familiae, *vnde ad hunc casum detorta sunt omnia, et pro* marito, v. 12. 13. 14. *substitutus* herus *vel* pater familias. Monet dein, de eadem muliere, qua de vers. praeced. 10, adhuc vers. 11. et seqq. agi, sed in *sensu diuiso* antequam *vidua*, antequam *domo maritali excita*, adeoque בימיה קדמונים dicente Aben-Esra, h. e. *in diebus pristinis* considerata, vt adeo illud בית אישה non ostendat *voti subiectum*, sed *locum.* Quibus superstruit hanc versionem: *Wenn aber Sie* (*die Frau,*) *da Sie annoch im Hauß ihres Mannes gewesen,*

weſen, ſolle gelobet, oder ſich mit einem Eyd über ihre Seele verbunden haben etc. ex qua proinde etiam in verſ. ſeqq. compluſcula emendanda forent, nempe verſ. 12. 13. 14. pro *der Hauß-Herr, ihr Mann*, pro *über ſeine Seele, über ihre Seele.* CAP. XXX. XXXV.
ita v. 13. ibique pro *aus ſeinen Lippen, aus ihren Lippen*, pro *das es, das ſie*, pro *wird ihm, wird ihr.* v. 14. pro *alle ſein, alle ihr Gelübd*, pro *die es, die Sie auf ihr hat.* Atque pro tuenda vel excuſanda verſione B. Lutheri nihil fere afferri poſſe, ingenue fatetur perpetuus rigidusque alias eius defenſor cl. M. Beckius *in Diſquiſit. hermeneut. p.* 68, additque: cum ſubinde (np. in praeſumto voto *domeſticarum*) non בעל vel אדון *herus* vel *dominus* commemoretur, ſed conſtanter איש, *maritus illius*, alia vt praetereamus, idcirco *lapſum interpretis diſſimulare nec poſſumus nec volumus*, cum vel ſolum ſummarium huius cap. v. vlt. oſtendat, non agi hic de votis aliarum feminarum, quam quae *relationem* vel ad *maritalem* vel *paternam* poteſtatem habet. Qui pariter recte ſtatuit, quod ad verſ. 7. et ſqq. attinet, ebraea verba optime de *deſponſata*, nondum tamen *domum deducta* filia, qualis B. Virgo Maria fuerit Matth. I, 18, accipi poſſe, coll. *Num.* XXXVI, 3. *in ebr.* cum Oſiandro, gloſſa Bibl. Falckeyſ. Schmidio, et Franzio *de interpr. Sc. S. p.* 475. add. etiam Raupp. *comm. Synopt. ad h. l.* et *Ebraiſm. noſtr. Etymol. p.* 119. *n.* 209.

CAP. XXXV, 19. et 21.

בְּפִגְעוֹ־בוֹ

QVod verſio vernacula reddit: *wie er geſchlagen hat, ſoll man ihn wieder tödten*, et in verſ. 21. omiſit. quum veritas ebraea notanter dicat: *wenn er, (der Blut-Rächer,) ihn antrifft*, vel vt B. Varenius plenius explicat: *primo ſtatim occurſu, ſo bald nur, und wo, oder wie er ihn angetroffen*, etiam antequam ventum ad aſylum, *mag er ihn tödten.* Quin ad mentem Raſchii; *in ipſa refugii vrbe* tale ius erat vindici, ſi legitimare deinceps coram ſenatu *ius facti* poſſet.

CAP. I. II. VI.

אלה הדברים

DEVTERONOMIVM.

CAP. I, 46.

וַתֵּשְׁבוּ בְקָדֵשׁ יָמִים רַבִּים כַּיָּמִים אֲשֶׁר יְשַׁבְתֶּם׃

LVtherus quidem hemistichium extremum *formaliter* non expressit, quoniam forsan iudicauit, si ita verteretur, prout iuxta idioma ebraeum verti vult Dn. Prof. Franckius cum Disp. Giess. *Also bliebet ihr viel Tage in Kades nach den Tagen, so ihr (daselbst) geblieben,* pleonastice aut tautologice Germanorum auribus sonare, ideo contentus fuit B. interpres, si *virtualiter* sub generali conceptu redderet: *Also bliebet ihr in Kades eine lange Zeit.* Ne vero Spiritus S. vt optimus dicendi Magister aliquid frustrà vel otiose posuisse videatur, videndum, qua via et tenori verborum apte satisfieri queat, id quod fieri hac exegesi Vareniana existimem: *nach denen noch wohl bekanten Jahren und Tagen, so ihr daselbst geblieben, (oder zugebracht, euch aufgehalten.)* coll. c. II, 14.

CAP. II, 4.

וְיִרְאוּ מִכֶּם וְנִשְׁמַרְתֶּם מְאֹד׃

PRiorem propositionem Lutherus adhuc retulit ad ditionem *Athnachi*, cum ad *Silluki* pertineat, *concessiue* efferenda h. m. *Ob sie sich gleich für euch fürchten, so verwahret euch doch mit Fleiß, (sehet euch dennoch wohl für.)*

CAP. VI, 9. et 10.

וְהוֹדַעְתָּם לְבָנֶיךָ וְלִבְנֵי בָנֶיךָ׃ 10. יוֹם

BLutherus neglecto *affixo* ם־, nec non *sopb-pasuk*, pro faciliori nexu ex initio vers. 10. adsciuit vocem יוֹם vt *obiectum narrationis*, quam quidem recte cum LXX senibus in casu *accusatiuo* reddidit, recto vtique a verbo והודעתם emphatice repetendo, salua sic potestate absoluta *Silluki*, et notione *pronominali*, h. m. *Vnd solt dieselbe (Geschichte) deinen Kindern und Kindes-Kindern kund thun. Fürnehmlich (solt du ihnen kund thun) den Tag*, etc. vt יום sit pro את היום, conf. etiam Beckii *Disquis. hermen. p. 72*, seq.

Vers.

Quaeritur heic: *Quo sensu Deus dicatur solem, et lunam, et stellas, distribuisse omnibus populis sub coelo?* R. non ad cultum, sed *ad ministerium* et *vsum*, ceu optime interpretatus est cum Graecis Vulgatus, et cum Raschio Iudaei in vers. germ. *zu leuchten*, additque praeclare commentarius Chascuni: *stolidum et abiectum esse eum, qui adoret id, quod creatum est* לתשמישו *ad ministerium suum*, allegante Buxtorfio *Dissert. II. de Ling. Ebr. confus. p. 60.* LXX autem interpretibus propter vocabulum exegeticum להאיר ex Gen. I, 15. alienam affinxisse mentem R. Manasse ben Israelem *quaest. 2. in Deut.* quasi eo significarent, *ceteras quidem gentes planetarum viribus obnoxias, at Israëlem in solius Dei tutela esse, ideoque mox ipsam scripturam subiicere*: At vos sumsit Deus; nec eandem scripturae mentem esse, vt vult Aben-Esra, docet B. Hackspanius *in Miscell.* l. 1. c. 3. p. 51. 52. Omnino itaque indicatur heic ratio, cur soli lunae et astris cultus diuinus non sit tribuendus, q. d. indignum immo impium, vos seruire illis, quae Deus destinauit (ordinauit) vt inseruirent vobis, immo hominibus omnibus. Vid. Rauppius h. l. B. quidem Gerhardus verbum חלק capit in notione *blandiendi*, hoc sensu, *quod Deus illis coeli luminaribus inuitet atque alliciat omnes gentes ad sui agnitionem et celebrationem.* Cui vero expositioni non male obuertit B. Hackspannius tam *in Not. ad* h. l. quam *Miscell. p.* 48. quod חלק sumatur in Kal bifariam, primum in significatione *diuisionis* deinde *mollitiei et laeuitatis*: at in Hiphil significet proprie *emollire, leuigare*, ac translate *blandiri.* Quas significationes Hiphil proprias Pfeifferus *in Dub. Vex. p.* 303. τῷ Kal etiam facit communes, absque vllo licet exemplo. Et loca, quae cl. Auctor *Obseruat. Misc. P. IV. p* 250. affert, nempe Prou. XXVIII, 23. II, 16. Psalm. XXXVI, 3. sunt ex Hiphil. Isti equidem *blandiendi* notioni fauere putat Hackspanius locum Psalm. LV, 22. חלקו מחמאות פיו. Ast minus fauet, quandoquidem heic est constructio verbi *neutralis* h. m. *mollia* (*blanda*) *sunt*, immo *butyrina* sunt verba *vniuscuiusque illorum*; in nostro a. est *actiua* cum casu accusandi, qui maxime significatum *diuidendi, distribuendi* confirmat. Ac licet locus noster ex professo et primario non agat de notitia Dei naturali, non tamen ideo Gerhardiana sententia dici meretur absurda, vtpote quam heic non excludi, ipsemet Hackspanius p. 49. fatetur; quam pariter adiungit post Luc. Osiandium accuratus alias exegeta B. Varenius *ad* h. l. quod nempe Deus luminaria distribuerit omnibus populis, cum respectu vsus *illuminationis* communis, quomodo *Pater coelestis finit exoriri solem super malos et bonos, et pluit super iustos et iniustos*, Matth. V, 45: tum intentione suae *glorificationis*, siue vt ex illis *agnosceretur* et *glorificaretur* creator. Sed nec Hackspanius rem acu tetigit,

CAP. IV. VI. git, ceu iam recte animaduersum est *in cit. Obseruat. Misc. p.* 252. sqq. quando *p.* 53. verba Mosis ad solos gentiles restringit, contra vniuersalitatem phraseos תחת כל־השמים *subter omni coelo*, coll. Gen. VII, 19. Eccl. II, 3. III, 1, omnes homines sine exceptione tam Iudaeos quam gentes complectentis; et verbum חלק explicat per graecum ἔιασε *permisit* Act. XIV, 16, *dum scilicet gentes, permittente ex iusto iudicio Numine, aliae alios ex astris Deos aut Deastros, in obiecto cultus errantes, sibi adoptarunt.* At in ista acceptione ebraeum חלק nunquam et nusquam occurrit. Deinde quae connexio? *Tu non coles sidera, quippe quae Deus gentibus colenda permisit*, opponimus cum B. Pfeiffero l. c.

Vers. 25.

וְנוֹשַׁנְתֶּם בָּאָרֶץ

Quae Lutherus reddit, ac si legisset ונושבתם, *vndim Lande wohnet*, cum potius ita reddenda: *et iam consenueritis* in terra illa, *und im Lande schon alt geworden seyd*, i. e. χρονίσητε, vt LXX, *lang wohnet*, vt recte Iudaei in vers. germ. itaque plus dicitur.

Vers. 23.

וַיְחִי׃

Quod Lutherus contra formam et constructionem per accentus transtulit, ac si esset ותחי *und dennoch lebest?* pro *und dennoch lebe? oder, dennoch lebendig bleibe?* prout in parallelo c. V, 23. recte expressit. ceu quoque cum priori animaduertit B. Vareniush. l,

CAP. VI, 25.

DVm in hoc versu idem B. Lutherus dispositionem et seriem vocum in fonte conuulsit, voces scil. dominio *Silluki* subiectas לפני יהוה אלהינו trahendo et copulando cum verbis ditionis *Athnachi* וצדקה תהיה־לנו, *und es wird unsere Gerechtigkeit seyn vor dem HErrn unsern GOtt*, eodem modo Iudaei in vers. germ. *Vnd es wird uns Gerechtigkeit geachtet werden vor Gott unserm Gott*; duriuscula sane sic euasit versio, recte animaduertante Varenio *ad* h. l. et quae patrocinari videri poterat operum iustitiae coram ipso Deo, atque adeo hypothesi Papisticae et Iudaicae, quomodo ex vers. 24. Iudaei probare conantur *vitam aeternam* nonnisi obseruatoribus s. factoribus legis promissam.

Tollit

Tollit haec omnia consilium fontium. Reddendum adeo: *Vnd es wird uns eine Gerechtigkeit seyn,* (coll. Rom. IV, 2.) *so wir in der That halten alle diese Gebothe vor den HErrn unsern GOtt, wie er uns befohlen hat.* CAP. IX. XVIII.

CAP. IX, 3.

וְהוֹרַשְׁתָּם וְהַאֲבַדְתָּם מַהֵר

REddendum ad formam: *Vnd du (Israel) wirst sie vertreiben, und umbringen bald,* etsi, quia antecessori Deo omnis illa victoria Israelis imputanda, qua rem ipsam recte ad Deum vniuersum illud Lutherus retulit: *Er (der HErr) wird sie vertreiben und umbringen bald.* conf. locus parallelus Exod. XXIII, 23. 27. 28. 29. 30. vbi Deo ad scribitur actus excidendi, terrorem vel scarabaeos in populos illos immittendi, et cum Deo, tum Israeli actus expellendi. Ita bene versionem vernaculam cum fonte conciliat Varenius *ad h. l.*

CAP. XVIII, 14.

וְאַתָּה לֹא כֵן נָתַן לְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃

QVem locum pro ratione distinctionis ebraeae accurate prae aliis reddidit B. Gerhardus *in comment. super h. l.* videlicet: *Ad te autem quod attinet, non sic permittit tibi Iehoua Deus tuus* facere. Haec expositio, recte addit, confirmatur ex eo, quod in voce ואתה est *accentus regius Sakephgadol incisum maius constituens.* De verbi נתן notione *permittendi* vid. Lux Ebr. p. 300. Arbitratur vero Io. Vlmannus *in Obseruat. Phil. cent. 1. loc.* 24. hunc accentum cum sequenti efflagitare hanc versionem: *Tu vero (Tu, inquam,) non sic (facies, sc. sicut gentes, quas) tradidit tibi Iehoua Deus tuus.* At male ita arbitratur. Licet quidem vi distinctiuae *Sakephgadolis* satisfacere videatur, repetitione oratoria *Tu, inquam,* reipsa tamen plus ponderis tribuit sequenti *Sakephkatoni,* quam denuo maiori remotiori. Ne dicam de liberiori, more suo, *ellipsi.*

CAP. XXII, XXIII,

CAP. XXII, 9.

לֹא־תִזְרַע כַּרְמְךָ כִּלְאָיִם פֶּן־תִּקְדַּשׁ הַמְּלֵאָה הַזֶּרַע אֲשֶׁר
תִּזְרָע וּתְבוּאַת הַכָּרֶם׃

HVnc locum, quem *reuera obſcurum* dicit Lud. de Dieu, ita interpretor: Ne plantato vineam tuam diuerſis fructuum generibus: ne ſancta ſit plenitudo (*plenitudo*, *inquam*,) plantationis illius, quam plantaueris, et prouentus vinae. i.e. ne talis mixtura fructuum *plenorum* vel *plene maturorum* eorumque meſſis et vindemia, vtpote immunda, ſancta fiat Deo; vnde quippe nemini frui licebat, donec primitiae ac decimae oblatae eſſent. Et verbum זרע Ebraeis eſt generale, quod non tantum de *ſeminatione* frumentorum, ſed etiam de *plantatione* arborum et vitium adhibetur. Vid. Ieſ. XVII, 10. Ezech. XVII, 5. Sic et קדש in Kal ſignificat *neutraliter*, non *actiue*. De *repetitione* vocis *plenitudo* vid. Lux Ebr. p. 262, ſ.

CAP. XXIII, 19. (al. 18.)

וּמְחִיר כֶּלֶב

DE *pretio canis* variant ſententiae, quas recenſitas videre licet in Dn. D. Wernsdorffii *Diſp. de donis Numini odioſis ex h. l. c.* 3. vbi *in cap.* 4. probabiliorem omnino eligit opinionem cum Gerhardo, Glaſſio, Dannhauero, Calouio, Prucknero, Feſſelio, cum Fr. Iunio, Spanhemio, et Rauanello, it. Clerico *ad h. l.* quod per *pretium canis* intelligatur *pecunia cinaedo* vel *puero meritorio data*; partim propter connexionem cum verſ. praeced. vbi coniunguntur קָדֵשׁ et קְדֵשָׁה *perſonae ſe praeparantes et conſecrantes libidini et veneri*, vi radicis ſuae, heic autem *earundem pretia* ſ. *merces*: partim quod Scriptura homines *impuros et improbos* vocitet per metaphoram *canes*, vid. Apoc. XXII, 15. 2. Petr. II, 22: partim quod huiusmodi cinaedi non pauci in Iſraele darentur, vid. 1. Reg. XIV, 24. XXII, 47. 2. Reg. XXIII, 7.

CAP.

CAP. XXVI, 5.

אֲרַמִּי אֹבֵד אָבִי

QVae verba poſt AbenEſram et Sal. ben Melech Fagius, Vatablus, Druſius, Trem. Piſc. Belg. Grotius, Iudaei in Verſ. Germ. Fullerus *Miſc. l. 3. c. 20. p.* 382. e noſtris Calouius, Rauppius *h. l.* Pfeifferus *in Dub. Vex. p. 316.* Feſſelius *Aduerſ. S. c.* 2. p. 238. Saubertus *in Opp. Poſth.* et Dn. Prof. Franckius *in Obſeru. Bibl.* D. Maius *in Oecon. Temp. V. T.* 639. it. cl. M. Rus *in Diſp. de Ling. Syr. in N. T. Vſu p. 4. 6.* hoc pacto transferunt; *Syrus erat periens* ſeu *miſer*, (prae egeſtate variisque aerumnis) *pater meus*, (Iacob), ita vt Iacob *Syrus* vocetur ob diuturnam, viginti nempe annorum, habitationem in Syria Meſopotamienſi apud Labanem, Gen. XXVIII, 5. Sed (α) plane non video, cur Iacobus ideo vocandus ſit *Syrus*, cum id nominis nempe אֲרַמִּי Labani tribuatur l. c. cum nec Iſraelitae ob ſeruitutem in Aegypto longe diuturniorem audiant *Aegyptii*, nec Iudaei ob captiuitatem Babylonicam *Babylonii*. Ob *matrem vxoresq; Syras* etiam dici, id magis eſt ineptum. (β) Repugnat iſti translationi *interpunctio ebraea*, quae ita אבד אבי coniungit, cum iuxta iſtam praedicatum *Syrus erat periens* contra diſtinguendum fuiſſet ſubiecto *pater meus* h. m. אֲרַמִּי אֹבֵד | אָבִי. Proinde rectius cum Chaldaeo, Raſchio, Arabe, Vulg. Lutherus, Glaſſius, Gerhardus, et Cellarius *in Sciagr. Phil. S. p.* 122. vocem אֹבֵד defectiue pro אוֹבֵד ſumunt *tranſitiue* pro forma *Syro-Chaldaea Coniug. Aphel*, praeſertim cum de *Syro* ſermo ſit; (conf. *Not. Sel. ad Pſ.* CXXXVII, 3.) itaque vocum in natiuo ſuo ſitu et ordine haec fluit verſio: Syrus (Laban) erat perdens (perdere volebat, vti Targum, coll. Luc. Ebr. p. 299. (γ) patrem meum (Iacobum.)

CAP. XXVII, 15.

וְעָנוּ כָל־הָעָם וְאָמְרוּ אָמֵן׃

Et reſpondebunt totus populus, et dicent: Amen!

CAuſam, ſi quaeras, cur *vniuerſo populo* iuncta fuerit illa exclamatio et aſſeueratio per particulam βεβαιωτικὴν *Amen*? pulcram ſuppeditat D. Pelargus *h. l.* hanc: vt faterentur ſinguli, abſque exceptione, ob naturae corruptionem ſubiectos ſeſe eſſe legis his fulminibus, fideque vera confugerent ad εὐλογίαν *benedicti* ſeminis Chriſti, in quo vno ſalus et vita, qui redemit nos ab exſecratione legis, dum factus eſt pro nobis exſecratio. Gal. III, 13.

CAP. XXVII. XXIX.

Vers. 16.

אָרוּר מְקַלֵּה אָבִיו וְאִמּוֹ

Maledictus esto vilipendens patrem suum, aut (coll. Matth. XV, 4. Marc. VII, 10.) *matrem suam.*

Heic in quaestionem venit *participium Hiphilicum* מְקַלֵּה, an B. Lutheri versio recte id exhauserit, *insigniorem* peccati *speciem* tantum exprimendo, *fluchet*, quasi esset מְקֻלָּה, adeoque haec lex cum illa Exod. XXI. 17. idem dicat? an vero communior per *vilipendere* vel *contemnere*? Et respondetur, neutra. Lutherus equidem respexisse potuit, nec ab re, ad radicem קלל, eo quod non solum alias *Verba* לה *et Geminata saepe eadem gerunt significata*, (vid. Lux Ebr. p. 201.) verum ipsum etiam קלל in *prima* statim coniugatione Kal *vilitatis* et *leuitatis* notionem habet, cui deinde in *secunda* Piel significatio *maledicendi* superstruatur, et *maledicere* is dicatur, qui alterum *leuem* quasi et *vilem* facit, quomodo ex aduerso כִּבֵּד *honorare* dicitur, qui כָּבֵד *grauem* quasi aliquem facit, *daß sein Thun und Ansehen von mehrerer Wichtigkeit sey*, vti apte conciliat cl. Beckius *l. c. p.* 76. Accedit et hoc pro cognatione harum radicum קלה et קלל, quod exinde *composita* occurrat forma מְקַלְלֵנִי Ier. XV, 10. qua de consule *Luc. Ebr. p.* 222. Contra B. Saubertus *in Opp. Posth. p.* 53. ad *leuissimum gradum* peccati contra IV. praeceptum, nempe ad solas *cogitationes* restringit. Verum praestat vtique, vt cum eodem Dn. Beckio et B. Varenio dicamus, *generalem* hoc vocabulo sententiam contineri, vt hic *omnis contemtus et ignominia*, qua parentes affici possunt, insinuetur, siue illa *factis*, siue *verbis*, siue *cogitationibus*, aut quocunque alio modo se exserat; *alles schimpfflich und verächtliche Tractament der Kinder gegen die Eltern.*

CAP. XXIX, 28.

הַנִּסְתָּרֹת לַיהוָה אֱלֹהֵינוּ וְהַנִּגְלֹת לָנוּ וּלְבָנֵינוּ עַד־עוֹלָם

De *Vers.* 18 eiusque sensu vid. Ebraism. Etym. p. 99. s.

Haec sunt illa abscondita apud Dominum Iehouam Deum nostrum (coll c. XXXII, 34.) *at quae ipsa reuelata sunt nobis et filiis nostris, in seculum.*

IN hoc illustri epiphonemate Mosis versionem vernaculam *insignis lapsus* arguit B. Hackspanius tam *in Misc. S. p.* 214. quam *in Notis Bibl. ad h. l. p.* 600. quod

quod nempe verba haec in vnam conflata sint propositionem: *Das Geheimniß des HErrn unsers Gottes ist offenbahret uns und unsern Kindern ewiglich* etc. Vbi sane in voce אֱלֹהֵינוּ nullam *accentus* fuisse habitam rationem, cum tamen id poscat *praefixum* ה *emphaticum* הַנִּסְתָּרֹת et הַנִּגְלֹת, item ל *praefixum* nomini proprio יְהוָה, item ו dictioni הַנִּגְלֹת praemissum, nec non vocalis *kamez* in vocabulo הַנִּסְתָּרֹת. Misso itaque accentu *Athnach* dicendum fuisse in textu authentico נִסְתָּרֹת וְהַוָּה אֱלֹהֵינוּ נִגְלוֹ לָנוּ וּלְבָנֵינוּ Perplacet, quod adeo vrgeat accentuum *Athnach* contra Lutherum. Ast Lutherus, extra alia si esset, potuisset se tutari viri docti cum regula *in Misc. S. p.* 225. quod *distinctiui, ipseque Athnach, non semper et vbiuis distinguant*; tum exemplo *neglecti Athnachi* Exod. XXI, 8. quo de loco supra. Interim non apparet, Lutherum tam *insigniter lapsum esse* e sententia Hackspanii, quoniam versio eius vero sensui parum vel nihil derogat, adeoque cum textu originali, distinctius quidem significantiusue sonante, facile conciliari potest, h. m. *Diß sind die Geheimnissen (die geheimen Rathschläge und Gerichte) des Herrn unsers Gottes: welche aber auch geoffenbaret sind uns und unsern Kindern auf lange Zeit voraus*; et quidem in hunc finem, *daß wir thun sollen alle Worte dieses Gesezes. (und also durch unverrückten Gehorsam denen angedräueten Straff-Gerichten entgehen mögen.)* In quem sensum pariter interpretatur magnus Grotius: *quae antea penes se retinuerat Deus, illa nobis patefecit, vt haberemus normam, ad quam componeremus vitam.* Et expressius Corn. a lapide *ad* h. l. *Flagella haec futura, praeuisa et decreta a Deo, sunt abscondita, suntque inter occulta Dei iudicia; quae tamen nobis manifestauit, vt eorum metu legem faciamus* Quo pacto bene concordat et altera lectio per *vndecim puncta* supra voces לָנוּ וּלְבָנֵינוּ et literam עַד ע, *totalem illarum literarum in illa absentiam* notantia, insinuata, itaque residium ד praecedenti voci inferendum est, h. m. וְהַנִּגְדֹּלֹת עֹלָם quae autem magna facta sunt (*welche aber groß und nachdrücklich vorgestellet sind*) in seculum (*auf lange Zeit voraus.*) Quo de symbolo vid. celeb. Hilierus *in Arc. K. et K. p.* 158. qui tamen alium paulo sensum cum Tremellio arripuit: *Quae occulta, Domini Dei nostri sunt. At quae reuelata, nostra sunt et filiorum nostrorum vsque in seculum.* vel iuxta lect. alt. *quae autem magnifica siue magnalia, seculi sunt.* Praeterquam enim, quod sic verba sint abrupta, nec apte cum praecedentibus cohaerentia, in תּוֹ וְהַנִּגְלֹת ut subiecto requireretur in harmoniam propositionis praeuiae *accentus maior*, isque vi consecutionis *Rhhia.*

CAP. XXIX.

CAP. XXXII.

CAP. XXXII, 5.

שִׁחֵת לוֹ לֹא בָנָיו מוּמָם דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל׃

QVod dictum, *ex praefat. Luc. Accent.* cum additione quadam huc reducendum, quum de peruersitate et contorsione loquatur, eandem quoque abunde sensit ab interpretibus, ita vt per tantas contorsiones conuulsionesque ita fuerit laceratum, vt de sanitate sensus fere desperatum esset, nisi a tot retro annis beneficio accentuum Ledebuhrius, Cocceius, Varenius et Dörffelius medelam ei attulissent h. m. Num corruptionem intulit ei? (sc. Israeli, coll. quoad constructionem cum ל Num. XXXII, 15. 1. Sam. XXXIII, 10.) vel cum Cocceio *ad* h. l. et *in Lex.* et Hillero *Institut. L. S. p.* 135. nominaliter, vt Hos. XIII, 9. corruptio ipsi (אל *Deo* v. 4.) est? non. filii eius sunt macula sua ipsorum; sunt generatio peruersa (תַּהְפֻּכֹת *peruersitatum* v. 10.) et contorsissima. Scopuli interpretum sunt hi, bene notante Cocceio: 1) Quod שחת *pro verbo accipiunt, quum possit esse nomen.* (at posse etiam esse verbum, edocent *ll. cc.*) 2.) *Quod* אל *cum seq. voce coniungunt, quum ita NB. accentus Tiphcha prohibeat.* 3.) *Quod non cogitant primum colon loqui de Dei damnati a populo iustificatione per interrogationem.* 4.) *Quod affixum vertunt reciproce, quum possint demonstratiue.* Confirmat etiam hanc expositionem, ac interpunctionem auctoritate libri *Akedath lizchak.* Et omnino *haec sola interpunctio authentica crucem tot interpretibus fixam tollit, nodumque Gordium soluit*, vt e re et vero ait Philologus dilaudatus M. Beckius *in Disquis. Hermen. p.* 78. Et notanter addit: *Id interim mirari satis non possumus, cur genuina huius loci interpretatio a nemine interpretum recentiorum acceptata, et alicui versioni inserta fuerit.*

Vers. 13.

יַרְכִּבֵהוּ עַל־בָּמֳתֵי [l. בָּמוֹתַי] אָרֶץ

Equitare (sedere) facit eum super excelsa terrae.

Scire heic iuuat, quid sint *excelsa terrae*? B. Varenius accipit de excellentia ecclesiastica et politica, quatenus scil. in illis *excelsis* debuit esse sedes verae ecclesiae, patria et schola docentis Messiae, et duratura ad vsque Messiam celeberrima politia. Sed haec ratio videtur longius petita, nec conuenit cum

mente

mente Moſis c. XXXIII, 29. explicantis *calcatione ſuper excelſa hoſtium.* Proinde rectius aliis hac phraſi deſignantur loca munitiſſima, quae in montibus conſtituebantur, arces, caſtella, ciuitates munitae, ſuperatae ab Iſraele, et ipſi ſubiectae. CAP. XXXII.

Verſ. 26.

אַפְאִיהֶם

Quod vocabulum ἅπαξ λεγόμενον B. Lutherus cum Vulgato tranſtulit ac ſi literae eius ita eſſent ordinatae et punctatae אֵיפֵא הֵם *Vbinam illi?* neglecta ſic copula ו in וְאַשְׁבִּיתֵם. quem tamen ſequitur Oſiander, et Vinarienſes, nec non ex ebraeis huc concedit R. Simeon *in* lalkut *T. I. fol.* 308. col. 2. *init.* et Syrus. Analogiae vero linguae ſenſuique conformior eſt eorum ſententia, qui habent pro *Verbo fut. Hiphil*, ita vt א *alternet loco tertiae radicalis* ה, ante aliud ה, hac via interpretantes: ad extremitatem, in angulum redigam eos, q. d. Deus: habebo eos inſtar anguli in agro relicti, quem quilibet rapere poteſt, exponente celeb. D. Daſſouio *in Diſſertat. de Rebus in agris relictis Ebr. vet*, §. 26. vel vt Io. Clericus *ad h.l.* eos ita perdam, vt non plures ſuperſint, quam reliquae ſunt ſpicae in agro, quem meſſor הִפְאִיר ad extremitatem vsque demeſſuit. Conuenit ita in ſenſu expoſitio Aben Eſrae אחריבם *deuaſtabo eos* vel אכרית֫ם *exſcindam eos*, quamque veriſſimam putat, ex analogia Arabiſmi, cl. Albertus Schultens *in Animadu. Philol. p.* 92.

Verſ. 31.

כִּי לֹא כְצוּרֵנוּ צוּרָם וְאֹיְבֵינוּ פְּלִילִים׃

Nam non ſicut rupes noſtra eſt rupes eorum, et hoſtes noſtri ſunt iudices.

Non ſunt verba Moſis ſuo et eccleſiae Iſraeliticae nomine de Deo ſuo; tali quippe interlocutione violenter abrumpereter filum orationis Iehouae, quod a verſ. 20. pathetice orſus eſt, idque ad finem vsque verſ. 43. interrupta ſerie pertexit. Indubium itaque, quod et in hoc commate idem loquatur Deus. Et praeclare heic prae aliis interpretibus obſeruauit B. Calouius, quod loquatur *Deus Pater de Filio*, vt et v. 36, et quidem πληθυντικῶς *rupes noſtra*, quia non „ſuo ſolius, ſed totius SS. Trinitatis conſilio haec *rupes* conſtituta ſit eccleſiae,„ coll. Ieſ. XXVIII, 16. et *hoſtes noſtri*, quia totius SS. Trinitatis hoſtes deſignen-„tur.„ Quod altius paulo adhuc repetendum eſt pro meliore connexione cum verbis immediate praecedentibus. *Chriſtus eſt petra illa ſpiritualis, quae confe-*

CAP. XXXII. *secuta est Israelem, ex qua* ingentia ac innumera beneficia *biberunt*, interpretante Paulo 1. Cor. X, 4. et *petra* ישועתו *salutis eius* tam temporalis quam aeternae, *vers.* 15. *cap. nostr.*: qui etiam vt *Angelus Iehouae, in quo nomen s. essentia eius, eos praecessit, ad custodiendum eos in via, et ad ducendum ad locum praeparatum. Sed a quo etiam ipsis fuit cauendum, vocique eius obtemperandum, et minime exacerbandus fuit; quoniam* NON CONDONATVRVS ESSET INIQVITATEM EORVM, Exod. XXIII, 20. 21. SED FVTVRVS IPSIS PETRA OFFENSIONIS, VT CADANT ET FRANGANTVR, Iesa. VIII, 14. Quae ipsa iam amice conspirant cum antecedaneis textus nostri: PETRA EORVM VENDET EOS ET DOMINVS IEHOVA TRADET EOS scil. in manum hostium, eiusque vltio in hostes suos Iudaeos porro graphice depingitur *versibus* 41. 42. 43. Et vtique sicut talis, tamque valide protegens et proterens petra, non est petra eorum, *in qua confidunt*, v. 37. nempe Dii electitii eorum, qui *non possunt cultores suos iuuare et protegere*, v. 38. *nec bene nec male facere ipsis*, Ier. X, 5. in eoque ipsimet Iudaei, peruersitate summa v. 5. 20. ingratitudine v. 6. 15. et crassa idololatria v. 17. 18. hostes nostri (coll. v. 41. 42. 43.) sunt iudices, in conscientia conuicti, quod talia ac tanta vana gentilium idola praestare neutiquam valeant.

Vers. 36.

Huius versiculi verus sensus ex συναφείᾳ textus hic est: *Denn der HERR* (Messias) *wird sein* (*abtrünniges*) *Volck richten, und an seinen* (*bösen untreuen*) *Knechten* (coll. v. 43.) *sein Müthlein kühlen*: (sensum enim contrarium *miserendi* vel *poenitendi* tota oratio iudicialis) Dei Zelotae non admittit. vid. de verbo התנחם *Lux Ebr. ed. n. pag.*) *wenn man sehen wird, daß alle ihre Krafft und Macht* (*sich zu helffen, retten und schützen*) *dahin ist, und sowohl der verschlossene* (*die Besten Bürger*) *als frey gelassene* (*Land-Leute*) *weg ist* (*sind.*) conf. de phrasi עצור ועזוב *Ebraism. Etym. p.* 129.

Vers. 42.

Verba vltima: מֵרֹאשׁ פַּרְעוֹת אוֹיֵב ita vertenda sunt: summitate vltionum siue capitali vltione (sic *capitali supplicio* Castalio) inimici, (*von Haupt-schwerer Rache an seinen Feind*) scil. *inebriabo*, quod ex praeuio hemistichio heic subaudiendum. Io. Clericus hoc membrum *contra accentus* connectit cum voce praeuia וְשִׁבְיָהּ, per regem maiorem *Sakephkaton* separata, hac subinde obscura et peregrina versione: *et captiui erunt a capite quod do-*

mina-

minabitur (pr. *a capite dominationum*, ex Arabismo, et praeeuntibus τοῖς ὁ, ἀρχόντων) *hostibus.* CAP. XXXII. XXXIII.

Vers. 43.

הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ

Hymnis celebrate (*Iehouam*) *gentes*, (ad Christum conuersae,) *populus eius.*

Ita rectius cum Kimchio et ben Melech, Osiander, Caloulus, per appositionem *gentes* (quae estis) *populus eius.* Cui non obstat LXX. viralis versio, Apostolo Rom. XV, 10. approbata: εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, *laetamini gentes cum populo eius.* Si enim *gentes laetantur* in Domino, ceu *populus eius* vtique *cum populo eius*, illis nempe, qui ex Israelitis adhuc populus Dei sunt, in Domino laetantur, quemadmodum bene conciliat Calouius h.l. Materia vero *laudis* et *laetitiae* subiicitur: *daß er sich an seinen Blut-falschen Knechten rächet: daß er Rache vergilt seinen Feinden, und wegschaffet von seinem Lande sein* (*treuloses und halßstarriges*) *Volck.*

CAP. XXXIII, 2.

אֵשׁ דָּת לָמוֹ אִשְׁדָּת

QVaeritur, quomodo haec dictio (s. vt *vna* composita, s. in *duas* resoluta, prout symbolum insinuat, quo de vid. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 137.) sit interpretanda, per *ignem legis* s. *igneam legem?* ita dictam, quod inter tonitrua et ignes data sit, vel quod cum ardentissimo Zelo Dei coniuncta, et in conscientia sit instar ignis ardentis et consumentis? an cum R. Mose Gerundensi, *ignem constitutionis*? qui veluti lex a dextra Dei constitutus erat, ne quisquam mortalium in montem conscenderet, igne accessum prohibente? Resp. Posterius verius, cuius sensum etiam exprimit Hillerus l. c. cum pro priori potius diceretur inuerse דָּת אֵשׁ *lex ignis* s. *ignea*,

Vers. 3.

וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ

Vbi verbum תֻּכּוּ vulgo ex nomine תּוֹךְ *Medium* deriuant, verbaque ita vertunt: *et illi medientur ad pedes tuos*, vel *medii inserantur pedibus tuis*, hoc quidem sensu, efficiantur tui discipuli, coll. Act. XXII, 3. Sed *derivatio* ista

CAP. XXXIII. cum nullius coniugationis forma verborum עי eſt conciliabilis, nec cum conſtructione praepoſitionis ל, pro qua tunc quadraret בין *inter*; hinc et *verſionem* parit barbaram et ineptam, quam nec latinus recte capit, faciliusque συνουσίαν maris cum femina heic conciperet, quam habitum diſcipulorum. Proinde aptius Lud. de Dieu, nec non cum Edm. Caſtello Clericus deducunt a themate תכה in *Piial*, indicio etiam *tonì* in vltima, atque ex Arabiſmo ipſi petunt ſignificationem, prior *accumbendi*, de conviuis menſae accumbentibus vſitatam. Non aliter enim diſcipulos olim accubuiſſe pedibus doctorum, quam conuiuas menſae. Vertit itaque: *Et illi accumbent pedibus tuis.* Aſt talem accubitum diſcipulorum nondum mihi perſuaderi patior, quum nondum ſit probatus, potius videtur ad vulgarem ſententiam accommodatus. Hinc poſterior elegit notionem *procumbendi*, (quam quoque habet Caſtalio) vt ſigni„ficet Moſes, pios quosque Iehouam colere, eiusque ſolis Imperiis parere; „maximum enim ſummae venerationis indicium eſt, ad pedes eius, quem ve„neramur, prouolui. Qui conceptus mentis loco huic vtique eſt conformior, adoptatus etiam a D. Maio *in Oecon. Temp. V. T.* p. 660, *proſternuntur*; cum quo in ſenſu optime conuenit LXX viralis verſio: ἕξει ὑπὸ σὲ ἐισίν.

Verſ. 6.

יְחִי רְאוּבֵן וְאַל־יָמֹת וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר׃

Duo heic occurrunt verſionum genera, vnum *augentium*, alterum *imminuentium.* Illae h. m. *Viuat Ruben et non moriatur*: *Et* (*non*) *ſint homines eius numerus ſ. pauci.* Ita AbenEſra, Ben Melech, Arabs, LXX. Vatabl. Tremell. Glaſſius, Iudaei in verſ. Germ. A quibus in ſenſu non diſcedit, non repetita licet particula אל *Non*, B. Varenius, diſtributiue reddens: *Et ſit unusquisque hominum eius numerus*, i. e. excreſcat in numeros ſ. in numeroſam familiam. Nec Io. Clericus, et D. Maius l. c. p. 661: *Sint mortui eius* (male praeſumentes מְתָיו (..) ſub מ) *pauci* pr. *numerus.* *Imminuentium* haec eſt: *Viuat Ruben et non moriatur* (nempe תניינא מותא *morte ſecunda*, vt pulcre explicat Chaldaeus, quem ſequitur Raſchi,) Et ſint homines eius numerus i. e, pauci. Huc Vulg. Lutherus, Munſterus, Calouius, D. Brand. Henr. Gebhardi *in Vindic. Ebr. text. contr. Pezronum p.* 130. ſeq. quibuscum etiam nos facimus, eoquod ſimplicitati literae, linguaeque genio inhaereat. Quandoquidem מתי מספר *homines numeri* perpetuo in Scripturis dicuntur *pauci*, quod notandum inprimis contra Varenianam interpretationem. Vid. Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27. 1. Chr. XVI, 19. Pſ. CV, 12. Ier. XLIV, 28. Ezech. XII, 16. Sic et h. l. *Er ſey an ſeinen Leuten, an ſeiner Familie und Poſteritet gering.*

Hac

Hac via etiam euitaretur *enallage numeri*, mensque Mosis magis consentanea est menti Iacobaeae Gen. XLIX, 4. *Non excelles.* CAP. XXXIII.

Vers. 7.

שְׁמַע יְהוָה קוֹל יְהוּדָה וְאֶל־עַמּוֹ תְּבִיאֶנּוּ

Horum verborum sensum Targum Onkelosi bene expressit: *Exaudi o Domine precationem Iudae, vbi ille procedet ad praelium; et in pace fac illum* (*ex bello*, ceu additur in Ionath. & Hierosol.) *redire ad populum suum.* Quaeritur autem, *cur Simeon proximus a Rubene in benedictione praetereatur?* hinc in nonnullis codicibus τῶν LXX. temeraria κρῖσει infartum fuit nomen *Simeonis* in vltimo hemistichio v. 6. h. m. καὶ Συμεὼν ἔσω πολὺς ἐν ἀριθμῷ. Quod vero assumentum non agnoscit fons intemeratus ebraeus, *nec accurata exemplaria habere mentionem ipsius Symeon*, probat Apollinaris testimonio Flaminius *in Not. ad* τὰς ὁ, nec Ambrosium, nec Augustinum, nec Theodoretum legere. Respondetur itaque ad quaestionem, Simeonis benedictionem includi *partim* synecdochice benedictioni Iudae, quia Simeon accensitus est Iudae, et possessio eius per Iudae tribum diffusa fuit, Ios. XIX, 1. et 9. 1. Chr. IV, 24. atque inde factum, vt expeditiones inter has tribus communes essent, Iud. I, 3. 17; *partim* materialiter nomen שמעון inuolui in verbo שמע AVDI *Iehoua*, coll. Gen. XXIX, 33. innuente Raschio *h. l.*

Vers. 8.

תֻּמֶּיךָ וְאוּרֶיךָ לְאִישׁ חֲסִידֶךָ

Communiter *affixa* referunt ad Deum, et per *virum sanctum Domini* intelligunt *Aharonem, quem Dominus tentauerit* i. e. *probauerit in Massa, et contendere fecerit eum ad aquas Meribba*, vid. Calovius *in Bibl. illustr. ad h. l. p.* 625. b. (qui quoque Cocceium refutat, secundum literam de *Christo intelligentem*) D. Maius *l. c. p.* 662. et nouissime Io. Marckius *in comm. h. l. p.* 996. *f.* Sed, vt facile patet, coacte omnia; quum Moses non loquatur ad Deum, vti quidem in vers. praeced. et in fine v. 9. et seqq. sermonem suum ad illum conuertit, sed *ad Leui* siue *de Leui*, nec non diserte bis de tali *tentatione*, qua populus diffidentia sua *tentauit* Deum, Exod. XVII, 2. 7. de *probatione* Aharonis, eiusque fidei et constantiae, nihil, nec Num. XX, 12. Quum igitur per claritatem historiae confectum putem, quod sequentia verba de *tentatione Dei*, non *Aharonis* capienda sint, superest vt dispiciatur, quomodo de Deo dici possit, siquidem sic nulla eius praecedat mentio? Quae vt fiat, praestabit, verba לאיש חסידך

CAP. XXXIII. cum Ainsworthο, et Rauppio *ad h.l.* accipere in regimine *viro ſancti tui* ſc. Dei, ſicut alias dicitur *Vir Dei* coll. Pſ. CVI, 16. Vt adeo precetur Moſes tribui Leui: Vrim et Tummim tuum, ſacerdotii inſignia, et *illuminationis doctrinae*, et *integritatis vitae* ſymbola, (ſint ſiue maneant) penes virum (ſummum ſacerdotem) ſancti tui: (vt ſc. perpetuo luceat fulgore veritatis coeleſtis, et integritate vitae, quemadmodum *Vrim et Tummim* ſ. lapides in pectorali (vid. *Ebraiſm. Etym. p.* 62. ſq.) inſigniter lucent: quem (tamen, non curata ſumma illius Dei ſanctitate, iuxta ac beneficentia, qua te excellenti dignitate ſacerdotii dignatus eſt) tentaſti in Maſſa, etc. Ne igitur Deus חסיד *ſanctus* et *beneficus* (coll. Ier, III, 12.) in poenam huius peccati ſacrum hocce munus ab hac ſtirpe auferat, vouet Moſes. Tribui autem Leui heic tribuitur, quod *tentauerit*, cum in *loc. cit.* toti populo, quia haud dubie tentationis fuerunt] auctores.

Verſ. 9.

Quaeritur, quomodo intelligendum ſit, quod de Leui dicitur, quod patrem ſuum et matrem ſuam non reſpiciat, et fratres ſuos non agnoſcat, nec filios ſuos nouerit? Et reſpondet Chaldaeus, his ſubiungens: *quando rei fuerunt iudicii.* Alii haec referunt ad ſtragem Leuitis editam inter Iſraelitas propter adoratum vitulum aureum Exod. XXXII, 26. ſeqq. Sed non de *facto* Leuitarum ſermonem eſſe, ſed de *debito*, recte cenſet B. Calouius *h.l.* quod nempe Dei cauſa parentibus etiam ipſis dicendum ſit, *neſcio vos*, coll. Matth. XII, 29. XIX, 19. Luc. XIV, 26. vt et Matth. X, 37. Significat, *quales debeant eſſe verbi miniſtri, nimirum mortui mundo*, inquit heic Lutherus.

Verſ. 12.

יְדִיד יְהוָה יִשְׁכֹּן לָבֶטַח עָלָיו

Dilectus Iehouae habitabit ad ſecuritatem ſuper ipſum
(Beniaminum.)

Per *dilectum Iehouae* non intelligitur ipſe Beniamin, vt reſpiceretur ad dilectionem, qua prae ceteris eum complexus fuit pater, ſed rectiſſime cum Cocceio et Varenio *Filius Dei* Θεάνθρωπος, ὁ ἠγαπημένος, coll. Ieſ. V, 1. Eph. I, 6; confirmante clare עָלָיו *ſuper eum*, quod quidem Lutherus omiſit, alii vero reddunt *iuxta eum* nempe Iehouam, ſed dure, quoniam et ſequens עָלָיו ad idem *obiectum* videlicet Beniamin reſpicit, vti et cuncta *praedicata* ad vnum idemque *ſubiectum* יְדִיד יְהוָה.

Verſ.

Verſ. 17. CAP. XXXIII.

וְהֵם רִבְבוֹת אֶפְרַיִם וְהֵם אַלְפֵי מְנַשֶּׁה׃

Quae verba hanc volunt verſionem et ſenſum: Haec ſunt partim myriadum Ephraiim, partim chiliadum Manaſſis. Germanice: *Dis iſt (der Segen) ſo wohl für die zehen tauſend* (numerum *zehen* vernacula male praetermiſit, cum tamen notabilem harum tribuum differentiam innuat veritas ebraea, et ratio primogeniturae) *Ephraiim, als auch für die tauſenden Manaſſe.* Vbi numerus certus ponitur pro incerto, inſinuans, tribum Ephraiim longe populoſiorem futuram, quam tribum Manaſſis, coll. Num. I, 32. 34. Confirmat itaque Moſes oraculum Iacobi, Ephraiimum natu minorem praeferentis maiori Manasſi, Gen. XLVIII, 20; ideo *Chiliadas* tantum *Manaſſi*, *Ephraiimo* vero *myriades* aſſignat.

Verſ. 21.

וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ כִּי־שָׁם חֶלְקַת מְחֹקֵק סָפוּן

Et videbat ſibi (er ſahe ſich aus) primam terram, (ab Iſraelitis occupatam, nempe regnum Sichonis et Ogis,) *eo quod ibi,* nempe in *portione legislatoris* (Moſis, ſibi aſſignata coll. Num. XXXII, 33. Ioſ. I, 13. 14.) *protectus ſit,* (*wohl verwahret ſey,* in vrbibus ſc. munitis. vid. Num. XXXII, 34. 35. 36.)

Ita interpretanda ſunt verba ex conſilio fontium. Verſio eorum, literam adhuc ſequentium, *quod ibi* (in haereditate ſua) *ſit portio agri legislatoris tecti* i. e. *ſepulti,* (vid. Chald. Raſchi et Rauppius *h. l.*) repugnat accentibus, quandoquidem pro hac conſtructione requiſitus fuiſſet in כִּי־שָׁם maior *Sakephgadol,* itaque ſequentes tres voces in vnum orationis membrum coirent. Iam vero cum illic appareat *Tiphchae* ſubordinatus minor *Tbhir,* indicatur, voces חלקת מחקק parenthetice eſſe declaratiuas illius generalis et obſcuri שם *ibi,* cum eoque cohaerere סָפוּן. Lutheri verſio, *und er ſahe, daß ihm ein Haupt gegeben war, ein Lehrer der verborgen iſt,* ita eſt comparata, vt ſi haec vocum et accentuum forma ac poſitus exiſteret וַיַּרְא כִּי־שָׁם רֹאשׁ לוֹ מְחֹקֵק סָפוּן.

CAP. XXXIII

Vers. 26.

אֵין כָּאֵל יְשֻׁרוּן רֹכֵב שָׁמַיִם בְּעֶזְרֶךָ וּבְגַאֲוָתוֹ שְׁחָקִים׃

Non est sicut Deus, o Israel! (is enim per nomen allusiuum ישרון notatur, coll. supr. v. 5. et c. XXXII, 15. Iesaj. XLIV, 2.) *vehitur* (insidet) *coelis, in auxilium tuum, et in magnificentiam suam* (vehitur) *nubibus.* (Vnde etiam detonabit et grandinabit in hostes tuos, coll. Ios. X, 11. Iud. V, 20. 1. Sam. VII, 10.)

Vers. 27.

מְעֹנָה אֱלֹהֵי קֶדֶם וּמִתַּחַת זְרֹעֹת עוֹלָם

Refugium (tuum) esto *Deus aeternus, et subter brachia* (eius) *aeterna*: qui expellet etc.

Versio germanica obscura minusque cohaerens, *das ist die Wohnung GOttes von Anfang, und unter den Armen ewiglich*, desiderat hanc vocum et accentuum faciem: מְעֹנָה אֱלֹהֵי מִקֶּדֶם וּמִתַּחַת זְרֹעֹת לְעוֹלָם.

Vers. 28.

וַיִּשְׁכֹּן יִשְׂרָאֵל בֶּטַח בָּדָד עֵין יַעֲקֹב אֶל־אֶרֶץ דָּגָן וְתִירוֹשׁ

Et inhabitabit Israel secure et solitarie fontem Iacobi, in terra frumenti est musti.

Haec versio bene distincta fluit ex fontibus Israelis, a quibus vero abeunt multi versionum riuuli, qui quidem iuxta vocem עין *diuisim*, sed interpunctionem *coniunctim* eunt. Lutherus ita: *Israel wird sicher allein wohnen, der Brunn Iacob wird seyn auf dem Lande, da Korn und Most ist.* Clericus: *Habitabit Israël secure et solus; fontes Iacobo erunt in terra frumenti et vini ferace.* Quem sequitur D. Maius l. c. *p.* 666. *Fons Iacobo* erit perennis *in terra frumenti et vini ferace.* Vitringa *Sacr. Obseruat. l. 1. dissert. 3. c. 1. p.* 196. *Et habitet Israel secure seorsim*, FONS IACOBI (i. e. posteri Iacobi) *in terra frumenti et musti.* Osiander et Calouius cum Vulg. Munst. Eman. Sa, Maluenda, Ar. Mont. Tigur. Belg. Castal.: *Ideo habitabit Israel securus et solus, Oculus Iacob*

Iacob erit in terra frumenti et musti. Qui omnes in eo peccant, quod minori *Paschtae* in voce ברד maiorem perfectioremue asignant distinctionem, quam eius domino *Sakephkatoni.* Iuxta hos talis accentuum dispositio foret: CAP. III.

וישכן ישראל | בטח ברד | | | עין יעקב | | וגו׳

IOSVA.

CAP. III, 17.

IN hoc versiculo cetera plano occurrit vocula הֵכֵּן disquisitioni subiicienda, sitne aduerbium *sic, ita,* iuxta B. Lutherum? an vero infinitiuus Hiphil adverbiascens *firmando* i.e. *firmiter,* iuxta Calouium et Clericum *h. l.*? vel vim participii passiui induens *firmi, fixi, praeparati,* secundum Chaldaeum et Ben Melech? Prius non potest intendisse Spiritus S., quandoquidem sic eidem non praefixisset ה *articuli,* propiusque verbo locasset, h.m. ויעמדו הכהנים וגו׳ *und stunden also die Priester* etc. nec exhauriat circumstantiam heic intentam. Nec quoad posterius opus est, vt ad *enallagen* confugiamus, aut ad *ellipsin* duram cum Masio et Heideggero: et *stabant sacerdotes* etc. parando, scilicet multitudini commodam traiectionem; cum simplicius pro *nominali* notione reddere queamus: cum firmitate; quod iam in sensu cum superiori expositione *aduerbiali,* et *participiali* bene conuenit. Istam suppositionem nominalem etiam habet Ier. XLVIII, 30. bis occurrens: *Ego noui, verissime dictum Iehouae, excandescentiam eius* (Moabi), ולא־כן *ejusque* non-firmitatem (i. e. eamque valde infirmam, *sine viribus iram*): *vectes s. repagula sua* (coll. Hos. XI, 6.) לא־כן non-firmitatem (admodum infirma, coll. *Luc. Ebr. pag.* 327.) *fecerunt.* Vid. parall. Ies. XVI, 6. Si vero malis infinitiuum Hiphil, non repugno, qui vero pro significatione sua actiua requirit casum, nempe verbale e verbo יעמד eliciendum מַעֲמָד, siue coniugatum מַצָּב coll. cap. seq. v. 3. et 9. vt versio sit: *et stabant sacerdotes* etc. firmando etiam stationem, Germ. *so daß sie auch Stand hielten.* Quorsum respicit illud cap. seq. v. 4. אשר הכין *quos* (duodecim viros) *constituerat* Iosua, *die er hatte lassen Stand halten.* Vt adeo hoc pacto statio sacerdotum significantius exprimatur atque restringatur. IerXLVIII.30

CAP.

Cap. IV. V.

Cap. IV, 3.

QUaeritur num vox הֵכִין sit eadem cum praecedente הָכֵן sub *aduerbii*, vel *participii* notione? eaque cum verbis antecedaneis רגלי הכהנים sit conſtruenda cum Chaldaeo, Luthero, et tantum non omnibus? Reſp. negando vtrumque. Nunquam enim vt particula *Sic*, *ita*, formatur cum *chirek magno*, ac praefixo ה; neque *infinitiuus Hiphil* poteſt habere vim *participii*, multo minus *paſſiui*: et videtur ipſa ſcriptura huius vocis a ſuperiore puncto diſcretiuo ſenſum etiam diſcretiuum inſinuaſſe. Deinde iſti conſtructioni aduerſatur *accentuatio*, quae vocabulum hoc a praeuio membro per regem maiorem *Sakephkatonem* ſeparat, (cum iuxta illam talis foret: ממצב רגלי הכהנים הָכֵן) rectum a שאו τῷ *tollite*, denotans *finem* ſublationis lapidum, hoc ſenſu: *ad erigendum*, cum ellipſi ſaltem ל. Praeterea notandus hic eſt ebraiſmus, per quem caſus, qui ad vtrumque verbum pertinet, poſteriori ſubiicitur, pro *tollite duodecim lapides, ad erigendum eos*; quique poſtmodum erecti ſunt in Gilgale *verſ.* 20. aliis etiam XII in Iordane, in loco, vbi pedes ſacerdotum ſteterunt, erectis, *verſ.* 9.

Cap. V, 2.

וְשׁוּב מֹל אֶת־יִשְׂרָאֵל שֵׁנִית׃

Atque iterum (vid. Luc. Ebr. p. 305.) *circumcide filios Iſrael ſecunda vice.*

QUod nequaquam hunc in ſenſum accipiendum eſt cum nonnullis Rabbinis, ac ſi Ioſua iuſſus ſit, Iſraelitas ſemel in Aegypto circumciſos, attracto dein praeputio, ſecundum circumcidere, aut *pluribus, non duabus tantum vicibus*, iuxta Kimchium; ſed quod iam *alteram* ſolennem ſimultaneam multitudinis inſignis circumciſionem peragere debeat, poſt *primam* ſolennem Abrahami totiusque familiae eius. Scriptura quippe ſolummodo *geminae ſolennis vniuerſalis circumciſionis* expreſſam facit mentionem, *vnius in ſtirpe populi Abrahamo*, et domeſticis eius Gen. XVII; *alterius in populo ab hac ſtirpe deſcendente*, pro quo primario circumciſio erat inſtituta. Cur autem tamdiu dilata fuerit circumciſio? cauſam veram ipſa ſcriptura ſubinnuit, v. 7. eo quod fuerint בדרך *in moleſtia itineris*, ad quod iugiter debebant eſſe intenti et parati, movente ſe nube. Atque iſtam ſententiam communem fere Chriſtianorum interpretum recte etiam defendit cl. M. Nic. Köppen Adi. Gryph. *inge-*

in pecul. Diſp. ad h. l. de circumciſ. ſec. qui ſimul notat Pfeifferum *in D. V.* §§. 9. 14. 15.

CAP. V.

Verſ. 9.

הַיּוֹם גַּלֹּתִי אֶת־חֶרְפַּת מִצְרַיִם מֵעֲלֵיכֶם

Hodie deuolui (coll. Pſ. CXIX, 22.) *ſ. remoui* (coll. 1. Sam. XVII, 26.) *Opprobrium Aegypti ſ. Aegyptiorum a vobis.*

Actui circumciſionis obſequioſe peracto ſubnectitur immediate epiphonematis inſtar hocce beneficium diuinum; hinc quid propius probabiliusue cum Kimchio intelligi poſſit per *opprobrium Aegypti*, quam quod per circumciſionem vere remotum eſt ab Iſraelitis, in Aegyptiis vero manſit, quod eſt *probrum praeputii*, ſiue *praeputium probroſum* coll. Gen. XXXIV, 14. non video. Quanquam non ibo inficias, *praeputium* heic *late* ſumendum eſſe, vt ſimul inuoluat *praeputiatorum Aegyptiorum idololatriam, ſuperſtitionem, mores profanos, et praeſertim propudioſam libidinem*, quorſum cum Ralbago Vinarienſes reſpiciunt, quaeque virtute et efficacia ſacramenti initiationis ſint ablata. Vtramque ſententiam coniungit doctiſſimus Maſius *ad* h. l. quod Ebraei incircumciſi videri adhuc potuerint magis Aegyptii, ipſo etiam vitae cultu et flagitioſis moribus; ſed per circumciſionem, Ebraeorum inſigne, quaſi ex Aegyptiis, gente profana et probroſa, Ebraei de integro facti ſint. Nec non ſupra memoratus vir cl. M. Köppen *in Diſp. de Opprobrio Aegypti ex h. l. §. 17.* ſenſum et paraphraſin verborum Dei hanc facit: *Hodie, quando ingens hominum multitudo, quae in deſerto circumciſa non erat, demum circumciſa eſt, abſtuli a vobis, tum iis ipſis, qui circumciſi ſunt, tum reliquis Iſraelitis, in quos illorum quoque ignominia redundabat, probroſum, quale eſt Aegyptiorum, praeputium, cum omni tum naturali, tum imitatione eorum adſcita corruptione, ſuperſtitione, impietate, impuritate, idque hac ſolenni circumciſione coram omnibus declaraui.* Qui etiam §. 8. et 12. bene euoluit inductione locorum phraſin חרפת מצרים. B. Seb. Schmidii ſententia ſingularis, quam tamen et ſuam fecit D. Maius l. *c. p.* 674. tam *in Annotat. ad* h. l. quam *in Tr. de circumciſ. P. 3. c. 6. p. 448. ſqq.* exponentis *probrum ſ. opprobrium Aegypti* actiue et obiectiue, nim. *de blaſphemia, qua populus Iſrael affecerit Dominum Deum ſuper Aegypto*, quaſi haec longe melior ſit terra Canaan, quam ipſis falſo laudauerit tanquam optimam, coll. Num. XIV, 2. 3. 4. non probatur, licet ipſi in ea nihil deſiderandum eſſe videatur; deſideratur vtique connexio. Nec infringit priorem ſententiam haec eius ratio, *quod tum potius dicendum fuiſſet opprobrium populorum aut gentium,*

CAP. V. XV. *cum omnes fuerint praeputiatae.* Quasi adeo insolens sit scripturae, *speciem pro genere* ponere; nec sine ratione h. l. commemorat *Aegyptios prae Cananaeis*, quoniam inter hos Israelitae tot annos delituerant, eorum prauis institutis adsueuerant, ex iis exierant, adeoque iam omne illorum desiderium, et quod ipsis vt peculio Dei quoquomodo probrosum esse possit, penitus exuere, resecto ac reiecto praeputio admonerentur. Multo minus obstat ei hoc, quod non contemnendum esse ipsi videtur, quod dicatur, opprobrium *Aegypti*, non *Aegyptiorum*. Quasi non nouisset, מצרים, sicut et alia regionum nomina, tam vsurpari de *ipsa terra*, quam *incolis*, quod postremum heic conuenientius. Neque dicitur, *per praeputium Israelitas imitatos fuisse Aegyptios*, cum omnino in Aegypto fuerint circumcisi, v. 6.7. sed impios eorum mores. Neque alicuius momenti est illud p. 452, quod *praeputium non sit gentibus probrosum et contumeliosum*. Contrarium enim patet ex eo, quod conuitio ערלים vel ערל *incircumcisi* seu *praeputiati* nihil fere est frequentius, hocque titulo gentes dehonestantur. vid. 1. Sam. XIV, 6. XVII, 26. 36. XXXI. 4. 2. Sam. I, 20. Iud. XIV, 3. add. Ier. IX, 25.

CAP. XV, 18.

Iud. I, 14. וַיְהִי בְּבוֹאָהּ וַתְּסִיתֵהוּ לִשְׁאוֹל מֵאֵת־אָבִיהָ שָׂדֶה וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר

QVorum verborum versio et sensus hic est: Et accidebat, cum veniret illa (subintellige cum Vatablo, Drusio, Masio, Calouio, Rauppio, *in domum sponsi*, i. e. cum a sponso suo domum duceretur. Lutherus significanter: *da sie einzog*, quod Matthaeus per verbum compositum συνελθεῖν *conuenire* exprimit c. I, 18.) vt incitaret eum (nempe sponsum. Lutherus contra formam g. m. et indolem actiuam coniug. *Hiphil. passiue* reddidit: *ward ihr gerathen*) ad petendum a patre suo agrum (meliorem, magis irriguum; illo tergiuersante) se rursus de asino (ad lit. *de summitate asini*) demittebat. (Ita verbum תצנח cum Chald. Tigur. Masio vertimus. Nam id ipsum significare videtur, quando de Iael narratur, ותצנח *clauum demisisse per Siserae caput in terram*, sicut palus malleo adactus pangitur videlicet. Iud. IV, 21. Quando Lutherus hoc verbum harmonice cum τῷ ותפר Gen. XXIV, 64. transtulit: *Vnd sie fiel vom Esel*; non significat vtrimque *casum* vel *lapsum* aliquem, sed *festinanter descendisse*. Sicut et Germanorum phrasis *geschwind auf die Pferde fallen* dicit *geschwinde wegreiten*, ita *vom Pferde fallen* dicit *eilends absteigen*. Itaque reddidit Lutherus idem ויפר 2. Reg. V, 21. *er stieg* (*eilends*) *vom Wagen*.

IV-

IVDICVM. CAP. III.

CAP. III, 20.

וְהוּא יֹשֵׁב בַּעֲלִיַּת הַמְקֵרָה אֲשֶׁר־לוֹ לְבַדּוֹ

IN vltimorum verborum translationem, *et ille ſedebat in coenaculo refrigerii*, quod ipſi ſoli erat, ita vnanimiter conſpirant, ac ſi extra omnem dubitationis aleam poſita ſit. Criticam quidem literariam cl. M. *Krafft* exercet in D.I.F. Mayeri praetenſam lectionem verſionis Lutheri, *die für ihm allein war*; quod ſic ſententia inculcetur, quaſi Eglon coenaculum habuerit pro *obiecto aliquo*, neque aliud obiectum a fronte habuiſſet, quam *vnicum coenaculum*, et tum accuratius dici *die vor* (non *für*) *ihm allein war*, cum praepoſitio *für* ſemper poſtulet *caſum quartum*, quem quoque primam verſionem Lutheri germanicam (in multis quidem editionibus male incuria typothetarum omiſſam, vid. Wagenſeilii *Sota pag. 863. f.* Raithii *Vindic. p.* 631. et Sauberti *Opp. Poſth.* p. 3.) recte expreſſiſſe, *die für ihn allein war. in Emend. et corrig. Hiſt. V. L. G. p. 17.* Quanquam contenderem, priorem ſenſum non facile lectorem eſſe concepturum, non illico attenta ſubtilitate iſte grammatica, licet recta. Poſito itaque poſteriore, nec hic eſt ſatis aptus et diſtinctus, quaſi non iam per ſe conſtaret, reges arces ſuas, palatia, loca amoena et voluptaria *pro ſe ipſis ſolis* non alienis, habere: nec a Spiritu ſ. intentus, manifeſto indicio *accentuum*, qui vocem אשר־לו non conſtruunt per ſeruum *Munach* cum לבדו, vt quidem pro communiſsima iſta verſione neceſſe eſſet, ſed per *Paſchtam* Sakephkatonis minorem ab ea diſtinctam cum vocibus בעליית המקרה. Qui proinde hunc potius conceptum mentis lectori perito inſtillant multo aptiorem: Et ille ſedebat || in coenaculo ſuo refrigerii | ſolus ||| (ad lit. *in ſolitudine ſua*); eumque recte poſt τὲς ὁ, καὶ αὐτὸς ἐκάθηˆο ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῳ θερινῷ αὐτὲ μονώτατος, ab interprete *Suecico* redditum, teſte Wagenſeilio *l. c.* hiſtoria clariſsime ſupeditat. Ehud enim, rem arcanam regi Moabitarum Egloni aperiendam ſimulans, miniſtris eius ideo ſecedere iuſſis, v. 19. iam aduentans regem *ſolum*, vt intenderat, deprehendebat, quo *ſolum* ſic felicius interimeret. אשר־לו autem eſſe pronomen periphraſticum affixi (ו) *ſuus* ob ſtatum conſtructum, norit, qui ebraiſmi erit gnarus. Quamuis etiam vt membrum ſeparatum *parentheticum* reddi poſſit, quod erat ipſi |||.

CAP. V.

CAP. V, 8.

יִבְחַר אֱלֹהִים חֲדָשִׁים אָז לֶחֶם שְׁעָרִים

B Lutheri, Vulgatum heic minus caute secuti, versio *ein neues hat Gott erwehlet, er hat die Thore bestritten*, multum a sensu et accentuatione, quae sic *paschtam* requireret in אלהים, deuiat; cuius nihilominus auctoritati insistit B. Calouius h. l. Nos ductum fontis cum aliis praeferentes vertimus: Cum eligeret (Israel) Deos nouos: (quos bene Chaldaeus *Deos e propinquo* h. e. nuper factos appellat ex Deut. XXXII, 17. vbi dicuntur dii noui, qui a propinquo venerunt, *quos patres eorum non nouerint, nec horruerint*:) tunc bellum s. bellator ad portas aderat. Hinc sequitur: *Clypeus num videbatur et hasta penes quadraginta millia in Israele?* vt scil. sumere illa ausi fuerint ad pugnandum contra hostes, aut subueniendum obsessis aut oppressis, ob terrorem panicum. LXX. quam recte membrum primum transtulerunt: ἡρέτισαν θεὸς καινὸς, *elegerunt deos nouos*, tam inepte alterum ὡς ἄρτον κριθινον *sicut panem hordeaceum*, quasi duo vltima vocabula ita essent punctata לֶחֶם שְׂעֹרִים

Vers. 11.

מִקּוֹל מְחַצְּצִים בֵּין מַשְׁאֲבִים שָׁם יִתְּנוּ צִדְקוֹת יְהוָה צִדְקֹת פְּרָזֹנוֹ בְּיִשְׂרָאֵל

Locum hunc valde intricatum ob vocabula aliqua vel semel tantum, vel rarissime occurrentia, itaque eorum significatus ex sola περιχωσει textus et subiecta materia, profacultate ζοχαχικῇ alia alia feliciore, est eruendus, atque ex cognatis linguis confirmandus. Nonnulli hunc extorquent sensum: *Propter vocem* clamorem puerorum et puellarum *a sagittariis* hostilibus *inter haustra, s. loca vbi hauritur aqua*, excitatum, iam sopitum et cessantem, *ibi confabulentur, narrent* etc. Sed, vt dixi, extorquent, multaque nimis libere inferciunt. Lutherus vertens *da die Schützen schrien zwischen den Schöpffern, da sage man* etc. praetermisit praefixum מ in מקול, subaudiendo verbum subst. hoc quasi posito בְּהִוֹת קוֹל, et vocis משאבים praesumsit hanc punctationem participii Hiphil מַשְׁאִבִים; quo pacto ista prodiret versio: *cum esset sonus s. clamor sagittariorum inter haurientes.* B. Seb. Schmidius interpre-

CAP. V.

pretationi huic: *prae voce cogentium greges* (cum resp. ad Prou. XXX, 27. quorsum et Io. Clericus respicit, reddens *collidentium sese*) *inter hausira* etc. substituit alteram sibi simpliciſſimam: *Prae voce clangentium buccina* (quasi sit pro מחצצרים) *inter hausira* (seu *fontes aquarum*), *ibi modulabuntur iustitias Domini* etc. Verum estne haec interpretatio simpliciſſima, licet prae omnibus placeat Reinbeckio *in Doctr. de Accent. Ebr. p.* 354. quae violenter literam nempe ר intrudit? Mihi sane probatur maxime expositio, quoad primum saltim membrum, cl. Hilleri, *in Disp. super Epinicion Deborae p. 2. et 7.* De tonitru (quod קול et alias significat, vid. Gen. III, 8. Ps. XXIX, 3. 4. 5. Ex. IX, 23. etc.) fulminantium (Angelorum, מחצצים particip. piel ex nomine חץ deriuatum, quod *sagittam*, et figurate *fulmen* significat. vid. 2. Sam. XXII, 15. Ps. XVIII, 15. CXLIV, 6.) inter vtres coeli, vel inter nubes aquis turgidas (ex Arabismo, itaque משאבים idem diceret, quod נכלי שמים *vtres coeli*, Iob. XXXVIII, 37. Quod heic verbis obscuris innuitur, id clarioribus edisseritur infr. v. 20. *E coelis pugnauit* sc. אלהים *Deus*, coll. c. IV, 15. cum Schmidio, vel impersonaliter *pugnatum* est: (Clericus nominatiuum adsciscendo e seq. m. nullam habuit rationem *Athnachi.*) *ipsae stellae ex semitis suis pugnauerunt cum Sisera.* (i. e. Deus per Angelos pluuias, ventos, grandines concitauit aduersus Siseram. Quin Eman. Sa et Schmidius etiam per *stellas* intelligunt *Angelos*. Nec non Clericus in h. l. commentatur: *stellae poetice pugnasse dicuntur, quod e coelo Deus Israelitis auxilium miserit Angelorum, qui conturbarunt Cananaeos.*) *praedicabunt*; (quod verbum ex membro seq. heic subaudiendum est, propter accentum *Sakephkatonem* repetitum, qui tum sensum sistit perfectiorem.) ibi (in. via, *euntes et equitantes*, *vers.* 10.) praedicabunt (ita melius verbum ירנו reddunt Munsterus, Lud. de Dieu, Lud. Cappellus et Clericus, quae quoque translatio Dieuii ex Arabismo magis etiam arridet B. Calouio ad c. XI, 40. vt sic vtrobique idem verbi obtineat significatus.) iustitias Iehouae, iustitias (iustas vltiones eius) pro pagis suis (qui prius *cessauerant*, nec habitari poterant, *vers.* 7. vt non plane cessarent, sed habitari denuo possent. Proinde non verti potest cum Hillero *paganis* hostibus *debitas.*) in Israele,

CAP. V. *Vers.* 13.

אָז יָרַד שָׂרִיד לְאַדִּירִים עַם יְהוָה יָרַד־לִי בַּגִּבּוֹרִים׃

Hemistichium prius plerique in vnam propositionem redactum reddunt: *Tunc dominabitur, dominatus est, euasor, residuum, magnificis, fortibus, illustribus, populi, in populo*; itaque verba לאדירים עם ceu vnum obiectum inuicem *construunt.* Ast non video, quid nos vrgeat, arripere *enallagen* status absoluti pro constructo, aut *ellipsin* praepositionis ב. Et quamuis in tali accentuum positu *Tiphcha* distinctiuus saltem oratorius vtplurimum esse soleat; tamen si et heic distinctionem suam grammatico-logicam obtinere potest, quidni obtineat? subaudiendo nim. verbum praecedens ירד, vel tantum eleuata voce indicando. Adhaec duabus propositionibus, recte ab interprete Gallico, Deodato, Schmidio, Clerico, formatis, formatis euadit significantior, hoc modo: Tunc (mira catastrophe qui per XX annos fuerat seruus) dominus et victor euadebat residuus, magnificis, (superbis oppressoribus et tyrannis Iabino et Siserae) dominabatur populus, (despectabilis habitus, *Sebulonitae* videlicet et *Naphthalitae, populus vitam suam* חֵרֵף *quasi rem probrosam exponens periculo mortis*, vers. 18. populus primus ad bellum, primus in bello): Iehoua dominium et victoriam mihi concessit in potentes illos.

Vers. 14.

מִנִּי אֶפְרַיִם שָׁרְשָׁם בַּעֲמָלֵק אַחֲרֶיךָ בִנְיָמִין בְּעַמֶּיךָ מִנִּי מָכִיר
יָרְדוּ מְחֹקְקִים וּמִזְבּוּלֹן מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר׃

Nisi in hoc sermone conciso et elliptico suppleatur quod supplendum est, ac iuxta ductum accentuum incedatur, eum intellectu admodum esse difficilem, merito quilibet cum Rauppio ad h. l. fatebitur; comprobatque suo exemplo Io. Clericus, qui suo sibi iudicio critico relictus non solum temerarie textum ebraeum mendi insimulat, sed in ipso etiam versionis suae limine, *ex Ephraimo stirps eorum est*, bellum gerent *cum Amalekitis*, impingit, dum Sakephkatonis minori *Paschtae* plus virtutis distinctiuae tribuit, quam maiori *Rbhiae.* Quodsi illos genuini sensus custodes tam heic quam in progressu melius consuluisset, deinde membra textus inter se rite et pie contulisset, retu-

lisset,

liſſet ſane, quo fluctuantem animum ſedare, firmareque potuiſſet. Iam de ſupplemento, quo omnis obſcuritas clareſcet, ſollicitis conſulit Rauppius, petendum illud eſſe vel ex praecedente commate, *dominati ſunt*; vel ex ſeqq. *deſcenderunt ad ferendam opem.* Quod poſterius conuenientius; quanquam et priori opus habebimus. Qua ratione ſenſus plenus et planus emerget hicce: Etiam ex Ephraiimo quidam, quorum ſtirps (nempe Ioſua, conf. 1. Chron. VII. (al. VIII.) 27.) ירד *dominus, victor fiebat* ſuper Amalek, (vid. Exod. XVII. et *Not. Sel. adverſ. eius* 15. *p.* 79.) ירדו *deſcendebant ad bellum*; (coll. Iud. I, 9. Ios. XXII, 12.) poſt te (Ephraiim) *deſcendebat* Beniamin cum populis tuis: ex Machiritis (a Machiro primogenito Manaſſis, Gen. L, 23. viro bellicoſo Ioſ. XVII, 1. oriundis) deſcenderunt *ad bellum* legislatores, et ex Sebulonitis trahentes ſtilo ſcribae ſiue legis periti. Conf. de hac phraſi *Ebraiſm. Etym. p.* 111. *ſ.* et de מנר cum י paragog. *Luc. Ebr. p.* 240. CAP. V.

Verſ. 15.

וְשָׂרַי בְּיִשָּׂשכָר עִם־דְּבֹרָה וְיִשָּׂשכָר כֵּן בָּרָק בָּעֵמֶק שֻׁלַּח בְּרַגְלָיו

בְּפַלְגוֹת רְאוּבֵן גְּדֹלִים חִקְקֵי־לֵב׃

Similiter Principes in liſſachar erant cum Debora; qui liſſacharitae aeque ac Barakus, in vallem mittebantur cum peditibus ſuis. Sed in ſeparationibus (in v. ſeq. לְפַלְגוֹת praefixo ב notanter permutato cum ל ad ſeparationes *i. e.* vt ſepararent ſe, (conf. et ben Melech, *ad h. l.*) ſimul cum alluſione ad terram eorum per Iordanem ſeparatam) Rubenitarum erant magna ſtatuta (v. ſq. magnae חִקְקֵי perueſtigationes] cordis. (i. e. cogitationes ſuperbae, temerarium ducentes, duce femina, cum tam numeroſo tamque valido hoſte exigua minusque inſtructa manu conflictari. Senſum illum a nobis indicatum optime prae aliis aſſecutus eſt B. Lutherus hac verſione: *Ruben hielt hoch von ihm, (hatte groſſe Einbildung,) darum ſonderte er ſich ab von uns.*) גדלים autem eſſe heic adiectiuum *rei* non *perſonae* qualitatiuum, vt vertere poſſis *magni ſtatutis, indaginibus, cordis*, ſitque periphraſis *ſapientum* et *prudentum*, quemadmodum et nos cum multis vertimus absque vlteriori indagine, in *Ebraiſm. Etym.* ad h. l. p. 112. *fin.*, arguit ſtatus eius abſolutus, cum pro illo requireretur conſtructus גִּדְלֵי, ceu nemo genii

ebraei

CAP. V. ebraei bene gnarus negabit. conf. *Lu. Cbr. p.* 269. f. Sic parallela est constructio Pſ. CXI, 2. גדלים מעשי יהוה *magna sunt opera Iehouae.* Atque hoc recte attenderunt cum Luthero Vatablus, Gall. Angl. et Belg. Sic elegans est connexio tam cum antecedentibus, quam consequentibus, cum pathetica apostrophe, et repetitione eorundem verborum cum εἰρωνίᾳ quadam in pudorem Rubenitarum.

Vers. 16.

לָמָּה יָשַׁבְתָּ בֵּין הַמִּשְׁפְּתָיִם לִשְׁמֹעַ שְׁרֵקוֹת עֲדָרִים וגו׳

Quare desides inter duas dispositiones aciei? (inter Siserae exercitum et populi Dei aciem te neutralem praebes, euentum pugnae exspectans?) vt audias sibilos gregum? (i. e. rem tuam pecuriam interea cures? vel malis greges tuos pascere, eorumque balatus, et pastorum sibilos audire, quam buccinae meae sonitum? Conf. Calouius, et Corn. a lapide *ad h. l.*) Sed, vt dixi, ad separationes etc. Quinam praeter Rubenitas se neutrales in hoc bello praebuerint, recenset exprobratorie Debora in vers. sq.

Vers. 17.

גִּלְעָד בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן שָׁכֵן וְדָן לָמָּה יָגוּר אֳנִיּוֹת אָשֵׁר יָשַׁב

לַחוֹף יַמִּים וְעַל־מִפְרָצָיו יִשְׁכֹּן׃

Gilead in transitu Iordanis habitabat (sc. in pace et tranquillitate. Nam verba absolute posita saepe cum epitasi et ἐξοχικῶς sumenda sunt.) Et Dan quare commorabatur [in] navibus suis? (rei nauticae vacans, a succurrendo fratribus periclitantibus vacabat.) Ascher desidebat ad portum marium, et ad rupturas suas (vrbes ruinosas suas, ab vlteriori hostium irruptione tutandas) remanebat. Vbi (α) notandum est verbum יגור cum ellipsi praepositionis ב, vti et Pſ. CXL, 3. יגורו מלחמות *commorantur (in) bellis.* Ita absque difficultate reddi posse, cum *commorandi* significatio verbo huic sit communior, vltimo agnoscit B. Geierus *ad* h. l. Pſ. adducta prius significatione *congregandi, conueniendi,* (quam Gussetius non male vult expunctam *comm. L. E. p.* 166. *a.*) q. d. *tam hostilis et inquieti sunt animi, vt nunquam cum ipsis tranquille aut secure liceat viuere, nunquam de totali compositione cogitare.*

Psalm. CXL, 3.

(β) In

(β) In voce מברצין ſeruo cum Luthero aliisque propriam notionem verbi ſui, *rumpere, perrumpere, effringere parietem* vel *murum*. Hinc Latinorum *praeruptus, praerupta loca* ſ. *rupes*, quod aliis heic placet, externam quidem deriuationis inde ſpeciem, ſed non internam eius habet naturam, vi cuius ſignificaret *valde ruptus*. (γ) Terminos bene diſtinctarum propoſitionum violenter mouet, et miſere lacerat Clericus, hac ſua interpolatione: *Galaditae trans Iordanem incolunt, vt et Danitae; cur habitat ad naues Aſer, cur conſedit ad portus marium, et in praeruptis ſuis rupibus ſedet?* Vbi *Sakepho poſteriori* maius interſtinctionis pondus tribuit quam priori, maiusque deinde *Rbhiae*, quam *Athnacho*; itaque falſiſime et contra mentem Sp. S. Aſcheri aſſignauit tria praedicata, eorumque duo tautologica. Sed nondum παρεμπεσεῖν ſatis. Nam in commate ſeq. 18. neglecto iterum *Athnacho* (ceu denuo in ſeq. quod iam ſupra ad v. 11. notatum) *Naphthalitas* obtorto collo ad ditionem *Silluki* traxit, et de ſuo addidit ad congruum aliquem ſenſum *ſe tenuit*. Quo aſſumento ſenſum hunc genuit, et in notis praetulit, ac ſi *Naphthalitae non inuerint Barakum, vt Sebulonitae, ſed remanſerint in ſuis rupibus*, manifeſte et craſſe contrariantem veritati hiſtoriae c. IV, 6. 10. 14. Membrum autem *Silluki* עַל מְרוֹמֵי שָׂדֶה: ſuper altitudines agri (i. e. montem Thabor coll. c. IV, 14.) eſt incompletum, complendum non aliunde cum Seb. Schmidio per *habitabit*, (non enim hoc canticum *quid futurum*, ſed *quid factum ſit*, canit;) multominus per falſiſimum illud Clerici *ſe tenuit*; ſed repetitione *praedicati*, vel ſaltem vim eius eleuata voce et mediante Latinorum *et quidem* innuendo. CAP. V. VI.

CAP. VI, 24.

וַיִּקְרָא־לוֹ יְהוָה שָׁלוֹם

QVod verba haec non poſſint reddi *Dominus pacis*, vel *Dominus pax*, vel *Dominus* (eſt) *pax*, multominus contra linguae genium *Iehouae* ſ. *Domini pax*, euidenter accentus diſtinctiuus *Tiphcha* edocet, pro quo tum requireretur coniunctiuus *Munach*. Vnde vi interpunctionis vtique cum D. Waſmuthio *in Vindic. P. II. loc. 4. p. m. 203. ſq.* D. Habichhorſtio *in Diſſert. de Altari Gideonis Roſt. 1687. hab.* M. Nic. Panecio *Diſp. de Neceſſ. Accent. Ebr.* §. 22. *Vitemb.* 1695. Dn. Prof. Franckio *in Obſerv. Bibl. p. 608. ſ.* reddi poteſt: *Et vocauit illud* (altare) *Dominus* | *pacem*. Num vero ita, nec aliter reddi debeat? nec dum perſuadeor. Non quidem ac ſi noſtram accentuum lectionem *dubiam* et *ſpuriam* venditem eum pl. reu. et cl. M. Mich. Beckio *in Diſquiſ. Hermen. p. 98. 99.*

CAP. VI, eiusque praeceptore B. M. Hánero *Obseruat. Philol. Crit. ad disp. propoſit. th. VI. Ien.* 1674. auctoritate duorum codd. MSC. Erffurtenſ. ita legentium ויקראו יהוה שלום, et cod. MSC. Ienenſis (quem Hánerus raro mactat elogio l. c., quanquam iſtam auctoritatis laudem valde imminuit in eadem Acad. Salana Philologus non minus praecellens Dn. M. Rus *Diſp. II. de Somnio Piſtor. Praef. ad* Gen. XL. *pag. 6. 7.* his verbis: *Accentus perinde atque puncta vocalia a recentiori manu eſſe ſuperaddita, vel ſola ocularis teſtatur inſpectio, et atramenti diuerſitas, et vocum in textu, cum primitus exararetur, omiſſarum copia ſatis ampla, quas omnes accentibus, perinde ac ſi textui inſertae initio fuiſſent, ſtipatas deprehendimus. Et illi quidem accentus NB. ab imperitiſſimo vel negligentiſſimo adiecti exiſtimantur merito, cum ſint nonnunquam vitioſiſſimi.* Et in fidem adducit multa loca. *Quin et NB. litera alicubi ab aliis diſcrepare,* probat *p.* 8.) h. m. accentuati ויקראו יהוה שלום. Vt adeo, ſubiicit, duplici modo poſſit exponi dictum noſtrum, vel (1) *Et* (Gideon) *vocauit illud* | *Dominus* (eſt) *pax* | | | vel (2) per emphaſin gradationis: *Et vocauit* | | *Dominus* | (Dominus, inquam, eſt) *pax* | | |. Cui tamen lectionem priorem Erffurt. codd. praefert Beckius l. c. B. itaque Lutheri verſionem optime ſe habere, quam tamen Beckius ex phraſi illa I. Cor. XIV, 33. paululum interpolatam vult: *der HERR (iſt ein HERR oder GOtt) des Friedens.* Non ſane, inquam, ideo; ſed quod mihi ſemper duriuſculus viſus ſit iſte ſenſus, quo Iehoua altaris a Gideone exſtructi conſtituitur nomenclator, *cum potius vbiuis in ſacris paginis nonniſi pii ipſimet aras a ſe exſtructas certo nomine inſigniuiſſe commemorentur.* Quod quidem momentum, ipſi Hánero a B. praeceptore ſuo Friſchmuthio ſuppeditatum, eodem teſte, non videtur nullum. Neque hoc, quod ſuperaddit Dn. Beckius: iſtiusmodi nomenclaturas in ſacris non eſſe *incomplexas*, ſed *complexas* potius et *enunciatiuas*, ſubaudienda copula verbi ſubſt. vt Gen. XXII, 14. Ex. XVII, 15. Ies. VII, 14. Ier. XXIII, 6. etc. Quapropter magis ſe mihi approbare verſionem Iunio-Tremellianam, accentibus pariter ex amuſſim conformem, eoque nomine ipſi Habichhorſtio l. c. laudatam, quum proclamauiſſet (ſ. acclamauiſſet) ipſi Iehoua pacem, haud diffiteor, quamque aſſenſu excepere Piſcator, Polus, e noſtris B. Tarnouius *Exercit. Bibl. p.* 555. Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 702. *fin.* et Dn. Hillerus *inſtitut. L. S p. 136.* Nec abſterrere me valuit hocce iudicium Waſmuthianum, quod ſit *erronea, inuſitata tali* ו *conuerſiui acceptione, vt et tota illa loquendi ratione.* Idem ſimpliciter opponit D Habichhorſtius *Diſp. cit. S. II. m. 2. art. 2. §. 2.* Gratis vterque vtrumque. Nam primo talem ו conuerſiui acceptionem pro *quum* vel *poſtquam*, non eſſe inuſitatam, ſed ſatis frequen-

quentem, post Kimchium ad Hos. II. 2. et Ben Melech ad Zach. III, 5. iam B. Hänerus l. c. et Dn. M. Rus *Disp. cit. p.* 4.5. manifesta apposuerunt exempla sqq. Zach. III, 5. Iob. XIV, 10. Ies. LXIV, 4. Leu. IX, 21. inpr. Exod. XVI, 20. Plura videri possunt apud Glassium *Gramm. S.l. 4. tr. 1. obs. 7.* n. 3. et Dn. Danzium *interp. Ebr. Ch. p.* 324. Deinde nec *tota illa loquendi ratio est inusitata.* Nam parallelus recurrit locus infr. c. XXI, 13. ויקראו לו שלום *et proclamarunt, acclamarunt eis* (Beniaminitis) *pacem.* Cui add. Leu, XXV, 10. וקראתם *et proclamabitis libertatem in terra* לכל *omnibus habitoribus eius.* Quin confirmat mutuus respectus et nexus nostri et praeced. versiculi. Gideoni perterrito et trepidanti ad visionem Angeli incarnati *dixerat* coelitus *Iehoua: Pax* erit *tibi, ne timeas, non morieris.* Erectus sic et confirmatus Gideon *exstruxit ibi* (in Ophra) *altare* (in signum et memoriale) *Domino Iehouae,* (qua occasione? quaue causa impulsiua?) *quum* vel *postquam acclamauisset ei Iehoua pacem,* vitaeque incolumitatem. CAP. VIII.

CAP. VIII, 27.

SVper EPHOD Gideonis disceptant interpretes eruditi. Accuratius prae aliis in illud inquisiuit Philol. et Theol. quondam Rostochiensis B. D. Habichhorstius in peculiari dissertatione a. 1688. vbi reiecta sententia de *idolo*; et *tropaeo* s. *perpetuo illustris victoriae,* praeced. c. VII descriptae, *monumento,* quum heic illud Gideon dicatur *statuisse in Ophra,* iuxta Caietanum, Ar. Mont. Iun. et Trem. Drus. P. Martyr. aliosque et Grotium, rectius defendit illam cum August. Theodor. et Lyrano, Luth. Chytr. Osiand. Gerhardo *de B.O.* § 16. Danhauero *Hodom. Pap. phant.* 6. Calou. *B. l. h. l.* Schindl. *in Lex.* Pfeiffero *in D. V. p.* 345. Corn. a lap. Saliano, Serar. et Bonfrerio, *de Veste pontificali aurea superhumerali* illicita, ita vt synecdochice per illam omnes intelligantur vestes sacerdotales, idque pro acceptione communissima in Scripturis, nihil obstante et vi radicis אפד *aptauit, induit, ambiit, superinduit,* quae semper vsurpetur de *tunica* corpori *adaptanda.* Vnde et graecum ἅπτω et latinum *aptò.* (β) Vocem etiam הציג non stricte significare *statuere, ponere,* vel *collocare aliquid vt monumentum;* sed latius *ponere aliquid in loco,* it. *constituere, statuere firmiter, ordinare,* coll. Iob. XVII, 6. Am. V, 15. Iud. VII, 5. et c. VI, 37. add. Gen. XXI, 28. 29. Atque *post hoc Ephod* deinde exemplo heu! pessimo *totum Israel scortatum* dici, dum scil. ex constitutione Gideonis sacerdos ex vicina Silo accersitus, et hoc Ephod indutus in Ophra ciuitate sua, ad altare holocausti, pridem iuxta mandatum Dei exstructum c. VI, 26. sacra pro se et populo saepius faciebat; idque citra imo et contra speciale Dei mandatum, (quippe qui iusserat, vt nullo in loco alio, quam in tabernaculo foederis sacra sibi fierent:

CAP. XI. XV. neque altare illud a Gideone exstrui curauerat Deus, vt saepius in illo sacra fierent, sed vt vnicum ibi sacrificium offerretur, c. VI, 26. 28.) donec ab hoc Ephodis abusu paulatim post Gideonis obitum prosus *ad fornicationem post Baalim deflecterent Israelitae*, v. 33. Haec hactenus in neruum contrahere allubuit, praesertim cum dissertatio haec non in cuiusuis sit manibus.

CAP. XI, 31.

וְהָיָה לַיהוָה וְהַעֲלִיתִיהוּ עֹלָה׃

QUantopere inter se digladientur viri docti de *voto Iephtae*, sitne *immolationis* ? an *consecrationis*, et huic ex accidenti superuenientis *perpetuae virginitatis*? satis constat. Sunt quidem, qui circa hanc pugnam ceu plane dubiam malunt ἐπέχειν. Id vero quum soleat esse solenne asylum ignorantiae, vel negligentioris indaginis, nec tali scepticismo scriptura aeque faueat, sed potius iniungat τὸ ἐρευνᾶν, praesertim vbi adhuc vestigia veritatis exstent, quibus mentem dubiam firmare possis; ideo et hic diligiendum erit, vtra pars controuertens veritatem habeat pro se magis militantem? Et sane, si denuo argumenta, vltro citroque mota, recte expendi, deprehendo, posterioris partis congruentiora ac solidiora, adeoque voti huius confusi, inconsiderati, inusitati atque extraordinarii diuersas species, *distinctiue* enunciandas: Erit, inquam, Domini Iehouae, (eiusque cultui et ministerio specialiter dicatum,) AVT offeram illud in holocaustum, si sc. fuerit aptum ad illud, quam conditionem et illi subaudire necesse habent, qui supposita consecratione votum istud in genus et speciem resoluentes ו *copulatiue* ET seruant. Atque istum sensum ex professo inter alios philologus non incelebris Io. Iac. Schudt octo argumentis docte stabiliuit, et ab aduersariorum obiectionibus vindicauit, *in Tr. de vita Iephthae*. Ad quem breuitatis causa, ne actum agam, remitto.

CAP. XV, 4. 15. 16.

OCcasione horum locorum calamum stringere iure meritissimo possem in audaculos illos scripturae interpretes, verius deprauatores et empaectas, qui mutatis temerarie punctis vocalibus, et submotis vocum significationibus vsitatis et probatis, nouos effingunt, extorquent, excudunt sensus, corruptae rationis suae iudicio vtcunque prae illis abbandientes. v. g. שְׁעָלִים transmutant in שַׁעֲלִים ex שַׁעַל, itaque mira metamorphosi *vulpes* in *pugillos* s. *manipulos*,

pulos ſtramineos Strohwiſche etc. Pro לְחִי *maxilla* ſubſtituunt לַח *virorem* et *robur*; pro חֲמוֹר *aſino, aceruum*; טְרִיָּה *putreſcentem* ſ. *humentem* et *recentem*, contra accentum diſtinctiuum (vt de *gen. fem.* nihil dicam, cum חמור ſit ἐπίκοινον, coll. 2. Sam. XIX, 27. conſtruunt cum חמור Qua via hic ineptus prodiret ſenſus: *et inuenit Simſon robur acerui recentis*, quem vero verſute in vernacula aptiorem exſculpere ſategerunt: *Simſon hat die Philiſter geſchlagen mit der Krafft, Stärcke und Tapfferkeit, eines muntern oder friſchen Traps Soldaten.* etc. Sed otia mihi fecerunt, et prouinciam vindiciarum maſcule praeoccuparunt viri me longe digniores et doctiores, quibus lubens aſſurgo, nempe poſt B. D. I. F. Mayerum *Diſp. de Vulpec. Simſ. Vitemb.* 1686. et M. Hilligerum *ad lud.* XV, 4. 5. 6. *ibid.* 1674. inpr. D. Fechtius *in Philocal. S.p.* 2. 3. Dn. D. V. E. Loeſcherus *in Decim. Euang. P. I. p.* 353. *ſqq.* D. Sal. Deyling. *Obſeruat. S. P. I. p.* 61. *ſeqq.*; D. Br. Henr. Gebhardi *Diſp. de Maxilla Simſon. et corpore Adami lucido contr. Obſeru. Hal. Gryph.* 1707. et Io. Sidelmannus *de ead. Max. contr. easd. Hafn.* 1706. CAP. XV.

Verſ. 5.

וְעַד־כְּרָמִים זָיִת׃

Vsque ad vineam (et) *oleas.*

Verſionem illam Talmudicorum, et Kimchii, *vineas oliuarum*, verſionis monſtrum vocat Sam. Bochartus, nec ſine rationibus, quas videre licet *Hieroz. P. I. p.* 854. Rectius alii *aſyndeton* ſtatuunt cum Chaldaeo, Syro, Arabe, LXX, Luth. Iudaeis *in Verſ. Germ.* et Druſio, quem quidem in priorem claſſem coniecit Bochartus *l. c.* ſed iniuria, quum diſerte *in comment. ad h. l.* ſcribat: "Ergo *vineam oleam* ἀσύνδετον eſt, ut *Sol luna*, et quae alia Grammatici notarunt,, adducta quidem et altera ſententia, ſed non approbata.

Verſ. 7.

אִם־תַּעֲשׂוּן כָּזֹאת

Eſt *apoſiopeſis* ſ. ſunt verba hominis irati abrupta h. m. ſupplenda cum Vatablo: Si feciſſetis tale quid initio, quum primum ſcil. ademta fuit mihi vxor mea, fuiſſem placatus Non multum abſimilis eſt ſermo Ioabi ad Abnerum 2. Sam. II, 27. כִּי לוּלֵא דִבַּרְתָּ *Niſi locutus fuiſſes*, vbi B. Glaſſius ſubintelligit *nihil fecisſemus*, vt ſenſus ſit: "n ſi prior ſermone prouocaſſes (v. 14), non initum fuiſſet praelium illud. Nam vt ſequitur, inde a matutino tempore abduc-

2 Sam. II, 27.

CAP. XVII. ductus fuiſſet populus etc.„ *Gramm. S. lib. 4. tr. 2. p. m.* 1210. Simplicius vertit Schmidius: *quod niſi* (*aliud*, Clericus *aliter*) *dixiſſes; quod*, inquam, *tunc* etc. Sic et Germani loqui ſolent: *Hätteſt du vorhin anders geredet, ſo wäre ſchon* etc.

CAP. XVII, 2.

HUius verſus membrum *Athnachi* B. Lutherus dure tranſtulit: *die tauſend und hundert Silberlinge, die du zu dir genommen haſt*, (qſ. diceretur לְקַחְתָּ) etc. *Siehe, daſſelbe Geld iſt bey mir, ich habs zu mir genommen*, (qſ. לְקַחְתִּיו לִי;) quum ex fonte liquidus hic fluat ſenſus: Mille et centum argenteos (ſiclos quod attinet,) qui ablati ſunt tibi, et tu exſecrata es, (*und weswegen du geſtuchet haſt*,) atque etiam locuta es coram auribus meis (*ja auch ſolches mir anzuhören geſagt*;) en! argentum illud apud me eſt, ego abſtuli illud. Apparet hinc, filium matri iſtam pecuniam furripuiſſe, poſtea diris eius et imprecationibus motum reddidiſſe, ait Rauppius *ad h. l.* Proinde etiam mater filio propter hanc ingenuitatem et reſtitutionis promtitudinem benedicens, exſecratione ſua eum eximit. Secus quidem interpretatur B. Calouius *h. l.* quod filius Micha non reus ſit furti, ſed potius teſtetur, ſe ha„bere adhuc illos argenteos, quos acceperat a matre aſſeruandos: *argenteos, qui „accepti tibi ſunt* (ſeparati vel ſepoſiti), *ecce apud me ſunt, accepi* enim *eos ipſe*, „ſi forte oblita es, quod mihi tradideris aſſeruandos, aut excidit memoria vo„tum tuum, *et tu vouiſti cum iuramento*, vel *exſecratione* cultui ſacro. Fundamentum iſtius expoſitionis quaerit in hac obſeruatione, quod verbum לקח, quoties ſermo eſt de tertio quopiam, qui alteri rem aufert vel furatur, nunquam cum ל conſtrui ſoleat, ſed cum מן, vt Gen. II, 22. 23. Deut. III, 4. 2. Reg. II, 9. 10. Iſ. XLIX, 24. Ier. XXIX, 22. et quod vice verſa, quum aliquid ſibi vel in ſuam vtilitatem quispiam accipere dicitur, ſemper illud verbum cum ל conſtruatur, nunquam aliter, coll. Gen. VI, 2. VII, 2. XII, 19. Specioſe ſatis. Enimuero quod ad *explicationem* attinet, a) לקח quum ipſemet forte duri quid ſecum ferre animaduerterit, mitigare ſtuduit per ſignificationem *ſeparandi* vel *ſeponendi* inſuetam, melius ſic habuiſſet pro verbo praegnante, vt alias ſaepe eſt. b) Inuoluit *ellipſin* ממני *ame.* at ſic contra genium ebraiſmi, qui diceret לְקַחְתִּי לָךְ *accepi tibi.* c) לך eſt ipſi datiuus *commodi*, quum tamen iſtud argentum non fuerit pro matre, ſed לבנו *pro filio ſuo*, v. 3. d) Denuo maiorem facit *ellipſin*, nempe *obliuionem et traditae pecuniae, et voti*, de quo in textu nec μὺ nec γρὺ. Et quis credat facile, matrem adeo immemo-

rem

rem fuisse illius summae? quandoquidem feminae in nulla re magis soleant esse tenacioris memoriae, nisi animo conceperit matrem annosam et decrepitam. CAP. XX.
Nec memini e) verbum אלה simul importare significatum *vouendi cultui sacro*, qui alias effertur, vti in *vers.* 3. per verbum התקדש *separare, sanctificare.* Quoad *probationem* in locis prioribus verbi לקח constructi cum מן notio *furandi* minus quadrat, ceu cuiuis conferenti patebit, adeoque non praeiudicant loco nostro. Et posteriora loca cum ל haut fauent ipsi, ipsiusque expositioni, cum ל ibi sit *reciprocum*, non *relatiuum*.

CAP. XX, 9.

וְעַתָּה זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר נַעֲשֶׂה לַגִּבְעָה עָלֶיהָ בְּגוֹרָל׃

B. Lutherus ex hoc versu vnum fecit comma, voce עליה posthabita, et בגורל ad sequentem versum tracto. Similiter Castellio. Rauppius quidem non conuulsit versum, attamen propositiones, per *Atnachum* separatas, hac versione: *Et nunc haec est res quam faciemus Gibeae contra eam, in sorte* i.e. sortiemur, nomine sic in verbum conuerso cum Luthero. Alii rectius tum integritatem versus, tum propositionum ductu *Athnachi* obseruantes, de supplemento saltem vltimae cogitarunt. LXX, Munsterus, et Angli supplent *adscendemus*, Tremell. *oppugnabimus*, pro quo Piscator et Gall. elegerunt *ibimus*. Cl. Hillero *in Dissert. de Aenigm. Ps.* XLIX, 15. *p.* 12. placuit *agemus*. Reinbeckius *in Doctr. de Accent. Ebr. p.* 366. vbi hunc locum recensuit, quodnam verbum commodissimum foret, lectoris relinquit iudicio. Quanquam adducta in re ipsa parum vel nihil differunt, reique sunt satis congrua; magis tamen textuale, vbi est, tutius praeferendum duco, adeoque cum Hillero ἀπὸ κοινοῦ repetendum נעשה, vt versio sit: Et nunc, haec esto res, quam faciemus Gibeae: (agemus) contra eam sorte, quinam nempe annonae curatores, et quinam bellatores sint futuri? non male exponente Rauppio *h. l.*

I. SA-

CAP. II.

I. SAMVELIS.

CAP. II, 25.

וְלֹא יִשְׁמְעוּ לְקוֹל אֲבִיהֶם כִּי־חָפֵץ יְהוָה לַהֲמִיתָם׃

Sed non attendebant ad vocem patris sui (Eli), *quia volebat Iehoua occidere eos.*

NOn equidem me fugit, quod notio heic *causalis* particulae כי quibusdam videatur durior, et patronis absoluti decreti fauere, ideo substituere malunt aliam molliorem, nempe vel *coniunctionalem* Quod, vti Seb. Schmidius, vt vox patris sit minantis et praedicentis, h.s. *quod vellet Iehoua occidere eos*, (nisi a sceleribus suis remitterent;) vel ab hac parum differentem *concessiuam* Quamuis, ceu Tarnouius *in Exerc. Bibl.*; vel *consecutiuam* Propterea, ideo, quemadmodum Buxtorfius *in Lex.* Glassius, Franzius *Tr. de interpr. Sc. Orac.* 15. Waltherus *Harm.* Rauppius *h.l.* Pfeifferus *in Dub. Vex. p.* 363. Danzius *interpr. Ebr. Ch. p.* 298. (*m*) D. Maius *in Oecon. Iud. Diu. P. I. p.* 665. 666. et Clericus *h.l.* Nihilosecius magis placet propria et famosior suppositio Nam, quia, cum Vulgato, Luthero, et Hackspanio *in Not. Bibl. ad h.l. p.* 635. vt reddatur ratio, cur illi non obediuerint, quia scil. Deus ex iustissimo iudicio eos voluerit interficere, ac exemplum statuere in obduratos, quum hi filii Eli fuerint filii Belial, scortatores, et praefracte in cultum Dei peccantes. Atque sic *de voluntate consequente et iudiciali* exponi posse cum Gerhardo, Hunnio et Calouio concedit Pfeifferus *l.c. p.* 362. itaque nuper exponit Dn. D. Fechtius *Tom. I. Noct. Christ. Exercit.* 2. §. 15. "Non obtemperarunt filiim onitis pa-"ternis; quippe ob tot tantaque scelera et toties repulsam gratiae ad poenitenti-"am eos reuocantis benignitatem, firmiter Deus decreuit, sine vlteriore gratiae "oblatione ad mortem exitiumque eorum promeritum properare. Et ne cui dura sit haec expositio propria, bene confert Hackspanius locum Ios. XI, 19. 20. *Non fuit ciuitas, quae pacem fecerit cum filiis Israel praeter Chiuaeos, in Gibeon habitantes,* כי QVIA A DOMINO FVIT, VT INDVRARET COR EORVM IN OCCVRSVM BELLI CVM ISRAEL, VT OCCIDERET EOS, VT NON ESSET EIS MISERICORDIA, *quin dispergeret eos, sicut praecepit Deus Mosi.* Vbi tamen effugiis hisce locus nullus. Quanquam et priori non commodus, quoniam nulla facta fuit specialis de morte comminatio: et generalis alias a lege petenda heic emphasi caret. Nec posteriori, quum Eli aliam assignet rationem, quod scil. pecca-

peccauerint in Deum. Etsi tantum *idcirco* interficiendi fuissent, quod voci patris non obediuerint, Eli fuisset excusatus. Atuero Eli poenas dedit. Et pro hoc sensu fuisset in promtu vox לכן, qua etiam Spiritus S. vsus est in hoc ipso capite v. 30. et c. III, 14. Quae rationes Hackspanianae sane non sunt nullae. CAP. III.

CAP. III, 3.

וְנֵר אֱלֹהִים טֶרֶם יִכְבֶּה וּשְׁמוּאֵל שֹׁכֵב בְּהֵיכַל יְהוָה
אֲשֶׁר שָׁם אֲרוֹן אֱלֹהִים׃

MAgna interpretum nubes, quorum aliquot notat Reinbeckius *in Doctr. de Acc. Ebr. pag.* 367. vocem שכב construunt cum sequentibus בהיכל יהוה, quumque sic difficultate non leui se implicatos viderint, *ac si Samuel in sanctuario cubuerit*, quod ne intrare quidem ipsi fas erat, hinc se non melius expedire valuerunt, quam *accipiendo latius templum Domini*, vt contiguas etiam cellas Leuitarum comprehendat. Vid. Seb. Schmidius, & Clericus *h. l.* Proinde etiam Targum Ionathanis explicationis gratia inseruit *in atrio Leuitarum*. Ast latiori isti acceptioni obnititur restrictio haec: *vbi erat arca Domini*; atque has similesue salebras facile euitassent, dummodo *Athnachum* rite consuluissent, verba ושמואל שכב manifeste a sequentibus distinguentem, et membrum aliquod *parentheticum* constituentem, h. s. Quum lucerna Dei nondum esset exstincta, (i. e. nondum esset tempus matutinum sub auroram, quo lucerna Dei exstingui solet, coll. Exod. XXVII, 20. 21. XXX, 7. sed alta adhuc nox, vel vt Kimchi, tempus gallicinii,) Samuele adhuc cubante, (qui alias sub tempus exstinguendae lucernae mane cum Leuitis cubitu surgere solebat, *vers.* 15. vid. Schmidius & Clericus *ad h. l.*) in templo Iehouae, vbi erat arca Dei. Quam constructionem rectissime attenderunt Ebraei *in Halichoth Olam ex edit. L'Empereur p.* 187. R. Ieschaia, Kimchi et Ben Melech h. l. it. R. Calonymus in שער טעמי המקרא, cuius verba legere est ap. Reinb. *l. c. in iudiciis cl. viror. praemissis lit. f.* Iudaei in V. G. Angli, Belgae et Rauppius *h. l.* quanquam hi non incommode et clarius per *hyperbaton*.

Vers. 21.

Membrum primum huius versus ad vitandam tautologiam apparentem malumus cum Seb. Schmidio referre ad Israelem. Perrexit itaque Iehoua

CAP. IV. apparere in Schilunte Israeli quaerenti Iehouam. Quomodo? quoniam reuelauit se Iehoua Samueli in Schilunte per verbum Iehouae (i. e. *suum.* antecedens pro relatiuo. vid. *Lux. Ebr. p.* 294.) Nec adeo repugnauerim, siquis cum B. Tarnouio *in Exerc. Bibl. p.* 364. verbum explicet, de Filio Dei verbo ὑποστατικῷ.

CAP. IV, 1.

PRimum hemistichium ita potius cum Raschio, Ralbago, Vulgato, Tremellio, Rauppio, Schmidio, vertendum est: Et euenit verbum Samuelis (sc. contra domum Eli prolatum) toti Israeli. (Nam quae Pontificibus, Principibus eorumque familiis accidunt, ad totam rempublicam pertinent, cuius sunt capita.) Eo sensu ipsum ויהי adhibetur Gen. XXIV, 15. Et eueniebat id ipsum, *antequam absoluerat loqui.*

Vers. 8.

Ad vocem postremam במדבר quidam cum τοῖς ὁ et Vatablo subintelligunt copulam ו (*et*) *in deserto.* Seb. Schmidius singulariter ער (*vsque*) *in deserto*, vt ita notetur terminus vltimus h. l. vsque dum eos tandem in deserto „submersit in mari Suph.„ Sed illud ער non admittit praefixum ב, ni otiosum esse debet. Ista vero *ellipsis* inde est, quod בכה־מכה vertunt *omni plaga*, s. *variis plagis*, quas in deserto non euenisse Aegyptiis vident; quanquam nihilominus simpliciter B. Lutherus. Verum non tam licenter ad ellipses proruendum est, praesertim, quando adhuc simplicior sensus supersit, qui semper praeferendus, estque hic ἐμφατικώτερος, ipsique rei aptior: *hi sunt illi Dii*, (e mente Philistaeorum idololatricorum) *qui percutiebant Aegyptios* totali percussione s. clade (*durch eine gänzliche, völlige Niederlage*, coll. v. 10.) in deserto, hunc sensum praeclare prae aliis tenuit Piscator, vertens *perfecta clade* vel *consummata percussione.*

Vers. 17.

וַיַּעַן הַמְבַשֵּׂר וַיֹּאמֶר

Et respondebat nuntius et dicebat.

Quum verbum בשר alias semper *laetum* notet *nuntium*, hoc vnico loco excepto, ideo B. Varenius et eum ab exceptione liberare voluit, si ה in המבשר habea-

habeatur pro ה interrogationis h. ſ. *Er antwortet; werde ich ein Freuden-Bote ſeyn?* (i.e. *mit nichten*) *maßen, ſagt er ferner, Iſrael iſt geflohen* etc. Sed quis non videt, hoc eſſe coactius? nec pati *accentuationem* arcte verbum et nominatiuum coniungendo per ſeruum *Kadmam.* Idem etiam tentauit Schmidius *ad h. l. p.* 114. cui nuncius hic non proprie, ſed improprie dicitur מבשר, quod ſit, *bonus nuntius*, quod talis putabatur fore antequam audiebatur. Deinde conſiderandum dat, annon ebraea ita verti poſſint: *Porro reſpondit* (Eli); *num bonus nuntius* (*es*)? *qui* (nuntius) *dixit.* Sed non poſſe diximus, quin ipſimet hoc ſubolet, quando *in coll. Bibl. Pr. p.* 276. huic verſioni ſubiicit: *ſi accentus non obſtare putaueris.* Multominus admittit iſtam *enallagen perſonae* ebraiſmus, in perpetuo reſpectu et nexu duorum verborum ויען ויאמר. Priorem ſententiam poſſemus admittere. CAP. V. VI.

CAP. V, 8.

גַּת יִסֹּב וגו׳

HEic Lutheri verſionem, *laßet die von Gath umbertragen, vix quadrate*, non ab re iudicat Schmidius *ad h. l.* Illa enim ſupponit punctationem verbi in *Hiphil* יָסֵב, vel יַסֵּב quemadmodum mox ſequitur וַיַּסֵּבוּ, coll. *Luc. Ebr. p.* 81. quum vero ſit forma fut. *Niphal* vertendum potius eſt: Verſus Gath circumducatur, Germ. *Man laße die Lade des Gottes Iſrael umkehren nach Gath.* Et גת eſt pro לגת. Nam praepoſitio vel ה locale in nominibus loci ſolet nonnunquam omitti, coll. v. 10. & c. VI, 9.

CAP. VI, 3.

אָז תֵּרָפְאוּ וְנוֹדַע לָכֶם

VBi Schmidius & Clericus commode *conditionalem* concipiunt orationem: Tunc ſi ſanabimini, ita Germani; *werdet ihr alsdenn Heil werden, ſo werdet ihr erkennen können* etc. Sane locutio eorum conditionalis patet ex v. 9. coll. v. 5.

CAP.X.XX XXI.

Cap. X, 12.

וּמִי אֲבִיהֶם

MEntem responsi huius, quod pius quidam vir populo super Saulem vna (musicaliter) prophetantem obstupescenti dabat, interpretes pauci recte assecuti sunt, non attendentes, quod vox אב haut obtineat heic significationem propriam *patris*, sed potius *Magistri et Doctoris*, coll. 2. Reg. II, 12. XIII, 14. VI, 21. et Raschi ad Deut. VI, 7. et Num. III. 1. Et sic optime Chaldaeus h. l. iuxta ac Gen. IV, 20. 21. transtulit per רב, ומן רבהון Quis est Magister s. Doctor eorum? *Wer ist denn ihr* (non *sein*, ceu B. Lundius reddit *im I. H. l. 4. c. 9. p. 768. a.* affixum הם ad Saulem referens, ac si diceretur אבין, referendum ad *chorum prophetantium* siue instrumentis musicis et hymnis Deum celebrantium, v. 5. 10.) *Meister und Lehrer hierinn gewesen?* id est, bene post Kimchium et Ben Melech interpretante Vatablo: *qui docuit illos, et dedit illis Spiritum prophetiae, potuit etiam docere Saulem, et dare illi Spiritum propheticum.*

Cap. XX, 14.

וְלֹא אִם־עוֹדֶנִּי חָי וְלֹא־תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד יְהוָה וְלֹא אָמוּת׃

QVod comma varii varie reddunt. Mihi cum Rauppio videtur omnium simplicissima interrogatio Iunii et Tremellii, hoc tamen modo et nexu: Et (*si Iehoua fuerit tecum*, vt rerum potiaris,) nonne, siquidem adhuc vixero, nonne, inquam, vicissim facies mecum gratiam Iehouae, vt non moriar? v. 15. *Neque exscindas* etc.

Cap. XXI, 6.

IN hoc versu Dauid tres affert rationes ad dandum sibi sociisque panem sacrum in defectu profani. 1.) ad dubium sacerdotis: *certe mulieres cohibitae fuerunt nobis heri et nudius tertius*, (coll. Exod. XIX, 15.) *egrediente me, etiam vasa* (i. e. corpora, præsertim membra, quae polluere censebantur reliquum corpus, coll. 1. Thess. IV, 4.) *puerorum horum fuerunt sancta* (propter abstinentiam a mulieribus); 2) *Adhaec hic* (panis) *est more* (instar) *profani* (vtp. iam remotus a facie Domini v. seq.); 3) *idque eo magis, quod hodie sanctificabitur* (*alius* חם *recens* v. seq.) *in vase* (in mensa.)

CAP.

CAP. XXV, 6.

וְאָמַרְתֶּם כֹּה לְחַי

NEscio quas tricas nectant, in quaeue deuia incidant, multi interpretes circa sensum vocis לחי recte exprimendum. Vatablus cum Ebraeis quibusdam, vt Kimchio et Ben Melech exponit: *Ita tibi viuenti proximo anno contingat facere, nempe vt incolumis tondeas oues* etc. Alii cum Chaldaeo: *sic tibi accidat quamdiu vixeris*. Qui diffusior sensus fluit ex falsa simul constructione, dum voculam כה, cum verbo ואמרתם cohaerentem, construunt cum seq. לחי, quo pacto requireret seruum *Munach*, et praecedens verbum distinctivum minorem *Tiphcham*. Seb. Schmidio placet versio Tremellii: *et dicite ei, si incolumis est*, vtsi diceretur אם בהיות חי vel בהיותו חי. Nec conditio haec aptà ad rem. Ergone, si minus recte valuisset Nabal, Dauid eundem non vellet voto hoc *et tu pax sis* etc. exceptum? Dat insuper Schmidius hanc: *et dicetis sic: viuo* (h. e. Deo viuo vitae nostrae Domino te commendo) *vt tu sis saluus* etc. Ast quid haec coacta ellipsis? vbi nulla opus. Simplicius quidem in versione: (sis) *in viuacem: ita vt sis pacatus* etc. Iuxta vero quam vt et vernaculam Lutheri, quae quidem sensum pro re ipsa reddit clarum et aptum, potius in voce כה collocandus fuisset *Athnach*, signum dicti ab ipso dicto distinguens. Literae itaque et accentuationi conformior est haec interpretatio: Et dicetis sic bene viuenti illi, *dem reichen Hansen*. Sic verbum אמר suum habet *casum*, et quidem indicio ה *datiuum*, simulque ה *demonstratiuum* latens exprimitur, et vox חי sumenda est ἐξοχικῶς cum epitasi *bene, feliciter*, sicut et saepe alias, vid. 1. Sam. X, 24. Gen. XVII, Prou. IV, 4. et Ier. XXXVIII, 2. vbi bis occurrit, et posterius ad vitandam tautologiam (hinc Lutherus omisit) exponendum recte censet Schmidius *adh. l. Et viuet laetus, gaudebit super vita sua, bene ipsi erit.* Atque ita accurate in loco nostro Iudaei Amstel. *und ihr solt also sagen zu dem es wohlgehet.* et Rauppius *h. l.* nisi quod כה male coniungat cum חי. Ier. XXXVIII, 2.

Cap. I. V.

II. SAMVELIS.

Cap. I. 9.

כִּי־כָל־עוֹר נַפְשִׁי בִּי׃

QVod communiter cum R. Abendana *ad* M. *I. h.* l. per traiectionem exponunt: *nam* adhuc tota *anima s. vita mea est in me.* Atque hinc orta est disceptatio nonnullorum, quare dicatur *tota anima,* cum partes non habeat? Quae vero tota recidit, dummodo verba in suo positu et constructione accentuaria relinquantur, et obseruetur cum Dn. Danzio *in Interpr. Ebr. Ch. p. 160.* quod vocula עוֹד etiam habeat notionem nominis, denotetque *tempus, prorogationem, protractionem, continuationem, durationem, tempus protractum, continuatum* etc. Commode igitur heic reddas: nam toto tempore (ab ictu hucusque) protracto est anima mea in me. Germanice *denn die ganze Zeit her ist meine Seele oder Leben noch in mir.* Vid. R. Sal. b. Melech *h.* l. Seb. Schmidius *ad h.* l. et cl. M. Rus *in Disp. Philol. II. de Somno Pistor. Praef.* ex Gen. XL. *p.* 44. Locus plane parallelus occurrit Iob. XXVII, 3. vbi consentit Lutherus, aliique.

Cap. V, 6. 8.

DE הָעִוְרִים וְהַפִּסְחִים coecis et claudis illis tendunt in diuersum sententiae. Plerique per illos intelligunt idola s. deos tutelares Iebusaeorum, quos Iebusaei super murum collocatos ita vocauerint per *μίμησιν,* coll. Ps. CXV. 5. 7. Verum B. Hackspannio *in Not. Bibl. ad h.* l. *p.* 657. ex collatione 1. Chr. XI. 5. 6. non fit verisimile, intelligi idola, quum ibi nulla exstet mentio s. coeci s. claudi, sed Iebusaeorum duntaxat; sed sensum genuinum esse: *non ingredieris huc, donec nos omnes interfeceris, qui hactenus animo praesenti populo Ebraeo nos opposuimus, quin etiam resistent tibi ipsi coeci et claudi, qui inter nos degunt.* Attendendum enim est, pergit, ad occasionem, hoc est verba Iebusitarum, ad praemium victori praestitutum, quum laus sit perexigua, vincere coecum aut claudum; denique ad ipsum prouerbium, quod inde traxit originem. Quae sane rationes Hackspanianae non sunt nullius momenti. Conuenit fere Petri Possini Iesuitae *in Spicileg. Euang.* §. 17. accuratior licet paulo et specialior sententia, qui pro-

prouerbiali hac locutione *non ingredieris huc, nisi abstuleris coecos et claudos*, hoc significari putat: non potieris hac arce, nisi incorruptissimos, et citra defectionis omne periculum fidelissimos custodes inde remoueris. Notione enim *coecorum* et *claudorum*, firmissimorum ac fidissimorum praesidiariorum dotes egregie declarari. Hi enim et ad speciem munerum, quibus emitur fides venalis, et ad reuerentiam acceptationemque personarum *coeci* esse debent, et parati, nulla dignitatis aut gratiae vllius ratione habita, aduersantem quemlibet repellere: ad oppressionem vero ac vim illatam *claudi*, hoc est, tam praesenti animo et imperterrito, ut nunquam fugiant, aut loco cedant. Quod autem de istis *coecis* et *claudis* additur: *eos odisse animam Dauidis*, et dixisse: *non ingredietur Dauid huc*, dare occasionem suspicandi, fuisse istos Israelitas apostatas, qui cum ad superstitiones gentium transiissent, aut etiam Dauidem priuatim laesissent, ex conscientia inexpiabilis piaculi fidem suam Iebusaeis commendauerant, satis intelligentibus, passuros eos potius extrema omnia, quam se Dauidi ad certum supplicium dederent. *Claudos* autem vocari apostatas a vera religione docet ex 1. Reg. XVIII, 21. vbi Elias declinantem a Dei cultu in Baalis superstitionem populum sic increpat: *quousque vos* פסחים *claudicantes* estis, eodem verbo, quo prius claudos in loco, quem tractamus, appellatos vidimus. In quam sententiam pedibus ire nulli dubitamus. Hinc id prouerbii enatum est: *coecus et claudus non venit domum*, ex timiditate, sed intrepidus firmusque perstat in praesidio et statione sua, speculatur, vigilat, et ad extremum vsque vitae halitum dimicat. CAP. V. VI.

CAP. VI, 2.

אֲשֶׁר־נִקְרָא שֵׁם שֵׁם יְהוָה צְבָאוֹת יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים עָלָיו׃

PROpter ψευδεμνειων Photinianorum vertentium, *quae* (arca Dei) *vocata est nomine* (fingunt ellipsin ב) *Iehoua Zebaoth*, dispiciendum est, num relatiuum אשר referendum sit ad propinquius האלהים? *cuius* (Dei) *inuocatur* (ibi, nempe ad arcam) *nomen* etc. (At nulla opus est ellipsi, vbi textus plane est plenus.) an vero ad remotius ארון *arcam*? Quod vtique rectius. Minime quidem *in casu recto* cum aduersariis, sed *in obliquo*, indicio pronominis *affixi* עליו, per consuetum idiotismum, vid. *Lux Ebr. p.* 297; duce quoque *accentuatione*. Si enim עליו dependeret a verbo propiori ישב, vox צבאות insignienda fuisset rege maiore *Sakephkaton*. Et fauet huic constructioni paralleliſmus non solum loci 1. Chr. XIII, 6. verum etiam 1. Sam. IV, 4. 2. Reg. XIX, 15. Psalm. LXXX, 2. in quibus ישב absque praepositione poni-

CAP. VI. VII. ponitur. Itaque simplex et prona procedit versio haec: ad quam inuocatur nomen, nomen, inquam, Iehouae [Dei] exercituum, insidentis Cherubinis. Sic et rectissime עליו cum אשר construxisse video B Iac. Wellerum *in reg. 3. philol.* §. 4. Neque discordat hoc pacto locus parall. *Chron.* vbi transpositis vocibus ἐλλείπει τὸ עליו vel שם, vti quoque alias vsu venit. vid. saltem Gen. XXXV, 13. 14. coll. cum V, 15 vbi suppletur. Nullatenus vero audiendi heic sunt Vitringa *in S. Obseruat. lib. 1. dissert. 3. cap. 2. p. m.* 176. et Clericus *ad h.* l. qui cum Grotio (quem refutauit Calouius *B. I. h.* l.) praetendere audent, (..) *sub priori* שָׁם *mendum esse, et pro eo legendum* (־), *vt significetur: Vbi* (*ad quam*). Quae versio alioquin est pro nobis.

Vers. 13.

Quando in hoc commate dicitur, quod, *quum progressi essent portantes arcam Iehouae sex passus s. gressus,* (LXX ἑπτὰ χοροὶ) *sacrificatus fuerit bos et pinguis* (*aries,* coll. 1. Chr. XV, 26. vbi etiam numerus singularis indefinitus pro plurali ad septenarium definitur.) quid hoc sit? fatetur se ignorare Rauppius *ad h. l.* nisi quod suspicetur, sex choris seu sex distinctis ordinibus ipsos fuisse ingressos: vel cum portantes arcam sex vicibus quieturi substitissent. Sed meretur heic assensum Seb. Schmidii et Clerici expositio, quod non sacrificatum sit toties, quoties sex passibus Leuitae cum arca Dei processerunt: sed semel tantum in initio itineris, cum Leuitae sex tantum passibus in via progressi essent. Sicuti enim in fine deductionis arcae Dei sacrificarunt v. 17. Sic cum sacrificiis ipsum deductionis actum inceperunt. Sacrificarunt itaque in gratiarum actionem, cum precibus pro vlteriori successu.

CAP. VII, 14.

אֲשֶׁר בְּהַעֲוֹתוֹ וְהֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים וּבְנִגְעֵי בְּנֵי אָדָם׃

QVod prior dicti pars, Ego ero ipsi in patrem, et ipse erit mihi in filium, agat de Christo, non typice, vel mystice saltem, sed literaliter, comprobat Apostolus Ebr. 1, 5. tantoque magis se approbabit, si monstrauerimus, alteram nec minus partem hanc in litera de eodem loqui, quam tamen etiam ii, qui priore n de Messia proprie, de *Salomone* supponunt, *in quem inique acturum Deus virga et plagis hominum* (i. e. communi siue humana et leui casti-

castigatione) *animaduersurus sit.* Enimuero verba praesertim אנשי CAP. VII.
ובני אדם, quae Psalm. LXXXIX, 33. non occurrunt, sublimiorem summeque rigorosam insinuare castigationem mihi sane videntur. Et quamuis hunc locum iam *in Not. Select. in Ep. ad Ebr. p.* 6. 7. pertractauerim, lubet tamen eum aliquanto elaboratiorem suae sedi vindicare. Verba itaque fontis in suo positu suaque ἐμφάσει probe ponderata hoc modo exponenda duco: Qui dum iniquum faciet se, (iniquitatem nempe alienam hominum assumendo. Sic והעמידו Leu. XXV, 8. *tum constituet se.*) vel nominatiuum verbi actiui ex subsequente membro adsciscendo: Quem dum iniquum siue peruersum facient, constituent, [homines, vt חטאת *sacrificium peccati*, Leu. XVI, 9. confitendo super ipsum omnes suas iniquitates et peccata, eique imponendo v. 21. 22.) ideo arguam eum (vt iustus iudex) virga hominum, et plagis (hinc נגעי *plagis affectus* Ies. LIII, 4. coll. v. 8) filiorum hominis s. Adami. (quas scil. ipsimet meruissent.) Vt adeo hoc illustre oraculum Filii et Domini Dauidis, adeoque θεανθρώπε, coll. *cap. nost. v.* 19. passionem satisfactoriam viuide praefiguret, coll. commentarii vice Ies. LIII, 4. 5. Haec ita cum interpretarer in Collegio in libros Samuelis iam aliquot abhinc annis habito, dein varios de isto sensu interpretes, sed frustra consulenti, nisi quod apud iudicioſum Calouium quaedam apprime huc facientia, et postea adducenda, inuenerim, venit opportune ad manum Dissertatio Rostochiensis *de Semine Dauidis Christo solitarie intelligendo ex dicti natura 2. Sam.* VII, V, 11.—16. sub praesidio iam ἐν ἁγίοις D. Theologi Grunenbergii habita. Qua auide et stante, quod aiunt, pede perlustrata, deprehendebam easdem mecum ad hunc locum nostrum meditationes. De quibus apprime gaudebam, mihique gratulabar, tantum virum, cuius in interpretandis scripturis ratam ἀγχίνοιαν dudum aestimare didici, habere ὁμόψηφον; tantummodo in hoc vnico in speciem διαφέροντα, quod infinitiuum Hiphilicum בהעותו acceperit *permissiue* h. m. *Qui cum permittet peruerse se tractari, illum corripi faciam etc.* Quem sensum iam antehac anno 1698. *in Dissertat. inaug. de Filio Dei ex Aegyptiis vocato* §. 32. aperuisse postmodum vidi, Germ. *Indem er mit ihmselbst verkehrt machen wird*, vel *da er leiden wird, dass man ihm übel thue, und es verkehrt mit ihm mache.* Verum sic, quod pace venerandi viri dixerim, non clarus mutuusque apparet nexus inter antecedens peccatum et consequentem reatum siue poenam. Modum namque peruerse tractandi Messiae clare sistunt verba immediate consequentia, isteque praesupponit suam causam. Proinde vt verba se amice inferant, et *relatiue* et *transitiue* reddidi. Quod si vtique placeret *permissiua* significatio, non aeque repugnarem, hoc autem modo:

CAP. VII. Qui cum permittet peruersum se fieri, (vi dicti 2. Cor. V, 21.) tum etiam permittam corripi eum virga hominum etc. Qui sensus cum superiori bene conuenit, eundemque intendisse Max. Reu. Virum ex vlteriori postmodum declaratione colligo, solummodo quod istud *peruerse* obscuritatem aliquam inducat, cum omnino differant *peruerse tractari*, et *peruersum tractari* siue *haberi*, illud ex hoc consequitur. Sic et nouissime verba nostra de Christo exposuit celeb. Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p. 777 seq.* "Eatenus, ait, *praue egisse* dicitur, quatenus vt sponsor et mediator noster sua fecit, quae nostra sunt, Ps. XL, 13. LXIX, 6. ac pro iis castigari debuit, Ies. LIII, 5. 7. hinc dicit hic Pater: *qui cum peruerse egerit, tum redarguam eum virgis hominum, et plagis filiorum hominis*, i.e. quibus homines in sceleratos animaduer-
Ps. LXXXIX, 31. seq. tere solent.„ Dubium autem illud, quod ex Ps. LXXXIX, 31. seqq. expositioni datae obuertere possent, praeclare et pulcre diluit B. Calouius *Bibl. Illustr. ad h. l. p. 766. b.* non mirum, quod cit. Psal. haec de praeuaricationibus et poenis „prolixe ad *filios Messiae* transferantur: *Si autem dereliquerint filii eius legem „meam etc. visitabo virga iniquitates eorum, et verberibus peccata eorum*: fit „enim hoc, arguendo *a minori ad maius*, quod, *cum in Christo nostrae vel alienae „ita punitae sint iniquitates, in filiis eius, si praeuaricati defecerint, multo ma„gis puniendae sint iniquitates propriae.* Siquidem etiam Christus ipse ita „concludat Luc. XXIII, 31. *Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet?* „Docere autem istis Hieropsaltes voluit, *tametsi in Messiam vi promissionis si„bi factae, iniquitates nostrae translatae sint, isque plagis affectus sit propter eas dem, et poenas earum sustinuerit, non tamen filiis eiusdem impune licere peccare, et legem Dei transgredi, quin visitaturus etiam sit Deus iniquitates et peccata eorum:* ideoque ita fide suscipiendum esse Messiam, vt gratia diuina non abutamur ad peccata, sed vt χάρις σωτήριος παιδεύουσα ἡμᾶς reuocet nos ab impietate. Vbi tamen obseruationem meretur, *quod reuertatur Dauid statim ad promissionem de Messia: misericordiam autem meam non dispergam* AB EO, *neque mentiar in veritate mea.* Non dicit AB EIS, filiis nempe eius, sed AB EO; vt *primum ipsi Messiae* praestandam esse promissam gratiam significet, quam anxie anhelauit in plagis suis ipse Ps. XXXI, 10. XL, 12. 13. 14. LXIX, 1. 14. 17. exauditus a Deo Ies. XLIX, 8. Ebr. V, 7; tum vero *propter Messiam* etiam filiis eius, poenitentiam agentibus, et ecclesiae vel regno Messiae, vt illi non abiiciantur, et stabile maneat regnum eius, ideo addit: *neque profanabo testamentum meum* etc.

Vers.

Verſ. 19. CAP. VII.

וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם אֲדֹנָי יְהוִה׃

Verba poſtrema ארני יהוה communiter efferunt in *vocatiuo*, quamuis in ſenſu quodammodo differant. Vatablus ita: *Et iſta eſt lex hominis* i. e. conditio et ſors viri magni et excellentis, non hominis vilis et abiecti, qualis ego ſum: q. d. id quod locutus es, decet ſolum hominem praeclarum et inſignem. Tremellius vero: *idque ratione humana, Domine Iehoui.* Quam verſionem laudat, vlteriusque exponit B. Tarnouius *in Exercit. Bibl. pag.* 364. Pariter in caſu quinto prius reddiderat B. Lutherus hoc ſenſu: *Iſt das Menſchen-Recht, Herr, Herr?* deinde *Ach Herr, Herr, erzeigeſt du dich alſo gegen einen Menſchen.* Tandem vero per appoſitionem cum האדם; *das iſt eine Weiſe eines Menſchen, der Gott der Herr iſt.* Conf. de hac verſionis variatione cl. M. Krafftii docta *ἐπίκρισις in Hiſtoriam verſ. Germ. Luth.* §. 12. qui tamen verſioni *vltimae*, quam ante *planam et plenam* dixerat, praeferri vult *primam.* Nihilominus *vltimam* prioribus palmam praeripere omnino exiſtimem; vt adeo Dauid promiſſionem de Meſſia eiusque beneficiis ſibi factam, ſummatim admodumque ſignificanter repetat: Atque haec vtique (כתור 1. Chron. XVII, 17. vbi כ eſt *veritatis*) eſt forma ſ. ratio hominis, vel proprie clara (cum reſp. ad rad. תור) inſtitutio [qua me gratioſe reſpexiſti וראיתני iuxta loc. parall. cit.) de homine (המעלה quoad excellentiam, excellentiſſimo, altiſſimo ibid.) qui ſimul eſt Dominus Iehoua Deus. Quem quoque ſenſum apprehendunt Friedlibius *h. l.* Heluicus *Diſp. Gieſſ. T.* 4. *diſp.* 5. *pag.* 105. et *Elench. Iud.* 2. *claſſ.* 1. *pag. m.* 56. 57. Glaſſius *in Onomat. Meſſ. Proph. cl.* 3. *n.* 3. *p. m.* 416. *ſq.* Feſſelius *Aduerſ. S. l.* 6. *c.* 4. *p.* 32. *et* 42. Thilo *in Medull. Th. pag.* 399. ſq. Peifferus *Dub. Vex. p.* 391. *ſ.* Dn. D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 778. et Dn. Hillerus tam in *Onomaſt. S. p.* 447. quam *in inſtitut. L. S.* cui quidem תורת et תור eſt pro תֹּאֹרֶת, תֹּאֹר, vertitque: *et haec eſt delineatio hominis* etc. At non opus eſt, vt formam et ſignificationem nominis in hoc vnico loco mutemus, et ex alia radice deriuemus.

Verſ. 21.

בַּעֲבוּר דְּבָרְךָ

Quum hic dicitur propter verbum tuum, ſed 1. Chr. XVII, 19. בעבור עַבְדְּךָ propter ſeruum tuum, quod poſt Iunium et Tarnouium *l. c.*

CAP. VIII. bene conciliat B. Calouius *ad h.l.* conciliat, vt *Verbum Dei sit seruus Dei*; *seruus autem Dei sit* Messias. Conf. Ies. XLII, 1. XLIX, 5. LII, 13, Nec aliter Witsius *Tom. II. Miscell. Exercit 3.* § 18 *p.* 102, adstipulante Dn. D. Deylingio *Obseruat. Sacr. P. I. p.* 132.

CAP. VIII, 4.

INsignem ἐναντιοφάνειαν, qua *pro numero* 1700 habetur 1. Chr. XVIII, 4. 7000 *equitum*, prae aliis conciliationibus partim duris et coactis, partim in textus sacri integritatem iniuriis, felicius conciliauit Seb. Schmidius *ad h. l. p.* 390. *et* 419. ex fine versus: nim. quod locus noster loquatur non de vniuersis captiuis, sed de captiuis, quos in vsum suum Dauid seruauerit. Sicuti enim ex *curribus*, quos *mille* fuisse dicitur l.c. Chr. retinuit sibi *centum* in vsum suum; ita etiam ex 7000 equitibus retinuit sibi 1700. Pedites omnes nempe 20000 seruauit, quia non pedites, sed equorum multitudo in lege erat prohibita vid. Deut. XVII, 16. Quam conciliationem ex ipsa scriptura optime hausta placere etiam video cl. M. Rus *in nupera Dissert. de Harmonia vitae Dauidis p.* 26. רֶכֶב τὸ vero etiam notare *equos curules*, vti *h. l.* confirmante praedicato
Ps. LXXVI, 7. וַיִּעְקֹר *et eneruabat*, coll. Ios. XI, 6. et 2. Sam. X, 18. Ps. LXXVI, 7. *dormiit et*
Ez. XXXIX, 20. currus et equus, i.e. tam equi curules quam qui equitantur. Sic Ezech. XXXIX, 20. *Saturabimini super mensam* סוּס וְרֶכֶב equo et curru, i.e. equis et iumentis curulibus, bene docet Bochartus *Hieroz. P. I. p.* 99. *et* 100. vbi quoque illius locutionis *currus* pro *equo* exempla ex Virgilio affert. Atque ita cum eodem sumit Clericus ad *loc. nostr.* post Iunium. Pari ratione פָּרָשׁ significare non solum *equitem*, sed et quandoque *equum* in locis 1. Sam. VIII, 11. 2. Sam. I, 6. Ies. XXI, 7. et clarius Ies. XXI, 9. c. XXII, 6. et c. XXVIII, 28. cum Bocharto *l.c. p.* 98. et Lud. de Dieu *ad ll. cc.* notat B. Varenius *Comment. ad Ies.*
Ies. XXI, 7. *XXI*, 7. inprimis propter vocem צֶמֶד, cuius vsus sit *non in copula personarum, sed suppositorum brutorum* e. c. *iumentorum, nunquam hominum.* Vnde vertit *par equorum, Krieges-Rosse.* Confirmat pariter istum vsum *equitis* pro *equo* Bochartus *l.c.* ex Virgilio, Macrobio, Ennio. Sic vice versa *equus* pro *equite* vsurpatur. Conf 2. Sam. XV, 1. cum 1. Reg. I, 5, Et ita in l. priori Vulg. et Pagninus vertunt *equites*.

Vers. 10.

Vbi verba כִּי־אִישׁ מִלְחָמוֹת non vertenda sunt in regimine *nam vir bellorum* cum *Toi*; sic enim talis foret accentuum positus כִּי־אִישׁ מִלְחָמוֹת.

Iam

Iam vero quum איש separatum sit per subdistinctiuum minorem *Tbhir*, et מלחמות cum תער per seruum *Mercam* cohaereat, mediante quidem verbo aliquo, ideo cum perspicaciore heic Chaldaeo vertendum; quia vir faciens bella cum Toi erat Hadadeser. CAP. X. XIII.

Cap. X, 18.

NOtabilis et heic cum Chronicis prodit ἀντιλογία, eaque gemina. *Prima* est, quando heic mentio fit 700 *curruum*, quos Dauid ex Syris perdiderit; illic vero 7000. *Altera*, quod locus noster Sam. 40000 *equites*; 1.Chr.XIX, 18. vero 40000. *pedites* interiisse perhibeat. *Illa* commodisse tollitur, si cum B.Walthero *in Harm. ad loc. nostr Sam.* Rauppio *ad eund.* Lightfooto *Tom. I. Opp. p.* 64. et Dn.M.Rus *in Disp. cit. p.* 30. dicamus, in libro Sam. *continens*, videlicet 700 currus, in quibus erant 700 decuriae militum i.e. 7000 milites; in libro autem Chron. *contentum* describi, scilicet 7000 milites, qui ex 700 curribus pugnabant. *Haec* pariter euanescit, si dicamus, vtrumque simul consistere, et coniungendum esse, ita vt Dauid tam 40000 equitatus, quam peditatus, iunctim 80000 Syrorum prostrauerit.

Cap. XIII, 16.

אַל־אוֹדֹת הָרָעָה הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת מֵאַחֲרַת אֲשֶׁר־עָשִׂתָ עִמִּי לְשַׁלְּחֵנִי

SEb.Schmidius facit haec verba Thamaris deprecantis, h.m. reddens: *Ne* (fiat) *negotium mali huius maioris, quam alterum erat, quod fecisti mecum: vt* scil. *dimittas* (repudies) *me.* Haut secus Clericus *h. l. Ne causam* praebeas *huic malo maiori eo, quo me affecisti, dimittendo me.* Lud. autem de Dieu reddit assertiue: *Non sunt causae huius mali maioris altero, quo me affecisti, quod me emittas.* Conueniunt ferme Lutherus, Iunius et Tremellius. Quae versiones sunt partim obscurae, partim accentuationi aduersae. Pro earum constructione in הזאת postularetur *Tiphchae* subdistinctiuus maior *Rbhia*, cum suis subordinatis h. m. אל־אודת הרעה הגדולה הזאת וגו. Iam vero quum in הזאת comparet rex maior territorialis *Sakephkaton*, indicatur, sequentia in vnum peculiare orationis membrum coire, et proinde potius velle hanc clariorem, mentique Thamaris conformiorem interpretationem, particula insuper אל naturam nominis induente, (vid *Lux Ebr. p.* 323.): Nihil *est* negotium

CAP. XIV. XVII. tium mali magni huius, prae altero quod facis mecum, ad expellendum me, (vt expellas me.) Germanice: *Der Handel dieſes (an ſich) groſſen Ubels iſt nichts (geringer) gegen (denn) das andere, das du an mir thuſt, daſs du mich ausſtöſſeſt.*

CAP. XIV, 13.14.

EXhibent hi verſus orationis mulieris Thekoitidis prudentem hypotheſin, qua Regem Dauidem ex propriis verbis conuincit, reducendum eſſe filium Abhſchalomum, cuius ſenſum et momenta curate et dilucide exprimere allaborabimus. *Verſ.* 13. Quare ergo cogitaſti ſimile (quod familia mea cogitauit contra filium meum cognatum ſuum,) contra populum Dei? (cum periculo ſalutis populi?) Nam ex quo locutus eſt Rex verbum hoc, (promittendo ſecuritatem filio meo,) certe reus factus eſt, (eo ipſo ſe ipſum vt iniquum iudicem condemnauit;) eo quod non reuerti facit Rex expulſum ſuum (proprium filium. Nec procraſtinanda eſt reconciliatio, 1. propter vitae noſtrae certam ac fluxam breuitatem) *verſ.* 14. Nam moriendo morimur et ſumus ſicut aquae diffluentes in terram, quae non recolligi poſſunt. (2. Imitandum eſt exemplum Dei miſericordis.) Et annon Deus ipſe rurſus acceptat animam (in gratiam?) et cogitat cogitationes (pacis?) vt non repellat a ſe (in aeternum) repulſum? Conf. Ier. III, 5. cum v, 12. et Pſ. CIII, 9.

CAP. XVII, 3.

כְּשׁוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר־אַתָּה מְבַקֵּשׁ

VT aliorum duras, deque ſuo affluentium verſiones taceam, bene multi interpretes ita ſimpliciter ac indefinite textum hunc reddunt, *quum, poſtquam, reuerſi fuerint omnes viri,* (qui ſcil. cum Davide ſunt,) *quos tu quaeris;* ac ſi diceretur כל האיש, et talis accentuum eſſet poſitus כשוב הכל האיש אשר־אתה מבקש, qui tamen ita ſunt poſiti, vt *generale a ſpeciali* emphatice diſtinguant, h.i.m. Cum reuerſi fuerint omnes, viri nempe illi, quos tu quaeris. *Wenn denn alle (zu dir) gebracht ſind, die jenigen Männer nemlich, deren du begehreſt, ſo* etc.

CAP.

CAP. XXIII, 1.3.4.5.6.7.

QUoniam in versus primi tum afferenda tum vindicanda hac versione: Verisime dictum Dauidis filii Iischai, verisime, inquam dictum, viri (qui) constitutus est excelsus, vncti Dei Iacobi, et iucundi psalmis Iisraelis, ex punctis et praesertim accentuatione omne iam punctum tulerunt interpretes quidam eruditi, vid. Hackspanius *in Not. Bibl. ad h. l. et Miscell. S. p.* 216. *fin.* Weimarus *de Vsu Accent. Bibl. loc.* 14. Seb. Schmidius *in Disp. pecul. in h. l. et Comment.* Walmuthius *Disp. inaug. de Illustr. quibusd controu. Theol. controu. 3 p.* 9. Habichhorstius *Disp. exhibente quadrigam locor. Script. de Messia loc.* 2. § 1. in specie Dn. M. Rus *Disp.* 2. *de Somnio pistorum praefecti p.* 59. *seqq.* rationes Pfeifferi *in D. V.* pro versione vernacula stantis, vt et Odhelii nouam *in Synag. Bisr. p.* 122. interpretationem (*constitutus s. praefectus excelsi nim. Dei, h. e. a Deo Israelis praepositus*) docte examinans. Nec minus contra eundem Pfeifferum verum accentuationis fundamentum friuola sua emphasi subruere conantem pl. reu. M. Beckius *in Disquis. hermen. p.* 135. qui licet versionis Lutheri sit feruidus propugnator, tamen veritati cedens ingenue fatetur, *B. Lutherum coram tribunali accentuario causa sua cadere*; nec posse se a Schmidio in h. l. dissentire, dicente: *iuxta* (puncta et) *accentus omnino vertendam esse*: *dictum viri* (qui) *constitutus est altus*) aliquid de meo huc conferre supersedeo. *Vers.* 3. Dixit Deus Iisraëlis, mihi (quod לי contra accentus Lutherus et Clericus praecedentibus annectunt, sensu tametsi heic immutato,) locuta est petra Iisraelis: Dominatorem (fore) in homines, iustum fore (coll. *Luc. Ebr. p.* 269.) Dominatorem in timore Dei. Conf. Ies. XI, 3. Quod membrum *Silluki* rectius exponitur vt *Obiectum*, quam *Subiectum* continuatum, estque descriptio Messiae, de quo pariter bene interpretatur Chaldaeus Ionathan, et quidem *dominantis* notanter באדם *in homines*, non specialiter et tantum in Iisraelem, in praesagium vocationis gentium, in quas aequaliter extendat regnum suum ille dominator. Conf. Ier. XXX, 21. Ps. II, 8. LXXII, 8. Zach. IX, 10. Praedicatum צדיק *iustus* coll. Zach. IX, 9. Ies. LIII, 11. Io. Clericus cum aliis refert ad membrum praeuium, hac data versione, *qui dominatur hominibus iustus est*; quae vero impingit in ipsa fundamenta accentuationis, plus virtutis distinctiuae attribuens propiori maiori regi, quam remotiori, quaeque huiusmodi interpunctionis faciem praeberet מושל באדם צדיק *vers.* 4 Et sicut est lux matutina, oriente sole, lux, inquam, matutina sine densis

CAP.XXIII densis nubibus, (et sicut) a splendore eius (existente) post pluuiam herba ex terra (supple e m. praeced. יזרח oritur. Quod זרח etiam bene de *planta* dici, ostendit ad voc. illam in Lex. Gussetius. Sicut et LXX. ebraeum צמח *germinauit* saepe transferunt ἀνατέλλω *exorior*. conf. *Not. Sel. in Ep. ad Ebr. p. 54.*) *Sic erit status et conditio regni Messiae*, quae ἀποδοσις est subaudienda, in quo submotis typorum et figurarum vmbris ac inuolucris, quibus V. T. obnubilatum est, illustrior omnino et liberalior erit oeconomia Dei temporibus N.T. de Messiae inprimis persona, officiis, beneficiis, regnoque spirituali, non veniente μετὰ παρατηρήσεως *cum obseruatione*, siue *ita vt obseruetur*, quandoquidem est ἐντὸς *intra animum* fidelis, Luc. XVII, 20. 21. *neque est cibus et potus, sed iustitia, pax, et gaudium in Spiritu sancto*, Rom. XIV, 17. adeo vt tunc ablato velamine Mosis *clarus dies illucescat, et phosphorus* Christus ipse *exoriturus sit in cordibus hominum*, 2. Petr. I, 19. *ac omnes retecta facie gloriam Domini tanquam in speculo intuituri* 2. Cor. III, 18. atque hinc vel *minimus fidelis in regno hoc Christi futurus maior ipso Ioanne baptista*, praecursore eius, primordia illius tantum vidente, Matth. XI, 11; *ab illuminatione* pariter *euangelii*, in eoque refulgente *sole iustitiae*, *post pluuiam* donorum gratiae Spiritus S. coll. Ps. LXVIII, 10. Ies. XLIV, 3. orientur *arbores iustitiae et plantae Domini ad gloriam ipsius*, Ies. LXI, 3. Regnum autem hoc Messianum non fore temporarium et ἀπαράβατον, sed aeternum, nec particulare, sed vniuersale, docet moribundus rex Dauid cum prolepsi exceptionis concisa in *vers.* seq. 5. Quod vero non firma (vid. supr. p. 113.) futura est domus mea cum Deo, quid refert? num eorum perfidia fidem Dei abolebit? absit! Rom. III, 3. Nam foedus aeternum (חסדי הנאמנים *misericordias fideles* Act. XIII, 34. Ies. LV, 3. coll. Act. XIII, 34. vbi τὰ ὅσια idem est helleniſtis, quod τὰ ἐλέη vid. 2. Chr. VI, 42. *in filio regnaturo in aeternum* 2. Sam. VII, 13.) posuit (*dedit* l.c. Act. Verborum enim שום et נתן synonymica permutatione in scripturis nihil notius est.) mihi, ordinatum [cum certo ordine dispositum] in omnes s. pro omnibus (non pro mea solum domo, proque solis Iudaeis, sed etiam gentibus Ies. XLIX, 6. Act XIII, 47.) ac firmiter custoditum (hucusque, et porro custodiendum;) ideo omnis salus mea, omneque beneplacitum (sc. בה est in eo, foedere euangelico) etiamsi non germinare faciet (sc. ביתי domum meam, sed potius ita decrescere, vt יש *trunco succiso*, tempestate praesertim Ioseph et Mariae, videatur similis, ex quo tamen propullulabit *virga et surculus*, Ies. XI, 1. צמח *germen illud Dauidis.*) *vers.* 6. At uero Belial, [filios nequitiae] quod attinet, (qui

Messiam

Messiam eiusque regnum sunt repudiaturi, & impugnaturi,) sicut spina a- CAP. XXIV
mota (singularis collectiuus) omnes illi erunt, quas manu non capere possunt; v. 7. sed quisquis attacturus eas, implere se (i. e. armare et munire) debet ferro, et ligno lanceae, et igne omnino comburentur in ipsa sede. Arguitur his verbis tropicis spinosorum s. intractabilium et contumacium Iudaeorum, temporibus inprimis Christi et Apostolorum, reiectio, et per armatos Romanos *in ipsa* ipsorum secura *sede*, Hierosolymis, euersio et exstirpatio.

CAP. XXIV, 13.

HEic 1.) dicitur התבוא לך שבע־שנים רעב *Num veniet tibi* SEPTENNIVM *famis*? Sed 1. Chr. XXI, 12. אם־שלוש שנים רעב *Num erit* TRIENNIVM *famis*? Varios variorum conciliandi modos recenset, reiicitque B. Pfeifferus *in Dub. Vex. p.* 464. qui deinde hunc vt commodissimum suppeditat, in Samuele comprehendi tres annos famis iam praeterlapsos propter Gibeonitas, de quibus 2. Sam. XXI, 1. Iamque, quum Gad hoc mandatum Dei ad Dauidem detulisset, annum actum esse quartum, quo quidem anno Deus, data pluuia, testatus esset, se conciliatum, veruntamen nouo regis peccato offensus, nouum proponat triennium famis, quod superioribus iunctum, septennium conficiat, vt ita in Chronicis sensus sit: *Num adhuc vel denuo tres anni famis erunt?* in nostro autem Samuele hic: *Num terra tua premetur fame septem annorum, connumeratis videlicet proxime praeterlapsis?* Enimuero iam commodum obseruauit cl. M. Rus *in Dissert. cit. p.* 50. hanc sententiam, et Rauppio *ad h. l.* Belgis, aliisque adoptatam, hac difficultate laborare, quod docere non possit, qua ratione ex his ternis anni 7 oriantur. Neque enim quartum annum, quo haec acta sint, connumerari posse, partim ideo, quia illa integrum annum vix efficiant, et annum, quo fames iam cessauerat, ἀκύρως admodum famis annum dici, si vel maxime gratis sumseris, quod multi faciunt, fuisse annum sabbathicum. Quare praeferimus cum eodem Sanctii, Serarii, Cornelii a Lapide, et Tirini sententiam, principio indictam esse famem septem annorum, sed deinde, deprecante Dauide, ad triennium fuisse contractam, ad exemplum simile Gen. XVIII. Et huic sententiae magis fauere textum, ait Seb. Schmidius *h. l.* ex quo appareat, quod Dauid diu in electione haeserit, vt responsum Gad vrgere coactus sit. Probabile itaque esse, Gadum bis venisse ad Dauidem, primo indicasse, 7 annos famis, vbi vero Dauid spatium petiisse; deinde etiam spem feciisse vlterioris remissionis, si vel maxime plaga veniisset. 2.) Circa

CAP. XXIV. alteram denunciatam plagam post particulam אם Schmidius adsciscit ex vers. 12. verbum בחרת *num eligis fugere te* etc. Sed melius ex hoc ipso versu tertiae plagae adsciscitur infinitiuus gerundiascens הרות, et vtrobique simplex erit versio: *Num esse debet per tres menses fuga tua coram hostibus tuis, ita vt quilibet istorum te persequatur? aut num esse debet per tres dies pestis in terra tua?* 3.) Quando vers. 15 dicitur: *Et dedit Iehoua pestem in Israele, a mane* (nempe illius diei, quo Gad Dauidem compellauit) *usque ad tempus* מועד *temporis constituti*; quaeritur: *quale tempus praefinitum determinetur?* quousque durauerit pestis? Sanctius *ad h.l.* et Bochartus *Hieroz. P. I. l. 2. c.* 38. intelligunt tempus vespertinum sacrificio iugi constitutum, et quo ad preces conueniebat populus, circa horam diei nonam, coll. Act. III, 1. Cui vero sententiae se opponit cl. Clericus *h. l.* qui mauult, *ad tempus constitutum triduo* nimirum grassatam esse pestem. Quae sententia merito *optima* audit Dn D. Mayo *in Oecon. Iud. Diu. P. II p.* 190 quia simplicissima et textui conuenientissima sit. Neque, vt bene addit, necesse videtur, statuere ad finem trium dierum duraſſe, iuxta Tostatum, sed sufficit dicere, vsque in tertium diem saeuiisse pestem, vt Osiander in paraph. h.l. obseruat, licet initium eius tantum attigerit, quia recte monet Clericus, *tridui spatium non semper vocari intervallum trium νυχθημέρων integrorum.* Atque ita facile conciliari hanc expositionem posse cum eo, quod dicatur vers. 16, *poenituisse Iehouam mali*, et iussum ab eo esse Angelum *remittere manum*, si dicatur, pestem non ad vltimam vsque horam diei tertii saeuiisse, sed in eius initio desiisse. Sic et R. Abarbenel *h. l.* explicare posse, ait, מועד *tempus praefinitum trium dierum a Propheta indicatum.* Postquam paulo ante statuerat, pestem ad preces Dauidis nonnisi vno die duraſſe: quoniam sermonem prophetae fuisse ad Dauidem in aurora, sicut refert vers. 11. sq. et mox in aurora diei sequentis cecidisse pestem in populum, et continuasse vsque ad tempus illius המועד crastini diei, ita vt vno die integro a tempore ad tempus (i.e. 24 horis) ue populo ceciderint a Dane vsque ad Berseba 7000.

Vers. 24.

Heic loci commemoratur, Dauidem ab Aravna siue Ornan *aream emisse* 50 siclis argenteis; l. c. autem Chr. v. 25. 600 siclis, iisque aureis. Duae heic praeceteris se commendant conciliationis viae, satis aptae et expeditae. Vtram elegeris, non errabis, quum vtraque de praerogatiua ambigue certent. Primam commonstrat B Pfeifferus *in D. V. p.* 466 nim. 50 siclos argenteos pro area, in qua altare structum, et pro bobus instrumentisque rusticis esse datos; at pro toto Ornanis agro eiusque domiciliis, vbi postmodum

dum templum aedificare volebat, 600 siclos aureos. Quam interpretatio- CAP. XXIV.
nem etiam ex ipso textu dilucide probat. Nam in Samuele expresse dici, datum argentum *pro area et bobus*: at in paralip. memorari v. 24. ista argento emta, pretium tamen non determinari, sed ceu e Samuele notum praesupponi, v. 25 autem addi, *pro loco vniuerso datos 600 siclos auri*, etc. XXII, 1 seqq. referri, Dauidem templum in isto loco aedificare voluisse, de quo in Samuele nihil. Eam pariter ingrediuntur post Kimchium Glassius *Philol. S. l. 1. tr. 1. P. II. Sect. 2. loc. 27.* Seb. Schmidius *Annot. ad h. l.* et *quaest. 15.* Lightfootus *in Chron. V. T. tom. 1. Opp. p. 70.* Belgae cum Iun. et Tremell. Buxtorfius *Catalect. Philol. tm. 147.* D. Maius *Oecon. Temp. V. T. p. 797.* et Dn. Rus *Dissert. cit. p. 51 52.* qui etiam ad dubium, quod circa istam solutionem mouet Lundius *im Jud. H. l. 2 c. 2 p. 243. sq.* respondet; nec tamen alteram contemnit solutionem Andr. Masii *ad Ios. VII, 20. 21.* et Bocharti *Hieroz. P. I. p 379. s.* acceptatam Lundio *l. c.* videlicet 2. Sam. intelligi *siclos aureos*, quorum proportio sit duo decupla, s. singuli pretio 12 argenteos aequauerint, ac proinde 50 *sicli aurei valeant siclos argenteos* 600. Vt versio huius loci haec sit: *Et emit* Dauid *aream et boues argento* (*s. pecunia*) nempe *quinquaginta siclis* aureis. Loci a. Chron. *Et dedit Dauid Ornani pro loco, Siclos aureos, valoris* (coll. 2. Sam. XII, 30,) *sexcentorum* supple *siclorum vulgarium. s. argenteorum.* Vel vti Lundius in complexu vtriusque loci: *Dauid gab Ornan um den Raum Gold* (*nemlich 50 guldne Sekel,*) *am Gewicht* (*das ist am Wehrt*) 600 (*silberne*) *Sekel.* Quanquam versionem vocis במקום in Chron. *pro loco* minus probat Bochartus *l. c. p.* 380, quia Dauid illos aureos non dederit pro sola area, sed et pro bobus et plaustris et tritico ad oblationem, propter vers. 23. Sensum igitur esse, Dauidem haec soluisse praesenti pecunia, tanquam de suo non oblaturus, nisi reapse soluisset. Hinc ea vox ipsi tam temporis quam loci est aduerbium, plane vt romanum *illico*, quod dicatur pro *in loco.* Verum suspecta illico apparet ista suppositio temporis, quum nullo alio fundamento, quam ex lingua latina in ebraeam inuehatur; nec patiatur eam ה *specificatiuum* implicitum; nec persuadeat dubium motum, quum *locus* accipiatur *complexe* cum omnibus suis requisitis, et insuper per se intelligatur, regem Dauidem solutionem non distulisse, sed praesenti pecunia omnia persoluisse, innuente etiam assensu regis vers. 22. 23. Deinde ex h. l. Chron. euidens est, quod ebraei quoque habuerint שקלי זהב *siclos aureos*, quos tamen, nescio quo fundamento, negant Leusdenius *Philol. Ebr. Mixt. Dissert.* XXVIII. *p. m.* 204. et Conringius *Paradox. de Numm. Ebr. cap.* 4.

CAP. II. IV.

I. REGVM.

CAP. II, 22.

וְלוֹ וּלְאֶבְיָתָר הַכֹּהֵן וְלִיוֹאָב בֶּן־צְרוּיָה׃

QUae verba Vulgatus, quem secutus est B. Lutherus, transtulit: *Et habet Abiathar Sacerdotem, et Ioab filium Saruiae*, praeeuntibus in sensu LXX senibus. Quam vero versionem non admittit continuata nota datiui ל, quae alias foret superflua, i. superque copula ו in ולאביתר; sed potius hanc, manifesto indicio reassumti לו, Non solum autem ei, (Adoniae) sed etiam Ebhiathari sacerdoti, atque Ioabo filio Zeruiae (administris eius, scil. pete regnum.) Quam constructionem recte pariter attenderunt Vatablus et Belgae. Cui ni presse inhaerere velimus, placeret Tremelliana. nomen verbale שְׁאֵלָה, quod quoque praecessit vers. 20, subaudiens: *et illius, et Ebiatharis Sacerdotis, ac Ioabi filii Zeruiae* petitio est. (*Das ist eben sein und seiner adhaerenten Wunsch und Begehren.*) Significat enim his verbis Salomon, matrem petentem Abisagem Adoniae, tacite et nesciam regnum petiisse, quod hoc modo sibi viam ad regnum sterneret. Ebraei namque aiunt, nemini licere tangere mulierem, quae cum rege concubuisset, nisi rex esset. Eodem Achitophelis spectabat consilium, cum Abschalomum induxit, vt rem haberet cum concubinis patris I. Sam. XVI, 21. annotantibus Tremellio, Rauppio et Schmidio *h. l.*

CAP. IV, 2.

עֲזַרְיָהוּ בֶן־צָדוֹק הַכֹּהֵן׃

QUaeritur: num versio communior, *Asarias filius Zadoki sacerdotis*, legitime se habeat ad interpunctionem fontis? et respondetur, quod non. Sic enim exigeretur haecce עזריהו | בן־צדוק הכהן, prout parallela occurrit Ier. XX, 1. Ier. XX, 1. וישמע פשחור בן־אמר הכהן vbi tamen LXX, Vulg. Pagn. Tremell. Piscat. et Belgae vertunt: *Cumque audiret Paschchur* filius immeri sacerdos, constructa sic male diuellentes, non immerito mirante Seb. Schmidio *ad h. l.* pro filius Immeri sacerdotis. Contra in nostro loco diuulsa coniunguntur, pro Asariahu filius Zadoki | sacerdos erat, confirmante parallelismo in versu statim seq. 3. יהושפט בן־אחילוד המזכיר

leho.

Iehoſchaphat filius Achilud | *cancellarius*, non *cancellarii*, Item in verſ. 5. CAP. IV. V.
וְזָבִיד בֶּן־נָתָן כֹּהֵן *et Sabhud filius Nathanis* | *ſacerdos*, non *ſacerdotis*, vt tamen iterum Lutherus aliique. Ceterum qui heic ſimpliciter dicitur כֹּהֵן, et ulterius *ſocius ſ. amicus regis*, coll. 2. Sam. XV, 37. videtur eſſe *ſacerdos iuſtitiae*,, et politica dignitate conſpicuus, coll. 2. Sam. VIII, 18. cum 1. Chron. XIIX, 17. adeoque differt ab illo Aſaria הַכֹּהֵן, cum ה demonſtratiuo, vtpote ſacerdote καθ' ἐξοχὴν ſ. ſummo cuius כֹּהֲנִים, *Vicarii* eraut Zadok et Ebhiathar, v. 4. quique deſcribitur vt *filius* i. e. abnepos *Zadoki*, ſacerdotis magni, cuius frequens hactenus mentio, contradiſtinguendo ſic familiae Abiatharis, quique ſingulariter et ἐξαιρέτως commemoratur 1. Chron. V, 36. quod *in templo Salomoneo miniſtrauerit*. Vid. Seb. Schmidius *h.l.* Quod autem miniſtri aulae primarii, intimi, et magnates titulo pariter *ſacerdotum* nonnunquam in ſcripturis inſigniantur, id fit exinde, quod in uno tertio conueniant. Quod enim ſacerdotes agunt apud Deum, intercedendo et offerendo pro populo, id et illi apud regem, populi libellos ſupplicationum, et donaria ei offerendo.

CAP. V, 6.

HOc in loco dicitur, Salomonem habuiſſe *quadragies mille* אֲרֻוֹת *praeſepia equorum*, ſ. ἱπποστάσια; ſed 2. Chr. IX, 25. *quater mille* אֲרִיוֹת *ſtabula*. Quam pugnam conciliat omnium commodiſſime haec ſententia, quod videlicet fuerint 4000 *ſtabula*, et in ſingulis ſtabulis *decem praeſepia*, quorum ſingula erant ſeiuncta et ſeparata, vt ex iis ſinguli equi pabulum ſuum carperent, nullo ſc. praeripiente, vel etiam nimium vicinos vel calcibus ferirent, vel morſu conſortes premerent, vel morbidos contagione aliqua contaminarent. Eum in modum faiiſcas et praeſepia fuiſſe fabricata, patet ex 2. Chr. XXXII, 28. vbi dicitur, quod rex Ezechias ſtruxerit אֲרֻוֹת *faliscas* aut *praeſepia ſingulis iumentis*. Ita enim reddendam eſſe ebraeam phraſin et alii monuere, et exemplis docuit celeb. Bochartus *Hieroz. P. I, p.* 155. Haec cl. Hillerus *in diſſertat. de cruce Theol.* כארי *p.* 15. itaque et veterum Rabbinorum ſententiam hanc, cuius mentionem pariter facit Raſchi *h.* l. diſtinctius expoſuit, eique accedit Buxtorfius *in Catalect.tm.* 264. Atque hanc ipſam conciliationem omnibus aliis, a diuerſis hactenus allatis, praefert Dn. D. Danzius *in Diſſert. de Harmon. vitae Salom. ep. annex.* quamuis deinde, cum durum ipſi omnino videatur, vocem eandem in vna prorſus ſententia bis repetitam, diuerſimode ſumi, (at hoc non eſſe durum aut inſolens Scripturae, docent manifeſte loca Iud. XV, 16. 1. Sam. XVII, 22. et Eccl. VII, 6. vbi nec vlla quidem mutatio vocis repetitae externa, quae tamen heic eſt, nempe ה cum ל.) refutata prius Pfeifferiana conciliatione, ſuppeditare malit hanc: *quatuor* illa *millia* in Chronicis memorata hip-

CAP. V.

postasia, pro solis equis curulibus fuisse; in nostro a. loco regum *quadraginta millia*, equitibus non minus inseruisse, quam curribus. Quapropter verba huius loci reddenda esse, *et fuerunt Salomoni quadragies mille praesepia equorum pro curru suo, et duodecies mille equitibus*; ל scil. in vtrumque membrum influente. Sed in loco parall. reddi debere, *erant Salomoni quater mille praesepia equorum et curruum*, h.e. equorum curulium, *et insuper duodecies mille equites*. Etiam vero nouae huic conciliationi repugnat partim *accentuatio*, quae suppositā tali constructione non admitteret *Atnachum* in voce למרכבי, sed *Sakephkatonem*, qui apparet in chronicis, vel potius hunc in סוסים, vt *omnem* s. *res*, et *reliqua* contradistinguantur, hac videlicet accentuum facie ויהי לשלמה ארבעים אלף ארות סוסים למרכבי ושנים עשר אלף פרשים; partim *mutatio obiectorum* per se ipsa ל, quum tamen obiecti duo in Chronicis aperte constituantur, et ab ipsomet recte exprimantur.

Vers. 25. (al. 11.)

Grauius adhuc dubium emergit *quomodo concordet* vox מַכֹּלֶת (quod est pro מַאֲכֹלֶת Ies. IX, 4. (5) א per Dagesch absorpto) huius loci cum מַכֹּלֶת 2. Chr. II, 9. (10)? Nodum periculosissime, more Capelliano, secat non soluit Schindlerus *in Lex. Pentagl. ad rad.* אכר, dum asserere audet, *corruptam hanc vocem esse librariorum incuria, τῷ* ל *in* ו *mutato*. Cui Waltherus *in Harm. Bibl. ad h. l.* cum eoque Glassius opponunt Masoram, et aequius iudicant, vtrumque iunctim consistere; tam quod Salomo dederit Chiramo *triticum contusum*, s. *farinam*, quam quod *in cibum* illud dederit. Ita ut in praesenti loco causa finalis, in chronicis materialis vel materiae adiunctum notetur. Quamuis forma vocis מכות cum radice כתת, ex qua significatum *contusi* cum aliis derivant, quod alias et hoc ipso loco Reg. significat כִּתִּית, aegre conueniat, quae iuxta analogiam omnino referenda est ad radicem נכה, vnde Hiph. הכה *percussit*, quam quoque tenet Seb. Schmidius *comm. ad h. l. Reg.* p. 31. qui tamen accipit metonymice pro *percussionum* s. *deiectionum mercede*. Quem nouissime secutus est D. Maius *in Oeconom. Temp. V. T. p.* 813. simplicius vertens *pro percussione* s. deiectionibus ligni, *fürs Holzfällen*. At vero sic (α) subintelligendum esset praefixum ל. (β) Verbum הכה nullibi adhibetur de excisione arborum, sed חטב et כרת, quae verba etiam immediate praecedunt. (γ) Ille sensus foret superfluus, quandoquidem is iam satis exhibetur in *putatoribus et excisoribus lignorum*. Mentem et vim vocabuli controuersi מכות praestare et iudiciose, vt saepe alias, prae aliis exposuisse Raschium *ad h. l.* בלא ואל אוף phrasi germanica *voll auf*, h.e. *copiose, abundanter*, firmiter credo, itaque dictionem hanc interpretandam esse cum Balthasare Scheidio

CAP. V. VII. VIII.

Scheidio Philologo quondam Argentinensi in epistola ad Buxtorfium F. a. 1657 scripta, teste beatolete Nepote eius *in Catalect. Philol. Th. tm.* 131, in qua etiam mentem Raschii viterius docte aperuit hisce: *quasi dicere voluisset, loqui hic scripturam de mensura tritici copiosa et abundanti, dum triticum illud mensum vocat ictus vel percussiones ein eingeschlagenes Maas, qualem mensuram noster Seruator Luc.* VI, 38 *vocat μέτρον πεπιεσμένον mensuram pressam et agitatam.*

Vers 30. (16.)

Dubium, quod inter hunc locum, quo 3300 praefecti atque inspectores operis numerantur, et 2. Chr. II, 17. (18) vbi 3600, intercedit, soluit expedite et apte doctissimi Lightfooti sententia *in Chron. Temp. V. T. tom. I. Opp p.* 74. vbi monet, 3300 fuisse inspectores eorum 150000; sed praeterea etiam 300 exititisse inspectores horum 3300, et reliquorum omnium. Quae sententia Waltherianae et Osiandrinae etiam praefertur *in supr. cit. Disp de Harm. Vit. Sal. p.* 25. simulque docetur, Lightfootum eam cum Rabbinis, vt Kimchio, Raschi, Ralbago et Abarbenele communem habere; quae quoque *p.* 48 non incommode accommodatur conciliandis locis 1. Reg. IX, 23. et 2. Chr. VIII, 10. quando ibi principum curatorum et opus vrgentium numerantur 550, quum heic exprimantur solum 250. videlicet dicendum esse, illic omnes totius huius operis praefectos connumerari; heic vero praefectos horum 550. et simul omnium reliquorum, quod numero 250 fuerint, inque solem Israelitici, quum reliqui peregrini, et proselyti, consentientibus iisdem Rabbinis.

CAP. VII, 26.

Differimen illud inter *bathos* 2000 maris Salomonei heic loci, et inter *bathos* 3000, 2. Chr. IV, 5 expertus vtique tollit cum B. Walthero, et D. Dyongio *Obseruat. Sacr. P. I. p.* 68. dicta Dissertatio *p.* 34. vt scil. verbum יכל duplicem in vtroque loco innuat *capacitatem*, vnam *actualem* et vsualem in hoc, alteram *potentialem* in altero loco. Quoniam non infrequenter in scripturis verbum *actionem s. effectum* notans exponi postulat de *facultate s. potestate.* Vid. Lux Ebr. p. 299.

CAP. VIII, 34. coll. 36. 39. 45. 49.

וְאַתָּה תִּשְׁמַע הַשָּׁמַיִם

Vbi communiter suppletur praepositionem ב vel מ *in coelis*, vel *ex coelis*; ita recte Grotius *in Comm. L. Ep.* 865. *b D.* cum eoque D. Deylingius *l. c. p.* 70. אֶל ex v. 30; vel sine illo ה sit locale *ad, versus*, vti v. 22.

54.

CAP. IX. X. 54. et plenius ex v. 30. intelligitur supplementum orationis, nim. Tunc tu audies preces ad coelos, (ad locum habitationis tuae) directas. In more enim Scripturae positum est, vt idem nunc diserte, plene, et plane, nunc concise et elliptice eloquatur, vt ita lectoris solertia et circumspectio continue acuatur atque alatur.

CAP. IX, 28.

IN conciliando huius loci *numero*, *nempe* 420 *talentorum*, quae serui Chirami cum seruis Salomonis ex Ophir ad Salomonem attulisse dicuntur, *cum numero* 450 *talentorum*, qui habetur 2. Chr. VIII, 18. magis arridet mihi cum *Disp. cit. p.* 52. conciliatio Raschii, quam quoque tandem adoptat Abarbanel, vt dicatur, 450 talenta reuera ad Salomonem perducta esse, vt quidem textus expresse dicit, de quibus tamen Regem 30 talenta, quae in lib. Chron. supersunt, seruis Chirami pro nauata opera sua dedisse.

CAP. X, 28.

וּמוֹצָא הַסּוּסִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה מִמִּצְרַיִם וּמִקְוֵה סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ יִקְחוּ מִקְוֵה בְּמִחִיר׃

QUem versum LXX ita transferunt et distingunt: καὶ ἡ ἔξοδος τῶν ἵππων σολομῶντος ἐξ αἰγύπτε καὶ ἐξ ἐκὲ, ὅι ἔμποροι τᾶ σολομῶντος ἐλάμβανεν ἐξ ἐκὲ ἐν ἀλλάγματι. Et Vulgatus: *Et educebantur equi Salomoni de Aegypto et de Coa: negotiatores enim regis emebant de Coa et statuto pretio perducebant.* Qui interpretes τὸ מקוה arripuerunt pro nomine proprio cum praefixo מ ἐξ ἐκὲ, *de Coa*, de quo nemo facile somniasset, ob nullam soni analogiam ebraeum inter, et graecum latinumque vocabulum. Nihilominus ista expositio Rauppio *ad h.l.* valde abblandita est, vt eam *omnium facillimam et simplicissimam* nuncupet. Verum illa ipsa, vt alia taceam, omnium facillime et simplicisime per *Athnachum*, quam neglexit, reiicitur, qui sic in ומקוה apparere debuisset. Chald. Ionathan vocem ebraeam מקוה retinuit, non transtulit. Et R. Abarbanel *h.l.* itidem habet pro nomine prouinciae, quae vocata sit קוה *Keueh*, cum eadem erronea constructione. Nec legitimae *Athnachi* potestati heic satisfecit B. Seb. Schmidius, licet externa specie duorum punctorum satis ei feciisse videri velit; dum eius versio (*Et exitus (seductio) equorum, qui erant Salomoni, erat ex Aegypto: nec non byssus* (ita enim vertit מקוה cum D. Kimchio et Ralbago, Pagnino, Iunio, Vatablo aliisque) *nam negotiatores Salomonis accipiebant byssum pretio*) ita est comparata, vt *Sakephgadol* in voce ומקוה reuera et virtute maiorem quam ipse *Athnach* obtineat distinguendi valorem.

Alii

Alii auctoritate *Athnachi* quidem salua, in *Sakephgadolem* membri alterius peccant, vertendo: *et congregatio s. turma mercatorum regis* etc. quo pacto praecedentis *Sakephkatonis* minor *Paschta* requireretur. Accuratior heic prae ceteris qua accentuationem aeque ac textus περίςασιν remque ipsam apparet expositio celeb. Bocharti, מקוה *collectionem* accipientis pro *tributo, vectigali*, et hunc in modum verba membri secundi vertentis: Et vectigal quod attinet, mercatores regis Salomonis vectigal illud accipiebant pretio redemtum a rege Aegypti. Hunc sensum per se planum et obuium pluribus illustrat *in Hieroz. P. I. p.* 171. itaque bene cohaeret versus sequens, vbi partim *pretium pro singulis equis et curribus* Aegyptiacis expensum recensetur, partim, quod hi negotiatores eos non solum Salomoni, sed etiam notanter *omnibus regibus Chittaeorum et regibus Syriae per manum suam* siue *opera sua eduxerint*. Cur *per manum* solummodo *suam?* eo quod hi soli a rege Aegypti Pharaone in fauorem generi Salomonis pro certo *vectigali* ius et licentiam equos in Aegypto comendi et educendi acceperunt.

CAP. XVIII, 26.

וַיִּפְסְחוּ עַל־הַמִּזְבֵּחַ אֲשֶׁר עָשָׂה׃

IUnius haec ita reddit et exponit: *Et insultarunt in altare, quod fecerat* sc. Elias, simulantes furorem propheticum, vt euerterent illud coll. v. 30, prouocati sarcasmis Eliae, et cuius altaris exstructio v. 31, 32. per hysterosin subiicitur. Quem sequuti sunt Bataui: *ende sy sprongen tegen den altaer, dien men gemaeckt hadde*, et Iudaei Amstelod. *und sie hüpfften kegen den Opffer Stuhl* (altar) *das* (den) *man gemacht hat.* Nec minus B. Friedlibius *ad h. l.* et Glassius *lib. 4. tr. 2. col.* 1198. *s.* Verum non placet primum iste sensus *insultandi, insiliendi*, vtpote minus certus et probabilis. *Quis namque crediderit, in isto certamine, in quo maximam auctoritatem Elias habuit, vt ex reuerentia eius concessum etiam fuerit; quis, inquam, crediderit, Eliam permißurum fuisse, vt idololatrici sacerdotes ante victoriam et applausum populi insilirent siue altari, siue versus altare Domini*, dicimus cum Seb. Schmidio in *Tract. de Pasch. p. 109. fin.* Longe itaque probabiliorem cum eodem censemus B. Lutheri translationem: *Und sie hinkketen um den Altar, et claudicabant* (et quidem vi coniug. Piel *strenue, intensissime*, coll. in Kal. v 21.) *iuxta altare*, quam quoque tenet *in Annot. ad h. l.* et Dn. D. Maius *in Oecon. Iud. Diu. P. II. p.* 310. ita vt Spiritus S. sacrificulorum genuflexiones et gestus *claudicationis* vocabulo contemtim exprimere voluerit. Nec deinde probatur cum Bochartò *Hieroz. P. I. p.* 556. prolepticus ille nominatiuus *Elias* ad verbum עשה subaudiendus,

CAP. XX. ſed praeſtabit textum in ſua ſerie citraque πρόληψιν accipere, ac verbum עשה, vt alias, vel actiue, ſubintelligendo eius participium עשה *faciens*, vel Indefinitum איש *aliquis*; vel paſſiue et neutraliter *factum erat, den man gemachet hatte*, ceu recte ſupra Batui, tametſi *in Notis* de Elia exponant, et Iudaei. Conf. *Lux Ebr. p.* 318. Praeſertim quum non procul a noſtro textu ſimile verbum bis ita vſurpetur. nempe v. 23. ויתנו־לנו *Detur igitur nobis, ſo gebe man uns nun.* Et ita recte iterum ambo illi. Sic v. 26. אשר־נתן להם *qui datus* vel *conceſſus eſt illis, den man ihnen* (poſt electionem) *zugelaſſen hatte.* Etſi heic actiue et definite etiam reddi poſſit, *quem permiſerat* (nempe Elias) *ipſis.* De ſignificatione *permittendi* vid. *Lux Ebr. p.* 300.

CAP. XX, 33.

וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ וַיְמַהֲרוּ וַיַּחְלְטוּ מִמֶּנּוּ

VBi (α) vim verbi ינחשו Iudaei Amſtelod. pro hoc loco aptius aliis interpp. reddiderunt: *Die Männer nun nahmen das vor ein gut Zeichen.* Eſt enim נחש vocabulum μέσον, ſignificatque heic *augurabantur ſ. ominabantur in bonum* nempe verbum Achabi, אחי הוא *frater meus* eſt. (β) Verbi חלש ἅπαξ λεγομένε ſignificatio ex περιςάσει textus et cognatis linguis diiudicanda eſt. Penes Chaldaeos et Rabbinos primo ſignificat *Miſcere* et ſpecialiter *miſcere maſſam farinae ad collyras ſ. placentas*; ſecundo in Niph. *proprium eſſe* vel *fieri, ſimpliciter declarari*, et in Hiph. *ſimpliciter et abſolute declarare, pronunciare.* vid. Buxtorfii *Lex. Chald. Talm. col.* 761, 762. Hinc ille *in Lex. min.* cum Iunio vertit hunc locum, *et feſtinabant proprie et praeciſe cognoſcere.* Et Iudaei *und ſie eigneten ſich zu gar geſchwind.* Quo ſenſu etiam Lutherus: *und deutetens für ſich (machtens ſich zu Nuz.)* Batui, ende vatteden 't haeſtelick, conueniunt in ſenſu cum τοῖς ὁ et Vulg. *rapuerunt verbum ex ore eius*, et Pagnino *praeripuerunt.* Congruentior mihi eſt ſignificatio *miſcendi, intermiſcendi*, quippe quae eſt prima, ſimulque in Syriaſmo et Arabiſmo frequens. Hinc Seb. Schmidius exponit per *occupare vlteriorem ſermonem.* Et iſta *occupatio ſermonis*, ait, quid aliud eſt, quam *intermixtio et interlocutio?* Ita et Clericus *h. l.* Itaque verſio et ſenſus erit: et feſtinanter (coll. Luc. Ebr. p. 306.) immiſcebant ſe, *fielen ihm ſo bald ins Wort*, (ſc. ad audiendum מִמֶּנּוּ num ex eo eſſet? (i. e. *ex animo eius*, ceu bene interpretatur Clericus, cum Belgis *of het vvoort broeder uyt een oprecht herte gekomen ware, ende op hy de broederſchap meynde?*) *ideo dicebant, frater tuus Benhadad*, ſc. חי *viuit* quod ex praecedd. repetendum. R. Sal. Ben Melech *ad h. l.* ממנו vult conſtructum non cum verbo propiori ויחלטו, ſed cum remotiori ינחשו, et ה *interrogatiuum* ſumit inſolenter pro conditionali אם *Si*, hoc ſenſu: "*viros illos* poſt verba ſua *ſeruus tuus*

Ben

Benhadad אם ממנו ישמעו דבר טוב ימהרו וילקטו ממנו CAP. XXI.
שיחיה וכשמעו אחי הוא מהרו ואמרו אחיך בן הדד:
Si ex illo audituri essent verbum gratiae *id reputaturos esse in signum conseruandae vitae eius*; quumque audiuissent *frater est ille*, praepropere dixisse *frater tuus Benhadad*. Distinguit ita verbum וימהרו a duobus sequentibus, illudque exponit per *futurum*, haec per *praeterita*. Sed (α) dura est ista *separata* expositio, dum clarum est per ו *conuersiuum* caeteris praefixum, et istud vna determinari in sensum *praeteriti*, vel commodius in historicis, vt h. l. *imperfecti* latinorum. (β) Ea constructio repugnat *accentuum* rationi, qua וילקטו הממנו per seruum *Munach* sunt coniuncta. Iuxta vero eam foret huiusmodi interstinctio: והאנשים ינחשו וימהרו וילקטו הממנו Quam quidem constructionem pariter sectatur B. Lutherus, licet non in sensu *futuri*, neglecto tamen ה *interrogationis*, transferens: *Und die Männer Nahmen eilends das Wort von ihm*. Deinde idem Rabbi duo ista verba וימהרו וילקטו habet pro synonymis, in significationis incrementum, ut alias, coniunctis, vt innuatur רוב מהירות שער שלא נמר הדבר מפיו לומר *maxima festinatio illorum* virorum, *adeo vt quum vix ex ore regis excidisset verbum illud* frater est, *illi illico interseruerint* frater tuus. Ast ista synonymica significatio *festinationis* in voce לקט non est probata.

CAP. XXI. 7.

אַתָּה עַתָּה תַּעֲשֶׂה מְלוּכָה עַל יִשְׂרָאֵל

MOrdacem hanc orationem impiae Isebelis aduersus Achabum B. Lutherus, luxata et traiecta eius structura, minus concinne reddidit: *Was wäre für ein Könichreich in Israel, wenn du thäteſt?* quum tamen in natiuo suo situ scitum et facilem fundat sensum: *Tu nunc* (elegans in ebraeo *paronomasia* nobis est inimitabilis) *exerces regnum* (vid. Ebraism. Etym. ad h. l. p. 145.) *super Israelem*. Loquitur cum *aposiopesi*, affectui indignationis apprime congrua. Vult dicere: *du biſt ia izund König über Israel, ſo wirſt du ia auch ſo viel* pouuoir *und* courage *haben einen* Naboth *zu zwingen, und ſeinen Weinberg an dich zu bringen. Quicquid tibi libet, licet. An neſcis te regem esse, et leges dare nonaccipere? Wohlan! was du dir nicht getraueſt zu geben, will ich dir geben.* Hinc ita pergit, *ſtehe auf, und iß, und ſey gutes Muths, ich will dir den Weinberg* Naboth, *des* Iisreeliten, *geben*. *Verſ.* 20.

הַמָּצָאתַנִי אוֹיְבִי וגו׳

Vulgatam versionem, *num inuenisti me inimicum tibi? μὴ εὗρές με ἐχθρόν σου* secu-

CAP. XXI.

tum et heic esse B. Lutherum hac sua, *hastu du mich je deinen Feind erfunden*, vti non temere negandum est, ob manifestam et ocularem harmoniam, ita nec in praeiudicium fontium, qui habent expresse אויבי affixum *primae pers.* non *secundae* אויבך, ea rigorosius defendenda cum cl. M. Beckio *in Disquis. Hermen. p.* 149. *seq.* ne videamur magis duci auctoritate humana, quam diuina. Omnino igitur literae ebraeae respondet communior haec, אויבי in *vocatiuo* reddens: *Num inuenisti me, inimice mi?* Quin hanc ipsam translationem in dicta Vulgata per Sixtum V. restitutam esse ex probatissimis codd. latinis, obseruat Saubertus *in Opp. Posth p.* 6. Quanquam non inficias eam, paraphrasin istam Sauberti *l. c.* fere cum Piscatore et Belgis, *tandemne incidis in me, mihique obuiam factus es? Kommst du mir einmahl vor Augen, darfst du dich vor mir blicken laßen?* mihi plane non placere, quia partim non adeo apta est abrupta illa compellatio, quasi eum non iam ante conueniisset. vid. cap. XVII. et XVIII; partim quod supponit, Achabum hoc suo sermone sermonem Eliae praeuertisse, eumque loco salutationis excepisse. Quod non probatur; quandoquidem mandatum vbiuis ex exsecutione, et vicissim haec ex illo rite diiudicanda est. Illud quando concisius proponitur, in exsecutione disertius exponitur, et versa vice. Hinc semper vtrumque harmonice coniungi debet, et alterum ex altero dilucidari et suppleri. Ita et h. l. Quum enim verba mandati specialis et feralis ad Achabum, *Num* (i. e. vtique) *Occidisti atque etiam haereditasti? Sic dicit Iehoua: in loco, quo lamberunt canes sanguinem Nabothi, lambent canes sanguinem tuum, etiam tuum;* (conf. de hac similiue emphatica repetitione pronominis Prou. XXII, 19; *in 2 pl.* Hagg. I, 4; *in 1. S.* Gen. XXVII, 34. Prou. XXIII, 15. Eccl. II, 15. Zach. VII, 5; *in 3. pl.* Psalm. IX, 7. XXXVIII, 11.) in exsecutione non habeantur, et alia insuper in exsecutione habeantur, quaeque speciatim ad Isebelem spectant, quae in mandato non habentur, ecquis inde colliget, illa non intimasse Achabo Eliam? aut aliqua superadidisse, quae in mandatis non habuisset? Quod vero ipsi illa etiam *quoad formale* indixerit, confirmat euidenter euentus cap. XXII, 38. *Et lamberunt canes sanguinem eius iuxta verbum Iehouae, quod locutus est*, nempe per Eliam in ipso hoc textu nostro. Proinde verum est, quod diximus, mutuum et inseparabilem mandatum inter et exsecutionem perpetuo esse respectum, et supplementum. Supposito itaque, quod verba ista durissima vltionis diuinae Elias Achabo denunciauerit, Saubertiana iam paraphrasis non quadrabit, ceu quiuis facile iudicare poterit; nec ista Beckiana *l. c.* in fauorem vernaculae coacta, participium אויבי in *Nominatiuo* reddendo: *Numquid inuenisti me (vt) inimicus meus? Hast du mich wohl als mein Feind gefunden*, cum ampliato hoc sensu *passiua* vel *actiua*: *Hast du mich wohl gefunden, als einer, den ich für meinen*

meinen Feind bisher gehalten; vel *hast du mich hier gefunden, als ein feindseliger* CAP. XXI.
Mann? was hast du hierzu Vrsach? hab ich denn etwa dich zuvor feindlich tractiret? Atque sic maior dicto Achabi lux affulgebit, ex sequente etiam responso Eliae roborata. Veri namque videtur simillimum, quod, antequam Elias concionem suam poenalem integram absoluisset, Achabus obstupefactus eam interruperit abrupta hac oratione: Num inuenisti me (talem, tali tantaque vltione dignum? Simulat quasi nesciret, quid factum? vel quasi homicidium pro leui duceret, vel saltem non tanti, vt propterea cum rege ex iure talionis agi deberet. Etsi vel maxime clanculum et subreptitie sub nomine et sigillo eius *vers.* 8. impiissima coniux Isebel caedem Nabothi procurasset, tamen nonne ex verbis illius *ego dabo tibi vineam Nabothi Iisreelitae*, v. 7. liquido colligere potuit, quid monstri aleret? cui obniti debuisset. Deinde post iniquissimam lapidationem Nabothi dicente illa: *sine mora occupa vineam Nabothi Iisreelitae, qui renuit dare tibi eam pro argento; nam non est amplius viuus, sed mortuus*, v. 15. nonne illico cruentam mortem olfacere valuisset, si voluisset? nonne tacendo consensit? occupando vineam probauit?) inimice mi? (Non mirum aut insolens alicui, vti Dn. Beckio *l. c.* §. 2. videatur, quod Achabus Eliam tam duro compellarit *inimici* vocabulo, quandoquidem eum ante multo durius appellaverat עוכר *conturbatorem Israelis*, c. XVIII, 17. (qui nomen doctrina sua omnem bonum ordinem in Israele conturbaret et peruerteret *διαστρέφων*, itaque rebellioni ansam praeberet, atque hanc famem in poenam publicam, vt caecias nubes attraxisse videretur: aut qui causando famem populum Israeliticum *ingenti dolore et tristitia afficeret*, (quam significationem etiam habet verbum עכר Ios. VII, 25. Prou. XI, 17. 29.) Eaque propter eum tam enixe *in omnibus regnis et gentibus quaesiuerat*, cap. XVIII, 10. vt nempe internecioni daret, ex coll. c. XVII, 3. XVIII, 9. 12. id quod etiam indicio v. 17. effectui haud dubie datum esset, nisi Elias innocentiam suam et veritatem doctrinae suae insigni admodum documento cum efficacissima conuictione ipsius quoque Achabi publice demonstrasset.) Achabum itaque non noxium se fateri volentem conuincit Elias ei respondens: Vtique inueni te talem, propterea quod התמכרך vendidisti te ad faciendum malum (coll. 2. Reg. XVII, 17. h. e. te seruum et mancipium fecisti peccato) in oculis Iehouae. Quam *venditionem* sub peccatum *actiuam*, a *passiua*, qua de Apostolus Rom. VII, 14. distinctam, B. Lutherus minus bene *passiue* expressit, *darum das du verkaufft bist*, quum tamen prior pro vi coniug. *Hithpael* plus et significantius dicat, et liberam, spontaneam, ex pura putaque voluntatis malitia oriundam actionem importet.

CAP. XXII.

CAP. XXII, 30.

וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוֹשָׁפָט הִתְחַפֵּשׂ וְבֹא בַּמִּלְחָמָה וְאַתָּה לְבַשׁ בְּגָדֶיךָ וַיִּתְחַפֵּשׂ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל וַיָּבֹא בַּמִּלְחָמָה׃

Et dicebat rex Iſraelis ad Iehoſchaphatum: diſſimulandum mihi eſt (mutato habitu), et veniendum in bellum; tu vero indue (indutas ſerua) veſtes tuas (regias). *Et diſſimulabat ſe rex Iſraelis, itaque veniebat in bellum.*

VBi *infinitiui abſolute poſiti* התחפש ובוא, vti et in aliis, praeſertim cum *praefixo* ל, ſimplicius, absque *enallage* et *ellipſi*, aptiusque per *Gerundium* latinorum redduntur. Deinde *imperatiuus actiuus* לבש *indue* denotat heic non tam *actionem*, quam *habitum et ſtatum*, *indutum manere*, *du aber behalte deine (Königliche) Kleider an.* Colligitur hinc vafrities Achabi regi Ioſaphato aſtute periculum intentantis, ſuumque exitium perfide in caput illius deriuare conantis, coll. v. 32. Aſt Deo a partibus pii Ioſaphati ſtante *immerſus eſt* Achabus *in foueam, quam* illi *fecerat, in reti illo, quod abſcondiderat, captus eſt pes ipſius*, Pſ. IX, 17. Praeterea non eſt, quod multam heic animadverſionem in vernaculam B. Lutheri ſuſcipiamus, minus apte et cohaerenter h. l. vertentis, *Und der König Iſrael ſprach zu Joſaphat: verſtelle dich, und komm in den Streit mit deinen Kleidern angethan. Der König Iſrael aber verſtellete ſich auch, und zog in den Streit*; quoniam partim iam tum aliqua in paraphraſi Oſiandrina et Vinarienſi habetur; partim quod pronomen את, ſi verbum התחפש in *imperatiuo* לבש reſpondere deberet, eidem praeponendum fuiſſet, iam vero poſtpoſitum eidem manifeſte contra diſtinguitur; partim quod vernaculae huius loci ipſam vernaculam in loco formaliter parallelo 2. Chron. XVIII, 29. opponamus: *Ich will mich verkleiden, und in den Streit kommen, du aber habe deine Kleider an. Und der König Iſrael verkleidete ſich, und ſie kamen in den Streit.* Quae cum Targum omnino ſenſui literae commonſtrato eſt conformior. Et mirari ſubit, cur nec in loco Reg. haec in editione aliqua ſit electa et adoptata? Nec minus in loco 2. Reg. XI, 12. libertati neſcio cui indulgens B. interpres, verbum וימשחהו *et unxerunt eum* tranſpoſitis literis, et neglecto affixo tranſtulit *und waren frölich*, quaſi eſſet וישמחו, quod ipſum tamen in loco parallelo, 2. Chron. XXIII, 11. dextre expreſſit per *ſalbeten ihn*. Hanc proinde verſionem in locum prioris ſuffieere praeſtaret. Licet alias verum ſit, quod *vnctionem* et *coronationem* exceperit *hilaritas*, quae quoque differte indicatur per *conploſionem manuum*, hilaremque exclamationem *viuat Rex!*

CAP. II.

Vers. 48.

וּמֶלֶךְ אֵין בֶּאֱדוֹם נֹצֵב מֶלֶךְ׃

Et rex nullus erat in Edom, constitutus (saltem) *rex.*

Vulgatum haec interpretantem, *nec erat tunc rex constitutus in Edom*, non expressisse duo postrema verba נצב מלך, putat B. Saubertus *l. c. p.* 150. Quod ego non putem, sed solummodo vltimum מלך vt superfluum praetermisse, alterum autem נצב formaliter expressisse per τὸ *constitutus*; quum vtique proprie magis sit et vsurpetur vt participium, quam *nomen* substantiuum pro *Vicario*, vel *gubernatore*, *Stadthalter*. Nec aliud apparet ex supplemendo Iesuitae Emanuelis Sa, ipso allegante Sauberto: *Sed Pro-Rex, scil. constitutus a rege Iuda*. Quanquam male Vulgatus hoc vocabulum ab altero מלך contra *accentus* auulsit, et inter praecedentia coniecit. B. autem Lutherus vtramq; vocem omisit, vtpote qua sensui parum vel nihil accrescere vel decrescere forte iudicauit; quum tamen nomen מלך heic eleganter adhibeatur vt commune πρὸς ἕν, vt *Rex* et *Pro-Rex*, s. *Regens*. Proinde vernacula hoc sensu est integranda: *Und es war damahls kein* (*Erb- und absoluter*) *König in Edom, sondern nur ein bestellter oder gesezter König* (*nemlich von den Königen Iuda.*) Hinc hicce *Pro-Rex* regibus Iudae et Israelis, Iosaphato et Ioramo, confoederatis militauit 2. Reg. III, 9. Eiusmodi מלך *Pro-Rex* erat etiam Moses Deut. XXXIII, 5.

II. REGVM.

Cap. II, 14.

וַיִּקַּח אֶת־אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ אֲשֶׁר־נָפְלָה מֵעָלָיו וַיַּכֶּה אֶת־הַמַּיִם
וַיֹּאמַר אַיֵּה יְהוָה אֱלֹהֵי אֵלִיָּהוּ אַף־הוּא וַיַּכֶּה אֶת־הַמַּיִם
וַיֶּחְצוּ הֵנָּה וְהֵנָּה וַיַּעֲבֹר אֱלִישָׁע׃

IN quantis saepe obscuritatibus versentur interpretes scripturae veteris foederis sine luce accentuum, arguit aperte et hicce locus, in quo eos legitime si consuluissent, aut calluissent, non certe voces אַף־הוּא ad praecedentia traxissent, inuito *Athnacho*; non LXX in suum idioma ἄφφω vel ἄφω inepte transformassent, quasi sit nomen Dei, adoptante pariter Athanasio et Weinesio ex ignorantia linguae ebraeae. vid. Glassii *Gram. S. tr.* 7. *can.* 4. *n.* 4 *p. m.* 1098. et Pfeifferi *D. V. p m.* 444: non statuissent, Elisam bis percussisse aquas: non feciissent duram *ellipsin* nempe Kimchi נעשה לו נס *etiam hoc ipsum* (*factum est ei miraculum.*) Rauppius *ad h. l. Etiam ipse* (*Deus meus*

CAP. II. *meus eſt*) Pfeifferus l. c. יפריד המים *aderitne et diuidet nunc aquas?* Seb. Schmidius: *iam adſit*; attribuentes ſic Rbhiae comiti minimo *Pſik munachato* abſolutiorem diſtinguendi poteſtatem, quam ipſi *Athnacho*, quemadmodum et illi, qui absque tali ſimiliue ellipſi reddunt *Etiam ipſe?* vid. Tigur. Vatabl. Belg. et Clericus *h. l.* Maiori in hunc locum criticae exercendae ſuperſedere iubeor, per ea, quae iam in eundem docte diſſertauit ſaepe laudatus M. Rus *in Accent. Ebr. vſu, dict. 2.* qui longe tutius et concinnius ad fidelem ductum accentuum cum Ralbago, Iunio, Glaſſio *l.c.* (cui tamen ו in ויכה videtur redundans, et ſolum conuerſiuum, nequaquam copulatiuum) et Noldio *in Concord. Partic. Ebr. not.* 474. ad ſequentia refert, totumque locum pro mente hiſtorici θεοπνεύϛε, reique ipſius claritate ita transfert: Et accepit togam Eliae, quae ceciderat ab eo, et percuſſit aquas, dixitque; Vbi (es) Iehoua Deus Eliae? Etiam ille cum percuteret aquas, tunc diuidebantur huc et illuc, itaque tranſiuit Eliſa. Recte namque obſeruat §. 2. eſſe in praeſenti verſu duorum diuerſorum ſubiectorum verba, ſcriptoris videlicet ſacri, atque ipſius Eliſae, ita quidem, vt Eliſae verba ſcriptoris ſacri orationi inſerantur in medio, et quaſi per parentheſin, adeoque haec penitus abſoluta omnium maxime per *Athnachum* ab inuicem diſtinguenda eſſe, nemini accentuationis vel leuiter perito poſſe eſſe obſcurum. Manifeſtum ergo τὸ אף הוא non debere tanquam ab Eliſa prolatum explicari, ſiue elliptice id fieri ſtatuas, ſiue ſine ellipſi. Nec praetermittendus eſt praeclarus in h.l. cit. Ralbagi commentarius: אף הוא ויכה את המים ויחצו הנה והנה ר"ל אף הוא כאשר הכה את המים הנה נחצו תכף הנה והנה ואחשוב כי לא הכה אותם אלא פעם אחת ובפעם הזה אמר איה אלהי אליהו וספר הכתוב שגם אלישע הגיע לזאת המעלה שהגיע אליהו והוא שכאשר הכה את המים נחצו הנה יהנה: i.e. *verba illa* אף הוא ויכה את המים וגו' *innuunt: etiam ipſe, quum percuſſiſſet aquas, ecce diuiſae ſunt illico huc et illuc. Et exiſtimo, percuſſiſſe illum aquas nonniſi ſemel, et eodem tempore dixiſſe, vbi Deus Eliae? Commemorat itaque ſcriptura, quod etiam Eliſa pertigerit ad iſtam miraculorum excellentiam, ad quam peruenerit Elias, ita vt, quum et ipſe percuteret aquas, diuiſae fuerint huc et illuc.*

CAP.

CAP. V, 18. CAP. V.

לַדָּבָר הַזֶּה יִסְלַח יְהוָה לְעַבְדֶּךָ בְּבוֹא אֲדֹנִי בֵּית־רִמּוֹן לְהִשְׁתַּחֲוֹת
שָׁמָּה וְהוּא נִשָּׁעַן עַל־יָדִי וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי בֵּית רִמּוֹן בְּהִשְׁתַּחֲוֹתִי
בֵּית רִמּוֹן יִסְלַח־נָא יְהוָה לְעַבְדְּךָ בַּדָּבָר הַזֶּה׃

CIrca hunc locum nimis controuerſum biuium occurrit ſententiarum valde probabilium ac ſpecioſarum, ita vt vtram eligas vix videas, quum vtrique litera textus non modo non aduerſetur, ſed etiam luculenter fauere videatur. Vna praetendit, Naamanem loqui de *praeterito*, de commiſſa idololatria; altera de *futuro*, ne ſibi poſthac in miniſterio regis idololatrici communio idololatriae imputetur. Quod ſi iam ex omni parte inſpectius rimor tum ipſam literam, tum ipſum contextum eiusque circumſtantias, deprehendo, haut leue pondus poſteriori ſententiae accedere ex ſpecialiſſima illa circumſtantia de *ingreſſu regis in idoleum*, eiusque praeſertim *innixione ſuper manum Naamanis*. Si namque culpam patratae idololatriae deprecaturus fuiſſet, non video, cur tam ſingularem regis ſui ſuique miniſterii mentionem iniiciat, quum ſimplicius illam potuiſſet h. m. *condonet Iehoua ſeruo tuo*, כי השתחותי בית רמון ואעש עולה וזבח לאלהים אחרים׃ *quod adorauerim in domo Rimmonis, et obtulerim ſacrificia diis alienis*, ex coll. verſ. praeced. et quaſi ſolummodo illa occaſione, inque illo officio, non extra illud, idolo ſeruiiſſet. Deinde attendatur probe ad ipſam συνέπειαν. Ediderat Naeman v. 15. confeſſionem fidei ſuae, *ecce*, inquiens, *nunc noui, quod nullus ſit verus Deus in omni terra, niſi in Iſrael.* Quae *fides* paucis verbis heic expreſſa *contritionem* iam includit, et *condonatio* Dei eam conſecuta eſt. Vnde non eſt, quod tale ὕστερον πρότερον in natura et ordine conuerſionis ei attribuatur. Praeterea in τεκμήριον gratae mentis, pro miraculoſe ſanata lepra, magnificis muneribus Eliſam excepturus, et illo illa accipere renuente, aiebat: ולא *Si non*, (ſc. accipere vis, coll. 2. Sam. XIII, 26. dabis ſaltem id petitioni meae) *detur quaeſo ſeruo tuo* (mihi) *onus paris mulorum terreum; quoniam non faciet amplius ſeruus tuus holocauſtum et ſacrificium diis alienis, ſed ſoli Domino Iehouae.* Aperit heic bonus Naeman Zelum quidem ſuum, at non κατ' ἐπίγνωσιν, petendo, vt ſibi liceat tantum deportare terrae Iſraeliticae, quantum duo muli portare valeant, ad conſtruendum exinde altare pro ſacrificiis, opinatus, terram Iſraelis Syriaca eſſe ſanctiorem, adeoque ſanctius gratiusque ſuper ea Deo ſe oblaturum ſacrificium, quum tamen terrae per ſe ſanctitas non adhaereat; nec alibi, quam Hieroſolymis, ſacrificare fas eſſet. Circa quam vero

CAP. V. ſuperſtitionem atque ἐθελοθρησκείας errorem hic νεόφυτος procul dubio ab Eliſa meliora edoctus, (non enim legitur terram ex Iudaea deportaſſe, quod tamen neſcio quo fundamento adſtruit Grotius *h. l.*) alterum ex conſcientia ſcrupuloſa petit: Saltem quoad rem hanc (hunc caſum non facile declinabilem) condonet Iehoua ſeruo tuo: quum venit (coll. Prou. I, 26. 27.) Dominus meus in fanum Rimmonis, ad incuruandum ſe illic, (np. ad adorandum idolum,) et ille innititur ſuper manum meam, adeoque et me incuruare cogor (nempe Domino meo) in fano Rimmonis; quod igitur ad illam incuruationem meam, condonet (quaeſo) Iehoua ſeruo tuo in hac re. Vbi (α) obſervanda eſt variata ſyntaxis, dum *infinitivus* mutatus eſt in *participium*, pro ſyntaxi ſimplici ובהשׁעין *et cum innititur*, idque ne *indefinite*, adeoque et pro *imperfecto* vel *praeterito*, vti praecedens בבוא ſumi poſſit, (coll. Pſ. LI, 2. Gen. XLVIII, 7. Num. VII, 89.) ſumatur, ſtudio factum eſſe exiſtimem. Et rurſus infinitivus notanter in formam *nominis* בהשתחויתי pro בהשתחוות *incuruando me*, vt ſic ipſe *actus incuruationis* vt iam praeſens adhuc clarius et reſtrictius exprimatur. Deinde permutatur *praefixum* ל in דבר cum ב, quod etiam alibi vſu venit cum ſignificatu *Quoad.* vid. Gen. VIII, 17. IX, 2. 10. in quo vtrumque, v. 15. etc. B. Calouius *B. Ill. h. l. p.* 813. *b. fin.* inuitis accentibus (*accentus* enim *repetitus quo remotior eſt a ſuo Domino, eo plus et perfectius ſubdiſtinguit.*) et vocum poſitu, (quum ſic incongrue et vel tautologice verba בירת רמן reiterentur,) vocem hanc בהשתחויתי conſtruxit cum praecedenti verbo והשתחויתי, vt ſit ebraiſmus, *adorando adoraui* i. e. *omnino adoraui*, itaque Naamanem non ſolum actum religioſum idololatriae *participatae*, ſed etiam *directae* commiſiſſe. Aſt falſa conſtructio falſam reddit emphaſin. Nec aliter conſtruit cum Sauberto Dn. Franckius *in Obſervat. Bibl. p.* 577. *Und ich in dem Hauſe Rimnon angebetet habe in meiner (gewöhnlichen) Anbetung im Hauſe Rimnon.* (β) Verbum השתחוה non dicere formaliter *adorationem*, ſed generaliter *incuruationem* ſ. *proſtrationem corporis*, ſiue ea fiat religionis, ſiue honoris ciuilis ergo, id quod ex circumſtantiis textus colligendum eſſe, recte iam notauit Pfeifferus *in D. V. p.* 448 *fin. ſ.* Itaque vocem iſtam applicatam regi idololatrico, *materialiter* de adoratione religioſa; at vero perſonae ad Deum verum conuerſae, et quae omnem idololatriam eiurauerat, nonniſi de proſtratione ciuili eſſe capiendam. Conf. Ruth II, 10. 1. Sam. XX, 41. De ſymbolizatione et συμφωνήσει πιξ μετὰ ἀπίξ hinc obiecta, vid. idem *l. c.* et ol. Io. Meyerus *in Annot. ad Seder Olam. c.* 17. *p.* 908. 909. 910 Pronam firmamque συνάφειαν ſententiae huius forſan peruidentes alii, illam ita elidere ſtudent, dum in verſu antecedaneo

per

per משא ארמה *onus terrae* intelligi volunt *donaria*, et per *seruum* ministrum Eliſae Gechaſi. vid Friedlib. Calouius, Vinarienſes, et Rauppius *h. l.* Verum nimis dura et inuſitata eſt iſta acceptio vocis *terrae*, quae per μείωσιν non emollitur. Et tale inſuper munus, quale par mulorum portarent, nimis lautum et graue fuiſſet pro famulo. Et quae foret haec ἀκολαθία? Si tu non vis, accipiat hoc munus terreum ſeruus tuus. Nam non amplius deos alienos colam. Gratis cauſalitatem particulae כי hac via tutatum it Rauppius, *Naamanem tacitae ſic obiectioni occurrere. Eliſaeum nempe a ſe vtpote homine ethnico et idololatrico munera neque pro ſe neque pro famulo accipere velle; reſpondere autem Naamanem, hanc obiectionem eſſe nullam, ſe enim in poſterum vero Deo Iſraelis adhaeſurum.* Etenim non erat, cum haec diceret, amplius ethnicus et idololatricus, ſed proſelytus et conuerſus. Ergo hoc nomine illa recuſare non opus habebat.

Verſ. 26.

וְלֹא־לִבִּי הָלַךְ

Nonne cor meum iuit?

Dictionis huius ſenſus eſt: Nonne in ſpiritu te ſecutus ſum? Deo in viſione mihi monſtrante, quo iueris, quid dixeris, quid feceris, quid acceperis, quaſi in perſona mea tibi praeſto fuerim, omniaque oculis meis viderim?

CAP. VI, 9.

הִשָּׁמֶר פֶּן־עֲבֹר הַמָּקוֹם הַזֶּה

Caue tibi, ne praetereas locum hunc.

VBi Eliſaeus non intelligit *praeterire* vel *tranſire* pedibus aut equis, ſed cura et cum militibus, germ, *übergehen* q. d. Vide ne cura et ſolicitudo tua praetereat locum hunc, de quo ſcio te nihil mali ſuſpicari: nec milites et praeſidia tua in alios potius locos transfer; memento autem hunc locum firmo praeſidio prae aliis munire: nam Syri hunc locum obſidere cogitant, et ſe heic demittere. Ita congruenter pro mente Eliſae Seb. Schmidius *h. l.* Si enim Syri iam tum eo *ſe demiſiſſent*, aut *quieuiſſent* (*ſich daſelbſt geſetzet hätten*,) aut *inſidiati fuiſſent*, vt ideo rex Ioramus illac tranſire caueret, non diceretur in verſ. ſeq. ונשמר־שם *et cuſtodiuit ſe ibi, er hat ſich daſelbſt wohl verwahret, iſt auf guter Hut geweſen*, ita vt etiam propterea *cor regis Syrorum* יסער *turbulentum factum ſit, inſtar maris tempeſtate et fluctibus agitati*, crediderit que quendam ex ſuis perfugam conſilia ſua regi Iſraelis detexiſſe. Eundem, quem heic loci, ſignifi-

Ier. V, 28. gnificatum habet verbum עבר Ier. V, 28. עברו דברי־רע *praeterierunt res* (et verba) *afflicti*, i e. non curarunt et supercilioſe contemſerunt. Conf. de h.l. *Ebraiſm. Etymol. p.* 212. *ſ.* Similiter graecum παρέρχομαι Luc. XI, 42. καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, *et praeteritis iudicium et amorem Dei.* et explicatur Matth XXIII, 23. per ἀφήκατε *omiſiſtis, reliquiſtis.*

Verſ. 26.

Per חֲרִיוֹנִים (legendum iuxta vocales דִּבְיוֹנִים, iuxta literas חֲרֵי יוֹנִים, de quo duplicis lectionis ſymbolo vid. Hiller. *Arc. K. et K. p.* 110.) ſtercus columbarum ſignificari cibi genus (cum alias nulla eſſet orationis cohaerentia) et quidem *cicer* vel *ciceris ſpeciem*, et hunc cibum in Iudaea iam olim fuiſſe notiſſimum, atque vnum e viliſſimis, vt tanto ſit mirabilius, huius menſuram tam modicam tum temporis tanti conſtitiſſe, non ſine veritatis ſpecie docet et probat Bochartus *Hieroz. P. II. l. 1. c. 7. p. 38. ſeqq.* approbatque Clericus *h.l. vix quicquam melius proferri poſſe*, inquiens, et ſequitur D. Maius *Oecon. Iud. Diu. P. II. p.* 363. Ad quem quoque ſenſum ſcite accommodare nouit celeb. Caſp. Neumannus ſuam expoſitionem vt vt latiorem, nempe *collectanea purgamenta atque eiectamenta columbarum* i.e. columbis deſtinata, et quidem ex famoſa illa ſignificatione literarum ebraicarum hieroglyphica, in *Diſſert. epiſt. de biga difficultatum de gemmis Vrim et Tummim, et de cibo Samariae obſeſſae cap.* 2. cui *breuiarium* iſtius praemiſit, quod nunc anno ſuperiori vberius deduxit *in claue domus Heber.* Quod quidem expoſitionis genus ab incunabulis ſtatim ſuis nonniſi pro luſu acuti ſplendideque philoſophantis ingenii aeſtimare potui, quale quid in aliis aeque linguis fingere facile eſſet, praeſertim quum nec dum de certitudine vniuerſali inter illius baſiatores conueniat, ſed valde varient, in hoc loco hanc, in alio aliam, prout aliunde iam conſtat, notionem literis nolentibus volentibus aſſignantes. vid. et D. Zieroldi *Analogiſmus nominum et rerum ex Pſalmo I. Stargard. a.* 1701. *pl.* 2. *impreſſus*, eiusque nouiſſimum באר היטב *heic Lipſiae prodiens.* Tantum igitur abeſt, vt ex hoc lubrico, vago, et in mille ideas flexili principio certum et firmum illum, quem promittit, ſignificatum haurias, vt potius incertior multo, quam ante, hinc prodeas. Nec vnquam adducor, vt credam, ipſis linguae ebraeae ſtatoribus priſcis, et Moſi et Prophetis tale quid in mentem veniſſe, aut ſomniaſſe. Nec illud inſtitutum eruditis ſe adeo approbauit, quin epicriſes ſuas ei oppoſuerint, ceu in primis cl. M. Chr. Ben. Michaelis *in erudita diſſertatione de Voc. Semin. ac Litter. Ebr. Signif. Hierogl. Halae* 1709. *habita.* Cuius ſolida dubia ſi prius ſoluerint, maiorem dein merebuntur applauſum. Eousque plura heic ὦ, ἐν παροδῷ addere ſupersedeo.

CAP.

CAP. VIII, 10.

לְךָ אֱמֹר־לֹא (לוֹ) חָיֹה תִחְיֶה

Ito die ei, viuendo viues.

QVod responsum Eliſae rectiſsime plerique interpretes *aſſertiue* transferunt. Eſt quippe hic locus ex XVIII. illis, in quibus ו permutatur cum א. vid. *Lux Ebr. p. 15. fin.* adeoque eſt *pronomen*, non particula *negatiua*. conf. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 62. 63. Contra ſi *negatiue* cum Iunio et Tremellio, Batauis, et Iudaeis Amſtel. itemque virtualiter per *interrogationem* cum Schmidio (*num viuendo viueres?*) capiendum eſſet, non ſane potuiſſet tam arcte per *Makkeph* copulari cum verbo antecedente, coll. v. 20. etc. ſed potius ab eo ſeparatum arctius cum ſequente conſtruendum fuiſſet, hoc videlicet poſitu לְךָ אֱמֹר לֹא־חָיֹה תִחְיֶה Non tamen neceſſe eſt, vt cum aliis ita ſenſum *affirmatiuum* interpretemur, acſi hoc pacto Propheta impium Syriae regem Benhadadum vana ſpe deludi voluiſſet, ſe ſenſus verborum, *omnino viues ſ. reualeſces*, hic eſt, non lethalis eſt hic morbus per ſe; vti nec reipſa mortuus eſt eo morbo Benhadadus; *ſed videre fecit me Iehoua, quod morte* (nempe violenta coll. v. 15.) *moriturus ſit.* Vid. Clericus *ad h. l.* et Io. Marckius *Exercit. ad h. l. §. 6.*

Verſ. 11.

De ſenſu phraſeos וַיְעֲמֵד אֶת־פָּנָיו *et ſtare fecit vultum ſuum*, conſule *Ebraiſm. Etymol. p.* 146.

Verſ. 16.

וַיְהוֹשָׁפָט מֶלֶךְ יְהוּדָה מֶלֶךְ יְהוֹרָם בֶּן־יְהוֹשָׁפָט מֶלֶךְ יְהוּדָה׃

Vbi tria priora verba in verſione Lutheri ſunt praetermiſſa. Praetermiſſorum hanc vult afferre rationem M. Beckius *in lib. ſaepe cit. p.* 164, *ne ſcrupulus chronologicus inde oriretur.* At hoc non ſufficit. Non enim integrum eſt interpreti, ob hunc alterumue ſcrupulum verba fontium omittere aut reformare, ſed diſpiciendum potius eſt ei, vt qua fieri poteſt verſionis commoditate tollatur, vel ſaltim iuuetur. Quo de etiam alii rite cogitarunt. Dn. M. Franckius cum Sauberto explicat, *und da Joſaphat König geweſen war in Iuda, ward Joram etc.* quae vero paraphraſis Beckio *l. c* tautologiam ſapere videtur, *cum filius patri ſuccedere* de lege communi *non ſolcat*, niſi *poſtquam pater regnare deſiit.* Et verſioni ſimplici, *anno quinto Iorami filii Achabi, regis Iſraelis et Joſaphati regis Iudae, regnabat* (regnare incipiebat) *Joram filius Joſaphati rex Iudae*, quam tenent Graeci, Vulgatus, alii que, recte obiicit idem, quod omnino lectori hunc ingeneret ſenſum, acſi filius Ioram *anno quinto regni patris ſui Joſaphat* imperii faſces accepiſſet, qui tamen integros *viginti quinque* regnauerit annos, coll. 1. Reg. XXII, 42. Verſio ſaltem particula עוֹד iuuari

CAP. XXII. poteſt cum Seb. Schmidio h.m. et Ioſaphati (adhuc) regis Iudae etc. vt ita viuo adhuc patre in conſortium regni adſcitus fuerit. Quaeris autem *quo praeciſe anno patris?* expeditior mihi ſane videtur reſponſio, quam idem vir doctus ſuppeditat ex collatione 2. Reg. III, 1. Vbi dicitur, quod *Ioram filius Achabi regnare coeperit ſuper Iſraelem in Samaria*, anno decimo octauo reſpectu Ioſaphati regis Iudae. Iam annis 5 illis 18. additis colligere in procliui eſt, initium regiminis Iorami incidiſſe in *vigeſimum tertium* annum regni Ioſaphat, vt vix *triennium* iuxta cum parente regnarit.

CAP. XXII, 18.

כֹּה־אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ׃

Sic dixit Iehoua Deus Iiſraelis: verba illa quae audiuiſti.

PEnes verba vltima eſſe *ellipſin* aliquam, quiuis facile aduertit, quae quidem B. Lutherus verſui ſequenti, ſenſu licet non malo, interſeruit, *darum, daß dein Herz erweichet iſt über dem Worten, die du gehöret haſt*, etc. veruntamen quum limites verſuum in textu ebraeo non ſint mouendi aut confundendi, praeſtabit cum Batauis et Iudaeis Amſtel. iſta ceu abſolute poſita exponere: *quod ad verba attinet, quae audiuiſti;* vel plenius cum Vatablo, Glaſſio *Gramm. S. l. 4. tr. 2. Obſ. 3. p. m.* 1207. ei Rauppio *ad h. l.* ex ſenſu tale quid ſupplere: *euentura quidem erant.* Iam ſequitur v. 19. *Quia autem* etc. Sic ſupra c. XIX, ad v. 9. quaedam pro connexione hiſtoriae ſubintelligenda eſſe, nempe *Quod cum audiſſet, ſoluta obſidione Libnae* (verſ. 8.) *vertit exercitum in regem Aethiopiae; quo deuicto rurſum obſedit Ieruſalem etc.* iam tum obſeruauit Glaſſius *ibid.* Inſuper in noſtro loco non negligendus eſt elegans reſpectus verborum שמעתי et שמעת in clauſula v. 18. et 19. hoc ſenſu: *Quia tu auſcultaſti verbis legis meae, etiam ego auſcultaui verbis ſupplicationum tuarum, tuisque lacrimis*

דברי הימים

I. CHRONICORVM.

CAP. VII, (al. VIII,) 14.

בְּנֵי מְנַשֶּׁה אַשְׁרִיאֵל אֲשֶׁר יָלְדָה פִּילַגְשׁוֹ הָאֲרַמִּיָּה יָלְדָה אֶת־מָכִיר אֲבִי גִלְעָד׃

VErſio Lutheri heic grauiter impingit tum in *accentuationem*, praeterueſto *Athnacho* hemiſtichium primum in *Sakephkatone* terminans, cum Graecis, Syro, Arabe, Iudaeis Amſtel. *die Kinder Manaſſe ſind dieſe: Eſriel*

Eſsriel, welchen gebahr Aramja ſein Kebs-Weib; tum *in formam,* genus CAP. VII.
femininum verbi poſterioris ילדה mutando in maſculinum, *Er zeugete aber Machir, den Vater Gilead,* in quo vero abiit ab illis interpretibus, eandem *pellicem Syram* pro matre ipſius etiam *Machiri* habentibus. Fons erroneae diſtinctionis eſt, quod non alius matris fiat mentio, qua prognatus fuerit Aſriel, ideo in ditione *Silluki* eam quaeſiuit. Verum bene iam obſeruauit Kimchi cum eoque Ben Melech *h. l.* quod *ex more Scripturae interdum matris nomen ſubticeatur,* quemadmodum quoque Num. XXVI. 59. *Nomen vxoris Amrami erat Jochebed, filia Leui,* אשר ילדה אותה ללוי במצרים *quam pepererat* לְוִי *Leui in Aegypto.* Sic 1. Reg. I, 6. ואיתי ילדה אחרי אבשלום *eumque* (Adoniam) *peperit* (ſcil. חגית ex v. 5. et 2. Sam. III, 4.) *poſt Abſalomum* (In quo loco itidem Lutherus F. ילדה mutauit in M. ילד, *und er hatte ihn gezeuget.* At in priori rectius *neutraliter* ſ. *paſſiue* vertit, *die ihm gebohren ward.*) Vernaculam itaque h. l. *emendationem admittere,* non diffitetur Dn. Beckius *l. c. p.* 173. §. 6. Proinde verſio ex conſilio fontium ſimplex ita adornanda eſſet: Quod ad filios Manaſſe attinet, erat (inter eos) Aſriel, quem peperit N. vel ἡ δεῖνα; eius vero (Manaſſis) pellex Syra peperit Machirum, patrem Gileadis. Vbi notandum (α), quod *Aſriel* non fuerit Manaſſis *filius,* ſed ex Gileade *pronepos,* coll. Num. XXVI, 30. 31. *Nepotes* autem vel *pronepotes* in Scripiura ſaepe nomine *filiorum* venire, conſtat. v. g. 1. Chr. I, 17. *Vz, et Chul, et Gether, et Meſech* dicuntur *filii* Semi, quum proprie eſſent ex Aramo *nepotes,* vt habetur Gen. X, 23. Sic Mephiboſeth dicitur 2. Sam. XIX, 25. *filius* Saulis, ſed *mediate* talis, nempe ex Ionathane *nepos,* etc. Hinc (β) ſi quid ad prius verbum ילדה ſupplendum eſt, non cum Schmidio, Sauberto, Franckio, *vxor eius, ſein Weib,* ſupplendum erit, ſed potius cum Piſcatore, Batauis et Geneuenſibus, *Vxor Gileadis.* Nec obſtat, quod poſthabita genealogiae ſerie *praeponatur Aſriel Machiro filio.* Fieri enim id inde, *quod ex legitima vxore, non ex pellice natus eſſet,* notauit idem Kimchius *h. l.* Nec (γ) opus eſt, vt propter pluralem בני *filii Menaſſe* quodammodo iuuandum cum Syro et Arabe *Aſrieli Adoniam* quendam aſſociemus, aut cum Tremellio *Gileadum* eidem praemittamus. In more quippe et hoc Scripturae poſitum eſt, quod *numerum pluralem indefinite* vſurpet, ſiue vnus ſiue plures fuerint. Conf Gen. XLVI, 23. Vbi paritet ex *filius Danis* tantum *Chuſsphim,* vnus loco omnium commemoratur. Et *verſ.* 15. mentio ſit *filiarum Iacobi,* quum ſaltem *vna* eſſet pro pluribus *Dina.* Vnde apte reddit locum noſtrum Beckius *l. c. Die Kinder Manaſſe ſeynd* (*unter andern auch*) *Eſsriel etc.*

CAP.

CAP. XV.

CAP. XXV, 1.

וַיַּבְדֵּל דָּוִיד וְשָׂרֵי הַצָּבָא לַעֲבֹדָה לִבְנֵי אָסָף וְהֵימָן וִידוּתוּן הַנִּבְּאִים וגו׳

Et distinguebat Dauid et principes exercitus (nempe sacri, i. e. Leuitarum coll. Num. IV, 23. et *supr. p.* 87.) *administerium* (Domus Dei) *in filios Asaphi, et Hemanis et Ieduthunis, qui prophetare debebant* (i.e. canere et Deum celebrare coll. v. 3. & 1. Sam. X, 5.) *citharis* etc.

NOtandum heic est praefixum ל in לבני, quod reddunt *ex* vel *inter*. Ast bene docet cl. Gussetius *in Comment. L. E. p.* 116. *b. C.* qui naturam et constructiones particularum pensiculatius, nec infeliciter saepe, expendit, verbum הבדיל cum ל nominibus sequentibus praepositio significare diuisionem „ hominum in diuersas classes illis nominibus indicatas. Atque hoc לבני et „ ante duo postrema nomina subaudiendum esse, q.d. *in filios Asaphi, et in filios* „ *Hemanis, et in filios Ieduthunis*. Vt adeo separatae fuerint tres classes Leuitarum „ cantorum, idque parentum ratione habita. Nam enumerantur horum trium „ filii sub patribus suis. „ Membri secundi dictionem אנשי מלאכה Lutherus insufficienter reddidit *zum werck*, quasi diceretur למלאכה, itaque notaretur *finis*, qui notatur per sequens לעברתם, quum potius per appositum אנשי innuatur *qualitas* cantatorum illorum hoc modo: *et erat numerus eorum* (i.e. omnes illi, qui numerum insignem faciebant, coll. v. 7. erant) *viri operis* (i.e. habiles et expediti, et vti in v. 7. describuntur *docti* quoad *cantum in honorem Domini Iehouae, omnes doctores*) *ad opus s. ministerium suum*.

Vers. 2.

עַל יַד־אָסָף הַנִּבָּא עַל־יְדֵי הַמֶּלֶךְ׃

Ad manum Asaphi, qui prophetabat ad manus Regis.

De phrasi על־ידי idem Gussetius *l. c. p.* 309. postquam contra varias variorum interpretationes solide disputauerat, deinde *p.* 310. *a.* ponit hanc suam, „ quae et nobis arridet, vt nempe *super manus* metaphorice sit, fulti regis au- „ ctoritate, nec non prophetarum superiorum, quales Asaph, Ieduthun, Heman, „ qua promouebantur ad functionem hic descriptam exercendam, defendeban- „ tur ab aduersariis, animusque eorum sustentabatur; quasi regis ac magistro- „ rum manibus gestarentur, ac agerentur in muniis illis obeundis. At aliter c. VI, 16. „ sumitur phrasis c. VI, 16. על־ידי־שיר, vbi שיר est per metonymiam effe- „ ctus pro causa *chorus cantorum*, vti תודות pro *classibus laudantium*, Nehem. XII,

„XII,31.38.40. *Ad manus* igitur *cantici* eſt,ad chori partes dextras et ſiniſtras „poſiti,coll.v.24.29. CAP. XXVIII

CAP. XXVIII, 19.

הַכֹּל בִּכְתָב מִיַּד יְהוָה עָלַי הִשְׂכִּיל כָּל מַלְאֲכוֹת הַתַּבְנִית׃

IN cuius dicti ſenſu aperiendo non eſt, quod cum Guſſetio *l. c. p.* 855. *a. F.* ſtatuamus *mutationem perſonae*, ita vt Dauid, filo orationis cum filio Salomone abrupto, haec pauca verba ad circumſtantem magnatum coronam direxerit, atque hinc *ellipſin* nominatiui *iſte Salomo* ad verbum הִשְׂכִּיל, et conſequenter *accentuationem* laedamus, *Tiphchae* perfectiorem imprimendo diſtinctionis vim, quam ipſi ipſius domino *Athnacho*. Qua conſtructionis ratione in יְהוָה requireretur *Athnach*, et in הִשְׂכִּיל *Sakephkaton*. Verſio huius commatis haec eſt: *Omnia | ſunt in ſcripto* quod eſt *e manu Dei*, iſte (Salomo) *mecum intellexit omnia opera figurae*. In eundem interpunctionis ſcopulum impegit vernacula noſtra: *Alles iſt mir beſchrieben gegeben von der Hand des HERRN, daſs michs unterweiſet alle Werck des Fürbilds*. Melioris commatis eſt Belgica: *Dit alles heeft men (ofte, hy, de Heere) my by geſchrifte te verſtaen gegeven van de Hand des HEERN (te Weten) alle de Wercken deſes Voorbeelts*. Quae cum hac ad fontes exactiore facile conuenit: Omne hoc, quod eſt in ſcripto e manu Iehouae, penes me intelligentiam fecit, omnium nempe hactenus recenſitorum operum ſtructurae. Vbi *Athnach* interſecat emphatice *ſubiectum* et *obiectum*, vti ſaepe alias. Vide ſis *Luc. Accent. p.* 47. Illud autem eſt, הַכֹּל cohaerens mediante verbo ſubſtantiuo et relatiuo, indicio etiam הַ demonſtratiui, cum ſequente voce, eſtque nominatiuus, non alius verbi הִשְׂכִּיל, ac deſcribitur tum ratione *formae externae*, quod contineatur בִּכְתָב *in ſcripto* hoc, quod Salomoni exhibebat, coll.v. 11. in quo ſe inſtar nudi *amanuenſis* habuiſſet; tum *internae, cauſaeque efficientis principalis*, quod ſit מִיַּד יְהוָה *e manu Iehouae*, id eſt, ex immediata operatione ſ. inſpiratione Spiritus S. coll.v. 12. vbi explicatur per בְּרוּחַ *Et figuram* (dedit) *omnium, quae fuerunt* PER SPIRITVM S. *penes ipſum* ſ. *in animo ipſius* (Dauidis.) Quam emphaſin vocis בְּרוּחַ minus attendit Lutherus, vertens *in ſeinem Gemüthe*, qui ſenſus iam inuoluitur in עִמּוֹ *apud eum*. Melius iſtam attenderunt Bataui. Conf. quoque Ezech. VIII, 1. cum c. XI, 5. vbi יַ commutatur cum רוּ. Vt adeo Dauid non pro abſoluto ſuo beneplacito regio res religionis et cultus Dei publici diſpoſuerit ac ordinauerit, quemadmodum nec Moſes in exſtruendo tabernaculo, ſed iuxta typum ipſi monſtratum ac declaratum in monte, Ebr. VIII, 5. Conf. *Not. Sel. noſtr. ad loc. hunc p.* 60. *ſ.*

CAP. XXIX et II.

CAP. XXIX, 1.

QVaeritur, *quo sensu* Dauid *Salomonem filium suum* dicat אחד *vnicum*, quia tamen plurimos habuit fratres? coll. c. III. Et respondetur cum Daniele Fesselio *Aduers. S.l.* 10. *c.* 2. *p.* 519, vocare eum *vnicum*, tum quod prae multis fratribus successione et haereditate regni vnicus esset, tum quod a Dauide instar *vnici* aut vnigeniti filii impense diligeretur. Conf. Prou. IV, 3. vbi Salomon
Prou. IV. 3. dicitur יחיד לפני אמי *vnicus coram matre sua*, hoc est, vnice a matre dilectus, ita et Glassius *in Onomat. Mess. Proph cl.* 9. *n.* 5. *p. m.* 505. itemque Rauppius *in Lex. Theol p.* 798. Vnde et LXX verterunt ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρός. Qua quidem expositione abuti nituntur Sociniani, praetendentes, ita etiam
Io. I, 14. Christum dici μονογενῆ παρὰ πατρὸς Io. I, 14. Verum Μονογενὴς et יחיד non aequipollent, sed hoc illo est latius, adeoque ab hoc ad illud N. V. C. Scilicet יחיד est *vnicus*, siue sit vnigenitus siue e multigenitis vnus superstes, at μονογενὴς est praecise *vnigenitus*, ceu recte docet B. Pfeifferus *in Dub. Vex. cent.* 3. *loc.* 85. *p.* 636. vbi quoque ad exceptionem eorum respondet, et *p. seq.* aliam adhuc conciliationis viam monstrat, nimirum notare יחיד *l.c. Prou. vnicum* et materialiter *vnigenitum* non absolute, sed ad tempus, natis nondum fratribus. Nec obstat vtique huic sententiae, quod *Salomo primogenitus* (ex coll. 2. Sam. XII, 24.) *fratribus postponatur* cit. c. III. 2. Chr. quandoquidem scriptura non semper ordinem naturalem, sed potius arbitrarium seruare assolet, quod etiam supra notauimus *p.* 37.

II. CHRONICORVM.

CAP. II, 5.

כִּי הַשָּׁמַיִם וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלֻהוּ׃

Nam coeli, immo coeli coelorum non capere possunt eum.

PAucis heic tangendum erit, *rectiorne sit* verbi *pielici* כלכל significatio *sustentandi, versorgen?* quam cum Conr. Vorstio, licet non in eodem cum eo sensu, habet B. Lutherus, cui pollicem premunt Franzius *de Interpr. Sc. orac.* 105. et Tarnouius *in Exercitat. Bibl. p.* 162; an vero communis *capiendi, comprehendendi*? Et omnino, si res recta reputetur via, pronunciandum esse pro posteriore, non diffiteor. Ista enim *sustentandi, alendi* praedicatur *de persona* et *de animali*. Conf. Gen XLV, 11. XLVII, 12. 2. Sam. XIX, 32. 33. 1. Reg. IV, 7. Ps LV, 23; 1 Reg. XVII, 4. Sed quando *de loco* dicitur, non *sustentatio*, sed *comprehensio* significatur. Quamque confirmant verba nostra ex eo, quod sunt *ratio priorum*, quibus Deus dicitur גדול *magnus prae omnibus*

omnibus i.e.maximus,infinitus,immenſus. At quae ratio horum? an, quia non poteſt *ſuſtentari*? ſed *quia coeli coelorum ipſum nequidem capere poſſunt*, multo minus templum. Et in vlteriorem explicationem add.loca Ier. XXIII, 24. Pſ. CXXXIX,7.Iob.XI,8. Vid.B.Hackſpanius *ad h. l.* CAP. XXI.

CAP. XXI, 12.

וַיָּבֹא אֵלָיו מִכְתָּב מֵאֵלִיָּהוּ הַנָּבִיא לֵאמֹר

Et veniebat ad ipſum (Ioramum) *ſcriptum ab Elia Propheta huius tenoris* : etc.

DE hoc multae litis ſcripto conuenientius eſt,dicere cum Lyrano, Eman. Sa, Tremellio,Piſcatore,Belgis *in not.ad h.l.* Vinar. Heluico *in Chronol.* Walthero *in Harm.*Hackſpanio, et Calouio *h.l.* Willemero *in diſſert.de Elia θαυματέργῳ,et ad Ioram.Epiſt.p.*16. Buxtorfio *in Catalect.Phil.Th. tm.*87. et.D.Maio *in Oecon.Temp.V.T.p.*865. ipſummet Eliam Thisbiten,non alium ſiue *eiusdem* ſiue *permutati* nominis,ante ſuam in coelos *ἀνάληψιν* ſpiritu prophetico praeuidiſſe regis Iorami impietatem,ob eamque de poenis inſecuturis eum nomine Dei hocce ſcripto, ſuo tempore ei per Eliſaeum aliumue diſcipulum recte inſinuando, grauiter monuiſſe. Perinde ac ille *vir Dei* Bethelem veniens longe ante de zelo regis Ioſiae vaticinatus erat 1.Reg. XIII, 2. et Ieſaias de Cyro capp.XLIV.XLV. et Daniel de monarchiis, regnisque terrae, capp. II. VII. Nec ſicco pede praetereundus eſt Kimchii commentarius *in h. l.* a Ben Melech etiam adductus זה היה אחר שעלה ועניין זה כי נגלה אליהו ברוח הנבואה לאחד מן הנביאים ושם בפיו דברי המכתב הזה ואמר לו שיכתבם במכתב ויביא המכתב ליהורם ויאמר לו שזה המכתב שולח אליו אליהו כדי שיחשוב יהורם שזה המכתב בא לו מן השמים ויכניע לבבו וידע כי רעה גדולה עשה: *Accidit hoc, poſtquam adſcendit Elias. Nam rem hanc ei reuelatam per ſpiritum prophetiae cuidam prophetarum aperuerat,eiusque ori indiderat verba ſcripti huius, cum mandato, vt ea ſcripto conſignaret, idque perferret ad Ioramum, dicens,hocce ſcriptum ei mittere Eliam,ita vt Ioramus cogitare poſſet, quaſi e coelo ſibi mitteretur, vtque ſic humiliaret ſe cor eius, et magnam impietatem ſuam agnoſceret.* Sane ſanior heic eſt Kimchius plurimis ex ſua gente, qui aſſerere audent,Eliam ſeptimo anno poſtquam raptus fuit,hocce ſcriptum ſ. literas ad Ioramum dediſſe ex coelo, addentes ועכשיו הוא כותב מעשי כל הדורות כולם *adhuc hodie omnium temporum faſtos ſ. annales ab illo compoſi,* vti ex סדר עולם רבא ſeu *Chronico Ebraeorum maiore* notat Buxtor-

CAP. II. III. fius *l.c.* Quam fabulam Iudaicam auide arripiunt Papiſtae, cum ilsque Grotius, exinde probaturi, *ſanctos coelites noſſe et curare res mortalium in hoc mundo.* Verum non triumphantium in coelis eſt, aiente Calouio *h.l.* erudire, aut ad poenitentiam reuocare mortales in terra. *Habent Moſen et Prophetas: ſi illos non audiant, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit,* nedum ſiquis e coelis literas perſcripſerit, *credent.* Luc. XVI, 31. Kimchii ſententiam nec diſplicere video cl. Io. Meyero *Annot. in Sedet Olam c.* 17. *p.* 919.

ESRA.

CAP. II, 62.

Neh. VII, 64. אֵלֶּה בִּקְשׁוּ כִתָבָם הַמִּתְיַחְשִׂים וְלֹא נִמְצָאוּ

QUaeritur, num pronomen demonſtratiuum אלה ſit *nominatiuus verbi* בקשו? an verbo paricipium המתיחשים, et τὸ אלה exponendum potius ſit per *nominatiuum abſolute poſitum* cum Lud. de Dieu *h.l.* et Guſſetio *in Comm. h.l. p.* 316. *b.* Reſp. Hoc poſtremum rectius, ſimplicius, quum pro illo ſtatuenda ſit *ellipſis* praepoſitionis בין vel בתוך vel ſolius ב *inter* ante המתיחשים, (Lutheri quidem verſio eſt generalior) ſimulque *enallage* verbi ſeq. paſſiui נמצאו pro actiuo מָצְאוּ, prot Lutherus vertit. Vertendum itaque: Ad illos quod attinet, quaefuerunt recenſionem (nempe *genealogiae*, vti Nehem. VII, 5. ſpecialius dicitur סֵפֶר הַיֻּחַס) eorum, qui iam erant recenſiti in genealogia, ſed non ſunt inuenti. Hinc ſequitur וַיִּגָּאֲלוּ *ideo vt impuri* (i. e. inhabiles minusque idonei) *excluſi ſunt a ſacerdotio.* Conf. Luc. Ebr. p. 316.

CAP. III, 12.

HOc in verſu a plurimis peccatur in *accentuationem*, dum membrum parentheticum אֲשֶׁר רָאוּ אֶת־הַבַּיִת הָרִאשׁוֹן בְּיִסְּדוֹ claudunt in voce הראשון *paſchata*, itaque minori maiorem tribuunt interpunctionis vim, quam eius domino *Sakephkatoni*, et conſequenter huic ad ſequentia relato minorem, quam illi in τῷ בְּעֵינֵיהֶם, quum tamen vi principiorum *repetitus* et *remotior perfectius ſemper diſtinguat.* Vid. *Luc. Accent. p.* 23. Verſio itaque hemiſtichii primi ſecundum inciſa ebraea talis prodibit: At multos quod attinet e ſacerdotibus et Leuitis et primoribus patrum ſenioribus, qui viderant domum primam in fundatione ſua, hac domo (in fundatione ſua) exiſtente in oculis eorum, flebant voce magna.

CAP.

CAP. VI, 11.

וּזקיף יתמחא עלוהי

RUrsus heic peccatur in *accentuationem*, construendo communiter participium *Peil* וזקיף cum praecedente nomine אָע *ligno* hoc sensu: *tollatur lignum ex domo eius et erigatur, et in eo*, vel *in quo suspendatur*. Qua ratione talis foret interstinctio verborum יְתִנַּסַּח אָע|מִן־בֵּיתֵהּ|| וזקיף||| יתמחא |||| עלוהי atque sic simul statuenda est *ellipsis* copulae ו, vel pronominis *relatiui* דִּי. Atqui potius ex huius absentia, et praesentia *Sakephkatonis* in voce מִן־בֵּיתֵהּ innuitur, nostra verba a praecedentibus separari, et vnum orationis membrum constituere, coniunctim quoque transferendum h.m. Et suffixus, s. suspensus deleatur in illo. Et ita accurate Thomas Gatakerus *in Aduers. Posth. c. 45. Opp. Crit. p.* 906. זקף enim Chaldaeis Syrisque non *erigere, eleuare* tantum, sed et *suffigere*, siue *cruci affigere*, et *de patibulo* etiam *suspendere* significat. Conf. Targum Esth. IX, 13. Syr. Matth. XXVII, 35 Gal. V, 24. Matth. XXVIII, 22, 23. 38. Vt ita coniungatur verbum supplicii generale et speciale. Verba sequentia וביתה נולו יתעבר *et domus eius sterquilinium fiat*, B. Lutherus Vulgato heic loci iterum indulgens, *domus eius publicetur*, transtulit, *das Hauß soll dem Gericht verfallen seyn*, quomodo et Arabs; sed in locis parall. Dan. II, 5. III, 29. propius ebraeo, *sein Hauß soll schändlich zerstöret werden*. Itaque plus dicit priore. Quanquam hoc ex illo deinceps sequatur.

CAP. VII, 6.

QUando heic Esra praedicatur סופר מהיר, quam ἑρμῆν Lutherus h.l. vertit *ein geschikter Schrifftgelehrter*, at in Ps. XLV, 2. *ein guter* (alii *velox*) *Schreiber*, quaeritur: *vtra versio sit melior*? R. Prior. Eamque dictionem omnium optime interpretari euangelistam Matthaeum XIII, 52. existimem, nempe γραμματεὺς μαθητευθεὶς *Doctor legis eruditus, peritus et exercitatus*, qui ex plenitudine thesauri interioris potest ἐκβάλλειν. Sic et Chaldaeus ספרא רגיל *legisperitus exercitatus*. Et consentiunt B. Varenius *in Triumph. Dau loc. 2. sect. 2 fin.* et M.I.H. Hänerus *in Misc. Philol crit. th.* 3. qui istam notionem vocis מהיר etiam ex lingua Syriaca, Arabica, et Aethiopica confirmat.

CAP. IX, 4.

עַל מַעַל הַגּוֹלָה

Propter praeuaricationem turbae exulantis (hucusque.)

LUthero haec verba transferente *um der grossen Vergreiffung willen*, non equidem dixerim cum anonymo illo ap. Raithium *in Vindic. App.* 634, eum

CAP. II. IV. *h.l.per inaduertentiam pro* גרולה *legisse* גרולה; sed potius cum Dn. Beckio „*l.c.p.* 186. sensum *liberius* reddere voluisse, quia ex duobus primis versibus „plus satis iam lectori constare posset, *quorum* illa praeuaricatio fuerit, vt proin„de S. interpres *peccati* potius *magnitudinem*, quam *peccantium multitudinem* „exprimere maluerit.„ In argumentum huius maxime facere potest, quod eadem verba in cap. seq. X, 6. recurrentia curate secundum literam reddiderit: *um die Vergreiffung derer, die gefangen gewesen waren.* coll. v. 7. 8. 16. c. VI, 19. 20. et alibi, vbi גולה recte vertere *aduertit.* Proinde ex hoc loco supplementum in nostro, si quod desideratur, peti potest.

NEHEMIA.

CAP. II, 1.

וְלֹא־הָיִתִי רַע לְפָנָיו׃

IVsto non minus liberior videri potest versio vernacula, quod particula negatiua לא *Non* praetermissa sensum *affirmatiuum*, in se licet verum, expresserit, *und ich sahe trauriglich für ihm.* Literae adstrictior hac est: Et non s. nunquam fueram tristis (coll. v. 2. 3. Gen. XL, 7. Ruth. I, 21. et *Ebraism. Etym. p.* 122.) coram eo. Hinc rex motus nouitate morum Nehemiae, ceu re insolita, in causam eius inquirit *v. seq.* Qui verterunt *et non eram ingratus* (s. displicens) *coram eo* i.e. *eram ei gratissimus*, non attenderunt diuersitatem constructionis, quod tum pro לפניו dictum fuisset בעיניו *in oculis eius*, Num. XXIII, 34. Ex. XXI, 8. vel עליו *apud eum*, Eccl. II, 17. Vid *Ebraism. Etym. p.* 14.

CAP. IV, 6. (al. 12.)

מִכֹּל־הַמְּקֹמוֹת אֲשֶׁר־תָּשׁוּבוּ עָלֵינוּ׃

Ex omnibus locis, quae frequentatis ad nos, (venient.)

CIrca quem locum nescio in quas angustias redigantur interpretes. Lutherus vertens, *aus allen Oertern, da sie um uns wohneten*, duplicem fecit *enallagen*, et *punctorum vocalium*, mutando תָּשׁוּבוּ in תֵּשְׁבוּ, et *personarum*, 2. p. in 3, יֵשְׁבוּ cum respectu ad praecedens participium huius verbi הישבים *habitantes.* Posteriorem pariter cum illo arripuit Glassius, *quibus reuersi fueritis ad nos*, pro יָשׁוּבוּ reuersi fuerint, *Gramm. S. tr. 3. can.* 50. *n.* 2 *p.m.* 900. Sic et Vulgatus: *quibus venerant ad nos.* Sensu et nexu obscurato. Vatablus istud תשובו exponit, *tempore quo reuertemini a cibo vel sub noctem.* Rauppius *reuerti* hic loci significare putat reuersionem a moenibus, quae aedificabantur. Dum porro statuit quandam traiectionem: *ex omnibus locis, quibus reuertemini, ad nos* venient, pro, omnibus locis ex quibus reuertemini, ad nos venient, traiecit simul

accen-

accentuationem, verbum תשובו cum seq. עלינו per *Mercam* coniunctum disiungens. Hinc sensum verborum hunc facit: adorientur vel adoriri cogitant vos hostes nostri *in omnibus locis, e quibus reuertemini*, e labore scil. i. e. a quibus locis discesseritis, eaque absque praesidio quasi reliqueritis. At quam coacte! Nos solam *ellipsin* sponte sua se ingerentem verbi יבואו *venient* nempe hostes ex v. praeuio adhibemus. Et שוב *redire* est hoc loco *saepe ire, frequentare*. Sensu sic satis perspicuo. CAP. VI.

Vers. 17. (al. 23.)

אין־אנחנו פשטים בגדינו איש שלחו המים׃

Et circa hoc hemistichium extremum, tribus saltem constans verbis, quot non enata sunt deuia, mira et inepta partim interpretamenta? vt mirari fere subeat. Pagninus vertit: *Nec quisquam dimittebat illud* (vestimentum) *nisi lauandi gratia*. Eodem sensu etiam vulgatus: *vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum*; secuti AbenEsram *ad h. l.* ita commentantem כלומר אין אנחנו מפשיטים בגדינו זולתי איש שצריך הרחיצה והטהרה הוא לברו היה פושט בגדיו וזהי שלחו המים׃ *q. d. non exuimus vestes nostras, nisi is, qui opus habet lotione et munditie, ille solus exuit vestes, et hoc volunt verba*: שלחו המים Qui vero nimis libere *τὸ* שִׁלְחוֹ *mutant* in formam *participii Benoni* שֹׁלְחוֹ, substituta simul dupla ellipsi כי־אם *nisi* ante *τὸ* איש, et אל vel ל ante המים *ad* vel *propter aquas*, et tum hoc hunc in sensum pro לרחץ *ad lauandum*. Lutherus sensu contrario reddit, *einjeder liess das baden anstehen*. Convenit cum altera expositione R. Sal. BenMelech *h. l.* Supposita itidem forma participiali nominis istius, unaque vsu *neutrali*, pro *intermittere, cessare*, in quo autem שלח nunquam usurpatur, et neglecto *suffixo*. Aliter Tigurini: *non exuebamus vestes nostras, ne meiendi quidem gratia*. Quae versio quoad ultimam dictionem si ad literam ebraeam restringatur ex eaque deducatur, repetit negationem cum copula ואין, et ex שלחו facit *infinitiuum* subaudita particula ב, itaque prodiret ista mens, *nec vllus* (scil. *exuebat vestes*,) *in emittendo aquam*. Ast satis absurde. Quis enim in tali negotio exuere solet vestes? In eo qvidem non assentitur Lud. de Dieu, qui sensum esse arbitratur: vestes nostras non exuebamus, nisi quod quisque eas demitteret meiendi gratia. Ad verbum ergo postrema vertit: *Viri missio* erat *lotium*. vel ita: *quisque demittebat aliquam earum* (vestium) *ad lotium*. vel ex שלח *telum, gladius*, h. m, *cuiusque gladius in lotio* i. e in lotio reddendo quisque gladium suum tenebat. Id fortasis, subdit, simplicissimum. Eu! quam fluctuat bonus Dieuius! nec tamen melioris notae sunt haec cum Tigurina. Nec *simplicissimum* id est, quod contrariatur partim *accentuationi*, dum duo vocabula איש שלחו coniungit, quae per *Tiphchams*

CAP. VII. *cham* sunt distincta: partim *usui Biblico*, quoniam non usurpatur המים *aqua* absolute pro *lotio*, sed constructe et complexe מימי רגליהם *aquae pedum*. vid. *Ebraism. Etym. p.* 111. At non opus est tot perplexitatibus et ἀκυρολογίαις. Quid facilius propiusue agnoscere ἀσύνδετον? et שלח esse idem nomen, quod in v. 11. significans in genere *missile* s. *arma* vel in specie *gladium*, cohaerens cum המים mediante verbo, pro more, subst. coll. 2. Chr. XXIII, 10. ubi ferme idem positus איש שלחו בידו, adeoque vertere: Non (inquam) nos exuebamus vestes nostras, cuilibet suus erat gladius et aqua, *einieglicher hatte sein Gewehr und Wasser*, aquam nempe ad restinguendam sitim in calida illa regione, coll. 1. Sam. XXVI. v. 11.

CAP. VII, 3.

וְעַד הֵם עֹמְדִים יִגְיפוּ הַדְּלָתוֹת וְאָחֹזוּ

Lutherus priora verba vertens, *und wenn man noch arbeitet*, Anonymo ap. B. D. Raithium *in vindic. p.* 634 videtur pro עמדים *stantes* legisse עמלים *laborantes*, Quod quidem ego non putem, sed respectum habuisse ad *stationem et habitum laborantium*, coll. c. IV, 11. 12. Nihilominus rectius litera redditur et adhuc illis stantibus, vel ut germanice ille: *und weil sie* (*die Hüter*) *noch stehen* sc. *im Gewehr*, vel ubi bene Graeci, ἕλι αὐλῶν γρηγορέντων, claudere debent portas, ואחזו quod reddunt per *enallagen* temporis et personae *et tenebunt, teneant, firmentur*, sc. portas illas, donec vectibus iungant, s. clauserint eas; vt ita respondeat praecedenti verbo יגיפו. At quum eiusmodi duplex enallage sit durior, et tali constructione supposita, ponendus fuisset in voce עמדים non *Tiphcha*, sed *Sakephkaton*; proinde ex consilio *accentuationis* ו non est h. l. tam *copula* duorum verborum, quam *rei* s. *mandati*. Mandavit enim Nehemias non solum Chanani et Chananiae, ut curent, portas vrbis tempestive claudi, sed etiam hoc in mandatum dedit, et firmiter sive firmas tenete (haec namque est vis propria verbi אחז) eas, *und haltet sie fein feste*, non qua *actum*, sed *statum*, i. e. seris et repagulis probe communitae sint, facite. Hinc in sensu bene Lutherus *verriegeln*. Et vulgatus *portae sint oppilatae*, i. e. firmiter clausae, exponente Eman. Sa. Rauppii interpretatio, *das nehmt wohl in acht, das lasset euch angelegen seyn*, non probatur, probato licet sensu imperativo, quum non ferat illam usus verbi, ante indicatus, pro qua significatione adhibitum potius fuisset שמרו uel נצרו. Jam porro sequitur; והעמיד *Et iam constituere vos debere custodias* (*ex*) *incolis Hierosolymorum etc.*

סוף חלק אחד

ברוך נותן ליעף כוח ולאין אונים עצמה ירבה׃

Pag. 148. lin. 23. leg. *explicari*. it. *praestitutum*. p. 156. l. 16. leg. חלט. p. 159. l. 20. pro *nomen* leg. *nempe*.

יהוח מנת חלקי וכוסי:

HENR. BENED. STARKI.

ביאורי המקרא

SIVE

NOTAE SELECTAE

CRITICAE. PHILOLOGICAE. EXEGETICAE.

IN

LOCA DUBIA AC DIFFICILIORA

IOBI. PSALMORVM. PROVERBIORVM. ECCLESIASTAE. ET CANTICI.

EX CONSILIO FONTIVM INPRIMIS INTERPVNCTIONIS AVTHENTICAE.

LIPSIAE.
SVMTIBVS IOANNIS FRIDERICI BRAVNII.
A. O. R. MDCCXVII.

אִיּוֹב IIOBVS.

Cap. III, 5.

יְבַעֲתוּהוּ כִּמְרִירֵי יוֹם׃

Uaeritur heic, 1) num כ in voce כמרירי sit rectius *Radicale*, ex themate כמר cum geminatione vltimae, formae סגריר *imber*, adeoque vertendum per *atrores, vapores*, aut *atros vapores*? cum Ralbago, Tremellio, Piscatore, Cocceio, Luthero, Sculteto, Vatablo, Belgis, Anglis, et Alberto Vogtio *in Miscell. Bibl. p.* 85. *&* 122. An vero *Seruile praefixum*, radice מרר, significetque *amaritudines*? cum Vulg. Aquila, Arabe, Syro, Schmidio, Andraea Acolutho *in Tr. de Aquis Amaris c. 2. p. 72. fin.* R. Posterius, quandoquidem jam in praecedentibus sensus *atroris* siue *caliginis* et *tenebrarum* emphatica synonymia satis fuit expressus, h. m. *Vindicent eum* (diem) *tenebrae & umbra mortis*, i. e. densissimae et palpabiles, quales Aegyptiacae, vel quales sunt in sepulcris, *permaneat super eum nubes* spissa et atra. Et quare nouam dubiamque vocem fingemus, quum realis et certior iam prostet, nempe מרירי Deut. XXXII, 24 significatione pariter optime quadrante 2) Sit ne כמרירי *substantiuum* verius, an *adiectiuum*? Resp. *Hoc* arguit tum *terminatio*, tum *vsus*. Et status constructus vim *superlatiui gradus*. Vid. Luc. Ebr. p. 343. 3) Vtrum eadem vox sit *nominatiuus* verbi יבעתוהו? an vero *caligo* & *nubes* ex antecedentibus arcessenda vel subaudienda? ceu construit nouus interpres cl. Kortumius h. m. reddens: *und ihn schrecklich gemacht hätten*,

CAP. III. *gleich den allertraurigſten Tagen.* Et reſpondetur, quamvis eiusmodi repetitionem ſubiecti ſcriptura praeſertim in libris metricis amet, tamen heic loci non eſt neceſſe. Senſus itaque verborum hic eſt: Terribilem reddant eum amariſſima quaeque (כ enim eſt ſaltem *veritatis*) diei, quae nempe diei alicui accidere poſſunt, et animum amaritudine afficere. *Amaritudines* autem ſ. *amariſſima* denotare *infortunia*, malaque omnia, bene obſervarunt clariſſimi viri Io. Abraham Kromayerus *in Vſu Ling. Arab. l. 2. p. 91.* et Albertus Schultens *in Animadverſ. Philol. in Iob. p. 2.* et amplius ex Arabiſmo dilucidarunt.

Verſ. 8.

יְקַבְּבֻהוּ אֹרְרֵי־יוֹם הָעֲתִידִים עֹרֵר לִוְיָתָן׃

Exſecrentur eam (noctem) exſecratores diei! qui parati ſunt excitare Leuiathan.

Ita quidem ſe habet verſio, ſat facilis, at longe difficillor eſt ſenſus. Plures enim dantur huius loci diſcrepantes ſententiae, quam voces, vocumque fere literae. Potiores ſaltem adducere non pigrabimur. Samuel Bochartus *Geogr. S. P. II. ad h. l. p. 902.* cum Aben Eſra, Saadia, Ralbago, Kimchio, Ben Melech, & Baal Aruch, it. Iſid. Clario, hunc ſenſum ut *elegantiſſimum* venditat: *diem illum exſecrentur illi, qui ex officio ferales dies exſecrari, luctumque excitare ſoliti ſunt.* In qua paraphraſi vti אררי יום cum Aben Eſra exponit de ספרנים *lamentatoribus* publicis ad planctum et epicedia in honorem mortuorum inſtituendi conductis, (conf. Buxtorffii *lex. Talm col.* 1524) quos Amoſus c. V, 16. deſcribit יודעי נהי *ſcientes ſ. peritos lamenti*, et Ieremias c. IX, 16. (17.) e ſexu feminino vocat המקוננות *lamentatrices* ſeu *praeficas*, easque החכמות *eruditas*, (quae ſcite ſuo lamentandi defungebantur munere, *die es recht wohl konten, und meiſterlich gelernet hatten*) coll. 2. Chr. XXXV, 25. vbi vterque ſexus *lamentantium*; ita cum eodem ceterisque Ebraeis et Targum it. Mercero, Pagnino, Druſio, Cocceio, Piſcatore, Munſtero, Vatablo, Menochio, τὸ לויתן exponit per אבלם *luctum ſuum* et affixum ן pro ם, argumento loci cuiusdam Talmudici *in Moëd Katon c. 1.* אשה לא תעורר לויתה במועד *mulier ne excitet luctum ſuum in feſto.* At vero id argumenti nihil arguit, nec iſtum ſignificatum conficit, quem potius iſti Iudaeorum doctores non ſine alluſione ad locum noſtrum ei voci αὐλοπροσώπως indiderunt. Non enim in toto codice ebraeo inuenerunt, nec apud Chaldaeos & Syros; neque extra neceſſitatem *enallage* eſt arripienda. Calo-

nius

nius *B. I. h. l.* optimam censet versionem Sculteti: *Perfodiant* s. configant CAP. III.
eam (noctem) *illuminatores dierum* (i. e. fulgura) *et qui parati sunt excitare cetum* (i. e. venti et turbines, qui vehementer commouendo mare te balaenas in eo suscitant) Ita et fere Iunius et Tremellius. Ast fulgura, praeterquam quod durior sit de iis metaphora *perfodiendi*, non sunt tam *illuminantia diem*, multominus *sidera* Iunii, quam potius obscuram noctem, intraque eam terribiliora. Forma insuper participialis אררי propius deriuatur ab ארר, quod semper significat *maledicere, exsecrari*, quam ab אור *lucere*. Alii per *Leuiathanem* allegorice intelligunt ipsum *Diabolum*, et per *exsecratores diei* consequenter *nigromanticos ac incantatores*, eosque audaciissimos, exercitatissimosque, qui interdiu et clara *luce magiam* exercere, atque immaniissimos serpentes ac crocodilos effascinare, imo diabolum ipsum prouocare, non verentur? Huc cum Vinariensibus et Walthero concedunt Kortumius *in paraphr. h. l.* et nuper M. Io. Fr. Wichmannshausen *in dissert. Witteb. de Maledictoribus diei* §. 12. et ex parte quoad prius Flacius *in clau. Se. S. Voc. Behemoth*, Castalio, Del-Rio *in Adagial. S.* et Lud. de Dieu *h. l.* qui vero non necessario et coacte facit *apostrophen*, hoc videlicet sensu: *et eos iam paratos magis excita o Leuiathan!* quoad posterius B. Pfeifferus *in Dub. Vex. p. m. 495.* Verum nec haec sententia omni caret dubio. Primum namque *notum est, magos suas praestigias exercere tempore nocturno, et fugere lucem atque diem*, ceu recte ait Pfeifferus *l. c.* et spectra, φαντάσματα ac terriculamenta diabolica magis commodiusque solent apparere et grassari noctu, quam interdiu; adeoque verius dicendum fuisset אררי לילה *maledictores noctis*, non *diei*, praesertim quum Iobus etiam de *nocte* proxime loquatur. Hoc tamen non obstante ὑποθέσει δουλεύουσες ex incantatoribus nocturnis faciunt *diurnos*. Neque יום in tali constructione denotat *tempus* maledictionis, sed *obiectum* illius. Deinde praeter necessitatem a significatione vocis propria deflectitur ad tropicam. Nam לויתן infra in ipso Iobo nostro pluribus proprie describitur vt certum animalis genus, quod Bocharto est *Crocodilus*, suffragantibus Pfeiffero *l. c.* et D. Maio *Oecon. Iud. Diu. P. 1. app. p. 755.* vulgo *Balaena*, a qua vulgari sententia vt recedamus, nondum sat graues videmus rationes, quam quoque haut ita pridem defensum iuit Prof. Altorfinus Io. Guil. Baierus *in eleganti dissert. de Behemoth et Leuiathan, Elephante et Balaena c. 3.* Quin ipse Bochartus in locis Ps. CIV, 26. LXXIV, 14. et Ios. XXVII, 1. *balaenas*, licet in duobus vlt. *metaphorice* praedicatas de praepotentibus regibus Aegyptio & Assyrio, lubens largitur. Quare ergo et in nostro loco non eadem notio tenebitur? quare prorsus alienam scrupulose conquiremus atque arripiemus? maxime quum et idem praedicatum verbi de ea c.

CAP. IV. XLI, 1. adhibeatur. *Nemo eſt tam ferox, vt* EXCITET, (i. e. in praelium concitet) *cum.* Simplicior quippe tutiorque ſemper eſt iſta expoſitio, quae ſcripturae quoquomodo innititur. Cuius veſtigia et heic fideliter legit prae aliis Rauppius *in comment. Synopt. h. l.* Eſt igitur cum eodem *excitare Leuiathanem* rem tentare impoſſibilem periculique pleniſſimam; adeoque verborum noſtrorum hic emerget ſenſus: Exſecrentur eam, qui maledicunt diei natali (vt patet e verſ. 1. & c. I, 4. adſtipulantibus Vatablo et Mercero', itaque *dies* non ſumenda *indefinite*, vel *pluratiue* cum Del-Rione) vel tempori vitae ſuae, (*diem* enim ſumi etiam pro *tempore* notiſſimum) adeo vt ex deſperatione parati ſint excitare Leuiathanem ſ. cetum, (i. e. praeſentiſſimo periculo ſe exponere ſpe finiendae vitae miſerrimae.)

CAP. IV, 6.

הֲלֹא יִרְאָתְךָ כִּסְלָתֶךָ תִּקְוָתְךָ וְתֹם דְּרָכֶיךָ׃

Quoniam in hoc verſiculo nullum *explicite* apparet *verbum* ſ. *praedicatum*, hinc dubius euaſit et obſcurus. Ad mentem B. Calouii *h. l. recte* Lud. de Dieu reddit καλὰ πόδα: *Annon timor tuus* (pietas tua) *fiducia tua*, (&) *ſpes tua* (erat:) *& integritas viarum tuarum?* ſcil. *fiducia tua & ſpes tua* erat? At *minus recte* iuxta *accentus* vocem תִּקְוָתְךָ modiante *copula* connectit cum membro praecedente, a quo tamen per *Athnachum* eſt ſeparata. *Rectius* vero *ellipſin* ex textu ſupplere ſtudet, quemadmodum et cl. Albertus S. hultens *l. c. p. s.* quam quidem Glaſſius, qui ad ſubſtantiua illa ceu omnia ſubiecta in fine ſubaudit praedicatum hoc extraneum *perdurabit* ſ. *conſtabit*? Gr. S. l. 4. tr. 2. p. 1204. Cum Dieuiana expoſitione in ſenſu congruit Piſcatoris et Rauppii diſtinctior licet, cum συγχύσει tamen ſ. inuerſione membri ultimi, h. m. *Annon timor tuus* erat *ſpes tua, & perfectio viarum tuarum* erat *exſpectatio tua?* hoc ſenſu: annon quum Deum timebas, et integre cum hominibus uiuebas, ſperabas tibi Deum perpetuo benefacturum? At ſpes illa te fefellit. Vnde intelligitur, pietatem et integritatem tuam non fuiſſe ſinceram, et videris pro tuo tantum commodo Deum coluiſſe ac timuiſſe? Sed ad duram eiusmodi figuram aegre progredimur. Omnium ſimplicior ſignificantiorque eſſet verſio vernacula, niſi *negatiuum* לֹא libere neglexiſſet, et quaſi eſſet הֲיִרְאַת *Iſt das deine* (*Gottes*) *Furcht, dein Troſt, deine Hoffnung und deine Frömmigkeit*? Nondum igitur hae interpretationes ex aſſe ſatisfaciunt, nec praeſertim in hoc, quod communiter vocabulo כִּסְלָה tribuant ſignificatum *ſpei* ſ. *fiduciae*, quum tamen radix כסל & cognata

gnata transpositis literis סכל cum deriuatis suis habeat notionem natiuam et pri- CAP. IV.
mariam *stultitiæ*, vel si omnino deriuatum nostrum etiam *spei*, vti quidem vult
semel collacteum eius כִּסְלָ infra c. VIII, 14. & exegeticum subsequens מבטח, c. VIII, 14.
erit, vi radicali haut quaquam exuta, nonnisi *spes stolida*, non שֵׂכֶל *prudentiae*
verae innixa, siquidem in *l. c.* describitur vt talis, quae *fastiditur*, cum *telæ aranei*
comparatur. Menti itaque Eliphasi magis conformius reddidit cl. Kortu-
mius: *Ist denn nicht deine Furcht* (*Gottes*) *Thorheit* (i.e. *Heucheley und Gleissne-
rey*) *gewesen*, (sic & Graeci πότερον ἀχὶ ὁ φόβος σὺ ἐςὶν ἐν ἀφελεσύνῃ;) *nemlich
deine Hoffnung, und die Vollkommenheit deiner Wege?* Quanquam *affixum* in כסלתך
non expressit, quod tamen non est sine emphasi, vult dicere, *stultitia* fuit, non
quam ego tibi ex malitia quadam affingo, sed *tua*, quam *tuam* fecisti, tuaque
mente tute concepisti et efformasti, eique fixe hactenus insedit.

Vers. 10.

שַׁאֲגַת אַרְיֵה וְקוֹל שָׁחַל וְשִׁנֵּי כְפִירִים נִתָּעוּ׃

Vbi verbum ἅπαξ λεγόμενον נתע *commoliuntur* rad. inus. לתע, (vid. *Lux.
Ebr. p. 225.*) quod proprie tantum de *dentibus* dicitur, Lutherus aliique pariter ad
antecedentia nomina *rugitum* & *clamorem* referunt. Sed vt facile patet incon-
grue. Incongruentiam vt tolleret Kortumius, versionem suam praeeunte Seb.
Schmidio *in comment. h. l.* ita adaptare nouit, vt ex *abstractis* faceret *concreta*,
h. m. *Auch die brüllenden Löwen, die schreyenden Löwen, und die beissigen Lö-
wen werden aufgerieben.* Verum praestat, illa substantiua absque sui muta-
tione relinquere, iisque tantummodo commodum quaerere verbum, nempe
ex praeced. versu כלה vel אבד, quod mox denuo sequitur, itaque duas consti-
tuere propositiones, non vnam, videlicet: Rugitus leonis et clamor leonis
perit s. *consumitur* (*höret endlich auf, wird alle,*) et dentes leonum iuuenum
commoliuntur. Nomina autem leonum, vti et in seq. v., quae perperam ratio-
ne aetatis vulgo distingui, pluribus docet Bochartus *in Hieroz. P. I. l. 3. c. 1. p.*
715. metaphorice h. l. ceu alias pro magnis et potentibus huius seculi sumi, per
se clarum est.

Vers. 18.

הֵן בְּעֲבָדָיו לֹא יַאֲמִין וּבְמַלְאָכָיו יָשִׂים תְּהִלָּה׃

Non est, quod in explicatione huius loci tantopere desudent interpretes.
Si namque *vsum* verbi Hiphilici האמין spectes, certum est, significare *credere*,

CAP. IV. *fidere*, igitur et heic quin significet cur dubitemus? Ecce! seruis suis non fideret. Germanice sonantius: *Siehe! seinen* (*heiligen* e parall. c. XV, 15.) *Dienern* (coll. Ps. CIII, 21. CIV, 4.) *wird er* (*das*) *nicht einmahl zutrauen*, (*daſs ſie ſich nemlich ſolten gerechter und heiliger halten denn* GOtt, *oder ſeine weiſe Regierungs-Wege meiſtern, als ob ſie es, wenn ſie an Gottes Stelle wären, beſſer zu machen gedächten.*) Si vero malis significatum *ſtabilitatis* s. *firmitatis*, qui prior est altero *assensus* et *fidei*, nec hic repugnat, h. s. Ecce! in ministris eius non erit consistentia, *ſie würden nicht* beſtehen, intuitu np. infinitae eius iustitiae et sanctitatis: et in Angelis suis (qui in loc. parall. nomine *coeli* veniunt) poneret stultitiam. Germ. *Und ſeinen Engeln würde ers für eine Thorheit auslegen*, (*wenn ſie dergleichen thäten*, vt np. cum Deo de maiori iustitia et sanctitate contendere vellent. Vid. Seb. Schmidius *h. l.* Estque sic geminatio sententiae. Sic vtrimque et connexioni et menti Eliphasi, a *comparatione imparium* argumentantis, optime satisfit. Cui pariter Lutheri versio in membro 1. liberior, magisque paraphrastica (*Siehe, unter ſeinen Knechten iſt keiner ohne Tadel*, *non* est qui *fideliter, firmiter agat*) qua sensum nihil derogat. Ceterum notanda adhuc est constructio verbi האמין indifferens cum ב & ל Conf. Exod. XIV, 31. cum Ps. CVI, 12. vbi ב, & v. 24. vbi ל. et Gen. XV, 6. cum Rom. IV, 3. Gal. III, 6. Deinde vocabulum תהלה ex radice sua הלל aeque ad se deriuat notionem *insaniae*, *stultitiae*, ac *lucis*. Atque istam vt aptiorem arripiunt cum Raschio, Aben-Esra, Iudaeis Amstel. Lutherus, Mercerus, Cocceius, Hackspanius, Schmidius, Buxtorfius *in Catalect. tm. 225.*

vers. XIX. Iam sequitur versus 19. אף pro pleniori אף כי *Quantomagis* (repete ex praeced. *ponet ſtultitiam*, *wird ers für eine Thorheit auslegen*) *inhabitantibus domos luteas*, (*in Leimernen Hütten*, coll. 2. Cor. V, 1. 4. 2. Petr. I, 13. 14. est elegans periphrasis corporum humanorum ex luto s. terra formatorum, & rursus in illam resolvendorum, coll. Gen. II, 7. III. 19. Iob. XXXIV, 15. adeoque homines ratione *materialitatis* opponuntur *spiritualitati* Angelorum,) *quarum* (domuum) *fundamentum* s. *fulcrum* (i. e. pedes. cont. Schmidius *h. l.*) *est in* s. *ex terra*, (non *petra*, adeoque est istud terreum, fragile, caducum, sicut ipsa domus lutea) *quosque conterendos dant coram vermibus & tineis*, לפני עש *die vor die Würme gehören, die man den Würmen zur Speiſe vorſezt. Sicuti vestis, quam consumit tinea*, c. XIII, 28. Quidam Ebraeorum apud R. Abendanam *ad* M. *I. h. l.* non male quidem verbum *actiuum pielicum* ידכאום *actiue*, cum *ellipsi* nominatiui exponunt, & לפני vt notam *temporis* h. m. *quos conterere solent* המקרים

המקרים קודם שיסיגם הכלוי הטבעי *accidentia varia, antequam* CAP. IV.
assequatur eos consumtio naturalis, i. e. etiam ante mortem suam.

Vers. 21.

הלא־נסע יתרם בם ימותו ולא בחכמה׃

Et in clausula huius capitis non clauditur omnis difficultas. Occurrit namque et *verbalis* et *sensualis*. Ista quidem in verbo יתרם, num cum Vulg. Luth. Auenario aliisque vertendum sit *Et reliqui, posteritas, eorum*? Sed non supponitur in Scripturis tale concretum substantiale, sed accidentale. Vid. Iud. VII, 6. יתר העם *residuum populi*. Ies. LVI, 11. יתר *abundans, superfluus*, valde, ὑπερπερισσὸς *da alles überflüssig seyn soll*. Alias substantiue *praestantia, excellentia*, coll. Gen. XLIX, 3. vbi bis, et ita *h. l.* Tametsi παραφρασικῶς ad maius πάθος notio propria et radicalis *residui* conjungi potest. *Sensualis* est (α) in hac ipsa voce, qualis *excellentia eorum* intelligatur? quum sit varia, externa et interna, adeoque generalior. Determinatur autem in ipso textu pectalem quae est בם *in ipsis*. Num vero *imago diuina*? ita equidem Seb. Schmidius cum eoque alii theologi. Verum quum illam posteri Adami non possideant, nisi in pauculis ruderibus. E. nec transferri ab eis potest, sicuti a primis parentibus per lapsum ablata fuit; ideo rectius Cocceius intelligit *dotes animi*, quae in membro altero specificantur et concentrantur בחכמה *in* vna *sapientia*. Confecta itaque per restrictiuum בם, Luthero praetermissum, aliis pro ב *concomitantiae* loco עם habitum, *excellentia interna*, excluditur sic *externa*, vt opes, honores, rel. (β) Litera phraseos ולא בחכמה omnibus ebraica callentibus est certa indubiaque, quod significet *et non in, cum sapientia* ast non aeque sensus. Luth. reddit *vnversehens*, et ita communiter. Ex quo fundamento, non video, nisi quod phrasi praecedente מבלי משים, prout Lutherus vertit, *ehe sie es gewahr werden*, videantur inducti, vertenda potius *a consumtione* (coll. Luc. Ebr. p. 422) *apponentis* i. e. *postquam apponit quis* sc. לב *animum*, coll. c. XVII, 3. XXXIV, 23. Iud. XIX. v. vlt. *Nachdem man kaum darauff mercket, sind sie gar dahin*. Itaque idem fere dicit Eliphas, quod David Ps. XXXVII, 36. ויעבר *Quum transiret quis, da man vorüber gieng, attendendo* sc. *ad locum eius* v. 10. *siehe, da war er dahin*. Dictio autem *inopinato, inscienter*, effertur per hanc בבלי דעת *in defectu scientiae* Deut. IV, 42. XIX, 4. Iob. XXXVI, 12. Videsis *Luc. Ebr. p. cit.* Nec istam notionem suadet analogia. Quam multi enim moriuntur *inopinato*, non tamen sine sapientia, et contra

Ies. LVI, 11.

vers. 20.

Ps. XXXVII, v. 36.

multi

CAP. V. multi mortem ſuam certo praeuidentes moriuntur ſine illa. Quare nobis ad negatiuum הֲלֹא *interrogatiuum* repetentibus, ita vt יִמְתוּ ſtet pro duobus, e mente et affectu Eliphaſi in prono nexu fluit haecce verſio: Nonne proficiſci cogitur (haec enim eſt propria vis verbi cum venuſta heic metaphora) excellentia eorum, quae in eis? ſi moriuntur, nonne etiam cum (omni ſua) ſapientia? Germ. *Muß nicht auch ihre Fürtrefflichkeit, die in ihnen iſt, (und die als ein* Uberbleibſel *von ihnen ſeyn ſolte) fortwandern? Wenn ſie ſterben, ſterben ſie nicht auch mit all ihrer VVeiſsheit? (da hingegen GOtt mit allen ſeinen Vollkommenheiten ewig bleibet.)* Eundem fere ſenſum apprehendiſſe deprehendo cl. Alethaeum *in der gründl. Erleut. P. XVII.* qui cum Tremellio facta ellipſi verbi contrarii *viuere* ita transfert *p. 319. Vergebet nicht auch die Vortrefflichkeit, die die Menſchen haben? ſie müſſen ja ſterben, und können nicht durch ihre Weisheit leben, (maſſen ſie dieſelbe nicht vom Tode erretten kan.)*

CAP. V, 1.

קְרָא־נָא הֲיֵשׁ עֹנֶךָּ וְאֶל־מִי מִקְּדֹשִׁים תִּפְנֶה׃

Senſum horum verborum optime, iudice etiam Calouio, aperuit Sultetus: Nomina quaeſo (aliquem, qui pius fuerit, et tamen ita a Deo afflictus ſit) num ſit qui reſpondeat tibi? (vel atteſtetur, vel qui ſimilis ſit tibi?) et ad quem ſanctorum reſpicies? (cuius exemplum producere poteris? Nullius.) Quam expoſitionem ſuam pariter fecit Rauppius *h.l.* Pfeifferus h. l. eoque abit mens Lutheri in gloſſa marg. Quanquam hypotheſis Eliphaſi ſit falſa, vt patet ex exemplo Abelis, Dauidis, Pauli, aliorumque. Contra Pontificios abſurde hinc *inuocationem Sanctorum* ſtatuminare conantes, ex mala quidem Vulgati verſione, *ad aliquem ſanctorum conuertere*, diſputauit cl. Deylingius *Obſeruat. S. P. l. p. 70. ſqq.* Cautior illorum eſt Guil. Eſtius *in Not. aur. ad h. l.*

Verſ. 5.

אֲשֶׁר קְצִירוֹ רָעֵב יֹאכֵל וְאֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ וְשֹׁאֵף צִמִּים חֵילָם׃

Verſio eſt: Cuius meſſem famelicus (hoſtis) conſumet, etiam ſuper ſpinoſa (coll. *Luc. Ebr. p. 332, 333.*) capiet illam (i.e. ne exiguo quidem prouentu ei relicto;

licto;) et anhelabit (auide hauriet) praedo (cum respectu ad turmas praedato- CAP. V.
rias Arabum et Chaldaeorum c. I, 15.17.) opes eius (et similium, vi suffixi pluralis, *stultorum* i. e. vera sapientia timoreque Dei carentium coll. Ps. XIV, 1. vbi pro אויל est נבל.

B. Lutherus cum Vulgato verba intermedia ואל־מצנים יקחהו reddit: *Und die Gewapneten werden ihn holen*, particula אל πλεοναζάσῃ, ceu quoque cum Buxtorffio *in Thes. Gr p. 562.* et Noldio *in Annot. ad h. l.* Dn. Kromayerus *l. c. p. 101.* facto sic temere nouo *nominatiuo*, et *enallage* numeri in verbo. Deinde minus quadrabit significatio *clypeati* et relatio *suffixi* הו ad stultum possessorem, vtraque etiam seruata Dn. D. Danzio *in Interpr. p. 284.* Et ad *scutatos* (cum graecis πρὸς ἐνόπλων) furripiet *eum* Nam in quem, quaeso, finem *peterent* s. *raperent eum*? num vt militem facerent? Atqui describitur ille v. 4. vt liberos iam adultos habens, vtpote *conterendos in porta* i. e. damnandos in iudicio, vers. 4.
et causa casuros, recte hanc phrasin explicante Bochartо *Hieroz. P. I. l. 2. c. vlt. p.* 707 coll. in confirmationem Prou. XXII, 22. Homo autem senex militiae minus vtilis non solet eo rapi, perinde ac miles veteranus non adeo amatur, vt potius cum tempore exauctoretur. Praeterea quum *affixa* in primo et ultimo membro sint *genitiui possessoris*, non apparet commodum, et istud הו in diverso casu ad eum referri, referendum potius ad *possessa*, ad *messem*. Tum etiam vox צנים sub eadem forma et notione *spinarum* recurrit Prov. XXII, 5. Vocabulum צמים formae כַּבִּיר, אַדִּיר, siue referas ad צמם, quod fere vult analogia punctationis, siue cum Luthero aliisque ad radicem צמא, parum interierit, sensu vtrimque bono, quum vtique connotetur *praedo* sitibundus, et *sitibundus* praedo, ob praecedens relatum *famelici*.

Vers. 7.

וּבְנֵי רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף׃

Sicut filii prunarum (i. e. *scintillae* coll. Ebr. Etym. p. 259.) eleuant volatum.

Sic quidem versio nihil haberet difficultatis. Quanquam B. Lutherus cum LXX, Aquila, Vulgato, et Symmacho dictionem בני רשף transferre maluit per *aues*, approbante Calouio *h. l.* quas tamen paralleliſmus, eo si standum, locorum, vbi רשף occurrit, non admittit. Sed quomodo *scintillae*, earumque tertium comparationis se habeat cum *homine ad molestiam* (pec-

CAP. V. cati) *nato*? id dictu est difficilius. Rauppius *h. l.* breuiter ita elicit: Vt „scintillae motu suo promte in altum euolant, sic naturale quasi est homini cor„rupto per peccatum malis subiacere. Disertius παραφράζει Kortumius: *Die Ursach des Bösen ist nicht zu suchen von aussen, sondern in dem Menschen selbst: sintemahl er von Natur böse ist, und darin geboren wird: indem von sündlichen Eltern auch sündliche Kinder nach ihrem Bilde und Eigenschafft gezeuget werden; gleichwie aus dem Feuer feurige Funcken aufsteigen, da denn, was anfangs von solcher Bosheit im Herzen nur als ein Funcken verborgen liegt, hernachmals durch würckliche Sünde in eine Flamme ausbricht.* Conf. etiam Schmidius *h. l.*

Vers. 8.

אוּלָם אֲנִי אֲדַבֵּר אֶל וְאֶל־אֱלֹהִים אָשִׁית וְיִבְרְתִי׃

Quem versum Lutherus ita abrupte transtulit: *Doch will ich iezt von Gott reden, und von ihm handeln.* At, vt facile patet, et a litera fontis et connexione cum antecedentibus paulum aliene. Propius vtique h. m. veruntamen (quamvis haecce ita se habeant, vt homo propter peccatum originale communibus, propter peccata actualia singularibus calamitatibus sit obnoxius, cuius exemplum etiam in te conspicere est, vt bene connectit Rauppius; *veruntamen* si loco tui essem consulerem Deum, et non φρένημα σαρκὸς (Nam verbum דרשׁ cum אל & ל, itemque cum ב constructum fere significat *consulere, consilium requirere* nach einem *fragen, sich* bey einem *befragen*, it. mit einem *etwas in den Rath stellen.* Conf. Ies. VIII, 19. 20. XIX, 3. Deut. XVIII, 11. 2. Chr. XVII, 3. 4. etc. Iud. I, 1. 1. Sam. XXX, 8. Hos. IV, 12. etc.) et apud Deum deponerem causam meam. Germanice sensus ita flueret: ich wolte bey Gott mich Raths erholen, *der würde dir nicht heucheln, wie dein Fleisch und Blut, sondern deine sündliche Unart dir fein aufdecken, und vieler Sünden dich überführen*, und *dannenhero* wolte ich *ohne mich zu rechtfertigen in demüthiger Erkäntnüß und Abbitte* bey GOtt meine *böse* Sache niederlegen, *und mich lediglich seinem H. Willen und väterlichen Züchtigung gehorsamlich unterwerffen*, coll. v. 17. 18. seqq. *sintemahl du mit einem solchen Gott zu thun hast*, v. 9. der grosse Dinge thut etc.

CAP.

CAP. VI, 14.

לַמָּס מֵרֵעֵהוּ חֶסֶד

Huius triuerbii haut leuem esse ambiguitatem, adeo vt vix duo cum Ebraeorum tum Christianorum interpretum in eius expositione consentiant, fatetur Mercerus, *h. l.* verissimumque censet Schmidius h. l. Verum tanta non fuisset, immo nulla fere, si ad certitudinem suam distinctionem fontis consuluissent, aut consulere potuissent. Schmidius ita vertit: *Contabescenti ab amico suo fit conuitium* vel *probrum*, addito hoc sensu: O quam verum est, quod vulgo di-"citur, contabescenti etiam ab amico suo fieri conuitium, seu contabescentem, et" in summis afflictionibus atque miseriis constitutum, etiam ab amicis suis repre-"hendi, et calumnias atque conuitia cogi audire: mihi sane nunc istud verissi-"mum contingere, opere experior. Vtsi germanus dicat: Es heist wohl: wer" den Schaden hat, darff für den Spott nicht sorgen. Cum qua mente Schmidiana conformat, vt fere solet, versionem suam Kortumius: Solte nun dem, der fast zerschmelzet, von seinem Freunde eine solche Schmach angethan werden? Quae expositionis ratio, licet speciosa, requireret in לְמַס non *coniunctiuum*, sed distinctiuum *Tipheham anteriorem*; eademque insuper obstat in m. seq. *mutatio copulae* ו in יִרְאַת *insolens Quasi, Acsi*, et futuri יַעֲזוֹב in *plusquam perfectum*. Als ob er die Furcht Gottes verlassen? Lutherus reddens cum Chaldaeo et Vulgato, wer Barmherzigkeit seinem Nechsten wegert, praetermisit *praefixum* ל *Datiui*, et ה articuli implicitum vim *relatiui* heic, ut saepe alias, habens, ipsique מַס *participio Kal* (formae חָת hinc חֲתִיבֵם 1. Sam. II, 4. Ier. XLVI, 5. *fracti*, quum *Geminantia* ע et עָר interdum formas suas inuicem permutare soleant) indidit significationem *effectiuam Hiphil, liquefaciens*, aeti esset מַמֵּס, quod virtute valeret *prohibens*, wer wegert. Nec aliter Scultetus. Dispiciamus etiam, quid heic parturiat Io. Vlmannus *Obseruat. Philol. cent.* 1, p. 38? hoc videlicet: *Eum qui liquefacit (susque deque habendo) amici sui pietatem, vel beneficentiam; nec non timorem* (DEI) *Deus omnipotens deseret*. Quae translatio multifariam peccat. Praeterquam enim quod מס itidem *transitiue* accepit, coniunctumque *distinxit*, male *construxit* cum verbo posterioris membri עזב, ל simul sumto vt *nota accusatiui*, ex loco Exod. XXIII, 5. ἀπροσδιονύσως probato, quo de conf. *Not. Sel.* Deinde *ellipsin* more suo finxit. Tum *praefixum* מ in מרעהו neglexit, Porro contra genium linguae ebraeae. *nomen rectum* praeposuit *regenti*. Sic potius dicendum fuisset חסד רעהו

CAP. VI. Adhaec *Athnacho* hemiſtichium prius terminanti poteſtatem ſuam non dedit, et ſigno *ſemicoli* in ſpeciem facto lectorem fallit. Denique voces ויראת שדי firmiter *connexas*, tam per regimen quam per accentum ſeruum, violenter *diſtraxit*, et denuo *ellipſin* procudit. Ecquis non ſtupet ob tot vitia, numerum vocum longe ſuperantia? Ponenda nunc erit verſio noſtra, quae ſimpliciter tutiſſimeque ad *accentuationis* lucem vbiuis incedit: Diſſoluenti ſe ab amico ſuo, (heic eſt *vicarius Munach* diſtinguens pro *Tiphcha anteriori*, ob *Athnachum* laborantem, cell. Luc. Accent. p. 109. et Tab. ad p. 93.) eſt probrum (Leu. XX, 17.) Germ. *Wer ſich loßmachet von ſeinem Freunde*, (ohne ihm mit kräfftigen Troſt, Hülffe und Mitleidenbeyzuſtehen) *der iſts Schande: Und verläſt die Furcht des Allmächtigen*, vt ſequitur. Sic vtrumque membrum habet plenum clarumque ſenſum. Et illud *diſſoluere* in verſ. ſeq. explicatur per בגד et עבר *perfide agere* et *praeterire* cum eleganti metaphora *torrentis* et *impetus* ſ. *vehementis decurſus* (כאפיק) *torrentium*. Quemadmodum et noſtrum מסס proprie ſignificat *liqueſcere*, iungiturque *aquae* Ioſ. VII, 5, et *cerae* Pſ. XXII, 15. XCVII, 5.

Verſ. 16.

חַקְדִּרִים מִנִּי־קָרַח עֲלֵימוֹ יִתְעַלַּם־שָׁלֶג׃

Qui obſcurantur a gelu ſ. glacie, ſuper eos occultat ſe nix.

Quaeritur, num in his et in ſequentibus continuetur deſcriptio *remotioris ſubiecti*, amicorum nempe Iobi? an vero *propioris*, torrentium? Prius placet Seb. Schmidio, ita in *h. l.* commentanti, q. d. Iobus: Amici mei ſunt ex iſtis hominibus, de quibus proverbium dicit: *quod ſint nigriores quam pruina: et tamen velint eſſe candidiores niue, vt nivem etiam obfuſcari faciant.* Quam interpretationem approbauit cl. Kromayerus *l. c. p.* III. *fin.* arripuitque Kortumius ſic verteus: Sie ſind ſchwartz von Kälte (der Liebloſigkeit;) und doch ſoll ſich gegen ſie der Schnee verbergen. Tandem ille adhuc alium, ſi forte modo data diſpliceat, ſuppeditat, videlicet: *Qui nigri ſunt a pruina*, (nam frigus cutem denigrat,) *ſuper iis abſcondetur nix*, i. e. *denſa nix*, vt inferior a ſuperiori occultetur, *ſuper eos cadet.* Latini; *incidit in ſcyllam, qui vult vitare charybdin. q. d.* „Amicos meos, qui exiguum quid propter me ſuſtinere timent, maius feriet „damnum, vt plane intereant. Ita B. Lutherus noſter etc. Enimuero iſta relatio iuxta ac praedicatio appiret durior, praeſertim ob ſequentia praedicata v. 17. 18. *exſcindentur, exſtinguentur e loco ſuo, peribunt*; quaſi Iobus cognatos

ſuos

suos hoc modo deuoueat, dirisque insectetur, id quod cum pio patientique eius affectu haut bene conuenit. Idem forte subodoratus Kortumius ea emollire studuit, np. sind sie schon ausgeglichen, sind (wie) ausgelöscht, gehen dahin. Ne dicam, quod nec קרח significet *pruinam*, pro qua adhibetur כפור Psal. CXLVII, 16. τῷ שלג ibidem contradistinctum; nec קרר *metuere*, licet idem habeat Syrus et Arabs; quodque, supposita *densa niue, occultatio inferioris a superiori*, ipsa niue sit frigidior. Quare poste ior constructio erit commodior. Ad cuius vero sensum in verbis nostris quod attinet, putat quidem cl. Beckius Vlmensis *l. c. p. 201.* versionem minus horridam ex mente Sauberto-Franckiana (quae erat: welche schwartz werden von Eis, auf welchen der Schnee sich verbirget) fore hanc: welche (Wasserbäche) trübe anlauffen vom Eis, wenn der Schnee auf ihnen zerschmeltzt. Ast nescio, an minus? et annon magis hiulca sit? Nam torrentes non demum glacie concrescunt, sed iam sunt concreti, quando nix super iis liquescit; et liquescente hac liquescere et illi occipiunt. Nec particula conditionalis אם *Si* est in textu ebraeo, sed potius *affixum* in עליהמו respicit relatiuum ellipticum אשר, coll. *Luc. Ebr. p. 378.* Alii verba, *super eis occultatur nix*, per hypallagen explicant, *qui niue occultantur.* Sed ad durissimam eiusmodi figuram aegerrime propendo, summa nisi adactus necessitate, qualis quidem heic nondum adest. Proinde vertere malim: welche (Wasser-Bache) traurig (erstarret) stehen von Frost oder Eis, uber welche der Schnee sich verbirget, i. e. länger dauret, quam in locis editis et collibus, vbi vento et soli magis est exposita, adeoque citius propellenda, atquè absumenda. Dicuntur heic *torrentes* eleganti tropo *obscure* siue *pullate stantes*, eo quod laetus eorum decursus per congelationem praepeditur, quemadmodum et *terra* dicitur *lugere*, Ioel I, 10. CAP. VI.

Vers. 17. Tempore, quo diffluunt, exscinduntur (exarescunt, per metaphoram catachrestícam;) incalescente eo, (s. tempore calido) exstinguuntur (alia metaphora catachrestica) e loco suo. Vers. 18. Declinant (huc illuc diuerunt) semitae viae eorum, adscendunt in solitudinem (inuiam, coll. c. XII, 24.) et pereunt, (verlieren sich.) Vers. 19. Respexerunt (eas, es haben sich darnach umgesehen) viae itiones (i. e. *viatores*, abstractum pro concreto, sicut et in seq.) Themae, (i. e. Arabiae desertae sic dictae a filio Ismaëlis *Thema* Gen. XXV, 15. coll. Ies. XXI, 14.) ambulationes (viatores) Schebae (dictae a nepote Abrahami ex Kerura Gen. XXV, 3) exspectarunt sibi (eos, cum desiderio scil. sperantes se ex iis sitim leuaturos. Vers. 20. Vers. 17. Vers. 18. Vers. 19.

CAP. VI. Pudefacti ſunt, quod confiſum ſit, (ſiue *confiſus ſit quisque eorum*, in eis)
Verſ. 20. veneruntusque ad eos, (ſ. ad locum eorum) et erubuerunt, (ob ſpem fruſtratam.) Hucusque protenditur παρόμοιωσις comparationis, qua Iobus amicos ſuos tepidos torrentibus comparat, hoc ſenſu: Etſi torrentes ocius inundant v. 15. ſuntque hieme conglaciati, ita vt videantur duraturi etiam aeſtate, et glacie reſoluta potum praebituri ſitientibus v. 16. tamen res longe ſecus ſe habet. Nam aeſtate diffluunt et exareſcunt v. 17. qua propter homines ex aeſtu ſiti laborantes, quum potum ex iis torrentibus petere cupiunt v. 18. et 19. ſpe ſua fruſtrantur, v. 20. Quae prona et concinna expoſitio nobis placet cum Rauppio, Sculteto, Mercero, Vatablo, Piſcatore, Sixt. Amama. Sequitur nunc

Verſ. 21. Verſ. 21. כִּי־עַתָּה הֱיִיתֶם לֹא תִרְאוּ חַתַּת וַתִּירָאוּ׃ Quae verba Raſchi, Vulg. et Pagninus vertunt: *Certe nunc eſtis* (ſimiles) *illi*, ſubintell. torrenti tali. Tremellius: *Nunc enim* qui *fuiſtis*, *non* eſtis. Chaldaeus: *Nunc fuiſtis*, quaſi *non* eſſetis. LXX videntur legiſſe לִי, dum transtulerunt: ἐπέβητέ μοι ἀνελεημόνως, *inſurrexiſtis aduerſus me inclementer*. Sic et Lutherus: Ihr ſeyd nun zu mir kommen. Mercerus et Piſcator et Angli: *Nunc enim eſtis, fuiſtis*, mihi *nihili*, vt לֹא ſit pro לְלֹא *in nihilum*. Quibus accedit cl. Alethaeus *in der gründl. Erleut.* XIII. *Verſuch p.* 22. vertens: *in praeſenti profecto vos mihi eſtis NIHIL*. Ja ihr ſeyd mir ietzo ein Nichts, das iſt: ihr ſeyd mir nichts nutze, eure Hülffe iſt viel zu ohnmächtig. Verum audacula iſta ſupplementa repudiamus. Ex mente Maſoretharum לֹא eſt per alternationem quieſcentium pro לוֹ, quod ſolum etiam Iudaei Orientales legunt ſine ק marginali. Conf. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 71. Quem quidem ſenſum illud Keri fundat, plane ſeſe ignorare fatetur idem Alethaeus l. c. Aſt cognoſcat velim hunc ſenſum ſimplicem aptumque: Nam nunc adeſtis ei! (ceu phraſis ſumitur Gen. XXXI, 42. *niſi Deus patris mei* הָיָה לִי *adfuiſſet mihi*. it. Pſ CXXIV, 1. *Niſi Dominus* שֶׁהָיָה לָנוּ *qui adfuiſſet nobis*. Et loquitur Iobus de ſe in tertia perſona. Germani ſimiliter dicerent: Denn nun (in meinen ietzigen Elend) ſtehet ihr *einem* ſchön bey, (eben wie ſolche Waſſer-Bäche zur Zeit der Hitze und Durſts) videtis terrorem, (terribilem plagam meam,) ideo timetis. Germ. Ihr ſehet meine entſetzliche Plage, darum fürchtet ihr euch. (mich als einen Gottloſen durch eure Troeſtungen nicht noch ſicherer zu machen.) Legunt quidem multae editiones י in priori verbo תִּרְאוּ, ac ſi eiusdem cum ſeq. verbo radicis ſit יָרֵא *timuit*, quum tamen interpretes unanimiter reddant ex רָאָה, proinde nouiſſima Gieſſenſis iſtud י expunxit.

Verſ. 25. Verſ. 25. מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי־יָשָׁר was für eine Zunoethigung (haec enim eſt vis propria verbi, coll. infr.

infr. c. XVI, 3. vbi in Hiph. מה־ימריצך was noethiget dich doch? vvas treibt dich ſo ſehr an?) hat doch die rechte (aufrichtige) Rede? ומה־יוכיח הוכח מכם Et quid arguet arguendo (quispiam) ex vobis? und was wird einer von euch daran ſtraffen, vel dawieder überzeugliches darbringen können. (vid. de emphaſi verbi הוכיח *Not.* ad Gen. XXI, 16. p. 46.) CAP. VI.

Verſ. 26. Num arguendos eſſe ſermones (meos) putatis? Et in vanum (nihilum, eſſe) verba hominis deſperati? (qui obnubilata ex ſenſu mali mente neſcit, quid loquatur?) Germ. Haltet ihr meine Rede vor ſtraffbahr? und in den Wind geredet (vor nichts würdig, woraus nichts zu machen,) als Worte eines mit der Verzweiffelung ringenden Menſchen? der nicht recht mehr wiſſe, was er ſagt? B. Lutherus vtrumque membrum aliter diſtinxit, hac ſua verſione: Ihr erdencket Wort, daſs ihr nur ſtraffet, und daſs ihr nur pauſtet Worte, die mich verzagt machen ſollen, nempe מליכם תחשבו, it. ולרוח אמרי coniunxit, quum tamen illa per *vicarium Munach*; haec per *Rbbiam Gerſchatum* ſint diſtincta. Kortumius cum Schmidio לרוח male conſtruxit cum verbo remotiori הוכח *arguere*, et naturam praefixi ל non recte attendit, ac ſi poſitum eſſet pro את, vertendo: Gedencket ihr noch die Rede zu ſtraffen, nemlich den Geiſt derer Worte, eines, mit dem es faſt gar aus iſt? Verſ. 26.

Verſ. 27. אף על־יתום תפילו Quin immo ſuper pupillum (me auxilio ſolatioque orbum) proiicere vultis (ſcil. גורל *ſortem*. Quod vocabulum *ſortis* non raro eſt *ellipticum*. vid. Ioſ. VII, 14. 1 Sam. X, 20. XIV, 41. 42. in quo vlt. itidem in Hiph. הפילו *proiicite* adhibetur defectiue, ſed p'ene 1. Chr. XXVI, 14. Ion. I, 7. Ieſ. XXXIV, 17.) Germ. Ja ihr dencket ſchon das Looſs über mich Huſſ- und Troſtloſen Mann zu werffen, (um meine Güterchen unter euch zu theilen) ותכרו על־ריעכם et epulari (und das Trauermahl zu halten) ſuper amicum veſtrum. Conf. infr. c. XL, 30. vbi idem verbum in eadem conſtructione, יכרו עליו (*num*) *conuiuantur ſuper ipſum* conſociati? niſi quod heic agatur de *conuiuio laeto* ſuper captura piſcis, in noſtro autem de *lugubri*. Sic oratio eleganter mediante particula אף (quam vernacula omiſit. Kortumius per So reddidit) aſſurgit a נפש homine in extremis ſpei ſpirante. Verſ. 27. c. XL, 30.

Verſ. 28. ועתה הואילו פנו־בי Nunc vero velitis (laſt euch gefallen) reſpicere (coll. Luc. Ebr. p. 391. n. 2) ad me, (an praecipiranter et inconſiderate vt deſperabundus locutus fuero?) ועל־פניכם אם־אכזב et num Verſ. 28.

CAP. VI. et num ad faciem veſtram mentitus fuero? und ob ich vor eurem Angeſicht was vvider die Warheit vverde reden.

Verſ. 29. שׁבוּ נָא אַל־תְּהִי עָוְלָה וְשׁבוּ עוֹד צִדְקִי־בָהּ Reuertimini quaeſo, (vverdet dich anders Sinnes,) ne ſit iniquitas (iniquum, peruerſum iudicium;) reuertimini, inquam denuo, iuſtitia' mea erit in ea (re.) Verſ. 30. הִישׁ־בִּלְשׁוֹנִי עַוְלָה אִם־חִכִּי לֹא־יָבִין הַוּוֹת׃ Num erit in lingua mea (ſermone meo) iniquitas? num palatum meum non intelligere faciet (declarabit) aerumnas? Solte vvohl in meiner Rede unrecht ſeyn? Solte ich nicht vvohl durffen ausruffen (zu verſtehen geben) mein Elend? coll. c. VII, 11. Et ſic optime etiam cohaeret cum ſeqq.

CAP. VII, 4.

אִם־שָׁכַבְתִּי וְאָמַרְתִּי מָתַי אָקוּם וּמִדַּד־עָרֶב וְשָׂבַעְתִּי נְדָדִים עֲדֵי־נָשֶׁף׃

Vbi circa verba ומדד־ערב et נדדים aliquot enatae ſunt diſcrepantiae. Verbum (α) *pielicum* מדד *actiue* ſumſerunt Glaſſius et Buxtorfius, ſupplentes eum Aben Eſra et Ralbago *nominatiuum* לבבי *et emetitur* (*cor meum*) *veſperam*. Haut ſecus in ſenſu Lutherus reddens: Und darnach rechnete ich, vvenns Abend wolte werden. Sed Kromayerus et Albertus Schultens cum Lud. de Dieu ſupplent *Deus, ſed extendit* (ex Arabiſmo) Deus *veſperam*. Aſt vtraque *ellipſis* eſt nimis audax, nec neceſſaria, vti nec ſignificatio Arabica. Alii contra formam capiunt *ſubſtantiue* vertentes: *et dimenſio veſperae*, ſcil. erit vel complebitur. vid. Rauppius *h. l.* quum potius heic uſurpetur *paſſiue* ſ. *neutraliter*. (β) ערב שׁ plurimi tribuunt ſignificatum *veſperae* ſtricte dictae, quum tamen נשׁף *crepuſculo* contradiſtinguatur, adeoque pro altera diei parte np. *nocte* ſumenda eſt. (γ) Vocem נדדים amplius non recurrentem quidam transferunt per *foeditates*, Lutherus, Scheuſal, quaſi ita punctata eſſet נִדְדִים pro נִדִּים ex radice נָדַד Verſio ad mentem Iobi prone apteque fluit h. m. Quum cubitum eo, tum dico, (ſiue ore ſiue mente) quando reſurgam et emenſa erit nox? et vel nam ſatur ſum crebris iactationibus (np. in lecto ab vno latere ad alterum) vſque ad crepuſculum matutinum (coll. 1. Sam. XXX, 17. Pſ. CXIX, 147.)

Germ.

Germ. Wenn ich mich niederlege, pflege ich zu ſagen, vvenn vverde ich vvieder aufſtehen, und die Nacht vollbracht ſeyn? denn ich vverffe mich hin und her gantz ſatt und müde biſs an den Morgen. Translatio Schmidiana hemiſtichium *Athnachi* in duo membra diuidens, in antecedens, *ſi cubui et dixi; quando ſurgam?* et conſequens, *tum admenſus eſt* (mihi) *veſperam*, bis peccat in *accentus*, dum priori *Rbhiae* perfectiorem impreſſit diſtinctionem, quam altero repetito, in *ſeruum* mutato contra canonem IV. Accent. *p. 23.* deinde minori *Tiphchae anteriori* itidem perfectiorem quam maiori *Rbhiae*, contra can. III. *ibid.* CAP. VII.

Verſ. 13.

יֹאמַר תַּנְחֵנִי מִשְׁכָּבִי׃

Tollet, auferet de querimonia mea lectus meus.

Vbi ב *partitiue* ſumitur pro מ, vti viciſſim in verſu ſtatim ſeq. מ cum ב permutatur. Sic et alibi ב ſignificat DE. Conf. *Not. Sel. ad Exod. XXXVIII, 8. p. 86. fin.* Notamus ſaltem haec verba propter verſionem vernaculam, quae vocem בשיחי hinc violenter auulſam initio commatis ſeq. agglutinauit, vvenn ich mit mir ſelbſt rede, ſo &c. quum oratio melius ſe inferat h. m. Wann ich gedencke, mein Bette vvird mich beruhigen, mein Lager vvird meine Klage leichtern, v. 14. So erſchreckſt du mich mit Träumen, und machſt mir Grauen מחזינות durch Geſichter, quod addendum. v. 15. So daſs ich lieber vvolte erhangen (ervvurget) ſeyn, und den Tod haben, als mein (elendes) Geripp. Vbi מ *comparatiuum* neglectum eſt. v. 16. מאסתי aſpernor, ich habs ihm gnug, (ita optime Kortumius) ich mag nicht immer ſo leben. Ita ἐμφατικωτέρως. v. 19. de phraſi *deglutire ſaliuam ſuam* conſule Ebraiſmos Etymol. p. 157. v. 20. Verba למה שמתני למפגע לך quae Lutherus reddidit: vvarum macheſt du mich, daſs ich auf dich ſtoſſe, potius inuerſe vertenda: vvarum ſetzeſt du mich dir zum Ziel des Anlauffes? coll. c. XVI, 12. In Verſ. 21. vult Iobus commouere Deum, (veluti prudens illa femina Thekoitis Dauidem 2 Sam. XIV, 14. Vid. *Not. noſtr. p. 144.*) ne prolonget reconciliationis ſuae gratiam, ab inſtanti morte ſua, quum poſt mortem nullus ei amplius ſit locus. *Denn nun* (da ich albereit einem Todten, der den Wurmen und der Vervveſung ſchon zu theile vverde, coll. v. 5.) *werde ich mich* (balde) *in die Erde* (in des Todes Staub Pſ. XXII, 16.) *legen*, coll. c. XXI, 26. ושחרתני *und ſo du mich denn frühe und embſich ſuchen wolteſt*, (mir durch Vergebung der Sunden vvohl zu thun,) *würde ich nicht mehr da ſeyn.* Verbo שחרתני loquitur de Deo ἀνθρωποπαθῶς

v. 14. v. 15. v. 16. v. 19. v. 20. v. 21.

CAP. VIII. θῶς, et vti homo ישחר אל־אל *diluculare debet ad Deum*, sich fruhe muſs auf-
c. VIII, 5. machen zu Gott, sich bey zeiten einfinden bey Gott, c. VIII, 5. coll. Ieſ. LV, 6. Quae ἀνθρωποπάθεια quum forſitan B. Luthero duriuſcula viſa fuit, *perſona ſecunda in tertiam* conuerſa indefinite ſ. imperſonaliter tranſtulit, und vvenn man mich morgen ſuchet.

Cap. VIII, 17.

עַל־גַּל שָׁרָשָׁיו יִסָּבֵכוּ בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה׃

Iuxta ſeaturiginem radices eius implicantur; attamen locum (fundum) lapidoſum videbit (experietur.)

Aptior omnino heic eſt ſignificatio *ſcaturiginis* in voce dubia גל, obtinens quoque Cant. IV, 12. coll. Ier. XVII, 8. Pſ. I, 3. quam *acerui lapidum*, quandoquidem ſic membra non ſunt bene diſtincti ſenſus, ſed *perplexi* et tere tautologici, cum Schmidio Kortumioque ſi vertas: Aber ſeine Wurtzeln ſind uber den Stein-Hauffen vervvickelt, er muſs es inne verden, daſs ſein Hauſs Steine ſind; quum potius hemiſtichium primum adhuc cohaereat cum verſu praecedente 16, deſcribens vlterius bracteatam felicitatem hypocritae, cum *frutice* vel *arbore* comparati, coll. Pſ. XXXVII, 35. daſs, ob gleich ein Gottesvergeſſener und Heuchler v. 13. meynet, es ſtehe mit ſeiner zeitlichen Gluckſeligkeit noch ſo vvohl und feſte, er doch ſehen muſs, daſs ſie vvie eine Staude auf einen ſteinichten Boden almáhlig vervvelket uud dahin falt, vveil ſie nicht von der rechten Queile des Segens Gottes unterhalten vvird. Et בית Ebraeis late ſumi etiam pro *loco*, notum eſt. Vid. *Ebraiſm. Etym. p. 264.*

Verſ. 18. Verſ. 18. Si abſorbebit eum (abſorbens, nempe Deus) e loco ſuo, (Wenn er (Gott) ihn plœtzlich mit Strumpff und Stiel vvird vvegreiſſen von ſeinen Ort) tum negabit eum (locus eius, dicens quaſi) nunquam vidi te. Elegans proſopopoeia, qua loco tribuitur actus perſonae, np. *negare, dicere, vi-*
c. VII, 10. *dere.* Quemadmodum ſupra c. VII, 10. *agnoſcere, non agnoſcet* (*videbit* c. XX, 9.) *eum amplius locus eius* coll. Pſ. CIII, 16. Seine Stelle vvird ihn nicht
Verſ. 19. mehr zu ſehen bekommen, nicht mehr kennen, daſs er da gevveſen. Verſ. 19. Ecce hoc gaudium viae eius! Siehe! das iſt die (ſchœne, herrliche) Freude ſeines Weſens (und Wandels) ſed loco eorum ex puluere (i. e. ex ſtatu miſero, humili et abiecto coll. 1. Sam. II, 8.) alius (hic, ille, iſte, pius) efflorebunt,

bunt, conf. Sirac. X, 18. Hanc antitheſin exigit ſcopus Bildadi, vtpote qui CAP. IX.
non tantum impiorum exitium, ſed e contrario etiam piorum reſtitutionem probare volebat.

CAP. IX, 12.

הֵן יַחְתֹּף מִי יְשִׁיבֶנּוּ

Mentem huius loci praeteruectus eſt Lutherus hac ſua verſione: Siehe, venn er geſchvvind hinfähret, vver vvil ihn vviederholen? Verbum namque חתף, quod conuenit cum חטף, non ſignificat hinfahren, vti iam praecedens עבר et חלף, ſed *rapere* idque violenter et derepente, ſicuti emphaſin illius aperit Ben Melech *h. l.* היא לקיחת הדבר בכח ובמהירות *notat ablationem rei cum vi et celeritate.* Caſus autem *rei*, ſiue, quod Chaldaeo, Ralbago, Perizolidae et Mercero placet, *perſonae* τὸ *aliquem* ſubaudiendus eſt, quanquam prius vt generalius malim. Vertendum itaque: Si Deus rapuerit (quicquam, vt opes et liberos coll. c. I, 21.) quis reſtituere faciet eum, vel auertet eum? Wenn er (dieſes und jenes) dahin nimmt, vvegraffet, vver vvill ihm vvehren? und zum vviedergeben zvvingen? vtrumque non modo patitur, ſed et vult verbum ישיב.

Verſ. 13.

עֹזְרֵי רָהַב׃

Adiutores ſuperbiae.

De qua ἔφοδος bene annotat B. Hackſpanius *h. l.* quod רהב vox ſit bellica, reſpiciens *ſuperbiam* magnatum, quorum alii aliis ſuppetias ferre dicuntur, proximo vnice nocendi ſtudio, neque tam belli cauſam conſiderantes, quam propriae auctoritatis augmentum quaerentes. Conf. 1 Chr. XII, 1. vbi in bonam partem vel praeſcindendo vocantur עזרי המלחמה *adiutores belli.* Sic et antonomaſtice *Aegyptus* propter ſummam ſuam ſuperbiam paſſim nuncupatur רהב. Vid. Pſ. LXXXVII, 4. LXXXIX, 11. Ieſ. XXX, 7. LI, 9.

Verſ. 16.

אִם־קָרָאתִי וַיַּעֲנֵנִי לֹא אַאֲמִין כִּי־יַאֲזִין קוֹלִי׃

Verba haec vi verſionis vernaculae, vvenn ich ihn ſchon anruffe, und er mich erhœret, ſo glaube ich doch nicht, daſs er meine Stimme höre, eo accipi-

CAP. IX. unt, ac si Iobus de fidei suae et carnis imbecillitate conqueratur, cum respectu ad monitum Bildadi c. VIII, 5. et 6. adeoque Iobus senserit luctam carnis et spiritus acerrimam. vid. Scultetus et Rauppius *h. l.* Ast sana praeter mentem eius, quae simplex et plana haec est. Si clamarem, vt responderet mihi, vvenn ich gleich rieffe, dass er mir Red und Antvvort gebe (seines thuns halber) non crederem, quod attenderet voci meae, so glaube ich nicht, dass er meinem Ruffen gehör geben vvürde. Quomodo et bene cohaeret cum
Vers. 15. vers. praeced. *Quod si vel iustam causam habeam*, vvenn ich auch gleich recht habe, mag ich mich nicht verantvvorten, ich muss vielmehr meinen Richter (*accurate iudicanti me*, vi coniug. pielicae) um Gnade anflehen. Vbi pro punctatione participii *Piel* (vid. *Luc. Ebr. p. 207.*) לְמִשְׁפָּטִי B. Lutherus substituit hanc nominis subst. לְמִשְׁפָּטִי vertendo um mein Recht.
Vers. 17. Nec minus cum versu seq. 17. in sensu *aduersatiuo*: Qui (potius) turbine (tempestate *procellosa* et *horrida* ob cognationem radicum סער et שׁער) contriturus esset me, er vvurde mich (vielmehr) mit Donner und Blitz darnieder schlagen, et multiplicaturus vulnera mea sine omni gratia. Ita חִנָּם reddendum est, vid. *Luc Ebr. p. 313.* Nam versio *gratis, sine causa* heic non quadrat, et Iobo quasi ad suam iustificationem *gratis* et *sine causa* imputatur.

Vers. 18. Vers. 18. Non sineret mihi reducere spiritum meum, er liesse meinen Geist sich nicht einmahl erquicken (vid. de hac phrasi *Ebraism. Etym. ad h. l.*) sed satularet me amaritudinibus, sondern vvürde mir Angst und Quaal gnug machen, coll. Ps. LXXXVIII, 4. Atque sic apparet, quam pulcre hi versus se excipiant, quodque Iobus non loquatur *assertiue*, sed *hypothetice*.
Vers. 19. Iam Vers. 19. אִם־לְכֹחַ אַמִּיץ הִנֵּהוּ Si ad vires s. robur robusti (sc. venit)? ecce habet, komts an *auf die Macht eines Starcken? siehe*, so hat er sie: ita distinguendum est propter *Munachum vicarium* in voce אַמִּיץ, quippe quae et supra v. 4. cum כֹּחַ est constructa, et consequenter הִנֵּהוּ absolute positum cum tali emphasi exponendum erit. Iuxta vero communem distinctionem, vvill man Macht, siehe! so ist er zu mächtig, in se quidem satis commodam, requireretur in תֵּ֫ *Tiphcha anterior.*) וְאִם־לַמִּשְׁפָּט מִי יוֹעִידֵנִי: aut ad iudicium? quis litem contestabitur mihi? Oder auf eine gerichtliche Ausfuhrung? vver vvurde mein Advocat seyn? Eadem phrasi מִי יוֹעִידֵנִי
Ier. XLIX, 19. et L, 44. vtitur Deus apud Prophetam Ieremiam c. XLIX, 19. et L, 44. Quis est sicut ego, *et quis litem contestabitur mihi.* Vult dicere: ich brauche keines Advocatens,

catens, der mein Thun und meine Ehre defendire, ich bin selbst vermögend gnug, dieselbe zu manteniren, und meine Sache zu iustificiren. B. Lutherus in nostro loco transfert, vver vvill mein Zeuge seyn? in Ierem. Wer vvill mich meistern? At quare unius eiusdemque phraseos diuersus formabitur conceptus? CAP. IX.

Vers. 20. אם־אצדק כי ירשיעני Lutheri versio, Sage ich, dass ich gerecht bin, (ad literam foret, vvenn ich mich rechtfertigte mit meinem Munde.) so verdammet er mich doch, supponit hanc interpunctionis rationem אם־אצדק פי ירשיעני. Quoniam vero פי non cum praecedente verbo, ceu quidem et Perizolides construxit, sed per *ferunum Munach* cum sequente coniungitur, praevalet haec significantior: si iustum assererem me, os meum (vi conscientiae) condemnaret me, (vel Deus ita sapienter me interrogaturus esset, vt meo ipsius ore me condemnare cogerer, sapienter mihi confessionem extorqueret.) תם־אני ויעקשני: Si integer ego, bin ich fromm und recht, (meiner Meynung nach,) tamen peruersum faceret (declararet) me sc. os meum, vel quod perinde, Deus. Vers. 20.

Vers. 21. תם אני לא־אדע נפשי Posito etiam perfectum me esse, Ja gesetzt auch, ich sey from (in der Warheit) so darff sichs meine Seele nicht annehmen, ite praeclare sensum expressit B. Lutherus, als käme es aus ihren Kräfften, und nicht vielmehr aus der Krafft des Geistes Gottes. Non novi animam meam, vt principium eius, quod Apostolus, forsan huc respiciens, eodem sensu explicatius effert: ἐδὲ ἐμαυτὸν ἀναμρίνω, *neque meipsum iudico*, np. quantum boni et doni Dei gratia in me operata sit, posueritque. Licet *nihil mihi conscius sim*, תם אני *non tamen in hoc iustificatus sum*, propter reliquias adhuc veteris Adami. 1 Cor. IV, 3. 5. אמאס חיי potius reprobo vitam meam (תם probam, perfectam.) Vielmehr finde ich an meinen Leben noch immer vvas zu richten und zu straffen. conf. c. XLII, 6. Habemus heic penes Iobum *discordiam* inter Paulinum *non iudicare* (l. c.) et *iudicare seipsum* (1 Cor. XI, 31.) sanctissimo nexu *concordem*. Audiant etiam *patroni liberi arbitrii, Synergistae, Perfectionistae, Sanctuli* ac *Iustitiarii*, quod vetustissimus Iobus ipsis non faueat, sed maxime aduersetur. Discant ab eo veram beatamque ταπεινότητα. Vers. 21. 1 Cor. IV, 3. 5.

Vers. 22. אחת־היא על־כן אמרתי (Equidem) vnum hoc secundum veritatem (ita rectius heic על־כן redditur quanquam nec incommode Vers. 22.

CAP. IX. mode communis notio particulae seruetur h. m. *Vnum idemque est propterea dico,*) dixerim תָּם וְרָשָׁע הוּא מכלה׃ pium et impium ille consumit.

Vers. 23. Vers. 23. אם־שׁוֹט ימית פתאם Si flagellum occidit (homines) repente, vvenn die Land-Plagen (die Menschen) plœtzlich vvegraffen, למסת נקיים ילעג tentationem etiam innocentium ridet, ἀνέλεω-πεπαθῶς, i. e. *non curat*, so gehets auch mit über die Frommen her.

Vers. 24. Vers. 24. אֶרֶץ נתנה ביד־רשע פני־שפטיה יכסה Terra (das Land) datur in manum impii (tyranni) qui facies iudicum eius operit (i. e. deponit, damnat, exilio et morte mulctat. Miserorum enim et damnatorum facies operiebantur. Vid 2. Sam. XV, 30. Ier. XIV, 4. Esth. VII, 8. Sicque iustitia defensoribus caret, et pii opprimuntur. אם־לא אפו מי־הוא Nonne heic (in negotio poenarum temporalium) est, quisquis fuerit? Ist nun nicht allhie (in den göttlichen Straff-Gerichten) es sey vver es vvolle? (Fromme und Gottlose, niedrige und hohe?) ita simplicius et scopo Iobi conformius redditur. Atque hoc pathetico epiphonemate, vehementem asseverationem et persuasionem valente, probatam thesin suam claudit, quam tamen in seqq. ab exemplo suo, mediante copula ו *Etiam dies mei* (felices) *velociores fuerunt cursore* etc. vlterius illustrat. Ceterum de particula אפו commodum obseruat B. D. Varenius *in comment. ad Ies. XXII, 1.* semper ei inesse s. suppositionem *topicam* s. ipsius *argumenti*, vt sit: *in hoc negotio, hac in re,* idque vi compositionis ex אי פה. Quod quidem aduerbium complures coniungunt cum seq. מי־הוא, a quo tamen per *vicarium Munach* est distinctum. Proinde membrum hoc extremum varie sine sensu, multa ellipsi adiuto, extorquent. Vid. Schmidius *h. l.*

Vers. 29. Vers. 29. אנכי ארשע Ie bin ich denn schuldig (vor deinem strengen Gerichte,) למה־זה הבל איגע vvas solte ich mich denn vergebens bemuhen, (mich zu rechtfertigen?)

Vers. 35. Vers. 35. כי לא־כן אנכי עמדי Nam non sic (sinp. *sic* tremendam maiestatem eius אימתו v. 34. vereri debeo) ego (sum) penes me, ich bin so meiner nicht machtig, und kan also (consequenter prout Lutherus vertit) *für mich* nichts reden. Non enim vult cum Deo litigare, sed maiori cum παῤῥησίᾳ causam suam agere. Notanda heic est vox עמדי, quod non *comitatum* modo, sed etiam *potestatem in aliquem* notat. Confer. Ps. L, 11. *fera agrorum est mecum* i. e. *in potestate mea*, pro quo paulo ante ידעתי *noui*, et vers. 10. לי *mihi*. Et

Ps. L, 11.

infr.

infr. c. XXIII, 10. *Nam nouit* (Deus) *viam* (i. e. vitae meae rationem,) quae est עִמָּדִי *penes me.* Proinde recidit sensus iste: *Non sum ita* comparatus *apud me*, conscientiam meam, sicut vos dicitis. Qui insuper nec proxime cohaeret. CAP. X. c. XXIII, 10.

CAP. X, 16.

וְיִגְאֶה כַּשַּׁחַל תְּצוּדֵנִי

Si attollit se, sicut leo venaris me.

Quae verba immediate excipiunt cum prono quidem nexu comma 15. *Si impius sum, vae mihi! si iustus, nec attollere queo caput meum,* (vtp. qui) *satur sum ignominia*, coll. c. XIV, 1. *et videndo* (conf. Kohel. II, 1. similesve infinitiui formas Prov. IV, 7. bis. קְנֵה *acquirere*, Ezech. XXI, 15. הֱיֵה *esse*) *afflictionem meam.* Germ. Bin ich gottlos, vvehe mir! (vvie vvurde mich GOtt straffen!) Bin ich fromm und gerecht, (so geht es mir nicht viel besser) kan ich auch mein Haupt nicht aufheben, ἀνακύψαι καὶ ἐπαίραι τὴν Κεφαλὴν Luc. XXI, 28. (i. e. nicht freudiges und getrostes Muths seyn, sondern ich gehe krumm und sehr gebuckt, den gantzen Tag geh ich traurig, Ps. XXXVIII, 7.) als der ich Schmachs gnug habe, und mein Elend so sehen muss. Vt adeo haec verba clare reddant causam, cur Iobus non ausit attollere caput suum. Nam quod nonnulli cum Tremellio vertant haec extrema: *Saturare ignominia, et vide afflictionem meam*, ista abrupta apostrophe coactior est; ne dicam, quod phrasis *saturare ignominia* de Deo duri quid et hostilis insultationis spiret. Verum quorsum referendum sit verbum וְיִגְאֶה, de eo est dissidium, aliis ad proximum subiectum עָנִי *afflictio*, aliis ad remotius רֹאשׁ *caput* referentibus. Placet autem posterior constructio, quum in propatulo sit, verbum istud *altitudinis, eleuationis* magis proprie competere *capiti*, quam *afflictioni*, de qua adhiberetur potius גָּבַר vel רָבָה *crescere, augeri*; adeoque sensus liquidus erit: Erhebt sichs nun (ermanne ich mich nun ein vvenig, und erquicke mich mit aller Freude und Friede im Glauben, Rom. XV, 13.) so jagst du mich (durch deine gevvaltige Leiden) vvie ein Lövve, (schlaegst mein bisgen gesammlete Vergnugungs Kraeffte, und den Friede in meinen Gebeinen auf einmahl danieder) Sic Hiskias fatali lecto decumbens *Deum Leoni* ossa sua comminuenti acquiparat Ies. XXXVIII, 13. B. Lutherus vio'enter ex verbo וְיִגְאֶה fecit adiectiuum, cum neglectu insuper copulae וְ, quasi diceretur כְּשַׁחַל גֵּאֶה *sicut leo elatus*, vvie ein aufgereckter Lœvve. Vers. 15.

Vers.

CAP. XI. Vers. 17. תחדש עריך נגדי Innouas testes tuos aduersus me, du führest
Vers. 17. immer deine Plagen, als neue Zeugen (deines Zorns und meiner Sunde) vvider mich auf, ותרב כעסך עמדי et multiplicas indignationem tuam mecum, du machest deines Zorns viel bey mir,; חליפות וצבא עמי permutationes, vicissitudines, eaeque militares (sic ער וקדיש *vigil* isque *sanctus*, Dan. IV, 10. 20. vel per *Hendiadyn vicissitudine militiae*, coll. *Luc. Ebr. p. 327 sq.*) sunt mecum deine Plagen lœsen sich einander ab vvie die Soldaten auf der Wache, vvenn die eine abgehet, so kommt die andere vvieder. Ceteroqui nec inelegans est sensus vernaculae: es zuplagt mich eins uber das andere mit Hauffen, quamvis vis comparationis non sit expressa.

Vers. 20. Vers. 20. הלא־מעט ימי יחדל Nonne paucitas (pauci) dierum meorum desinet? Sollen denn meine vvenige Tage noch nicht aufhœren? vel secundum alteram lectionem וחדל Nonne pauci sunt dies mei? desine ergo (o Deus!) ישית ממני (vel ושית) deponat se, er setze ab (vel *depone te*, und setze ab) a me.

Cap. XI, 6.

וְיַגֶּד־לְךָ תֹּתֵי עַלְמוֹת חָכְמָה כִּי־כִפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה

Dubia haecce verba ita interpretor: Et indicaret tibi profundissimam (vi pluralis abstracti) et hinc tibi absconditam sapientiam suam, (de profunditate corruptionis humanae per P. O. De hac namque occulta sapientia, non qua Iobo tot mala infligi passus sit, potissimum agi, certum est tam ex *scopo*, quam consequentibus. Constitutum enim erat Zopharo, Iobi thesin subuertere, vere asserentis supra c. X, 7. *secundum notitiam tuam* est (o Deus!) *quod non sim impius*; quam vero perperam acceperat Zopharus, ac si dixisset: *pura est doctrina mea* (seu institutum vitae meae,) *et purus sum in oculis tuis.* (i. e. iudicio tuo) v. 4. quasi prorsus immunem se professus esset a peccato, contra innoxiam sane mentem Iobi, verborumque eius. Commisit itaque fallaciam *ignorationis elenchi*. Nec phrasi nostrae *occultationes sapientiae* parallela est illa Ps. LI, 8. *in occulto sapientia*, vt sentit Rauppius *h. l.* quum non adsit parallelismus *constructionis* per *accentus*, adeoque nec *sensus*, ceu videbitur ad locum istum.) quod duplicitates (duplo maiores) sint (עניך iniquitates tuae, ex fine versus) iuxta solidam sapientiam eius, dass (deiner Sunden) nochmahl so viel seyn, nach seiner allergenauesten Erkentnis, (ita conveniensissime

tissime vocabulum תושיה exponi fatemur cum B. D. Geiero ad Prou. II, 7. in locis Iob. V, 12. XXX, 22. VI, 13. in nostro XI, 6. XII, 16. XXVI, 3. Prov. XVIII, 1. Mich. VI, 9. inpr. Ies. XXVIII, 29. Prou. VIII, 14. III, 21. et l. c. II, 7.) Wisse dannnenhero, das dir Gott viele deiner Sünden borget, vel vti Lutherus, das er deiner Sünden nicht aller gedencket, vti sequitur. CAP. XI.

Vers. 10. אם־יחלף ויסגיר ויקהל Si mutaverit (ea elementa) aut clauserit (ita vt coelum non pluat 1 Reg. VIII, 35. *et sit sicut aes, et terra ferrum*, Deut. XXVIII, 23. vt aquae exsiccentur, Iob. XII, 15.) aut rursus congregare fecerit (in vnum np. corpus s. chaos, et in primum תהו ובהו. Hinc Lutherus bene et plene, oder in einen Hauffen würffe.) Vers. 10.

Vers. 11. Nam ille nouit מתי־שוא homines falsitatis, (i. e. veritate concreata destitui,) et videt און vanitatem, iniquitatem, ihr eitles sündliches Wesen, (vt ita inter שוא & און sit elegans discrimen et nexus, vt *defectus* et *effectus*, isque primus, sequitur alter) et non animaduerteret? Und solte es nicht mercken? oder ahnden? Vers. 11.

Vers. 12. ואיש נבוב ילבב Et vir vacuus (pr. *concauus* coll. Exod. XXVII, 8. sicut *tibia, fistula*. Vid. Ben Melech *h. l.*) scil. לב *corde* i. e. *sapientia*, quod nomen latet in verbo, vsurpaturque pro *sapientia*, c. seq. XII, 9. coll. c. XIII, 2. et Prov. XXVIII, 26. XV, 32. XIX, 8. 1 Reg. V, 9. et in phrasi illa frequenti חסר־לב *deficiens corde*. Vid. Prov. IX, 4. 15. XI, 12. quae explicat nostrum נבוב, et comparatio sequens cum stupido asino.) sapiens fit, (np. ex animaduersionibus et poenis diuinis, Deumque vt iustum agnoscit ac praedicat.) ועיר פרא אדם יולד quum ceu pullus onager (ratione stuporis, et intractabilis indomitique genii. c. XXXIX, 5. Hos. IX, 8.) nascitur homo (adeoque duris plagis coercendus et mitigandus est.) Germ. Ein unweiser Mann wird (daher) weise, indem ein Mensch wie ein junges dümmes Wild gebohren wird. Nunc sequitur consilium Zophari: Vers. 13. Si praeparaueris, disposueris, cor tuum (scil. לדרוש האלהים *ad quaerendum Deum*, sicuti plena phrasis occurrit 2 Chr. XIX, 3. XXX, 19. 1 Sam. VII, 3 Esr. VII, 10. pro qua etiam adhibetur de Iosaphato *dare, componere faciem suam ad consulendum Iehouam*, 2. Chr. XX, 3. Defectiue pariter redit in Ps. LXXVIII, 8.) et expanderis ad eum volas tuas etc. Vers. 12. Vers. 13.

CAP. XII.

CAP. XII, 2.

אַמְּנָם כִּי אַתֶּם־עָם

Vbi particula כי, quae communiter vt *pleonaſtica* negligitur, itidem habet *vim aſſeueratiuam*, vt ſaepe alias, ad *πάθος εἰρωνίας* uiuidius exprimendum. Deinde עם ſumitur heic *ἐξοχικῶς*, et commodum obſeruat Ramban עם h. l. idem eſſe ac מבחר העם *delectum populi* h. e. partem populi praeſtantiſſimam. Vt verſio ſit: Traun! Ia! ihr ſeyd Kern-Leute.

Verſ. 5. Verſ. 5. לפיד בוז לעשתות שאנן Fax, lampas, contemta (ſ. ſubſtantiue in conſtructione *lampas contemtus* coll. c. XXXI, 34.) iuxta cogitationes (vel ex vſu verbi ebraeo reſpectu nitoris) tranquilli, (more שלוי עולם *tranquillorum ſeculi* Pſ. LXXIII, 12 coll. Ier. XII, 1.) נכון למועדי רגל poſitus ad nutantes pede (ſ. nutationes pedis) der nicht feſte ſtehet, und dem Falle nahe iſt, aeque ac *lampas contemta* exſtinctioni. Qui verſus continuat praedicatum *iuſti* (*et*) *integri* Guſſetius *in Comment. L. E. p. 674 b.* ל in לפיד habet vt *praefixum*, rectum à נכון ſeq. totumq; verſum ita vertit: Qui *ad infortunium* (quod פיד ſonat, ſecutus in hac diuulſione vocis Aben Eſram) *ad vacillationem pedum diſpoſitus eſt, vilis habetur cogitationi hominis rebus ſecundis vtentis.* Aſt quanta, quaeſo, metamorphoſis conſtructionis et accentuationis! Rectiorem protulerat verſionem *p. 656. b. Qui paratus eſt ad vacillationes pedis, ille eſt lampas contemtus nitori proſperantis*, h. e. vt talis habeatur a proſperante efficit ipſe huius nitor, ac deliciae fortunae ridentis.„Quanquam nec tali vocum inuerſione, quam pariter innuit Rauppius *h. l.* non ſit opus, quum heic non ſit vna propoſitio, terminis, vt alias, tranſpoſitis, ſed duo diſtincta et abſoluta praedicata. Id quod melius attendit B. Lutherus, tametſi praedicatum extremum non adeo conformiter literae ebraeae *aduerſatiue* et *relatiue* reddiderit, ſtehet aber, daſs ſie ſich dran ärgern. De Verſ. 6. m. 2. genuina verſione et ſenſu vid. *Ebraiſm. Etymol. ad h. l.*

Verſ. 11.

הֲלֹא־אֹזֶן מִלִּין תִּבְחָן וְחֵךְ אֹכֶל יִטְעַם־לוֹ׃

Nonne auris ſermones probat? et palatum cibum guſtat ſibi?

Quum his verbis et ſeqq. Iobus ad verba Bildadi ſapientiam antiquorum inculcantis, c. VIII, 8. 9. 10. reſpondere velit, quumque iisdem vtatur poſtmodum Elihu c. XXXIV, 3. et ſubiiciat: *accuratam iudicii lancem eligamus nobis, cogno-*

cognoſcamus inter nos quid bonum ſit? ſic exponemus cum Rauppio *ad h. l.* CAP. XIII.
Nonne auris (i.e. intellectus mediante aure) ſermones probat? (vtrum bene an male aliquid dicatur? vt homo prudens non tam auctoritate ſenum, quam iudicio proprio niti poſſit et debeat.) et (ſicut, eſt השואה *adaequationis*, vim comparandi habens coll. 1 Sam. XII, 15.) palatum eſcam guſtat ſibi ſeu probat. Verba

Verſ. 12. בישישים חכמה וארך ימים תבונה bene Tremellius et Piſcator approbante Rauppio vertunt interrogatiue: Num in decrepitis eſt ſapientia? et in longitudine dierum intelligentia? q. d. putatiſne, ſapientiam conſiſtere in aetate grandaeua, ac proinde ſapientia antiquorum nitendum eſſe? Simili modo Lutherus in gloſſa marg. Ihr ſaget, Weisheit ſey bey den Groſs-Vätern, ich ſage aber, ſie ſey bey GOtt. Quem ſenſum in Verſione per aequipollentem *ironiam* ſcite effert: Ia, bey den Groſs-Vaetern iſt die Weisheit etc. v. 12. v. 13.

Verſ. 13. Penes eum (Deum) eſt ſapientia (vera, ſolida, perfecta) etc. Significat. plus nitendum eſſe verbo diuino v. 13. et prudenti ratione v. 11. quam auctoritate antiquorum v. hoc 12.

CAP. XIII, 3.

אולם אני אל־שדי אדבר Attamen ego ad omnipotentem loquerer (παῤῥησιαστικῶς coll. v. 13. et c. IX, 35.) doch aber möchte ich gern zu den Allmaechtigen (freymühtig) reden: והוכח אל־אל אחפץ et demonſtrationibus vera euincere Deo (ſ. apud Deum) cuperem. (quemadmodum rectius pro virtute verbi הוכח, qua de vid. *Not. ad Gen. XX*, 16. *p.* 46. reddit cl. Guſſetius *Comment. L. E. p.* 320. *b.*) Minus bene *diſceptare cum Deo.* Non enim dicitur עם־אל cum Deo, quod Iobus nec voluit, nec valuit, coll. c. IX, 3. Sed אל־אל *apud Deum*, und meine Recht-Sache bey GOtt (als einen gerechten und unpartheyiſchen Richter) gründlich ausführen. v. 4. ואולם Denn traun etc.

Verſ. 13. ויעבר עלי מה A litera heic recedunt, vt Vulg. *Quodcunque mihi mens ſuggerit.* Luth. Es ſoll mir nichts fehlen. Schmidius: *vt tranſeat praeter me* (quaſi ſit מעלי) ſaltem *aliquid* (dolorum.) Nec non ab *accentuatione* Vlmannus, *ſed tranſeat, contra me quicquid eſt, in obſeruat. Philol. p.* 30. quum tamen vocula עלי *Munacho vicario*, inſignita cohaereat cum v. 13.

CAP. XIII. verbo ויעבר. Versio literae clara haec est: Et transeat super me quidvis, (quidquid sit.) Es gehe unterdeſs uber mich, was da wolle. coll. 2. Sam. XVIII, 22. 23. q. d. Interim Deus, si ei placet, etiam grauius me affligat: non propterea patiar mihi a vobis persuaderi, me esse impium, exponente Rauppio *h. l.*

v. 14. Vers. 14. *Propter quid auferam carnem meam dentibus meis?* i. e. cur in proprium corpus iniurius ero et saeuiam? Warum solte ich meinem Leibe so wehe thun, an meinen Leibe zum Mörder werden (per anxias scil. curas et desperationem, cum tamen spe auxilii diuini, vt sequitur, fruar certissima) ceu phrasin hanc bene explicat idem Rauppius ex subsequente: *et animam meam ponam in manibus meis?* i. e. cur vitam meam praesentissimo periculo exponerem, und mein Leben in die Schantze schlagen? Vid. de hac dictione *Ebraism. Etym. p. 113.*

v. 15. Vers. 15. הן־יקטלני לא (לו) איחל Si occiderit me, tamen in eum sperabo. Quod sane vnum de pulcherrimis dictis Iobi, heroicam inuictamque eius spem in aeternum depraedicans, illico in animos legentium audientiumque ita influxit, vt etiam pro concione in ecclesiis personare soleat affirmatiuus hic sensus Vulgati: Wenn mich gleich der Herr toedten würde, will ich doch auf ihn hoffen. Isque omnino rectior pro mente et fide Iobaea, quam ille negatiuus Ariae Mont. Vatabli, Tigurin. Pagnini et B. Lutheri, Siehe, er wird mich doch erwürgen, und ich kans nicht erwarten, repugnante versu statim seq. Cui quidem assurgit B. Balth. Meisnerus *in dissert. ad Iob. XIX, 25.* th. 61. et absque solido ei alias solito scrutinio B. Franzius *de Interpr Sc. S. orac* 90. itemque Rauppius *ad h. l.* qui vero deinde liberam inter expositiones has concedit optionem. At hoc praeiudicat vnicae veritati. Quanquam et hoc praetereundum non est, quod ipsemet Lutherus nostra communi plus vice simplici usus sit. vid. *Tom. VIII. Ien. Germ. fol. 363.* et alibi. Versio Iunio-Tremelliana et Belgica solenne *interrogationis* refugium petunt: *Non sperarem?* adoptata pariter B. Tarnouio *Exercit. Bibl. p. 156. et 541.* it. *Comment. ad Mal. II, 15.* et interprete Kortumio; quum tamen hic locus monente Masora sit vnus ex illis XVIII, vbi in altera lectione per ἀντιστοιχίαν ן et נ occurrat לא pro לו. Proinde et hic ad analogiam reliquorum exemplorum explicandus erit. *Neque enim* קרי *est correctio Masorethanum, sed varia lectio ab ipsis obseruata et annotata*, bene docente B. D. Thummio *de Verbo Dei P. I. p.* 277. et approbante Pfeiffero *in Dub. Vex. p. m. 501. fin.* Atque hoc ipsum est, quod celeb. Hillerus ex professo *in duobus libris de Arcano Kethib et Keri* solide

cui-

suicit. Vid. de h. l. ibid. p. 63. Sequitur nunc alterum membrum CAP. XIII,
אך־דרכי אל־פניו אוכיח: Nihilominus vias meas coram facie eius demonstrabo. Quanquam et perplacet pia explicatio Iac. Altingii: *propter* "
Faciem eius, Messiam scil. hic vnus est causa et materies meae iustitiae, vel *apud* "
Faciem eius, Messia patrono praesente, et patrocinium praestante, coll. locis" Exod. XXXIII, 14. 15. Deut. IV, 37. Ies LXIII, 9. Exod. XXIII, 20. 21. *Hept.*" *IV. Dissert. II. th.* 17. 18. *Opp. tom. V. et Tom. II. P. II. f.* 165. Iuuat expositionem hanc, quod Iobus non modo orationem suam notanter variet, dum in Vers. 3. dixit אל־אל, heic אל־פניו, sed etiam e vestigio emphatice subiicit:
גם־הוא־לי לישועה Etiam ille mihi erit in salutem, derselbe wird auch seyn mein Iesus, mein Helffer und Fursprecher.

Vers. 18. הנה־נא ערכתי משפט Ecce! nunc si ordinauero iu- v. 18.
dicium, Siehe! stelle ich nun ein Gerichte oder Gerichts-Proceß an,
ידעתי כי־אני אצדק Noui, quod ego iustificer, so weiß ich, daß ich recht behalten werde.

Vers. 19. מי־הוא יריב עמדי Quis ille est, (ex vobis,) qui litigare v. 19
vult mecum? (et mecum hanc litem eiusque definitiuam experiri?)
כי־עתה אחרש, ואגוע Quia nunc si tacuero, tum exspirauero. Denn wenn ich nun schwiege (und mich nicht gebührend verantwortete, sondern mein Leid so immer in mich fraesse) so muste ich (vor vielen Kummer und Schmertzen) vergehen. vid. etiam Ralbag *h. l.* Kortumius transferens, denn vvill ich schvveigen und sterben, neglexit particulam עתה *nunc*, nec כי שׁ indidit notionem *causae*, sed insolentem *temporis* pro alsdenn, quod vero diceret אז. Nec commodum est Lutheri abruptum Aber.

Vers. 26. ותורישני עונות נעורי Et haereditare me facis (vti pec- v. 26.
cata; ita et) peccatorum poenam pueritiae meae. Vbi vero הורישׁ significanter exprimit naturalem propagationem peccati haereditarii s. originis, omniumque exinde consequentium malorum, forsitan cum respectu ad verba Zophari c. XI, 6. coll. Gen. VIII, 21. Ps. LI, 7. Lutherus reddendo per umbringen, arripuit significatum contrarium *exhaeredare, possessione eiicere.* At in hoc construitur cum מן vel מפני *propter.* Quod עון etiam metonymice significet *poenam peccati*, heic et alias patet. Vid. *Not. ad Gen. IV, 7. p. 20.*

CAP. XIV.

CAP. XIV, 6.

שעה מעליו ויחדל Respice ab eo (*super quem* (puniendum) *aperuisti oculos tuos*, v. 3.) Wende dich von ihm, coll. Ies. XXII, 4 et Iob. X, 20. et cesset und lass aufhören, ein Ende haben scil. יומו dies eius (e fine versus, i. e. יום צבאו *dies militiae eius*, sein muhseliger Tag, ex coll. v. 14. et c. VII, 1.) ער־ירצה כשכיר יומו ita vt placide absoluat eum, sicut mercenarius absolvit diem suum. Ita namque vult verti *accentuum* ratio, qua voces כשכיר, יומו per *seruum Mercam* sunt coniunctae, quae tamen syntaxin haut pariunt, nisi mediante verbo aliquo. Accentibus ad amussim conformis est versio vernacula, biss dass seine Zeit komme, der er vvie ein Tagloehner wartet, praeterquam quod verbum ellipticum petat extra textum, quum sit intra illum, videlicet proxime praecedens ירצה. Versio Schmidii, aliorumque, *donec desideret*, (*absoluerit*) *sicut mercenarius, diem suum*, desiderat in secunda voce כשכיר *Munach vicarium* distinguentem cum seruo *Tiphcha*.

Vers. 10. וגבר ימות ויחלש At homo moritur, et plane debi-
Vers. 10. litatus est (nullas retinet uires *reuiuiscendi, sese innouandi*. Sic seruatur naturalis ordo et propria vis verbi חלש, quam quoq; requirit praeuia similitudo *arboris*, cum allusiuo respectu huius חלש ad חלף v. 7. et פרח v. 9. coll. etiam qua sensum v. 14. adeoque non opus est cum Iunio et Tremellio per ὕστερον πρότερον vertere, *moritur debilitate fractus* i. e. postquam debilitatus est moritur; quoniam sermo non est de debilitate per morbum, sed per mortem.

vers. 14. Vers. 14. כל־ימי צבאי איחל עד־בוא חליפתי Cunctis diebus militiae meae exspectabo, donec veniat mutatio mei. Seb. Schmidius duplam heic facit ellipsin: (*Numquid*) *omnibus diebus stationis meae exspectabo* (frustra?) Sed posterior audacula est. Io. Vlmannus repetita pariter interrogatione alio modo, eoque obscuro et incongruo, transfert: *num ego omnes dies seruitii mei de nouo incipiam?* (*nequaquam hoc fiet*) obseruat. philol. p. 39. Ast vbi quaeso verbum יחל hanc habet significationem *de nouo incipere*? confundit יחל cum חלל *in Hiphil*, vbi foret אָחֵל; sicut occurrit Deut. II, 25. Sensum loci nostri praeclare aperit Scultetus: haec est spes et exspectatio mea in hac tam dura militia, Iob. VII, 1. aliquando me in melius mutandum, in futura resurrectione, Iob. XIX, 25. Iam sequitur cum eleganti nexu.

Vers. 15. Vers. 15. תקרא ואנכי אענך Vocabis me et respondebo tibi, (omnipotenti tua voce me e sepulcro euocabis, et ego tibi obediam, Io. XI, 43. 44.

למעשה ידיך תכסף opus manuum tuarum expetes, (corpus, quod primum creasti, reduces et restitues, ipsique beneuolentiam tuam exhibebis.) CAP. XIV.

Vers. 16. כי־עתה צערי תספור Enimuero nunc gressus meos (exacte) numeras, sic et infr. c. XXXI, 4. vbi emphatice additur כל omnes. לא תשמור על־חטאתי Nonnisi (ita bene explicat Aben-Esra et Ben Melech *b. l*) obseruas peccatum meum. Germani significantius: du thust fast nichts, als nur auf meine Sünde genaue acht haben, scharffe Wache halten. Opponit heic Iobus actionem Dei suo voto v. 13. q. d. optarim equidem me in statu mortuorum abscondi, vsquedum transiret ira tua, sed enim tu longe aliter agis mecum. Quo modo, versibus 14 et 15. parenthesi inclusis, connexio erit manifesta. Vers. 16.

Vers. 22. אך בשרו עליו יכאב ונפשו עליו תאבל׃ Quae verba Ralbag, Vulgatus, Lutherus, Vatablus, Pisc. Belg. Rauppius, hoc sensu reddunt: *Verum dolebit* (homo), *caro eius super eo*, (quamdiu in carne viuit) *et lugebit, anima eius super eo* (quamdiu anima eius in eo est, siue quamdiu vita fruitur.) construentes inuicem voces בשרו עליו et ונפשו עליו, quae tamen per *accentus* sunt distinctae, qua ratione in vtroque עליו postularetur *Munach vicarius* distinguens, hoc consecutionis modo: אך־בשרו עליו יכאב ונפשו׃ עליו תאבל׃ Deinde contrariatur huic constructioni *genus fem.* verbi תאבל׃, cuius nominatiuus omnino est ונפשו. Cur autem absque vlla necessitate *enallagen generis* fingemus? Proinde ex consilio fontium et parallelismo membrorum ita vertimus: Certe caro illius propter ipsum (neutraliter, cum respectu ad omnia praecedentia, quod np. *spem hominis* (de ablatione plagae tuae, ac diuturniore vita) *perire facis*, v. 19. quod *praeuales ei perpetuo, vt moriendum sit ei*, du stellest dich immerdar so hart gegen ihm, dass er darüber vergehen muss, quod *mutas faciem eius, et dimittis eum*, du machest seine Gestalt gantz veränderlich und abscheulich, und schickst ihn so fort, v. 20. quod *non nouit* (post mortem) *num filii sui sint honorati*, an *viles contemtique*? ob sie in hohen oder geringen Werth seyn? v. 21. propter ipsum, inquam), dolet, et anima eius propter ipsum luget. Traun! daruber betrübet sich sein Leib und Seel. Vers. 22. Vers. 19. Vers. 20. vers. 21.

CAP.

CAP. XV. XVI.

CAP. XV, 4.

אף־אתה תפר יראה ותגרע שיחה לפני־אל׃ Etiam tu irritam facies pietatem? et imminues orationem coram Deo? Wilt du denn gar aufheben die Gottesfurcht? und das Gebet vor GOtt? (als wenn es umsonst sey, GOtt dienen und anruffen, so GOtt ohn Unterscheid Fromme und Böse straffet?)

Vers. 31. אל־יאמן בשוא(א) נתעה Ne confidat (impius scil.) in vanitate, (et in opibus suis et potentia sua, אשר בו per quam) seducitur: כי־שוא תהיה תמורתו quoniam vanitas erit merces eius. Vbi in voce שוא est elegans *antanaclasis*. B. Lutherus in m. I. aliam distinctionem arripuit, Er wird nicht bestehen, denn er ist in seinen eitlen Dünckel betrogen, distinguendo videlicet verbum אל־יאמן, quod tamen per *seruum Munach* cum בשוא τῷ, *vicario Munacho* distinguente insignito, est coniunctum; hinc etiam particulam causalem infarsit.

Vers. 32. בלא־יום תמלא Lutherus verbum תמלא vertens, er wird ein Ende nehmen, videtur accepisse pro masc. ימלא. Kortumius *neutraliter* accepit, wirds aus seyn; quum tamen *gen. fem.* respiciat praecedens nomen תמורתו, cum nondum est vel impletus est dies eius, coll. Kohel. VII, 17. et Iob. XXII, 16. da sein (Lebens-) Tag noch nicht voll ist. Nec Luth. male wenns ihm uneben ist, wird er schon (der Lohn) voll seyn.

CAP. XVI, 4.

גם אנכי כמוכם אלו תנה Etiam ego sicut vos loqui possem. Ich könte auch wohl reden, wie ihr. (wenn mir nichts fehlete, wenn ich nicht in Noth wäre.) Ita recte transfert Lutherus, et propositionem primam terminat in *Merca Mahpachato*, quo male neglecto eam demum finiunt in voce נפשי *Rhbiata* ditionis *Athnachi* Schmidius, Kortumiusque: *Num ego etiam sicut vos loqui deberem, si anima vestra esset pro anima mea?* לו יש נפשכם תחת נפשי *Si esset anima vestra loco animae meae*, wenn ihr an meiner Stelle wäret, (und hättet das auszustehen, was ich) אחבירה עליכם במליכם *adiungerem me ad vos sermonibus*, so wolte ich mich mit (Trost-) Reden zu euch gesellen. Sic qua sensum bene Vulgatus:

eam

consolarer vos sermonibus; ואניעה עליכם במו ראשי und bevveglich gegen euch thun mit meinem Haupte (und Gebehrden) Confer. etiam Perizolides. Hoc namque pacto verba haec reddendi esse censeo pro ipsa re et mente συμπαθείᾳ Iobi, confirmante versu seq. etc. XLII, 11. coll. c. II, 11. vbi verbum synonymicum וינודו לו und thaten bevveglich gegen ihm, superaddito exegetico וינחמו אותו und troesteten ihn. Nec dicitur in *accusatiuo* ראשי, vt verti possit aut debeat: *et mouerem super vos caput meum*, und mein Haubt uber euch schutteln, vt gestum illudentis coll. loc. Ps. XXII, 8. XLIV, 15. CIX, 25. 2 Reg. XIX, 21. Thr. II, 15. Matt. XXVII, 39. sed notanter in *ablatiuo*, במו ראשי *capite meo*, cum particula expletiua מ coll. v. seq et *Luc. Ebr. p. 280.** adeoque non idem est ac כמוכם *sicut vos*, ceu vertit Rauppius *h. l.* CAP. XVI.

Vers. 5. אאמצכם במו־פי Roborarem vos ore meo, ich vvolte euch kräfftig aufrichten und einen Muth machen, וניד שפתי יחשך et commotio labiorum meorum cohibura esset scil. כאביכם *dolorem vestrum* ex v. seq. cum eodem verbo, und mein bevvegliches zureden solte lindern euren Schmertz. Vers. 5.

Vers. 6. אם־אדברה לא־יחשך כאבי Si loquor, non cohibetur dolor meus, Rede ich nun (vor mich selbst, um mir ein vvenig Lufft zu machen) so vvird dadurch mein Schmertz nicht gestillet, (sondern durch eure Deuteley und Beschuldigung vielmehr gröſſer) ואחרלי־מה מה־מני יהלך si cessauero, quomodo a me abibit? lass ichs aber anstehen (und schvveige), vvie vvird er von mir gehen? vvie vverde ich seiner loss vverden? da ihr mich auch also vor uberzeigt halten vvürdet. Vers. 6.

Vers. 11. ועל־ידי רשעים ירטני Vbi verbi ירט significatio interpretibus est intricata, quam vero ex Arabismo feliciter extricauit Bochartus *Hieroz. P. I. p. 196.* nempe in loco Num XXII, 32. *quoniam* ירט *perplexa*, vel *intricata est via coram me* (*ad intuitum meum.*) Et in nostro: et inter manus impiorum implicauit me. Ita quoque vertit Noldius *in concord. Partic. p. 701.* Et על־ידי h. l. reddendum *in*, *inter manus*, vti Gen. XLII, 37. 1 Sam. XVII, 22. 1 Reg. XIV, 27. 2 Reg. X, 24. XII, 15. XXII, 5. 7. 9. et passim alibi. Sic beng Lutherus; und hat mich in der Gottlosen Haende lassen kommen. Vers. 11.

Vers. 12. ואחז בערפי ויפצפצני Et apprehendit ceruicem meam, et concutiendo dissilire fecit me. Phrases sane valde emphaticae, quarum prior desumta est a luctatoribus, posterior, eaque praegnans, a testa. Vers. 12.

CAP. XVI. vtriusque vim comparatiuam plene exhausit Rauppius *h. l.* Er hat mich vvie ein Kaempffer beym Kopff genommen, und vvie ein Scherben zu Boden gevvorffen, daſs es geplatzt, und ein Stuck da, das andere dort hinausgefahren. Illustrari potest phrasis ex Ps. CXXXVII, v. vlt.

Vers. 17. Vers. 17. על לא חמס בכפי Eo quod non violentia est (coll. Ies. LIII, 9. et Ps. CXIX, 136. Iob. XXXII, 3.) in manibus meis. Das vvidersahret mir alles bey meiner Unschuld.

Vers. 18. Vers. 18. In expositione verborum horum, o terra, ne tegas sanguinem meum! neque sit locus clamori meo! probatior omnino est Rauppiana, ita vt verbis immediate praecedentibus opposita sit exsecratio. Dixerat Iobus: *Nulla iniuria est in manibus meis.* Iam ait: *o terra, ne tegas sanguinem meum!* hoc est, si iniuria est in manibus meis, nolo vt illam, seu meum sanguinem (i. e. grauiora mea scelera) terra tegat, vel nolo vt inulta relinquantur, sed vt in apricum producantur, et dignis poenis afficiantur exopto. Dixerat etiam: *Oratio mea munda.* Iam ait: *non sit clamori meo locus* i. e. si sunt mihi sanguines, seu, si commissi scelera grauiora, nolo Deus deprecationem meam pro iis exaudiat.

Vers. 21. Vers. 21. ויוכח לגבר עם אלוה In quorum verborum versione interpretes nec connexioni cum antecedd. nec naturae verbi יוכח, nec particulae ל, quam communiter vt otiosam, vel insolenter vt notam nominatiui, vel accusatiui habent, satisfaciunt. Lutherus reddit: vvenn (*vtinam* Rauppius *h. l.* Noldius *l. c. Annotat.* 1929. et Alb. Scultens *l. c. p. 50.*) ein Mann konte mit Gott rechten. Drusius interrogatiue: *Et arguet vir cum Deo?* Lud. de Dieu: *Et arguet* (scil. *Deus*) *virum apud Deum* (h. e. apud seipsum.) Kromayerus vero *l. c. p. 144.* *Et arguet* (oculus meus stillans) *virum* (irridentem) *coram Domino.* Cui constructioni obstat *enallage generis* vocis עין, et *ellipsis* non necessaria *irridentem*, nec non interpretatio particulae עם per *coram.* Coactius et obscurius contraque *accentus* Seb. Schmidius: *Et arguet, quod viro est cum Deo; et filium hominis respectu socii sui.* Eiusque fidus Achates Kortumius: derselbe vvird den Mann, als ferne er es mit GOtt, und dem Menschen, als ferne er es mit seinem Nechsten zu thun hat, uberfuhren. Nos cum Gussetio *in Comment. L. E p.* 320. qui prae multis aliis heic in m. 1. fuit perspicacior, concinnius ita: Qui (np. *Deus testis meus*, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς Apoc. I, 5.) saepe numero vim habere relatiui אשר, nihil notius, et confirmat membrum posterius exegeticum, vbi *nominatiuus* exprimitur,) demonstrabit inuicte (sc. *veritatem innocentiae meae* v. 17. 18. quam iniuriosis criminationibus vos impugnatis.) pro viro (i. e.

(i. e. pro me, virum in his calamitatibus se praestante. Hoc enim לגבר re- CAP. XVI.
spondet sequenti לרעהו) apud Deum (Patrem, iudicem.) Der vvirds ausfuhren fur mich bey GOtt (seinem Vater.) Optime etiam cl. Au or sub nomine Theoph. Alethaei in der grundl. Erläut. VIII. Versuch *p.* 518. *coll. p.* 520. *n. m.* hoc membrum reddit, praeterquam quod naturae ל non conformiter et גבר in generali vid. *p.* 523. *n. r.* non indiuiduali conceptu reddat, denn er fuhret die Sache und vertritt den Menschen bey GOtt. Vt adeo habeamus hic duas divinas personas, *Filium*, qui patrocinatur homini, et *Patrem*, cum quo Filius ille agit pro nobis, vt iustitiae eius nos eripiat, et misericorditer iustificari obtineat. Sequitur: ובן־אדם לרעהו Et Filius hominis, pro amico suo (pro me, qui ei vt רעה *pastori* suo constanti fide et amore *se associat*, eiusque pabulo aeterno *se pascit.*) Nouit ita et Iobus ex theologia patriarchali differere de illo *Filio hominis*, quo de disertius postmodum Daniel c. VII, 13. et in N. T. ipsemet Saluator, quando eo respiciens, hunc titulum, ceu Iudaeis valde celebrem, crebrius in ore habuit.

Vers. 22. כי־שנות מספר יאתיון Nam anni numeri (i. e. pauci Vers. 22.
vid. *Ebraism. Etymol. p.* 42. *n.* 63.) aduenient, denn meine noch vvenige Iahre vverden (nun balde) herzukommen, zum Ende lauffen: וארח לא־אשוב אהלך et viam, qua non redibo, ibo, und vverde gehen den Weg, den ich nicht vviederkehren vverde (zu diesem Leben.) In qua periphrasi mortis pergit in seq. cap. v. 1. *Spiritus meus* (mox) *abrumpetur*, XVII, 1.
(videl. a corpore. ita namque rectius redditur cum Piscatore, vti Ies. X, 27. וְחָבַל *et abrumpetur iugum.*) *dies mei erunt exstincti, sepulcra* (plur. pro sing. sic infr. c. XXI, 32.) *me* exspectant, *mihi* parata sunt. es geht mit mir zum Grabe. itaque vim et efficaciam mediatorii Christi muneris in aeterna vita dulcissime sum experturus. Hoc modo textus optime cohaeret.

Cap. XVII, 2.

אם־לא התלים עמדי (Sed) Nonne illusiones (*propterea*, propter hanc spem in Christum testem et aduocatum meum) sunt mecum? (Aber) Habe ich nicht (dessvvegen) Spottereyen genug? ובהמרותם ita vt in exacerbatione eorum pernoctet oculus meus, so dass ich auch die Nacht kein Auge vor Betrubniss und Weinen uber ihre Erbitterung kan zuthun. Commode connectitur hic textus, a quo potius caput in-

CAP. XVII. choandum esset, cum antecedente per particulam aduersatiuam *Sed.* Lutheri translatio, niemand ist von mir geteuschet, neglexit *interrogatiuum* h. l. אם. Conf. in simili coniunctione similique significatione supr. c IX, 24. Gen. XXIV, 38. Deut. XXXII, 30. 2. Reg. IX, 26. Sic et graecum εἰ μὴ Rom. XI, 15. Vid. *Not. Sel. ad h. l.*

Vers. 3. Vers. 3. שִׂימָה־נָּא עָרְבֵנִי עִמָּךְ מִי־הוּא֑ל יָדִי יִתְקָע Pone quaeso (ad cor,) sponsionem s. expromissionem meam (s. passiue pro me) esse penes te. quis enim alius complodentem se faceret manui meae? Germ. Nimm doch zu Hertzen, dafs du fur mich Burge seyst. Denn vver ist sonst, der mir die Hand darauf geben könte? (mich elenden zu erlœsen von allem Ubel Leibes und der Seelen, und also auch von denen harten Beschuldigungen, Spott und Schmach meiner Freunde?) Vbi verbum שִׂימָה vsurpatur cum ellipsi אל־לב *ad cor*, vti supr. c. IV, 20. et infr. XXXIV, 23. add. Iud. XIX, v. vlt. Deinde verbum ערב construitur cum accusatiuo, qui vero exponendus cum praepositione ל, coll. *Luc. Ebr. p.* 293. Sic Ps. CXIX, 122. ערב עבדך לטוב *sponde pro seruo tuo in bonum*! vbi Lutherus prius ad literam gelobe fur deinen Knecht zum besten, pro quo postmodum: vertritt du deinen Knecht und trœste ihn. et Ies. XXXVIII, 14. ערבני *sponde pro me*, eadem forma quae in nostro loco. Lutheri translatio concessiua, ob du gleich einen Burgen fur mich vvoltest setzen, supponit formam *participialem* עָרְבֵנִי, transitque voculam עִמָּךְ. Phrasis vltima connotat gestum sponseris coll. Prou. VI, 1. XVII, 18. XXII, 26. Elegans iterum locus de satisfactione Θεανθρώπου Christi, coll. cap. anteced. v. 21.

Ps. CXIX, 122.

Vers. 5. Vers. 5. לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים Ad praedam indicabit (tales) amicos, zum Raube oder Beute vvird er (Gott) anzeigen (solche) Freunde. Est hoc *alterum* malum post *primum* illud non exaltabis (eos), sed potius in humili abiectoque statu pones, quod lebus occoecatis, viarumque Domini circa pios suos ignaris indicit, commutata insuper persona secunda cum tertia, vt alias, et vers. sq. nec sic opus nouo *nominatiuo* verbi actiui יגיד. Versio vernacula, er ruhmet vvohl die Ausbeute seinen Freunden, fere cum Vulg. lat. *praedam pollicetur sociis*, praefixum ל in voce לחלק translocat ad τὸ רעים. Rauppius cum plurimus τῷ חלק adiudicat notionem *blanditiarum*, et τῷ ל cum Piscatore vim praepositionis *cum*, modum agendi notantis, nec non רעים ellipsin praefixi ל, hoc sensu: *cum blanditiis indicabit sociis*, quanquam τὸ רעים alii accipiant in significatu Chaldaico *cogitationes*, vti in Ps. CXXXIX, 2. 17. Vt ita Iobus

bus carpat amicos, qui adulatoriis et comtis sermonibus Dei patrocinium susci- CAP. XVII.
pere conabantur. Verum חלק nullibi vsurpatur absolute pro *glabritie* et metaphorice *blanditiis*, sed cum addito instrumento *oris* s. *labiorum*, ceu patet ex Prou. VII, 21. Nobis vero sumitur cum Luthero et Schmidio in significatione propria et primaria. *partitionis*, *partis*, *praedae-* Nec minus praefixum ל in natiuo suo vsu. Nec vrget necessitas, in vocabulo לרעהו ad chaldaismum confugere. Sequitur *tertium* malum: et (quod multi negligunt, vel *aduersatiue* capiunt) oculi filiorum eius consumentur. Hoc modo textus apte cohaeret.

Vers. 6. ותפרת לפנים אחרי Heic vox תפת est dubiae interpre- Vers. 6.
tationis. Vulgo interpretantur *tympanum* siue *tympanizationem*, acsi collactea sit תף e radice geminata תפף. Ast nobis cum Seb. Schmidio *in Annotat. ad 2. Reg. XXIII*, 10. *p.* 273. plane non videtur probabilis haec deriuatio, pugnantibus videlicet principiis philologicis, ipsisq; linguae sanctae fundamentis. Putamus itaque cum eodem recte deriuari a תוף, quod iuxta Schindlerum si-"
gnificat Syris *remouere*, Rabbinis *exspuere*, vt *Topheth* sit *piaculum aliquod, re-*"
mouendum igne, aut expiandum, vt remoueat poenas et secum auferat. Certe"
voce hac vsus iam est liber Iobi, quem scriptum communiter statuunt, antequam"
filii Israel possiderent *vallem* Hinnom, aut *Molecho* ibi seruirent. Et ita vtitur,"
vt significatio *piaculi combusti* locum optime habeat. Hinc colligitur etiam,"
quem in finem parentes combusserint vel adusserint infantes suos, scilicet vt"
isto piaculo expiarent scelera sua, ne vel in hoc seculo, vel in inferno ipsi expiare"
cogerentur. Hinc etiam habebimus, quare *Topheth* et *Gehenna* aeternos cruciatus"
siue infernum denotent. Nimirum, quod infernus sit locus aeterni ignis vt luant"
poenas suas impii, sintque aeterna piacula nunquam expianda; facili tropo,"
quo locus temporalis poenae, ad deuitandam aeternam sponte susceptae, pro"
aeternae poenae loco accipiatur. Pro accuratiori itaque hac sententia versio erit: et piaculum ad faciem (omnium) esse cogor. Und muss ein Scheusal seyn vor (iedermanns) Augen. Qui sensus iam coincidit cum eo, quem ex consilio Arabismi producit cl. Kromayerus *l. c. p.* 145. *et detestationi hominibus ero.*

Vers. 12. לילה ליומם ישימו אור קרוב מפני־חשך De cogita- Vers. 12.
tionibus suis, quas מורשי לבבו *possessiones cordis* κλήσεις τῆς ψυχῆς Luc. XXI, 19. proxime nuncupat Iobus, quodque eae נתקו *auulsae sint*, quod verbum indicio accentuationis repetendum, aut ex virtute nominis מורש eliciendum מורשה *possessione expulsae sint*, inquit: (Hae enim potius sunt subiectum horum

CAP. XVII. verborum, confirmante verſ. 14. et 15. quam iuxta alios *Amici*, de quibus vltimum verſ. 10.) Noctem equidem in diem poſuerant; lucem (poſuerant) propinquam propter tenebras. i. e. cogitationes meae me dulci ſpe lacta uerant, fore vt calamitas mea (quae nomine *noctis* et *tenebrarum* venit) conuertatur in omnigenam proſperitatem (quae per *diem* et *lucem* indicatur); quin imo diem iſtam et lucem gaudii et pacis iam prope eſſe propter ἀνμὴν tribulationum mearum. Conf. Glaſſii *Rhet. S. coll. 1683.* et Rauppius *in Lex. Theol. p 500.* Lutherus praeeunte Raibago membr. 2. liberius vertit, und aus dem Tage Nacht, ſupponens hunc poſitum יום ללילה ſ. לחשך, neglectis integris vocibus קרוב מפני. Kortumius contra accentus, et cum gemina ellipſi, et cum inſolenti metamorphoſi vocis מפני transfert: und das Licht ſoll nahe ſeyn, gleich als wäre die Finſterniſs nicht vor Augen, acſi eſſet haec vocum facies et ſtructura, ואור קרוב (כאלו) חשך (אין) לפניהם. Paulo quidem aliter, ſed itidem cum dura ellipſi, contraque interpunctionis rationem vertunt Belgae cum Piſcatore: *Het licht is naby (den ondergang) van wegen de duiſterniſſe.* Neque adhuc video iſtam neceſſitatem; quae nos cogat ſignificatione ebraea in vocabulo קרוב deſerta arabicam adſciſcere, quam quidem cauſatur cl. Albertus Schultens *ad h. l. p. 59.* *Haec locutio*, inquiens, *ſi quae vlla Arabiſmum redoleat, nec absque ſubſidio linguae Arabicae intelligi poteſt.* Exinde ſenſum facit: c. XX, 5. *Lux breuis eſt propter tenebras.* Nec perſuadet locus cit. c. XX, 5. *Gaudium impiorum* מקרוב *a propinquo* i. e. *breue eſt.* Conuenit namque haec phraſis cum germaniſmo: Die Freude der Gottloſen iſt nicht vveit her h. e. Bedeutet nicht viel, iſt von ſchlechten Wehrt und Daure. conf. Deut. XXXII, 17.

Verſ. 13. Verſ. 13. אם־אקוה שאול ביתי Etſi (coll. ſupr. c. IX, 15. et 20. et c. XVI, 6.) exſpectauero felicem rerum mearum cataſtrophen, vvenn ich auch gleich lange (auf Beſſerung) harre, vvas iſts? ich muſs doch einmahl ſterben, ſtatus mortuorum (hunc enim ſignificatum vbiuis inferre vocabulum שאול obſeruauimus *in Ebraiſm. Etym.* p. 31.) erit *domus mea*, ſo vvird doch das Todten-Reich meine Behauſung ſeyn. etc.

Verſ. 15. Verſ. 15. ברי שאול תרדנה Vectibus ſtatus mortuorum (i. e. feretro) deſcendent mecum (ſc. ſpes et omnia ſperata, auf der Toden-Bahre vvird es (all mein hoffen) mit mir hinunterfahren. Vel ſi mauis, vocem ברי deriuare a radice ברר, quod vtique et forma et ſignificatio permittit, commode ver-

vertas licet: in solitudines status mortuorum, in die Einsamkeit des Todes-Reichs, descendent. *conditio* status mortuorum expressius additur: אם־יחד עלי־עפר נחת Si vna mecum in puluerem erit descensus. CAP. XVIII. XIX.

Cap. XVIII, 12.

יהי־רעב אונו ואיד נכון לצלעו: Fiet famelica vis eius h. e. succi natiui et spirituum subministratio deficiet, seine LebensKrafft wird recht ausgezehret vverden, pr. aushungern, et calamitas parata est ad claudicationem eius h. e. ex debilitate ea sponte subsequetur ruina, ceu bene exponit B. Geierus *Comm. ad Ps. XXXVIII, 18. p. 6009.* Und auf solche Ohnmacht vvird folgen sein Untergang. B. Lutherus membr. 1. transtulit, Hunger vvird seine Haabe seyn, ac si pro רָעָב esset רָעֵב.

Vers. 15. תשכון באהלו מבלי־לו Habitabit (בלהה) *terror*, quod praecedens nomen est subiectum huius verbi feminini, non *rex terrorum* cum Kortumio, in tentorio eius, propter consumtionem eius, dasselbe vvird in seiner Hütten vvohnen, vveil es mit derselben aus ist. Qui sensus simplex pendet a praefixo מ in מבלי, aliis cum Luthero neglecto, et casum obliquum in rectum vertentibus: a significatione propria nominis בלי, nec non a lege synonimica membri alterius: Spargetur super habitaculum eius sulphur, cum respectu ad incendium Sodomiticum, vt et ad oues et pascentes seruos igni combustos, c. I, 17. v. 15.

Vers. 19. Nihil habet obscuritatis, nisi quod Lutherus vocem extremam במגוריו minus recte reddiderit *in seinen Gütern*, potius reddendam *in peregrinatione sua*, in seiner frembde, membris ita amice conspirantibus, vt significetur, nullos ipsum relicturum esse liberos, neque in domo paterna, quod vult בעמו *in populo suo*, neque in peregrina, adeoque nomen eius deletum iri de terra. v. 19.

Cap. XIX, 6.

כי־אלוה עותני Dura videtur versio vernacula, dass mir Gott unrecht thut, cum Vulg. lat. *non aequo iure mecum agit.* it. Rambanide, Caietano et Genouensibus, quum verbum עות non noteth. l. *iniquitatem et peruersitatem mora-*

CAP. XIX. *moralem*, sed *physicam*, qua plagae diuinae statum hominis *peruertunt*, felicem commutant in infelicem. Sic vsurpatur Ps. CXLVI, 9. Thr. III, 9. Eccl. VII, 13. et passiue in Niph Ps. XXXVIII, 7. נעויתי *Peruersus factus sum*, ich bin umgekehrt, additurque exegeseos ergo שחותי עד־מאד *incuruatus sum, ad intensionem vsque* i. e. intensissime. Vertendum itaque et heic loci: dass Gott mich umgekehret hat.

Ps. CXLVI, 9. XXXVII, 7. Thr. III, 9. Eccl. VII, 13.

Vers. 17. Vers. 17. רוחי זרה לאשתי Halitus meus alienus, fastidiosus, est vxori meae (i. e. vxor mea ad me appropinquare meque amare auersatur, propter foetentem oris halitum.) Translatio Germanica, mein Weib stellet sich fremde, vvenn ich ihr ruffe, desideraret potius hunc positum קולי vel קראי זר לאשתי *Vox mea peregrina est, vel clamare meum peregrinum est uxori meae*, qui in sensu illi aequipolleret. Calouio prae aliis arridet Schmidii explicatio: *Spiritus, animus meus alienus factus est*, (sc. ממני *a me* i. e. fastidit me ipsum,) *propter vxorem meam*, verbaque eius atque gestus morosos et rixosos, sumentis praefixum ל *causaliter, propter*, vti quidem sumi posse non abnuerim, heic tamen nonnisi *obiectiue*, pro sueta nota *datiui*, aeque ac in statim sequente לבני, et duobus immediate praecedentibus sumsisse videtur Iobus, ne dicam de *ellipsi*, hunc sensum facile suspectum reddente. וחנותי לבני בטני Et supplicare cogor, und muss flehen, filiis ventris mei i. e. nepotibus, cum Lyrano et Buxtorffio *in Catalect. tm. 42.* Nam nati nataeque immediate tales erant exstincti. Et *nepotes* in scripturis etiam appellitari *filios* constat. Conf. *Not. Sel. ad* 1. *Chr. VII, 14. p.* 169. Rara alias et insolens est phrasis, qua de patre praedicatur *vterus*, quum a matre in vtero portentur filii, vt significetur arctissimum mariti vxorisque vinculum. Equidem idem Calouius nec non Kortumius cum Schmidio חנותי facit *verbum praegnans*, vertendo *et miserans lugeo filios ventris mei* tristi ruina occisos. Id vero non commodum. Hoc enim חנותי respondet praecedenti אתחנן, et Iobus hos filios iis annumerat, qui se ipsum ea tristi tempestate reapse et in praesenti adhuc despicatui habebant.

Vers. 25. 26. 27.

וַאֲנִי יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי וְאַחֲרוֹן עַל־עָפָר יָקוּם׃
וְאַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ־זֹאת וּמִבְּשָׂרִי אֶחֱזֶה אֱלוֹהַּ׃
אֲשֶׁר אֲנִי אֶחֱזֶה־לִּי וְעֵינַי רָאוּ וְלֹא־זָר כְּלָיוֹתַי בְּחֵקִי

Iobus,

Iobus, quum neminem amicorum haberet, qui in grauissimis afflictionibus contemtibusque suis misericordiae affectu erga se tangeretur, sed potius pro impio, peruerso, atque hypocrita sugillaretur, et innocua verba sua male detorquerentur, vouet, vt illa *verba sua libro consignarentur, immo stilo ferreo et plumbeo petrae in perpetuum insculperentur*, vt posteritas de eorum innocentia ac veritate iudicare posset. Verum (et huius voti vix se damnatum iri cernens, nec vllum חי *viuum*, sui miserentem, fides eius πεπληφορημένη ad iudicium iusti iudicis nouissimum assurgit,) ego scio (quod acri epiphonemati Bildadi opponit c. XVIII, 21. crassae ignorantiae Dei eum insimulantis) גאלי Redemtorem meum et vindicem (*qui perditum me sibi vindicauit vt filium, vt coheredem, vt consanguineum, vt peculium et hereditatem suam, immo vt vitam et sanguinem suum, quem ab omni damno et iniuria defendit, cuius ne periret nomen* (quod ipsi abiudicarat Bildadus ולא־שם לו c. XVIII, 17.) *adscripsit cœlo*, ceu cum elegantissima ἐμφάσει παραφράζει celeb. Hillerus *in Dissertat. ad h. l. p. 15.*) חי viuum, viuere (*et vitam in se habere, et vitam mihi mortuo restituere.*) et vltimo (tempore, coll. Ies. VIII, 23.) super terram (coll. Gen. II, 7. cum c. III, 19. et Kohel. XII, 7.) surrecturum s. venturum (coll. Deut. XXV, 6. 2 Chr. XXI, 4. et Iob. XXV, 3. Nah. I, 9. Et quamuis Vers. 26.
postcutem meam destrinxerint (sc. destringentes, coll. *Luc. Ebr. p.* 413.) hoc (carnis, e m. seq.) tamen ex carne mea (ceu subiecto) videbo Deum (Redemtorem meum.) Quem ego visurus sum mihi, in bonum et solatium meum,) immo oculi mei videbunt eum, et non alius (loco mei.) Vers. 27.
Consumti sunt renes mei in sinu meo. Atque hunc genuinum et planissimum esse loci huius sensum, existimen, licet obscuriorem, quam par est, plerique, causentur, cum ex συναφείᾳ textus, tum ex natura φράσεων; quemq; iam vlterius sigillatim confirmabimus ac illustrabimus, cum examine insuper aliquot versionum, quae merebuntur.) ו in ואני commodius vi monstrati nexus cum Luthero ואני
et Munstero reddidimus *aduersatiue*, quam eum τῶις ὁ et Vulg. *causaliter*, vel cum Castell. Tremell. Piscat. et Hillero *dissert. cit.* concessiue *Equidem, tamen*, Geneuenses ו neglecto pronomen אני vt emphaticum et absolute positum expresserunt: *Quant a moi*, ie sai etc. Sed ea ratione insignitum fuisset *accentu distinctiuo*, et quidem vi consecutionis *Rbhia*; quum iam verbo suo arcte per accentum *seruum Munach* cohaereat: quamuis aliquam emphasin homileticam, a Lipsiensi quondam Chrysostomo B. Carpzouio super h. l. erutam *in Conc. funebr. tom. IV, p. 442.* facile concedere queamus. Verbum וזעתי opponimus וזעתי

CAP. XIX. Pontificiorum descriptioni *fidei* per *ignorantiam* in theoria, et *dubitationem* in praxi, vlteriusque illustrat Paulus 2 Tim. I, 12. οἶδα ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι κ. τ. λ. et Iesaias c. LIII, 12. בדעתו per notitiam sui *iustificabit iustus seruus meus multos.* add Io. XVII, 3. Per גואל גואל *Redemtorem* non intelligitur cum Photinianis DEVS in genere, praeludente iis Tremellio DEVS *Pater in Filio per Sp. S*, sed Filius Messias. Tenenda enim heic est probe regula, quam de verbo גאל suppeditat Forsterus *in lex. p.* 122. *Quoties verbum* גאל, *et quae inde nomina deducuntur, ipsi Deo tribuitur, tum immediate de secunda Trinitatis persona intelligendum est, nempe de Filio, qui ideo homo est factus, vt nos sub potestatem Satanae venundatos redimeret, suoque regno vindicaret. Itaque eiusmodi omnes loci V. T. confirmarunt fidem de incarnando Filio DEi, et in carne redemtione humani generis per sanguinem ipsius.* Et p. 124. *Quando scriptura DEVM sic vocat,* (np Redemtorem,) *tunc simul insinuat, quod Filius DEI debeat assumere carnem nostram, et noster fieri consanguineus, vt posset nos iure propinquitatis redimere.* Nec dubitandum est, iam tum Iobum ex theologia patriarchali vsum et vim vocabuli גואל sciuisse, est heic intendisse, quam postmodum Moses in scripturis vsus est. Quod enim Iobus *nominaliter* cum affixo pronominali גאלי Redemtor meus effert, id patriarcha Iacobus *participialiter* cum pronomine separato, *Angelus* (increatus, Messias) המלאך אותי qui liberauit me *ab omni malo*, Gen. XLVIII, 16. ואחרון *personaliter et subiective* sumunt Eniedinus et Mercerus de DEO Patre, iuxta, Ies. XLIV, 6. et XLVIII, 12. Alii, quos inter et Seb. Schmidius et Carpzouius, de Christo Goële, vt δευτέρῳ ἀνθρώπῳ 1 Cor. XV, 47. subaudientes verbum praecedaneum ידעתי, et relatiuum אשר, *qui*, vel coniunctionem כי *Quod.* Aft ellipsi, praesertim gemina, haut opus est, vbi simplicior valere potest constructio. cl. Hillerus *in diss. cit.* adhuc aliter et singulariter, de *vltimo hoste*, videlicet *morte*, ex 1 Cor. XV, 26. Hinc concessiue vertit: *Etsi vltimus contra puluerem insurrexerit.* Verum rectius *adiective et temporaliter* accipitur, suppresso vt alias, substantiuo, עת vel יום *extremo tempore* vel *die*, veluti propius Vulg. Syrus, versio Gall. Diodati, et Angl. et *aduerbialiter* cum Chaldaeo מן בתר כדין *posthac.* Pagn. Luth. Munst. Castell. Spanhemio *in Hist. Iob. c.* 13. על־עפר Lutherus praepositionem על insolenter vertit *aus* der Erden, vti Vulg. *de terra*, quasi esset מעפר l. מן, quam pressius LXX. ἐπὶ γῆς, et Syrus, Vatablus *super terram*, nec non Schmidius *in comm.* conf. c. XLI, 25. Nec melius verbum יקום cum LXX. et Theodotione, *transitiue* transtulit *suscitabit*, ἀναστήσει, vti forma esset *Hiphilica* יקים; quumque sic sensus euaderet imperfectus casum suppleuit

גואל

ואחרון

על־עפר

mich

mich, et hinc Vulgatus ex tertia persona fecit prima n *surrecturus sum*. quum in *Kal* sit significatio neutralis s. intransitiva *surget, veniet*. Quae etiam militat in loco Amosi c. VII, 2. 5. quem in fauorem *actiui* sensus alii vrgere solent, מי יקום יעקב *Quomodo* vel *qualis* perstabit *Iacob, quia parvus est*, vvie vvird Iacob bestehen? vel vti Saubertus *in Pal. Theol. p.* 318. reddit: vver wird dem Iacob überbleiben, cum ellipsi praepositionis ל. Quod vero ad ipsam phrasin attinet, simplicius ea redditur cum Arabe, Syro, Codurco, Vatablo, et Dn. D. Abichtio *in dissert. inaug. ad h. l.* super terram surrecturus est, veniet, nempe ad iudicium vniuersale, vi locorum supr. cit. Caditque sic explicatio ista a iorum de *resurrectione ipsius Christi*; vel *stabit super puluere, in campo*, er vvird das Feld behalten. *Id enim iusto subtilius est, nec vsquam in scriptura phrasis ista sic accipitur*, recte censet Seb. Schmidius *ad h. l.* Nec Christus voce sua mortuos in extremo die suscitaturus vel *vt luctator*, vel *victor*, sed *vt iudex* nobis sistitur, Io. V, 28. 29. Vid. etiam quid posteriori huic opponat Spanhemius *l. c.* § 12. Alii non melius phrasin עַל־עָפָר reddi posse autumant, quam *ad puluerem* i.e. *ad corpus veniet* Posset quidem haec sententia prima specie alicuius esse valoris, si Iobus definite עַל־עֲפָרִי *ad puluerem meum* loqueretur, nec ἀκυρολογίαν, (quis enim ita indefinite loquitur, er vvird zum Staube. d. i. zum Leibe kommen?) nec ellipsin, *ad corpus* suscitandum inferret. Proinde praeualet adhuc nostra simplicior, maximeque propria expositio. Sequitur forma aequiuoca vocis עוֹרִי, quae potest esse vel (α) *infinitiuus Kal*, cum suffixo pronominali י, formae בּוֹאִי, בּוֹשִׁי, quam arripuerunt Iunius et Tremellius; sed ne sensus euaderet ineptus per ὕστερον πρότερον vertentes: *et postquam* (*vermes*) *confoderint istud*, euigilante me, cum *ellipsi* insuper praefixi ב vel כ. Quam pariter adoptauit cum Gerhardo *in L. de Resurr.* § 10. et Marino *in Lex. fol* 476. a. Balthasar Meisnerus *in Disp. ad h. l. th.* 8. et Io. Vlmannus *obseruat. Philol. p.* 45. 46. *Et post euigilare, excitari meum*, vel *postquam* ex mortuis per illum meum Redemtorem *excitatus fuero, tunc excidetur hoc*, δευτέρως hoc omne, quod in mundo adspicio, formatis insuper, praeter vllam necessitatem vllumque textus indicium, duabus propositionibus. Nec minus D. Gebhardi *in Vindic. contra Pezronum p.* 82. *seq.* in diuersa tamen significatione, ex coniugatione quadrata עָרַר *destruere* Ier. LI, 58. Vertit namque *postquam destructus fuero*, postquam vermes *corroserint hoc*, meum corpus. Ast non opus est contrariam et in verbo עוּר significationem *excitari* et *destrui* statuere, quum etiam commode ista forma et notio ad *Piel* et *Hithpael* radicis עָרָה ab aliis cum R. Iona ap. Ben Melech ad *l. c.* referatur, non obstante auctoritate Kimchii ad *l. c.*

CAP. XIX.

Amos. VII, 2. 5.

עוּרִי (α)

CAP. XIX. *l. c. murus Babelis nudando nudabitur*, quod aequipollet isti *destruendo destruetur.* Sic Ps. CXXXVII, 7. ערו ערו *nudate, nudate, vsque ad fundamentum*, quod bene consp[i]rat cum גלות עד־יסוד *reuelare fundamenta vrbis* Mich. I, 6. Vel (β) nomen substantiuum significans *cutem meam*, quo sensu saepius recurrit apud Iobum nostrum, vti bis vers. 20. cap. nostri, c. VII, 5. XXX, 30. itaque eodem sensu et

β) נקפו heic adhibuisse, vix est dubium. נקפו alii deriuant a rad. נקף, quod tantum in *Hiphil* occurrit in significatione *circumdandi, circumducendi*, velut in cap. nostri v. 6. Ps. XXII, 17. LXXXVIII, 18. 2. Chr. XXIII, 7. 2 Reg. VI, 14. 1 Reg. VII, 24. *circumagendi* Iob. I, 5. cui coniugationi adiungunt vnicam hanc formam passiuam *Nipbal* excidente נ et per Dagesch compensato, coll. *Luc. Ebr. p.* 245. quum tamen *Niphal* non participet significatum suum ab *Hiphil*, a quo potius *Hophal*, sed a *Kal*. Nihilo segnius indicatam notionem tenent complures, vt Vulgatus: *Et rursum circumdabor pelle mea*, cum neglectu pronominis זאת, cum *ellipsi* ב notae ablatiui, cum crassa *enallage* et *personae* tertiae in primam, et *numeri* pl. in sing. et *temporis* praet. in fut. vertendo insuper אחר *post* per insolens *rursum*, ac denique עורי נקפו contra *accentus* coniungendo. Quam versionem vt vt multifariam peccantem nihilominus secutus est Lutherus noster, licet demonstratiuum זאת, tametsi per insuetam Ebraeis traiectionem, et cum *genere* discordem, et תו אחר pressius reddere studuerit, und vverde darnach mit dieser meiner Haut umg ben vverden. Qua ratione foret hic verborum positus et constructio זאת עורי נקפתי אחר (איקף vel) זה. Rectius alii deducunt a נקף in *Piel*, quod notat *destringere*, vt victimarum scil. pelles destringuntur, Iesa. XXIX, 1. vt olea destringitur Iesa. XVII, 6. *excidere*, vt arbores ferro excl-duntur, Iesa. X, 34. Verbum autem *actiuum* includere vt alias suum *agens*, notum est. Per *destringentes* vero intelliguntur *vermes*. Vid. Ben Melech *h. l.* Tremell. Piscat. Belg. Angl. Mercerus, Munst. etc. *Destringendi* etiam notio ideo praesertim praeferenda est alteri *circumdandi*, quum sit simplicior, quoniam in ista aut traiectio superior statuenda, aut repetitio s. formalis s. virtualis praece-

זאת dentis עורי, et quidem in diuerso casu, ablatiuo nempe. *Et post cutem meam circumdabuntur haec (cute mea.)* Vid. Schmidius *h. l.* זאת quidam construunt cum nomine עורי contra genium linguae ebraeae simulque genus. Ita Pagninus, Ar. Mont. Lutherus, Cocceius, quamuis hic non in genus peccet, vertens: *et postquam cutis meae destrinxerint hoc.* Quidam explicant cum *ellipsi* liberae sensuali, vt Schindlerus: *excidentur (absumentur) haec* (omnia visibilia) *in Lex. col.* 1299. itemque Gerhardus, Marinus et Meisnerus supra citati. Sed praestat textualis proxima, hoc modo: הזאת (carnis) cum Dn. Hillero *in disp. cit p.* 12.

Hos. VII, 16. non *hanc carnem* ob generis discordiam, sicut dicimus: *quid hoc hominis? id commodi* etc. et in ebraeo sermone Hos. VII, 16. זו לעגם *Haec fannae ipsorum.*

CAP. XIX.

rum. Aſt in Verſione noua lat. et germ. *p.* 15. facit *traiectionem*, quam tamen ſupra *p.* 12. carpit, vna cum *ellipſi* h. m. *Et hoc*, quod eſt *poſt cutem meam, deſtrinxerint.* Und dis vvas hinter meiner Haut ſtecket, muſs abgeſtreifft vverden, ita vt haec verba adhuc dependeant a membro finali praecedentis paſuki. Quod valde coactum, quodque iam in Tremellio notavit Piſcator. Sunt etiam, qui pronomen hoc a verbo נקפו, cum quo tamen arctiſſime per *Makkeph* eſt copulatum, divellunt, vtrumque elliptice. Sic enim Zanchius *P. I. de tribus Elohim, l. 2. c. 4. §. 51. Eſt poſtea cutis mea*, (quam) *contriuerunt* vel *corroſerunt* (np. corroſores morbi, et tandem etiam mors et vermes) *haec* (cutis exeſa) denuo יקומם reſurget. Cui verſioni aurem ſubſtringunt, et laudem haut vulgarem praeter meritum tribuunt vterque Meinerus Balthaſar et Ioannes *in Diſpp. ad h. l.* ille th. 27. hic 32. Sic plane ſingulariter D. Weidnerus Theol. Roſtoch. *in diſp. ad h. l. th. 39. Et poſt cutem meam* (penitus np. perditam) *circumdentur* מרי *verba mea haec*, (*in*) *hoc* (videlicet dicterio ac permanenti ſententia.) *Etiam ex carne mea videbo Deum* &c. Quam expoſitionem ſaltem allegaſſe eſt refutaſſe. ולא זר Conuenientius *obiectum videndum*, quam *ſubiectum videns* intelligi cenſet D. Gebhardi *l. c. p. 85. 87.* Exponit itaque *et quidem vt non peregrinum, ſed vt conſanguineum meum, vt carnem et ſanguinem meum.* Aſt hanc emphaſin praedicati iam tum importat nomen *Goel.* Proinde malumus manere in verſione communi per *nominatiuum, et non peregrinus, non alius, non alienus*, non aeque vt idem dicat, quod *non infidelis, impius, a fide illa alienus*, vti vocabulum זר vſurpatur Prou. XXI, 8. et Ioel. IV, 17; ſed quod Iobus ex πληροφορίᾳ fidei fretus ſit beata vita et beatifica Chriſti viſione, vt euidentur innuit cumulatio pronominum, EGO, MIHI, MEI, hunc in ſenſum: *egomet ipſe, non alius loco mei, in proprio hoc corpore, non in alio nouo*, licet aliis nouis qualitatibus, 1. Cor. XV, 42. Ita Salomo hac voce vtitur Prou. XXVII, 2. *laudet te* זר *alius, et non os tuum.* Phraſin poſtremam כלו כליותי בחקי expoſui *in Ebraiſm. Etymol. ad h. l. n. 304.* qua expoſitione necdum pro affectu orationis videmus meliorem, vt videlicet ſignificantiſſimo hoc voto definat: *O quantopere deſidero (tantam gloriam!)* o vvie verlanget mich ſo hertzlich! Adeoq; patologia lobi non intempeſtiue in *Athnacho* frigeſcit vel exſpirat, recocta illico propter carnis imbecillitatem, querela ſua, (vid. Reinbeckii *Doctr. de Accent. p. 65.*) ſed recta ac bene compoſita ad terminum *Silluki* deproperans fertur. Nec proinde placent, qui mediante particula connexiua *ſed, quamuis* reddunt, hoc ſenſu: *quamuis iam ſim in ſumma afflictione*, ceu Vatablus, approbante Balth. Meiſnero *th. 40.* Non enim video ni figurate *renes* pro ſede affectuum

ולא זר

כלו כליותי בחקי

CAP. XIX. ctuum capiantur, cur tantu n de conſumtione renum per morbum heic loqui vellet Iobus? quum totum corpus vlceribus ſcateret, et fere exeſum eſſet, cunctaque interiora morbo et dolore prope abſumta, ita vt mortiiam vicinum viuum que cadauer ſe putaret, quemadmodum iam ſupra querulatus eſt. Vid. c. VII, 5. XVI, 22. XVII, 1. XIX, 20. Quare triumphat hodienum et in ſecula ſeculorum triumphabit *fides Iobi in Chriſtum Goelem ſuum, de extremo iudicio, de reſurrectione eiusdem numero corporis, de beatifica Dei viſione oculis corporeis*, vtpote qui vna cum corpore in glorificatione *ſpirituales* erunt, ad *ſpiritus* etiam videndos, 1 Cor. XV, 44. Nec curamus heic poſt Photinianos in ſpecie Eniedinum, contra quem inſurrexerunt Balth. Meiſnerus *Diſp. cit. membr. V. th. 69. ſeqq.* et Feurbornius *in Anti Enjed. h. l. p. 29. ſeq.* et Grotium, (quo de Iurieus *in Hiſtoire de dogmes et de cult. de l' egliſe p. 16. Le ſauant Grotius eſt vn de ceux, qui nous veulent derober ce paſſage; mais il etoit ſi mauuais Chretien, que ſon authorite ne nous doit pas incommoder.*) noue'los quosdam interpolatores, quos ſub examen vocarunt D. Weidnerus, et D. Abichtius *diſpp. cit.*

Verſ. 28. Verſ. 28. כי תאמרו מה־נרדף־לו Quod (particula כי non eſt h. l. cauſalis. nihil enim heic probat, ſed coniunctio συλλογιστική) nunc dicitis, *quomodo perſequemur eum*, daſs ihr nun ſaget, vvie vvollen vvir לו ihm ſcharff zuſetzen, und ihn uberführen ſeiner Heucheley, und Boſsheit, ושרש דבר נמצא־בי quum tamen radix (fundamentum) verbi (et rei) inueniatur in me, da doch das Grund-Wort und Haupt-Sache, (meiner Religion, nemlich Chriſtus mein Erlœſer, mein Leben, auf vvelchen ich baue die Aufferſtehung dieſes meines Leibes, und das ſelige Anſchauen Gottes im evvigen Leben) bey mir ſich findet, (conferri poteſt de phraſi *Radice verbi diſp. Witteb.* B. D. Feuſtkingii.) und alſo mich mit hœchſten Unrecht vor einen עול verkehrten, לא־ירע אל der GOtt nicht erkennet c. XVIII, vlt. haltet, daruber ihr die Straffe Gottes zu furchten habt, vt ſequitur.

Verſ. 29. Verſ. 29. גורו לכם מפני־חרב (propterea) Timete vobis a facie gladii (nomen ſpeciale pro generali.) (deſsvvegen) hütet euch vor dem Schvvert, כי־חמה עונות חרב Nam excandeſcentia (DEI) ſuper iniquitates (נתנה fert) gladium. Nec male verſio germanica, niſi quod per *hyperbaton* vertat, denn das Schvvert iſt der Zorn uber die Miſſethat; quum tamen voces עונות חרב per *ſeruum* cohaereant mediante verbo aliquo ſenſuali, למען תדעון שדון l. שדין iuxta ſymbolum שַׁדַּי, (de quo Hillerus *in Arc. K. et K. p. 250.*) vt agnoſcatis, quod ſit iudicium, auf daſs ihr vviſſet, erken-

kennet, daſs noch ein Gericht ſey. De praefixi ש punctatione per (-), vid. CAP. XX. *Lux Ebr. p. 165.*

CAP. XX, 3.

מוסר כלמתי אשמע Caſtigationem ignominiae meae (i. e. cum ignominia mea coniunctam) audire cogor. Bene Kortumius: Ich muſs die ſchmählige Beſtraffung meiner anhören. וְרוּח מִבִּינָתִי יַעֲנֵנִי: Sed Spiritus (*Dei*, abſolute enim ponitur vox רוח) ex intelligentia mea (non vertendum in conſtructione *ſpiritus intelligentiae meae*, quum repugnet accentus diſtinctiuus *Rbbia Gereſchatus*) loquetur pro me. Aber der Geiſt (GOttes) vvird aus meinen Verſtand für mich antvvorten. q. d. non tam ego ex mentis et intelligentiae propriae facultate, quam ille ex intelligentia mea tq. organo pro me loquetur. Imaginatur ſibi bonus Zopharus, Zelum ſuum ex ſola intentione bona eſſe diuinum, quum tamen ſit ἐ καλῶς Gal. IV. 16, ἐ καθ' ἐπίγνωσιν Rom. X, 2. לא מבינה.

Verſ. 10. Verſio ſimplex eſt: Filii eius יְרַצּוּ placabunt, conciliabunt, müſſen verſühnen, ſich vvieder zu Freunden machen, tenues (redditis nim. opibus iniuſte illis a patre extortis;) immo ipſius (adhuc vluentis) manus reſtituere cogentur vim ſuam (i. e. bona per vim rapta) Ia auch ſeine Haende müſſen vviedergeben, vvas ſie mit Mühe oder Gevvalt an ſich gebracht. Verſ. 10.

Verſ. 11. עצמותיו מלאו עלומו Oſſa eius plena erunt occultis (iuuentutis) peccatis, coll. Pſ. XC, 8. ועמו על־עפר תשכב et cum ipſo ſuper puluerem cubabit quodlibet eorum (propter verbum Sing. coll. *Luc. Ebr. p.* 406. et genus fem. reſpicit nomen coniugatum חטאה, *Luc. Ebr.* p. 354) Germanice ſenſus eſt: Er vvird ſich mit ſeinen heimlichen Iugend-Sünden gnug zu tragen und zu plagen haben, biſs ins Grab, vveil ſie ihm nicht vergeben vverden. Verſ. 11.

Verſ. 12. Non continet hic verſus πρόταση et ἀπόδοσιν, ceu viſum eſt Luthero, vertenti obſcure et cum contradictione, vvenn ihm die Boſsheit gleich in ſeinem Munde vvohl ſchmecket, ſo vvird ſie doch ihm in ſeiner Zungen fehlen, quae demum incipit v. 14. Verſio itaque eſt: Etiam ſi dulce fuerit in ore eius malum, יכחידנה (et) celauerit illud (eſt n. actiuum *Hiphil*, non neu- Verſ. 12.

CAP. XX. ueutrum et intranſitiuum iuxta Luth.) ſubter lingua ſua. Verſ. 13.

v. 13. (אם Etiamſi) parſerit ei, nec dereliquerit iſtud, ſed cohibuerit intra palatum ſuum. Mens huius προτάσεως ſynonymicae eſt: Und ob ergleich an ſolchen Sünden, vvenn er daran gedencket, u. ungerechten Mammon noch ſeine Luſt u. Wohlgefallen hat, u. dieſelbe nicht auffrichtig bekennen u. bereuen vvill, ſondern auf alle Art und Weiſe zu verbergen ſuchet, zum Schein, als wenn er der Frœmſte und Gerechteſte iederzeit gevveſen; ſo vvirds ihm doch nicht gelingen. Hoc iam dicitur et deducitur in ἀποδόσει ſeq. ſatis clara. (Attamen) Panis eius in viſceribus eius vertetur, (immutabitur in naturam contrariam, non modo nutritionem nullam dans, ſed ipſi etiam erit inſalubris et noxius) fel aſpidum (fiet) intra illum. etc. Ex duabus his propoſitionibus ſynonymicis quidem B. Lutherus contra interpunctionem fecit vnam.

Verſ. 18. Verſ. 18. משיב יגע ולא יבלע Reddere cogetur laborem (i. e. metonymice opes labore partas) et non deglutiet: כחיל תמורתו immo iuxta vim (ſummam) permutationis ſuae (reddet, quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum) itaque non exultabit. Er muſs vviedergeben das muhſame Gut, und kan es nicht genieſſen, verſchlingen: ia nach aller Krafft, nach dem ſtrengeſten Recht der Vergeltung (muſs ers vviedergeben,) und vvird alſo ſein nicht froh vverden.

Verſ. 20. Verſ. 20. כי לא־ידע שלו בבטנו Nam non nouerat tranquillum, requiem, in ventre ſuo (idem quod בקרבו *in interiore ſuo*, v. 14.) Denn er vvuſte von keiner Ruhe in ſeinen Hertzen, ſignificanter Lutherus: Sein Wanſt kont nicht voll vverden. בחמורו לא ימלט, et tamen de bono deſiberabili ſuo (vi formae partic. Paūl.) nihil eripiet, und vvird doch von ſeinen kœſtlichen Gut nichts davon bringen. Ita rectius יְמַלֵּט vi formae *actiuae* Piel redditur, quam *paſſiue*, ac ſi eſſet יִמָּלֵט in Niphal *euadet, eripietur*, et לא in notione nominis. vid. *Lux Ebr. p.* 421. itaque haut opus erit ſupplere cum Piſcatore *quicquam*, aut cum Schmidio *ventrem ſuum* i. e. *ſeipſum*.

Verſ. 21. Verſ. 21. אין שרוד לאכלו Adeo vt nihil reliquum ſit ad cibum eius. So daſs nichts vvird ubrig bleiben zu zehren, vor ſein Maul. על־כן לא־יחיל טובו: propterea non permanebit bonum eius, optime Lutherus: darum wird *ſein gut Leben* keinen Beſtand haben.

Verſ. 22. Verſ. 22. memb. 2dum proprie ita ſonat: Omnis manus moleſte laborantis veniet ei, ſo vverden alle, ſo ſichs haben laſſen ſauer vverden,

vvas

was zu erwerben, ihn angreiffen, und ihren abgedrungenen Schweiss wieder- CAP. XX.
fordern. Lutherus vertens, allerhand *Mühe* wird über ihn kommen, videtur praesumsisse formam עֲמָל *moleſtiam* pro עָמֵל *moleſto, moleſte laborante.*

Vers. 23. יְהִי לְמַלֹּא בִטְנוֹ Esto vt impleat ventrem suum, Vers. 23.
lass es auch seyn, dass er füllet seinen Bauch, coll. Luc. XV, 16. Ps. XVII, 14. tamen mittet in eum (Deus) excandescentiam (furorem) iraesuae, eamque pluet super ipsum בְּלַחוּמוֹ in chylum (pr. *comeſtum*, cibum comestum et concoctum, itaque est partic. *Paül.*) eius, in seinen Speise Safft. Ita rectius hanc vocem interpretatur cum Schmidio Kortumius *in not. a) ad h. l.* et confirmatur ex Zeph. I, 17. vbi adiungitur *sanguini*, de eoque vna praedi- Zeph. I, 17.
catur *effusio*, quod de *cibo* vel *carne*, ceu plerique ibidem reddunt, non quadrat. Versioni vernaculae *seinen Streit*, praeterquam quod dure sonet, obstat praefixum בְּ.

Vers. 25. וּבָרָק מְמָרְרָתוֹ Et fulgur (i. e. fulgurans gladius, acies micans vers. 25.
coll. Ezech. XXI, 10. Deut. XXXII, 41. Hab. III, 11.) ex felle eius, sc. יֹצֵא *exibit.* Luth. seruans significationem radicis vertit: der ihm bitter seyn wird, quum tn. significatio *fellis* adfuerit *vers. 14.* et haec verba dependeant vi praefixi מ a praeuio membro: יֹהֲלֹךְ עָלָיו אֵימֵים si euadit, entgehet er aber, super ipsum erunt terrores. Rectius iuxta accentus hinc duae propositiones formantur cum Kortumio, et qua sensum Tremellio, *abeuntem inuadent terrores*; quum alias, si vertendum sit cum Luth. vvird mit schrecken uber ihn fahren, in עָלָיו foret distinctiuus vicarius *Munach* h. m: יֹהֲלֹךְ עָלָיו אֵימֵים simulque praefixum בְּ in אֵימֵים. Deinde repudiat Schmidius eos qui יֹהֲלֹךְ cum sequentibus potius, quam praecedentibus iungunt. At nos maiori iure eum aliosque repudiamus, quibus *Athnach* minus, quam *Rbhia Gereschatus* distinguit.

Vers. 26. כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו Omnis caligo abscondita erit Vers. 26.
occultis eius, Es wird keine Finsterniss da seyn für seine (vor Angst und Noth) verborgene, (übrige Kinder und Hausgenossen, vt patet e fine versus) תְּאכְלֵהוּ אֵשׁ לֹא־נָפֵחַ consumet quemque eorum ignis non suffla-
tus, (i. e. ignis de coelo cum respectu ad c. I, 16. et incendium Sodomiticum, con-
firmante versus seq. 27. membro I. *Reuelabunt coeli iniquitatem eius*; adeoque Vers. 27.
non *ignis infernalis* cum Chald. Raschio, Origene, Gregorio, Schmidio; nec *ignis metaphoricus conscientiae* cum Kortumio. Quemadmodum membro al-

CAP. XXI. tero, *et terra aduersarium aget, insurgentem se praebebit, contra eum*, respicitur ad turmas depraedantes c. I, 15. 17. confirmante itidem clare seq. 28. *Migrabit, abducetur, prouentus domus eius*, נגרות (sc. דברות) *diffluentes (erunt res omnes) in die irae* eius (Dei) יוֹם אַפּוֹ male habebit superstes in tentorio eius.

CAP. XXI, 2.

ותהי זאת תנחומתיכם Et sit illud (verbum, *ille* sermo) pro tranquillationibus vestris, zu euer Beruhigung. LXX *actiue* reddunt, *ἵνα ἦ μοι παρ' ὑμῶν ἄυλη ἡ παράκλησις, vt sit mihi a vobis haec consolatio*, quod np. non sim impiis annumerandus.

Vers. 3. Vers. 3. m. 2. ואחר דברי תלעיג: Et postquam locutus fuero, subsannes, magst du spotten, mir Hohn sprechen, si voles et merebor. Ad vnum heic dirigit sermonem Zopharum. Versio isthaec, *postmodum vero eloquium meum subsannato*, quam etiam cum Tremellio, Vulg. et Luth. habet Schmidius, ast *in comment.* magis ei placet nostra plerorumque, Impingit in *accentus*, quum sic in ואחר exigeretur subdistinctiuus *Rbkia Gereschatus*, quod iam cum voce דברי, *Munacho vicario* insignita, cohaeret.

Vers. 8. Vers. 8. Particula עם non significat h.l. *cum*, nec cum Luth. *circa, circum*, sed est *comparatiua*, h.l. Semen eorum firmiter constitutum est ad faciem *eorum* (ipsis spectantibus cum voluptate) עמם AEQVE AC *ipsi* (np. firmiter constituti sunt) Conf. *Not. Sel. ad Gen. III, 6. p. 8.*

Vers. 13. Vers. 13. m. 2. וברגע שאול יחתו Et in momento (absque lento morbo, et placide) in statum mortuorum descendunt. Ita ad literam propius, proniusque. Est enim יַחְתּוּ a נחת, licet cum *Dageschi* irreg. euphoniae ergo iuxta Kimchium et Mercerum, forma quasi confusa cum חתת in Niph. Quorsum Lutherus respexit in sensu haut culpabilis.

Vers. 29. Vers. 29. הלא שאלתם עוברי דרך Annon interrogatis transitores viae, die Leute auf den Gassen? sic semper phrasis in proprio sensu sumitur conf. Thr. I, 12. II, 15. Ps. LXXX, 13. LXXXIX, 42. et Ies. XXXIII, 8. vbi pro דרך est ארח. Quare ergo heic metaphorice sumeretur cum Rauppio ad *h. l.* de *transgressoribus praeceptorum diuinorum*? ואתתם לא תנכרו et signa eorum, die Zeichen und Wunder, so GOtt an jenen, den Gottlosen öffters erwiesen, quae in seqq docentur, non cognoscitis?

Vers.

CAP. XXI.

Verſ. 30. E verbis et ſcopo manifeſto Iobi ſenſus verſioni Vulgati et Lutheri contrarius exſurgit: Quod np. ad diem exitii cohibeatur, ſubtrahatur (reſeruetur coll. infr. c. XXXVIII, 23.) malus, daſs (nemlich) auf den Tag des Verderbens des böſen geſchonet wird, (coll. Gen. XXII, 11. 16. LXX verbum חשך h. l. tranſtulerunt per *καφίζηται leuatur*, hat es leichter, wird nicht beſchweret, alibi per *φείδεσθαι parcere* vid. Gen. XX, 6. 2. Sam. XVIII, 16. Iob. XVI, 5. XXX, 10. XXXIII, 18. Ier. XIV, 10. etc.) ad diem (quo) excandeſcentiae adducuntur, auf den Tag, da der groſſe Grimm (Gottes) herein bricht.

Verſ. 32. m. 2. : ועל־גדיש ישקוד Dubitaram et fere deſperaueram, an verbo ישקד huius loci aptum quoquo modo lingua ebraea ſuppeditare poſſet ſenſum? ſenſus namque qui vulgo exinde afferuntur, np. et *ſuper, iuxta cumulum vigilabit* ſc. cuſtos, vel imperſonaliter *vigilabitur*, und bey ſeinem Grabe vvird man vvachen, aut *in tumulo permanebit*, (cum noua inſuper ſignificatione ſcripturae ignota, et על commutato cum ב, aut per variam ellipſin coacta ſignificatione *quem mature parauit ſibi*, mihi ieiuni et inepti illico occurrebant. Parum ergo aberat, quin matre derelicta filiam arabicam cum clariſſimis viris Alberto Scultens et Kromayero ſalutaſſem, penes quam idem verbum praeter *feſtinare* etiam ſignificat *abire*, adeoque e lege ſynonymica vertiſſem: *et ad tumulum abit*. Verum adhuc ſemel penſiculatius hanc phraſin rimanti, et cum ipſo Iobo ex cap. V, 26. et noſtro v. 30. conferenti mihi, en! haecce ſubnaſcebatur interpretatio: et iuxta cum aceruo frugum maturat np. עלות *deſcendere, aggregari*, ante ingruentem tempeſtatem. Ita vt Iobus eadem vtrobiq; eleganti luſerit comparatione, et voci גדיש eandem attribuerit notionem, quam Moſes Exod. XXII, 5. amplius enim non recurrit. Quare ergo uouam ei affingemus? Variate tamen etiam loquitur, idq; ſcite (α) particulam על adhibendo in *ſimilitudinis* ſenſu pro ב, quemadmodum infr. c. XXXVIII, 32. vſurpatur, et עם *cum* venire ſolet. v. c. in ipſo noſtro cap. v. 8. *Semen eorum firmiter conſtitutum eſt ad faciem eorum* עמם *cum ipſis* i. e. AEQUE AC illi, et ſupra c. IX, 26. de quo et aliis locis conf. P. I. *Not. Sel. p. 8. 9.* Itaque *iuxta cum aceruo frugum* idem eſt, quod AEQUE AC, SICUT *aceruus frugum*. (β) Pro verbis עלות בעתו *aſcendere, inferri, in tempore ſuo*, verbum eiusdem virtutis ישקוד ſubſtituendo. Quemadmodum enim *aceruus frugum in tempore ſuo*, quo ſunt maturae, atque ante tempeſtatem pluuioſam, infertur in horrea, ita hic et iſte Impius *in tempore ſuo*, i. e. quando עתק *conſenuit* v. 7. בלה בטוב ימיו *conſumſit in bono dies ſuos* v. 13. ליום איד ועברת *ad diem calamitatis et furoris diuini* ישקוד *maturat* ad ſepulcrum, veluti iuſtus Lotus מהר נמלט

Verſ. 32.

CAP. XXII. *festinanter eripiebat se* ante subuersionem Sodomae Gen. XIX, et pius rex Iosias *colligebatur ad patres suos*, (qua de phrasi vid. *Ebraism. Etymol. p.* 30.) *ne videret malum a Domino adducendum* 2 Chr. XXXIV, 28. Vt adeo eiusmodi impius sorte propria piorum fruens pro pio facile possit haberi, speciesque extremae fallant, ceu Iobus recte argumentatus est, cui assentitur Koheleth VII, 15. Non vi leo, quid in hac via ebraismi desiderari queat. Nondum igitur et hunc locum arabismis damus.

CAP. XXII, 2.

הלאל יסכן־גבר Num Deo prodesse potest quispiam? (pr. vir fortis np. pietate sua?) Num prodesse potest ei prudenter et virtuose agens? Quem in sensum optime Lutherus noster: Was darff GOtt eines Starcken, und was nutzt ihm ein Kluger? Sic oratio prona minusque impedita, quam in aliis versionibus, fluit. Estque sententia geminata. כי autem etiam *inseruire interrogationi* probauimus ad Gen. IV, 23. *p.* 24. eque vsu vlteriore ipsius Iobi c. XXXVIII, 5. Confirmatur haec thesis hypothesi subsequente ad Iobum. Membr. 2 dum Tremellius vertens, *quum prodest, ex eo prosperatur* Deus? praeter *ellipsin* nominatiui impingit in *accentus* voces connexas כי־יסכן עליו dissoluendo. Qua ratione in כי־יסכן postularetur accentus major *Rbbia Gereschatus*.

Vers. 4. Vers. 4. המיראתך יכיחך Num propter timorem tui (vt timeat te), arguet te? Meinestu, dass er dich allererst aus Furcht vor dich (als ob du recht hättest) mit sattsahmen Gründen uberzeugen müsse, (quae propria vis est verbi הוכיח vid. *P. I. Not. Sel., p.* 46. et firmatur per ἐπεξήγησιν subiunctam) und mit dir vor Gericht gehen? Rectius dictio המיראתך *passiue* accipitur cum Chaldaeo, Luthero, Schmidio et rel. veluti Ps. XC, 11. quam cum aliis *actiue*, haut obscuro pariter indicio versus seq. q. d. non opus est tali conuictione iudiciali, quum *malitia tua adeo sit multa et magna*, quae clamet contra te.

Vers. 20. Vers. 20. אם־לא נכחד קימנו Nonne excisa est insurrectio nostra, unser Widerstand? abstractum pro concreto. Sunt verba subsannantium Noae et filiorum eius super interitum antediluianorum. Dura et obscura est interpretatio vocabuli קימנו per *substantiam, existentiam nostram*. Eam, per-

peruidens Luherus duriori remedio ei mederi voluit, affixum pronominale CAP. XXII,
primae perſonae נו mutando *in tertiam*, vt ſequitur, quaſi diceretur קימם.

Verſ. 21. הסכן־נא עמו ושלם Adſueſce, (coll. Pſ. CXXXIX, 3. Num. XXII, 30.) quaeſo cum eo, ey, ſo gewehne dich denn nun mit ihm umzugehen, und lerne dich fein in ſeine Weiſe und Gewohnheit ſchicken, (qua periphraſi vis phraſeos conciſae plenius exhauritur. Ad quod conſilium Eliphaſi reſpondet Iobus c. ſeq. v. 11. ſe non demum *viam et conſuetudinem Dei addiſcere* opus habere, *quum greſſum eius firmiter tenuerit pes ſuus, viam eius ſeruauerit, et non declinauerit.*) et pacem habe (i. e. noli amplius contra eum murmurare, ſis in eum pacato patientique animo.) Quod Dauid verbo דום *ſilere* ſolet exprimere. Vid. Pſ. XXXVII, 7. LXII, 2. 6. Sic ebraei magis ab *effectu*, quam peculiari vocabulo, *patientiam* venuſte deſcribere malunt. Verſ. 21.

Verſ. 25. Veram mentem phraſeos elegantis כסף תועפות explicauimus in *Ebraiſm.* Etym *ad h. l. p.* 169. Verſ. 25.

Verſ. 29. כי־השפילו ותאמר גוה Quando humiliabunt (affligentibus, tum dices exaltationem, ſo wirſt du ſagen, es iſt eine Erhœhung (cum Dauide ענותך תרבני *humilitatio tua magnificat me*, Pſ. XVIII, 36. 2 Sam. XXII, 36. Quem ſenſum cum Luthero, Syro, Arabe, Aethiope, Dietenb. Mollero, Schmidio, omnino praefero, coll. Prou. XV, 33. XVIII, 12. ſignificationi *manſuetudinis* iuxta Ebraeos, Vulg. Clericum, aliosque) ושח עינים יושיע et depreſſum oculis ſeruabit (Deus.) Verſ. 29. Pſ. XVIII, 36.

Verſ. 30. ימלט אי־נקי Eripiet (etiam) non exiſtentem innocentem, (vbi אי eſt per *apocopen* pro אין, vti ſemel punctatur 1 Sam. XXI, 9. alternante (י.) et (..) vid. *Lux Ebr. p.* 121. Idem recurrit in nomine proprio אי כבוד *non eſt gloria*, vti ſtatim explicatur. Nec ſimpliciter vertendum in noſtro loco cum Tremellio, Schmidio, aliisque *non innocentem*, quaſi diceretur לא, quoniam ſemper includit verbum ſubſt. *Sum, es, eſt etc.* vid. *Lux Ebr. p* 415. Vnde periphraſtice reddidimus per *participium*, ceu recte Chaldaeus גבר דליתוי זכאי et Raſchi מי שאינו נקי *eum, qui non eſt innocens.* Luth. cum LXX et Vulg. plane omiſit. Nec ſignificatio *inſulae* ad mentem Aben-Eſrae, Kimchii, Ralbagi, Pagnini, Ar. Mont. huc quadrat.) ונמלט בבר כפיך eripietur, inquam, puritate manuum tuarum (i. e. dum puras nec peccatis proaereticis contaminatas manus tuas ad Deum eleuas, pro eoque intercedis. Conf. 1. Tim. II, 8.) In exemplum interceſſionis praeualentis ſiſtitur Iobus iuxta cum Noacho et Daniele Ezech XIV, 14. conf. Ier. V, 1. Verſ. 30.

CAP. XXIII, 2.

גם־היום מרי שיחי Etiam hodie rebellio (est, habetur) querulans sermo meus. Auch noch biss auff diesen Tag muss meine Klag-Rede eine Rebellion (vvider GOtt) heiffen. Lutherus vocabulum מרי transferens *betrübet* deriuauit cum Chaldaeo, Rambane et Perizolide a מרר *amarum esse*, quum potius vi formae sit a מרה *rebellare*. Quanquam Auenarius *in lex.* ab hoc themate dedu it, nihilominus *amaritudinem* hoc nomen notare ait, et per metaphoram solum *rebellionem*. : ידי כבדה על־אנחתי manus mea (castigans me, plaga mea coll. supr. c. XIII, 21. et Ps. XXXIX, 11. XXXII, 4.) grauis est super gemitum meum i. e. aggrauat, superat illum, grauior est, quam vt gemitibus explicari possit. Meine plage überwiegt mein Seufftzen. B. Lutherus in alium sensum, bonum quidem, sed verbo כבד contrarium, meine Macht *ist schwach* uber meinen Seuffzen, dilapsus est.

Vers. 7. Vers. 7. שם ישר נוכח עמו Ibi (coram throno Dei v. 3.) rectus (loquitur Iobus de se in tertia persona) disceptaturus esset (argumentis demonstratiuis. Sic תוכחות v. 4. sunt *disputationes*, *argumenta demonstratiua*, non increpationes) cum eo. Lutherus mutatis punctis שָׁם pro שָׁם, et נוֹכֵחַ pro נוֹכַח, itaque redundante עם transtulit, sondern lege mirs gleich vor. Nec נוכח recte reddit Kortumius, wird vertheidiget, neglecto etiam עמו, secutus more suo Schmidium, cui venditatur pleonasmus ebraeis vsitatus, quo particulis in primis indeclinabilibus suffixa postponuntur relatiua maioris euidentiae causa; *ibi* h. e. *apud ipsum arguitur iusto*. ואפלטה לנצח משפטי Et liber euaderem in perpetuum, vel cum Vulg. ad victoriam (vtrumque enim significat לנצח) a iudice meo. Lutherus qua sensum bene, so will ich mein Recht wohl gewinnen, quanquam pro מִשְׁפָּטִי substituerit מִשְׁפָּטִי, cum Vulgato, quod ad literam sonaret: *tunc eriperem, liberarem ad victoriam ius meum*. Idem iam fecit supr. c. IX, 15.

Vers. 8. Vers. 8. הן קדם אהלך ואיננו Sed ecce antrorsum (i. e. versus orientem) si iuero, tum non adest, ואחור ולא־אבין לו et si retrorsum, (versus occidentem) tum non animaduerto eum.

Vers. 9. שמאול בעשתו ולא־אחז Sinistrorsum (ad septentri-
Vers. 9. onem) quum operatur, (Id namque עשה *absolute* sine casu accusandi positum signifi-

significat. Sic Exod. V, 9. *aggrauetur opus super viros istos,* ויעשו בה *et faciant* (h. l. *laborent*) *in eo*, Luth. dass sie zuschaffen haben. Ruth. II, 19. אנה עשית היום *Vbi fecisti* (*operata es*) *hodie*? Luth. Wo hast du heute gearbeitet? Ezech. XXIX, 20. אשר עשו לי *Nam fecerunt, operati sunt, mihi*, Luth. Denn sie haben mir gedienet. Hagg. II, 4. ועשו *et facite* Luth. und arbeitet. Add. Prou. XXXI, 13. Gen. XXX, 30. Exod. XXXI, 4. 2 Chr. II, 6. Nehem. IV, 10. 15. Ps. 119, 126. vid. *Not. Sel. in h. l.* Id ipsum et graecum ποιεῖν amitatur apud Matthaeum c. XX, 12. *Vnam horam* ἐποίησαν *fecerunt* (*laborarunt*), Luth. haben nur eine Stunde *gearbeitet*. Hinc in nostro pariter loco significantius reddere potuisset, arbeitet er, ist er geschäfftig, zur lincken? pro quo elegit verbum solum *existendi*, ist er zur Lincken? quum praesentiam Dei non otiosam sed operosam isto subinnuere intendat Iobus, non quidem, ac si Lutherus id sua versione non intellexerit, aut negauerit. Absit! Kortumius voces שמאול בעשתו per *seruum Munach* constructas male adhibita gemina *ellipsi* diuellit, vertens: (Gehe ich) zur Lincken, indem er (daselbst) würcket, etc. Sic et Schmidius: *ad sinistram si fuerit, quum facit aliquid.*) tum non apprehendo eum. (אחז per crasin et eliso א est pro אאחז. vid. *Luc. Ebr. p.* 115. Kortumius cum Schmidio et Mercero habuit pro forma *apocopata* verbi לה pro אחזה, ast illuc respexisse non videtur Iobus, quum verbum *videndi* sequatur.) יעטף ימין ולא אראה Si obruitur qs. laboribus dextorsum, tum non video eum. Etsi enim cl. viro Alberto Scultens *in animadu. Philol. ad h. l. p.* 79. tubens largior, quod עטף significatione *operiendi* commodum non efficiat sensum; ex data quidem hac ratione: *nam quid mirum, si quem occultantem se non conspiciamus*; tamen hoc ei nondum largior, quod notionem *deflectendi* arabicam induere necessum habeat, quum nihilosecius ista, quam dedimus, et verbo praeuio עשה, et vsui ebraeo biblico sit congruentior. Equidem עטף non notat simpliciter *tegere, occultare se*, vt communiter reddunt, id enim verba טמן, נחבא, חפה, סתר, נעלם, denotant, sed passiue in sensu metaphorico, *tegi, obrui*, et quidem vel *dirissima fame*, coll. Thr. II, 19. 11. 12. Ps. CVII, 5. vel *nimiis curis s. anxietatibus* Ps. LXI, 3. LXXVII, 4. CXLII, 4. Ion. II, 8. vel *grauitate irae diuinae*, Ies. LVII, 16. ita vt *deficiant, deliquiumque animi patiantur*; vel *copiosissimo frumento*, vt Ps. LXV, 14. Talis quippe hic vallium depingitur aggrauatio, quando prae frugum vndique incumbentium, easque velut *inuoluentium* pondere, terra videtur *supprimi*, vel *viribus suis priuari*, ceu emphasin verbi egregie euoluit B. Geierus ad *h. l.*; vel *laboribus*, velut in nostro loco, quamuis per ἀνθρωποπάθειαν de Dei essentia nunquam non operosa praedicetur, vt quasi

CAP. XXIII. Ps. LXV, 14.

CAP. XXIII. quasi defatigari aut *deficere* videri posset. Ad mentem Kortumii in subiuncta nota ad versionem suam, bewegt er sich zur Rechten, verbi huius עטף significatio formalis est *mouere*, eamque gratis ex *ll. cit.* Iesa. LVII, 16. et Ps. LXV, 14. probat.

v. 12. Vers. 12. מצות שפתיו ולא אמוש Praeceptum labiorum eius (subaudi e versu praeced. שמרתי *custodiui*, sedulo obseruaui) et non remoui. Haec verba reponit Iobus ad studium circa verbum Dei ab Eliphaso sibi commendatum c. praec. v. 22. ; מחקי צפנתי אמרי־פיו Plus quam demensum meum recondidi (*sollicite asseruaui instar thesauri*, quae propria vis verbi est, coll. Prou. II, 1. 7. Ps. CXIX, 11. XXXI, 20. XXVII, 5. LXXXIII, 3. Iob. XXI, 16. qua vel sola rite attenta nostram expositionem nôn amplius dubiam reddit proba non minus quam speciosa ista Schmidii: *ego verba Dei potiora duxi, et magis obseruaui, quam meum proprium statutum: ita, ut si Deus aliquid mihi mandauit, a quo diuersum apud me statuerem aut staturus fuissem in se non malum, aut contrarium a corrupta natura suggestum est, vicl meipsum et naturam meam, et conformaui me sermonibus oris eius non tantum in internis, sed etiam in externis, h. e. in moralibus et ceremonialibus.*) verba oris eius. Quam perelegantem comparationem, verbique diuini caram et raram aestimationem omnino heic praeferendam duco, vtpote quae non tantum scopo Iobi, ad vlterius consilium Eliphasi, *et pone verba eius in corde tuo, ibid.* responsuri est conformior, q. d. *Verba eius* non modo posui in corde, sed *magis abscondidi*, et in deliciis habui, *quam omne, quod ad sustentationem vitae huius mihi necessarium a Deo constitutum est*; verum etiam cum piissima mente Psaltis pulcre concinit, Ps. XIX, 11. et integro CXIX. quamque non pauci interpretes eruditi merito amplexi sunt, videlicet Iunius et Tremellius, Geneuenses, Piscator, Munsterus, Mercerus, Vatablus, Scultetus, Quistorpius, et nouissime philol. et theol. Rostochiensis D. de Krakevitz *in dissertat. ad h. l.* חק autem, quod potissimum in controuersiam venit, denotare etiam *demensum*, s. *illam ad indigentiam vitae terrenae a Deo admensam s. constitutam portionem*, quae cum epitasi ἐξηγητικῇ dicitur Prou. XXX, 8. לחם חקי *panis statuti mei*, mein beschneiden Theil Speise, ceu bene Luth. *panis quotidianus meus*, in sensu latiori, ceu in petitione IV, accipiendus, *alimentum meum necessarium et sufficiens*, et alias peculiari dictione דבר יום ביומו *demensum diei in die suo*, auf einen ieden Tag sein gehöriges oder bestimtes, 2 Reg. XXV, 30. Ier. LII, 34. Dan. I, 5. circumscribitur, patet ex Prou. XXXI, 15. vbi τὸ חק elege synonymica respondet טרף שׁ. Hinc optime Lutherus cum Vulg.

Prou. XXXI, v. 15.

Sie

Sie giebt Futter ihrem Hauſe, und *Eſſen* ihren Dirnen. Vbi ſicut τὸ טרף CAP. XXIII.
proprie ferarum *pro quauis eſca* per ſynecdochen ſpeciei pro genere, ita חק
pro cibo ordinario, neceſſario, accipitur per ſynecdochen generis pro ſpecie.
Deinde ex loco Ezech. XVI, 27. ואגרע חקך *et diminui demenſum tuum*, Ezech. XVI, 27
cibum ac potum tuum, und habe dir den Brod-Korb höher gehenget. Quem
ſenſum euidenter ſuppeditat totus contextus. Poſtquam enim gens iudaica in-
numera Dei beneficia, quae venuſte ac pathetice ei repraeſentantur, ex animo
deleuiſſet, reuocatur eidem in memoriam manus Dei vindicatrix, quae fa-
mem atque Inediam ipſi immiſerit, vi comminationis diuinae Leu. XXVI, 20.
et Deut. XXVIII, 23. 24. 33. Proinde Lutherus minus commode h. l. voca-
bulum חק per *morem* tranſtulit, und ſteurete ſolcher deiner Weiſe, pro quo
nec apte quadrat verbum גרע, ſed potius כלא *cohibere*. Porro ex Gen.
XLVII, 22. vbi ager ſacerdotum, quem Ioſeph acquirere volebat, dicitur eo- Gen. XLVII, 22
rum חק *demenſum, vt ederent* את־חקם *demenſum ſuum*, von ihren beſchie-
den Theil. Denique e Leu. X, 14. vbi ad Aharonem et filios eius dicitur: Leu. X, 14.
quoniam חקך וחק־בניך *demenſum tuum et demenſum filiorum tuorum dabun-
tur ex ſacrificiis pacificis filiorum Iſrael.* Sed nec praetereundum eſt, quod proxi-
mum. Occurrit eadem vocis ſuppoſitio, licet metaphorica, in verſu mox Iob. XXII, 14.
ſq. 14. cap. noſtri, כי ישלים חקי Quum perficit (completu m dat)
demenſum meum, (*demenſum* plagarum mearum;) Ob er gleich voll gnug
machet mein Maaſs (ſeiner Plagen) וכהנה רבות עמו tamen talia ad huc
multa (ſc. חקות *demenſa*) penes eum ſunt, ſo hat er doch dergl. (Maaſs-Plagen)
mehr bey ſich. Verſionem germanicam, und bewahre die Rede ſeines Mun-
des, mehr denn ich ſchuldig bin, durius ſonantem, quaſi Pontificiorum operi-
bus ſupererogationis patrocinari videatur, nonnulli ita emollire ſatagunt, *pro-
bitati plus ſtudui, quam vllus homo a me requirere potuiſſet*; vel ac ſi Iobo par-
tim *prae impatientia*, partim *prae incogitantia* haec excidderint. Vid. interpp.
Vinar. *h. l.* et B. Franzius *Tract. de interpr. Sc. Orac. 142.* Verum non quome-
do verſio aliqua in commodum, et ſcripturae fideique analogum ſenſum trahi et
cogi poſſit, ſed quid ipſa veritas fontis dicat, maxime attendendum.

Verſ. 13. והוא באחד ומי ישיבנו Quum ille eſt contra aliquem, v. 13.
wenn er iſt wider einen (coll. Gen. XVI, 12. Exod. XIV, 25. Num. XII, 1. 8.
XXI, 5. 7. 1 Sam. VII, 13. XII, 15. Pſ. XVII, 7. L, 20. LXXIII, 9. LXXVIII,
19. Prou. VII, 23.) quis tum auertet eum? wer will ihn alsdenn abwenden,
zurücktreiben? ונפשו אותה ויעש quodque anima eius deſiderat, il-

CAP.XXIV lud facit, und was er vvill, das thut er. Qui conceptus mentis seqq. optime respondet.

CAP. XXIV, 1.

מרוע משדי לא־נצפנו עתים Quare (pr. quae ratio vel scientia esset, si coll. *Luc. Ebr. p. 73.*) ab omnipotente non recondita essent, sollicite asseruarentur, tempora? (i.e. temporum res? Sic etiam sumitur Esth. I, 13. *Et dicebat rex sapientibus, qui norunt* העתים tempora i.e. res gestas singulorum temporum. Ps. XXXI, 16. In manu tua sunt עתי tempora mea, i. e. honor, valetudo, vita, omniaque negotia. Et interrogatio virtute fortiter affirmat, h. s. omnino res humanae Deo sunt curae cordique.) Germ. Warum solten von dem Allmächtigen nicht sorgfaltig aufgehoben (wohl in acht genommen) werden die zeitlichen Dinge? Abstergit Iobus his verbis et clarioribus v. 23. et c. XXXI, 4. impactam sibi ab Eliphaso negationem providentiae diuinae c. XXII, 12. 13. 14. quam quidem versio vernacula videtur stabilire, warum solten die Zeiten dem Allmaechtigen nicht verborgen seyn? quod aequipollet affirmationi huic, *vtique Deo abscondita sunt tempora, neque ab ipso curantur.* Quum tamen non dicatur לשדי, nec צפן significet simpliciter *absconditum esse.* Conf. cap. praeced. XXIII, v. 12. Quumque hunc sensum Iobo iniurium peruideret interpres Vulgatus, maluit per simplicem negationem exprimere, *ab omnipotente non sunt abscondita tempora,* neglecta temere vocula מרוע *Quare?* וידעיו לא־חזו ימיו Et (quare) noscentes eum (pii scil.) non viderent (i. e. omnino vident) dies eius (iudiciales, poenales? coll. Ies. XII, 6. 9. 1 Thess. V, 2. 4.) Und die ihn kennen, solten nicht auch sehen seine (Gerichts- und Rache) Tage, nemlich uber diejenigen, welche die Grentzen angreiffen oder verrucken etc. vt sequitur. Kortumius cum Seb. Schmidio minus commode *dies* capit in bonam partem pro *diebus felicitatis,* et *videre* pro *frui,* totumque versum construit cum fine cap. anteced. h. m. vertens: Warum werden doch (solche) Zeiten nicht verberget von dem Allmächtigen? Und warum sehen nicht die, so ihn kennen, seine Tage? Vbi itidem vim verbi צפן non recte cum vulgo attendit, et עתים accepit *demonstratiue* pro העתים vel עתים כהמה *tempora talia,* vp. tristia. Deinde supposita hac constructione in connexione vers. sq. multa cogitur supplere, vt sensum contrarium eruat, nempe warum sehen hingegen derselben diejenigen, welche die Gren-

Grentzen verrucken etc. quum nos ſimplicius: illorum ſcil. qui *terminos attingunt etc.* CAP. XXIV

Verſ. 5. et 6. Iunius et Tremellius, *quos* fere ſequuntur Schmidius, Kortumiusq; aptius exponunt de miſeris et pauperibus agreſtibus qui *vt aſini* pro ſimplici pane immo gratis *zu frondienſt* cogantur impio diuiti laborare. conf. verſ. 10. 11. Verſio eſt: Ecce (ſunt ſicut) onagri in deſerto, egrediuntur ad opus ſuum matutinantes ad eſcam; deſertum (i.e. homines deſerti) (praebet) ei (nempe impio diuiti e v. ſeq.) panem, et pueris (ſeruis et domeſticis) eius. In agro pabulum (fruges) eius demetere cogunctur, et vineam impii colligere. v. 5. 6.

Verſ. 8. מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ Ab inundatione montes humectantur, von dem ſtarcken Gewäſſer vverden die Berge naſs, וּמִבְלִי מַחְסֶה חִבְּקוּ־צוּר׃ adeoque ob defectum (coll. *Luc. Ebr. p.* 422.) refugii amplectuntur petram. Prius membrum contra *accentus* conſtructe reddere ſolent, *ab inundatione montium madidi fiunt*, quum tamen מִזֶּרֶם ab הָרִים per *Tiphcham anter.* ſit diſtinctum. Nec inſuper haec conſtructio apta eſt, quoniam τὸ זֶרֶם aut abſolute adhibetur, vid. Ieſ. IV, 6. XXXII, 2. aut iungitur ſolum vocabulo generali מַיִם *aquis*, vt Hab. III, 10. Contra in Verſ. ſeq. 9. coniunctae voces מִשַּׁד יָתוֹם non cohaerent inter ſe, ſed mediante verbo ſenſuali h. m. Diripiunt ab vbere (pendentem) pupillum, Verſ. 8. Verſ. 9.

Verſ. 12. m. 2. וֵאלוֹהַּ לֹא־יָשִׂים תִּפְלָה Et Deus non imponeret, (eis) conſtitueret, poenam ſtultitiae? (i. e. ſceleris. conf. *Ebraiſm. Etym. p.* 42. *n.* 61.) Sic infr. c. XLII. 8. *Vt non faciam vobiscum* נִבְלָה *punitionem ſtultitiae* veſtrae, ceu recte Pagninus, et qua ſenſum Lutherus. Cum interrogatione autem virtualiter affirmante verba noſtra efferenda ſunt, vt reſpondeat ſuperiori ſermoni v. 1. In ſenſu bene Vulgatus: *Et Deus inultum abire non patitur.* Nec poteſt Deus vt ſummus iudex non punire eos. Nam v. 13. illi ſunt inter rebellantes lumini (rationis et reuelationis) etc. Verſ. 12. XLII, 8. Verſ. 13.

Verſ. 17. כִּי יַחְדָּו בֹּקֶר לְמוֹ צַלְמָוֶת Nam ſimul mane ipſis (et furi et adultero) eſt vmbra lethalis. Denn auch zugleich der helle Morgen iſt ihnen eine tœdtliche Finſterniſs. Ita ſimpliciter iuxta accentus. Alii communiter ita diſtinguunt, (*Nam ſimulac mane* aduenit, *ſimulac dieſcit*, aduenit *eis*, eſt *eis* ſicut, *vmbra mortis.*) vtſi in בֹּקֶר eſſet *Rbhia*, quod tamen per ſeruum *Munach* cohaeret cum לְמוֹ mediante verbo ſubſt. Haec verba ſunt ratio verſ. 17.

CAP. XXIV. xime praecedentium: Non norunt lucem, ſie vviſſen von keinem Licht. *Non lucem externam*, quoniam in tenebris patrant facinora ſua; *nec internam*, quoniam ipſo claro die *ſentiunt* בלהות צלמות *terribiles* et *mortiferas* inconſcientia *tenebras*, quemadmodum per ἐπεξήγησιν additur. Quos quidem terrores, et praeſentiſſimam mortem, ἐπ αὐτοφόρῳ deprehenſi vel proditi, effugere etiam per mare moliuntur. Vt porro ſequitur.

Verſ. 18. Verſ. 18. Velox ille erit ſuper aquas, quum maledicta erit portio ſua in terra; non reſpiciet (i. e. ibit. vt recte Vulg. Belgae. vid. *P. I. Not. Sel. p. 42.*) viam (coll. c. XVI, 22.) vinearum, (ob hominum ibidem frequentiam.) Er darff ſich œffentlich nicht ſehen laſſen.

Verſ. 19. Verſ. 19. Implicatur *comparatio* et *ellipſis* orationis, ceu iam egregie obſeruauit B. Lutherus: Sicut ſiccitas et calor abripit (quam citiſſime) aquas nivales, ita ſtatus mortuorum eos, qui peccarunt. i. e. cum Mercero *h. l.* et Sixto Amama *Antib. Bibl. l. 3. p. 677.* moriuntur facillime et ſuauiſſime, non lenta morte, ut magna ex parte pii. Vt adeo eleganti comparatione id dicatur, quod ſupra c. XXI, 13. vnica voce רגע *in momento.*

Verſ. 21. Verſ. 21. רעה עקרה לא תלד Alit ſterilem, quae non parit, et viduae eius nullus benefaciet. Participio רעה neſcio cur multi ſignificationem *frangendi, conterendi* e chaldaico רעע tribuant, repugnante pariter forma. Vt adeo commode adducatur nouum malum malorum, non cauſa procreans infortunii eorum.

Verſ. 22. Verſ. 22. ומשך אבירים בכחו Et trahit (ex accidenti et obiectiue) fortes potentia ſua. Er ziehet ſich die Groſſen auf den Halſs durch ſeine Macht. ita melius cum Schmidio Kortumius. יקום ולא־יאמין בחיין quum ſurgit, tum non certus eſt vitae ſuae.

Verſ. 23. Verſ. 23. יתן־לו לבטח וישען Dat quidem ei (Deus) ad ſecuritatem, (eſt ל euentus) cui innititur; ועינהו על־דרכיהם *ſed oculi eius* ſunt ſuper vias eorum, Ier. XVI, 17. Hab. III, 6.

CAP. XXVI, 2.

מה־עזרת ללא־כח Quam (belle, ey vvie ſchœn, eſt enim ironia) auxiliatus es ei, cui non ſunt vires! זרוע לא־עז הושעת ſeruaſti brachium, cui non eſt robur! Sic

Verſ.

Verſ. 3. מה־יעצת ללא חכמה Quam conſuluiſti ei, cui non eſt ſapientia! ſolidamque ſapientiam (qua de ſignificatione conf. ſupr. ad c. XI, 6.) ad multitudinem eum docuiſti! und gründliche Weisheit die Menge haſtu (ihn) gelehret, i. e. exponente Rauppio *ad h. l.* egregie ſcil. rem geſſiſti, et ſapientiam tuam oſtendiſti, dum Dei patrocinium ſuſce piſti, eiusque potentiam et maieſtatem aſſerui ſti, vt me ad eius tribunal appellantem (c. XXIII, 3.) abſterreres, quaſi metuens ne ille ſuccumbat, niſi tu vt advocatus eum defendas. Quaſi vero ille auxilio tuo indigeat, aut brachium (hoc eſt, potentia) eius ſit laſſatum, et ſuſtentaculo opus habeat; aut conſilii ſapientiaeque adeo inops ſit, vt pro ſeraphica tua ſapientia ei ſuccurrere conſultum putes. Huc pariter abit Mercerus *h. l.* Cap. XXVI. Verſ. 3.

Verſ. 5. הרפאים יחוללו Mortui reformabuntur. Hanc interpretationem praeferimus, quia (α) τὸ רפאים vt appellatiuum indubie notat *mortuos* in genere, ceu *h. l.* et Prou. XXI, 16. propter *defectum* virium vitalium, mortuis omnibus ex aequo competentem, qui demum ex circumſtantia textus deſignantur *piine?* (vti Pſ. LXXXVIII, 11. vbi τοῖς רפאים, ſynonymice ibidem cum מתים permutatis, tribuitur *celebratio Dei*) an *impii* ſint? veluti Iſ. XXV, 14. Prou. II, 18. IX, 18. Non ergo video, quid nos cogat ab hac certa notione in loco noſtro diſcedere, praeſertim quum mox in Verſ. ſeq. 6. *ſtatus mortuorum* et *inferni* mentio fiat, et contra ad *balaenas*, quae id ſint in aquis, quod in terra *gigantes*, detorquere cum Luthero, Bibl. Norimb. Sculteto, Friedlibio, Menochio. Quae vero acceptio videtur nata ex falſa diſtinctione, ad voces מתחת מים protracta, quae tamen per *Athnachum* ad ſequens membrum ſecernuntur. (β) verbi חול, vnde forma textualis *Pûal*, ſignificatus primarius eſt *parturiendi*, et hinc methaphoricus *formandi*, cui reliqui apte ſubordinantur a Guſſetio *in Comm. L. E. p. 244.* b. h. m. (1) *parturiens* (2) *dolet*, (3) *contremiſcit*, (4) *timet*, in vno loco *manet*, *exſpectat* et *ſperat*. Praeterquam quod reciproce *timor dolores ceu parturientis* ciet: qui *exſpectat*, is in ſuo loco debet *manere*, et qui *ſperat* ad *exſpectandum* ſtat. Deinde in eadem notione *formandi* adhibetur v. 13. cap. noſtri, eodemque verbo deſcribitur generatio hominis Pſ. LI, 7. et reſurrectio dicitur παλιγγενεσία, Matth. XIX, 28. מתחת מים ושכניהם ſubter aquis etiam habitatores eorum (mortuorum) auch derer, die unter den Waſſer vvohnen. Vt adeo prior pars verſus agat de mortuis in terra, altera de mortuis in mari. Sic Ioannes in apocalypſi c. XX, 13. vidit et *mare reddens mortuos*. Verſ. 5.

CAP. XXVIII. Vers. 14. הן־אלה קצות דרכיו Ecce! haec sunt extremitates, (vel magis proprie et significanter abrasae, quaedam particulae) viarum eius. Germ. Siehe! das sind nur gleichsam einige Abschnitzel und also Kleinigkeiten seiner Wege (seiner Allmacht und Majestat.) Hinc sequitur ומה־שמץ דבר נשמע־בו et quam pauxillum rei auditum est de qualibet earum!

CAP. XXVIII, 3.4.

In hoc capite imperuestigabilis sapientia Dei, qua vtitur in exercendis iudiciis suis, amplificitur a *comparatione imparium*, cuius *protasis conceßiue* enuncianda continetur versibus pri oribus XI, *apodosis* reliquis vsque ad finem. Summa huc redit: Quamuis homines mirandum in modum metalla in abditis et abstrusioribus terrae locis scrutentur; attamen diuinae sapientiae et iudiciorum eius abyssum scrutari non debent vel possunt. Quoniam a. dicti versus sunt obscuriores, eorum sensum, quoad eius fieri potest, explanabimus.

Vers. 3. Vers. 3. קץ שם לחשך ולכל־תכלית הוא חוקר Finem imponit tenebris, (i.e. locis tenebricosis metalliferis, vt non amplius lateant, sed oculis vsuique pateant.) et vsque ad totum finem et perfectionem ille (non *Deus*, quum de actionibus homini competentibus heic agatur, sed ex periphrasi textus *metallarius*) scrutatur, (ἐρευνᾷ) אבן אפל וצלמות lapidem caliginis et vmbrae mortis i. e. lapidem mineralem in tenebris et locis horrendis ac periculosis latentem. Germanice: Er (der Berg-Mann) entdecket die finsteren Grufften, und suchet biss gantz zu Ende, auch mit Gefahr des Lebens, das tieff verborgene Ertz.

Vers. 4. Vers. 4. פרץ נחל מעם־גר הנשכחים מנ־רגל Erumpat licet torrens (np. in fodinis istis, aperta per fossionem fontis vena coll. v. 10. vbi dicitur, quod *diffissione petrarum eliciat riuos.*) a vicinitate (qua de significatione nominali vocis עם videsis D. Danz. *in interpr. Ebr. Ch. p.* 257. seqq.) aduenae, (ibi laborantis et opus facientis. Reuera enim fossor metallicus est hospes peregrinus in foraminibus illis terrae abditissimis, vbi neq; ille neq; alius vnquam commoratus est, ipse tamen commorari et opificium suum exercere necesse habet, ceu bene exponit Rauppius *ad h. l.*) talis quidam qui obliuioni tra-

traditur a pede, (i. e. quem pede tranſire nequit. Vbi per metaphoram καταχρησικὴν pedi tribuitur obliuio, ſeu inexperientia.) : דלו מאנוש נעו CAP. XXVIII.
exhauritur, vel exhauriendo attenuatur (nam propria vis verbi eſt *ex imo ſeu profundo ſurſum trahere*, recte annotante eodem Rauppio, et דלו מאנוש per accentus cohaeret ab Luthero et Schmidio male diuulſum.) ab homine, vel mouetur alio. (prudentia ſcil. et arte humana atque induſtria.) Germ. Bricht ein Fluſs herfür in der Nähe des Frembdlinges, ſo tieff, daſs er des Durchgehens vvohl vergiſſet, vvird er von Menſchen ausgeſchœpfft, oder andersvvo hin geleitet.

Verſ. 6. מקום־ספיר אבניה Locus Saphiri ſunt lapides eius, (i. e. lapides eius terrae continent in ſe Saphirum) ועפרות זהב לו et pulueres auri ſunt ei (videl. Saphiro, quem omnium proximum eſſe ſubiectum, etiam indicio gen. maſc. rectiſſime prae aliis cum Sculteto animaduerterunt Rauppius *ad h. l.* Dn. Hillerus *in Praefat. Tr. de Gemmis XII. in Pect. Pontif. Ebr. col. 3. et in ipſo Tract. p. 30.* vbi pariter obſervat, τὸ ארץ in Iobi libro 45. vicibus occurrens nullibi maſculinum eſſe; et cl. Prof. Altorfinus Io. Guil. Baierus *in Diſp. ad h. l. de Sapphiro Script. S.* §. 3. qui pluribus de hoc lapide conferri poteſt.) i. e. aureis punctis inſtar pulueris adſperſus eſt ille lapis. Verſ. 6.

Verſ. 9. בחלמיש שלח ידו in petram immittit manum ſuam (ſubaudi, homo metallarius ille e v. 4.) ; חפך משרש הרים ſubuertit, (ſuffodit) eam a radice montium. Ita in conſtructione ex *accentuum* lege ipſaque re vertendum eſt, non vt vulgo, *ſubuertit a radice montes.* Er durchgrabet denſelben gantz tief, tieffer als die Berge ſind. Verſ. 9.

Verſ. 11. מבכי נהרות חבש A fletu (deſtillatione) flumina ligat (metaphora a chirurgis petita coll. Pſ. CXLVII, 3. i. e. terrae poros coërcet et obturat, ne deſtillent aquas ceu lacrimas, et operas metallicorum turbent) (Er bindet (verſtopffet) die Flüſſe, daſs ſie nicht flieſſen, (pr. vveinen.) Lutherus duo vocabula מבכי נהרות per *accentus* ſeparata coniunxit cum neglectu inſuper praefixi מ, vertendo, man wehret dem Strom des Waſſers. Verſ. 11.

CAP.

CAP. XXX.

CAP. XXX, 5.

מן־גו יגרשו E medio (pr. *e corpore* scil. ciuitatis) expellebantur, יריעו עלימו כגנב vociferabantur jauchzten sie super eos tanquam (על super) furem. Translationi germanicae verbi יגרשו, und wenn sie die heraus rissen, obstat et punctatio per (ד) e (-) in pausa productum, non actiuo *Piel* sed passiuo *Pûal* propria, et significatus verbi, qui non est *euellere*, sed *eiicere, expellere*.

Vers. 11. Vers. 11. כי־יתרו (יתרי) פתח ויענני Quia (causam affert Iobus contemtus sui) funem suum (vel iuxta alteram lectionem meum i. e. passiue et obiectiue *aduersus me*) laxauit (sc. Deus, i. e, in me iaculatus est, coll. Ps. XI, 2. XXI, 13. LXIV, 8.) et afflixit me. Weil er sein Seil (das Seil seiner Plagen vvider mich) losgelassen, und mich sehr getroffen hat. ורסן מפני שלחו ideo frenum (quo pro auctoritate mea eos coercebam et regebam) coram facie mea (ita et vers. 10.) abiecerunt, (excusserunt) darum haben sie den Zaum vor meinen Angesicht abgevvorffen, haben sie sich von allen schuldigen Gehorsam gegen mich losgemachet.

Vers. 15. Vers. 15. נהפך עלי בלהות Conuersum est aduersum me quodlibet terrorum, alles Schrecken, was nur schrecken kan, hat sich gegen mich gekehret. Vbi praeter anomaliam numeri *distributiue* hoc modo explicandam, (vid. *Luc. Ebr. p.* 406. concurrit anomalia generis. Deinde Kortumius vocem בלהות (per metathesin literarum pro בהלות vid. *Luc. Ebr. p.* 302.) a propositione hac prima auulsam sequenti agglutinauit, (in quo a Schmidio abiit vertente: *Conuersus est* (*Deus*) *contra me* (*sicut*) *terrores*:) cum *ellipsi* insuper gemina nominatiui *Deus*, et praefixi ב h. m. transferens (Gott) hat sich vvieder mich gekehret; du versiegelst (forsan legendum verfolgest) mit Schrecken meine freyvvillige (Seele) wie ein Wind, quum tamen ab ea per accentum pausantem *Mercam Mahpachatum* sit disterminata. תרדף כרוח נדבתי (et) persecutus est sicut ventus principalem dignitatem meam, meine (fürstliche) Herrlichkeit, ceu praeclare et pro circumstantia loci huius collati cum c. XXIX, 9. 10. omnium conuenientissime B. Lutherus, וכעב עברה ישעתי: et sicut nubes transiit salus mea. Vbi quidem complures vltimam hanc propositionem distracte, et a praecedd. adhuc dependentem reddunt: *et sicut nubes*, (persecutus est terror,) quae *transit salutem meam*.

meam. Sic et Lutherus, und vvie eine lauffende Wolcke meinen glükſeligen Zuſtand. Quanquam hic, vti vltimum iterum optime expreſſit, ita priora duo vocabula male diſtinxit h.m. וכעב עברה ישעתי: Aſt praeter neceſſitatem, nec non conuenientiam. CAP. XXX.

Verſ. 17. לילה עצמי נקר מעלי Noctu oſſa mea perfodit (np. ſynecdochicum עני *afflictio* e. v. praeced.) vt non ſim penes me. Meine Plage, Schmertz und Krankheit durchbricht, durchvvütet, durchreiſſet des Nachts meine Gebeine, daſs ich nicht bey mir ſelbſt bin. Ita namque vis מעלי quod heic negotium faceſſit, non aptius reddi poſſe exiſtimem, vt מ ſit ϛεϱηϑικὸν, pro מהיות עלי, quemadmodum etiam ſumitur Gen. XIII, 11. vbi Abrahamus ad Lotum *ſepara te* מעלי *a me*, proprie, et reſolutiue *ne ſis amplius penes me.* 2 Sam. XIII, 9. *Et dicebat Amnon, educite omnem virum,* מעלי *vt non ſit amplius penes me. Et egrediebantur omnes,* מעליו *vt non eſſent amplius apud eum.* et v. 17. *Dimittite, quaeſo, iſtam* מעלי, *vt non maneat apud me, foras, in publicum.* Ion. I, 11. *vt conticeſcat mare* מעלינו *vt non ſit amplius contra nos.* Verſ. 17.

וערקי לא ישכבון Et fugientes me non dormiunt (ad me impugnandum.) Non video ſane, cur non retinenda ſit recepta ſignificatio verbi ſuperioris ערק *verſ. 3.*? quum ſit ipſa forma *participii Benoni*, recte tenentibus Luthero et Oſiandro, niſi quod *actiue* reddant *fugantes me, qui me perſequuntur*, poſt Rambanem; nec ſignificationes praeter neceſſitatem ſint cumulandae; quum etiam multo ſit concinnior *fugiendi* quum *arteriarum, neruorum, pulſuum* ex arabiſmo, excogitata ſolum ideo, quod *oſſium* mentio facta, quandoquidem *venae pulſatiles* vtique quieſcere non debebant, adeoque fruſtra de earum continuo motu conquereretur Iobus. Quos enim heic vocat ערקי *fugientes me*, eos paulo ante *verſ. 10.* expreſſius notauerat, תעבוני רחקו מני *abominantur me, procul recedunt a me.* Itaque Iobus querulatur in verſu noſtro de afflictionibus partim internis, partim externis, et hinc verbi שכב ſignificatus proprius ſeruatur.

Verſ. 18. ברב־כח יתחפש לבושי Multa magnaque vi (morbi ſ. afflictionis de qua v. 16. 17.) mutat ſe veſtimentum meum (i. e. maligna ſcabie et ſanioſo ſanguine totum corpus ita oppletum et deformatum eſt, vt etiam in veſtem exudet, itaque iſta alteretur, et vt alia quaſi facta vix agnoſcatur, vvird unerkentlich) כפי כתנתי יאזרני: et ſicut os tunicae meae (i. e. foramen, per quod caput tranſit, eique collum inſeritur. vid. *Ebr. Etym. p. 46. n. 72.*) cingit me (morbus.) Hunc ſenſum comparationis pariter tenet Verſ. 18.

CAP. XXX, XXXI. cum Rabbi Leui Ben Gamliel cl. Braunius *in Tr. de Veſt. Ebr. p. 466. Quemadmodum tunica arcte nimis ſtricta collum premit et angit, ſic et a morbis et miſeriis nimis ſtringor vndique.* Nec aliter Rauppius *h. l. Significat, morbum tam ſtricte ſibi adhaerere, vt tunicae orificium ligulis colligatum collum arcte premit.*

Verſ. 24. Verſ. 24. אך לא־בעי ישלח־יד Veruntamen ſine deprecatione immittat (Deus) manum (vlndicatricem in me) ; אם־בפידו להן שוע ſi in exitio eius (immiſſo) illis clamor (fuit contra me.) Quae expoſitio Schmidiana merito aliis praefertur cum Calouio *ad h. l.* et interprete Kortümio, ob meliorem et proniorem nexum cum ſequentibus. Recte enim notat oppoſitionem inter בעי *petitionem* (a בעה cum Ralbago et Perizolide, Iunio et Tremellio,) et שוע *clamorem, ſi ego feci, vt afflicti peterent de me vindictam, Deus non det locum meae deprecationi.* Et pronomen fem. להן poteſt absque enallage generis reſpicere nomen ſenſuale נפשות *animas* ſ. *perſonas* miſerabiles, ſicut in verſu ſeq. mentio fit אביון *egeni* et קשהדיום *duri* ſ. *grauati die*, quem dura tempora premebant. conf. *Ebraiſm. Etym. ad h. l p.* 171.

CAP. XXXI, 23.

כי־פחד אלי איד אל Nam pauor (erat) apud me exitium Dei. Denn ich fürchtete mich vor der Straffe Gottes, ומשאתו לא אוכל et prae maieſtate eius non poteram (ſc. עשות *facere*), und vor ſeiner Maieſtät konte ichs nicht thun, (daſs ich den Elenden und Armen hätte ohne Hülffe gelaſſen.) Sic mens Iobi aptius cohaeret, quam iuxta verſionem germanicam Lutheri, denn ich fürchte Gott, vvie ein Unfall uber mich, und könte ſeine Laſt nicht ertragen, quod vltimum latine ſonaret: *et prae onere eius non praeualerem*, ſed ſuccumberem. Sed משאתו nullibi ſignificat *onus eius*, ſed *excellentiam, maieſtatem eius.* Conf. Iob. XIII, 11. et contracte eliſo א c. XLI, 16. add. Pſ. LXII, 5. et Gen. XLIX, 3. Nec ignotum eſſe poteſt, quod verbum יכל quandoq; cum *elli pſi infinitiui*, e ſubſtrata materia facillime ſubaudiendi, vſurpetur, ceu h. l. עשות *facere*, vt Ieſ. I, 8. et Pſ. CI, 5. לשאת *ferre* ex coll. Ier. XLIV, 22. vid. *Lux Ebr. p.* 412.

Verſ. 31. Verſ. 31. מי־יתן מבשרו לא נשבע Vtinam ex carne eius non ſaturaremur, id eſt, vtinam eum (oſorem domini noſtri) nunquam conuitiis proſcindamus, dirisque laceremus inſtar canum rabioſorum et famelico-

rum.

corum. Ach! daſs vvir doch niemahls denſelben mit Laſtern und Flu henCAP.XXXI
anfallen und gleichſam auffreſſen mœgen. Phraſis, vt apparet, eſt metaphorica, deſumta a canibus. In omnibus enim fere linguis conuitians et maledicens alteri *rodere* et *mordere* et *deuorare* dicitur. Conf. et ſupr. c. XIX, 22. et Pſal. XXVII, 2. Gal. V, 15. Non igitur dictio haec ebraeis in bonam partem accipitur, quemadmodum quidem germanis, qui dicere amant: ich mœhte ihn vvohl vor Liebe freſſen. Nec expoſitioni illius de lobo, acſi domeſtici eius vel propter laborem in excipiendis hoſpitibus, vel propter arctam diſciplinam ipſi infenſi, vel eius patientia abuſi in has minas eruperint, fauet ἐπιείκεια illius in eos, v. 13.14.15. quam vel minimam tanti odii contra illum anſam praebuiſſe non eſt credibile. Nec contraria quadrat συμπάθεια iſta Rauppii: *vtinam carne eius* (foetore carnium per metonym. ſubiecti coll. c. VII, 5. et XIX, 15.) *non ſaturaremur*, non cogeremur carnes eius foetidas auerſari, vt ſignificare velint, ſe domino ſuo cordicitus condolere, et optare, vt foetore carnium eius non ad nauſeam vsque ſaturentur, ſed potius morbus ab ipſo auferatur, et ipſe priſtinae valetudini reſtituatur. Ita et fere cum Schmidio Kortumius in paraphraſi huius loci. O! daſs doch dem Hiob etc. Talem namque non fert vſus eius commonſtratus. Et ſatis euidens eſt e textus cohaerentia, quod docere velit Iobus, non ſolum non ſeipſum, ſed nec domeſticos ſuos ex bona inſtitutione ſua oſori ſuo imprecatos fuiſſe. Ceterum de formula optandi מי־יתן vid. *Ebraiſ. Etym. p.* 59.

Verſ. 34. כי אערץ המון רבה Eo quod (כי non egreditur h.l. no- Verſ. 34.
tionem *cauſae*, et quidem heic *impulſiuae*, quum interrogatio per totum caput formata fuerit mediante particula האם, itaque haec verba dependent adhuc a commate praecedente: Num obtexi ſicut homo (Adam) praeuaricationes meas, ad occultandum (eſt ſyntaxis variata verbi finiti in infinitum, pro et occultaui בחבי dilectione mei, (prae φιλαυτίᾳ, a חבב) iniquitatem meam (praeſertim in adminiſtratione iuſtitiae? Eo quod) reformidarem turbam magnam (adiectiue den Pœbel Hauffen, non aduerbialiter *multum* ſeu *vehementer* cum Schmidio contra *accentus.*) ובוז משפחות יחתני et contemtus familiarum (praecipuarum) conſternaret me? (Duo enim ſunt quae iuſto iudici ſunt expectanda, furor minorum ſ. vulgi, et contemtus ſeu inimicitia maiorum.) ואדם לא־אצא פתח et ſilenter non exii porta. (q.d. non ſubduxi me e loco iudicii, conſcientia iniuſtitiae conuictus aut quando ſententia ex aequo fuit ferenda, dixi quae dicenda erant παῤῥη-

CAP. XXXI. σιαφικως et absque προσωποληψίας crimine.) Vbi notandum (α) quod pro אם *interrogatiuo* explicite ipsa ponatur aequipollens *negatio*. (β) quod in constructione vel coniunctione duorum verborum, vti heic *filui non exii*, prius eleganter saepe aduerbiascat. coll. seq. c. XXXII, 22. et *Luc. Ebr. p.* 392. seq.

Vers. 35. Vers. 35. מי יתן־לי שמע לי הן תוי שדי יענני O si daretur mihi audiens, attendens ad me! Sique (ex vsu chaldaico) ad notam meam (passiue, mihi innocenter inustam. Nam תו significat certum *signum* et *notam*, quae alicui discretionis ergo siue in bonam, vt Ezech. IX, 4. siue in malam partem vt h. l. imprimitur. Sunt quidem, qui cum ebraeis nonnullis et Luthero תוי exponunt pro תַּאֲוָתִי *desiderium meum*. Sed ob triplicem anomaliam, ne dicam de sensu, np. crasin punctorum, et elisionem literae א et syllabae תִ, assensus ei facile derogatur.) omnipotens responderet mihi! וספר כתב איש ריבי: et libellum (accusatorium) scriberet vir litis meae (i. e. aduersarius meus, vid. *Ebr. Etym. p.* 258.) Germanice: vvolte GOtt! dass mich iemand an- ver-hœrete, und dass vvegen meiner (üblen) Bezeichnung (Bezüchtigung, meines Tadels) der allmächtige mir antwortete! (einen Ausspruch thäte.) Und mein Wiedersacher ein Klag - Libell schriebe (und eingebe!) Hoc namque vult Iobus, se non postulare, vt solus audiatur, sed concedere, vt aduersarius etiam libellum accusatorium conscribat, et offerat, et Deus vtraque parte audita iustam sententiam ferat. Vltima verba Lutherus aliter distinxit, dass iemand ein Buch schreibe von meiner Sache, vtsi haec accentuum foret consecutio: וספר כתב איש ריבי, vna cum *ellipsi* praepositionis ב vel ל vel על ante ריבי, *et librum | scribat aliquis | de causa mea*. Quum tamen איש ריבי sint per *seruum Munach* coniuncta.

Vers. 36. Vers. 36. אם־לא על־שכמי אשאנו Nonne (i. e. certe, conf. supr. c. IX, 24. XVII, 2. Gen. XXIV, 38. Deut. XXXII, 30. 2 Reg. IX, 26. Ps. CXXXI, 2. Ies. V, 9. Nam *interrogatio negatiua ebraeis est vehementissima asseueratio.* Quem ebraismum imitatur graecum Apostoli εἰ μή Rom. XI, 15. vid. *Not. Sel. ad h. l.* Sic et הלא 1 Sam. X, 1. Iud. VI, 14. Ios. I, 9.) super humerum meum portarem illum (librum:) Traun! ich vvolte es auff meine Achsel nehmen oder tragen: אענדנו עטרות לי ligarem illum diadematis instar mihi, q. d. Certissimus sum, me aduersarii libello impietatis iniustitiaeque non conuictum iri, et iustum iudicem Deum pro me pronunciaturum, vt proinde eum publice vt signum victoriae humero circumlaturus essem, isque

que loco ignominiae et condemnationis mihi honori et gloriae ceu diadema capiti ceſſurus eſſet. Conf. Mercerus et Cocceius. CAP. XXXI XXXII.

Verſ. 37. מספר צעדי אגידנו Numerum greſſuum meorum (i. e. omnes actiones meas, vitae meae rationes) indicarem ei (aduerſario, ſi ſcil. quaedam illum laterent) כמו נגיד אקרבנו tanquam princeps offerrem vnumquemque eorum (greſſuum), ſenſus eſt, me non puderet, licet principem, coll. c. XXIX, 9. 10. (eſt enim heic כמו vti ſimplex כ *veritatis*) animo heroico et bene ſibi conſcio quarumlibet actionum mearum catalogum ei offerre. Significatio *tranſitiua*, quam verbum קרב in *Piel* cum *Hiphil* parem habet, vtpote magis vſitata praefertur cum Luthero *intranſitiuae* (quam quidem habet Ezech. XXXVI, 8. Gen. XII, 11.) aliorum, vertentium *accedam ad eum*. XXXIII. Verſ. 37.

CAP. XXXII, 8.

אכן רוח־היא באנוש Sed vere Spiritus (σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως) eſt etiam in hominibus humilibus, (quos inter et ego) ונשמת שדי תבינם et ſpiraculum omnipotentis intelligere facit eos.

Verſ. 14. ולא־ערך אלי מלין Neque ordine diſpoſuit (Iobus) iuxta me (meam ſententiam) ſermones ſuos. Ita melius ad mentem Elihu redduntur verba. Ita vocula אלי infr. c. XLII, 8. bis loquente Deo ut iudice, *nam non locuti eſtis* אלי *iuxta me* (meam ſententiam) *rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* ובאמריכם לא אשיבנו: Neque tamen verbis veſtris reſpondebo ei. Sic aptius omnia cohaerent. v. 14. XLII, 8.

CAP. XXXIII, 3.

ישר־לבי אמרי Rectitudo cordis mei erunt eloquia mea: (eſt transpoſitio ſubiecti.) Senſus eſt: ſermones mei fluunt ex recto et ſincero corde, immo ἐμφαλικωτέρως, meine Reden ſollen ſeyn ſelbſt die Aufrichtigkeit meines Herzens, Hertz und Mund ſollen übereinſtimmen, ודעת שפתי ברור et ſcientiam labiorum meorum, (ſiue clarius et quae ſcientia erit

CAP. XXXIII. in labiis meis, und was für Weisheit und Erkäntniss vvird auf meinen Lippen seyn) pure et clare eloquentur in la np. labia, dass sollen sie rein u. deutlich ausreden. Ita litera iuxta naturalem situm et constructionem satis perspicue redditur, absque confusione vel traiectione et enallage generis, quemadmodum alii: *scientiam puram labia mea eloquentur.* vid. Ben Melech *h. l.* Vel vt Iunius et Tremellius ellipsi inepta; *et sententiarum labiorum meorum clare eloquentur* scil. *sermones mei* ex inciso priore. Nec aliter Kortumius, vel vt Piscator: *et labia mea sententiam proferentia loquentur pura,* vel vt Mercerus: *et scientia seu sententia labiorum meorum purum loquentur.* vel vt Sculletus distracta constructione per accentus: *et scientiam labia mea pure loquentur.*

Vers. 10. Vers. 10. הן תנואות עלי ימצא Vbi circa vocem bis tantum occurrentem תנואות dissensiones quaedam oriuntur. Ralbag per *metathesin* positam esse censet pro תואנות *occasiones,* quod occurrit absque tamen fulcro Iud. XIV, 4. Quorsum etiam respicit Lutheri versio, siehe er hat eine Sache vvider mich funden. Nec displicet Piscatori, itemque Vatablo vertenti *discessiones,* id est *occasiones discedendi et ipsum relinquendi.* At ista metathesis, praesertim inuoluens simul mutationem punctorum, est nimis dura, licet sensus non sit incommodus. Vulg. inepte *querelas.* Ast aptius in loco altero Num. XIV, 34. *vltionem meam,* quam approbat D. Maius *in Oecon. Iud. Diu. P. I. p. 449.* Nam ex obseruatione Clerici radicem arabicam נאה *naah* significare *male habere,* vel vt Golius habet, *annuntiare mortem, manifestare et palam facere* peccata alicuius, np. per poenam; confirmatque istam *Vltionis* notionem quoque ex nostro, quem prae manibus habemus, loco: *ecce vltiones super, in, me inuenit,* ex coll. m. sq. *reputat me sibi in hostem,* quem vleiscatur. Enimuero non est, quod et heic matrem ebraeam et significationem *rupturae, fracturae,* vel pro hoc loco omnium commodissime *fragilitatis* repudiemus. Proinde cum Cocceio, Sculteto, et Schmidio Kortumioque vertamus licet: Ecce! fragilitates (et vacillationes, citra animum a Deo auersum, delicta iuuentutis et infirmitates animi imbecillis turbatique, siue leuiores aut quascunque a lege aberrationes, quibus lex Dei quocunque modo *irrita* redditur, coll. c. XL, 3.)

Num. XIV, 3. apud me inuenit. Nec e l. c. Num. significatus *rupturae* exulat, qui tamen germanice sonantior est: Und solt inne vverden, was sey, wenn ich mit euch breche, vel vt Luth. die Hand abziehe. Quod iam non male conuenit cum significatu heic Vulgati et Samaritani *vltionem meam.* Nec minus in Iobo nostro

ſtro h.m. Et tamen *ecce vltiones* (np. obiectiue, *quod vlciſcatur*) *apud me inuenit.* CAP. XXXIII.

Verſ. 16. אז יגלה אזן אנשים Tunc reuelat aurem hominum (i.e. inſpirat ipſis immediatas reuelationes et doctrinas intimis ſenſibus reponendas de voluntate Dei, conf. Ieſ. L, 4. Vbi pro יגלה eſt יעיר *excitat*, et פתח *aperit*, eſtque metonymia quaedam antecedentis pro conſequente.); ובמסרם יחתם et caſtigatione eorum obſignat, np. quod inſpirauit. conf. loc. parall. c. XXXVI, 10. vbi למוסר *reuelat aurem eorum* ad vel iuxta cum *caſtigatione* coll. v. 19. Finis ſalutaris ſtatim ſubſequitur vtrobique. Verſ. 16.

Verſ. 23. אם־יש עליו מלאך אחד מני־אלף להגיד לאדם ישרו; Verſ. 24. ויחננו ויאמר פדעהו מרדת שחת מצאתי כפר; Quando tum (in illa reuelationes diuina obſignante correptione doloroſa, v. 16. 19. 20. 21. 22. qualis quoque erat prophetae Dauidis Pſ. XXXVIII, 4. 7. 8. 9. et Pauli 2 Cor. XII, 7. ad omnimodam propriae iuſtitiae ſuperbiaeque v. 17. abnegationem, coll. Mat. XVI, 24. 25. Rom. VI, 4. 5. 6. 11-13. VIII, 10. 13. Gal. V, 24. etc. Quodſi cum aliis v. 20. 21. 22. de effectibus morbi explices, haec et ſqq. non bene quadrabunt, vtpote de omnibus aegrotis non praedicabilia, dum multi ſcopum talium paſſionum non in ſe efficacem eſſe finunt, ſed impii manent, ceu bene iam notauit Kortumius *p. 221. fin.*) eſt apud eum (illi homini ita afflicto et humiliato gratioſe adeſt) Angelus, isque interpres, ὁ λόγος, aduocatus, παράκλητος (ſic Targum פרקליטא coll. 1. Io. II, 1.) vnicus ex millibus, (i. e. ex omnibus Dei legatis, angelis, et hominibus, hominum gratia emiſſis. Conf. Col. I, 15. 16. Ebr. I, 4. et *Not. Sel. ad h. l.*) vt annunciet (πρὸς ἐξηγήσασθαι Io. I, 18. ceu Propheta) homini illi rectitudinem ſuam, (et *ipſius Legati* virtutem iuſtitiae ſuae perfectiſſimae, ἐν πληρώματι τῆ χρόνε reapſe praeſtandae, ei per fidem conferentis, et *ipſius hominis*, vt abnegata impietate et mundanis concupiſcentiis continenter, et iuſte, et pie viuat, Tit. II, 12. coll. Mich. VI, 8.) Et miſeretur eius, (ceu Pontifex M. coll. Ebr. II, 17. V, 2.) et dicit (ad Deum Patrem,) libera eum, ne deſcendat in perditionem; inueni (enim) redemtionem (aeternam, vt Apoſtolus addit, ad h. l. inſignem reſpiciens, Ebr. IX, 12.) Cuius verſionis fundamenta et rationes per potiora iam commonſtrabimus. Verſ. 23. 24.

אם non eſt heic loci tam *conditionis*, quam *temporis*, *quum*, *quando*, non *dubitandi*, ſed *ſimpliciter indicandi*, vel iuxta Kortumium *aſſeuerandi*, *certe*, *profecto*, vti in ſimplici pariter ſermone ſumitur ſupr. c. XIV, 5. אם

Gen.

CAP. XXXIII.

עליו

מלאך

Gen.XLVII,18.Prou.III,34. *Affixum* in עליו versio Vulgata et Luther iconstruunt cum מרוץ, *si Angelus est cum eo loquens*, so denn ein Engel mit ihm redet. Nec aliter Munsterus: *Si est iuxta eum nuncius eloquens.* At contra normam *accentuationis*, quae non habet in מלאך *seruum*, sed *Rbbiam repetitum*, iam incisum aliquod facientem. Cont. *Luc. Accent. p. 13. Can. IV.* Alii vt Sculteus, Calouius, Cocceius, Altingius, referunt ad *Deum.* Sed rectius refertur ad subiectum immediate praecedens, et consequens אדם *hominem afflictione humiliatum.* Quod per מלאך h. l. non possit intelligi *Angelus creatus*, cum Iudaeis et Pontificiis, iisque aures temere substringente Calixti discipulo Hacksp anio, *ad h. l.* nec *verbi diuini minister* cum B. Chemnitio *in Exam. C. T. P. III. ad XI. arg. pro inuoc. Angel. allatum.* Gerhardo *in L. de Morte* §. 454. Klotzio *de Angelol. p.* 41. Vinariensibus, Munstero et Iunio, e textu euidentissimum esse arbitror. Talia enim *sunt subiecta, qualia permittuntur a suis praedicatis.* Iam vero et omnia textus verba et praedicata optime et proprie, et plene et singulariter et vnice *Christo, ceu Angelo faciei Domini*, Ies. LXIII, 9. *Angelo fœderis*, Mal. III, 1. μεγάλης βαλῆς Αγγέλῳ apud τὰς ὁ Ies. IX, 6. conueniunt, de eoque rectissime accipiunt post Gregorium M. *l. 24. Moral. cap.* 1. Sculteus *ad h. l.* Calouius *B. l. h. l.* et *Syst. Th. Tom. IV. art.* 1. c. 2. *qu.* 18. *n.* 17. *p. 258. seqq.* Seb. Schmidius *h. l.* Pfeifferus *in D. V. p. m. 513.* D. Io. Olearius *in Exercitat. de Aduocatione l. C. ad 1. Io. II*, 1. 2. *p.* 32. D. Habichhorstius *in Dissert. duabus de Angelo apud Deum Melitz.* Io. H. Michaelis *in Dissert. de Angelo interprete.* M. Kœppen *in Disp. de officio Messiae proph. et Sacerd. ex h. l.* D. Maius *in Oec. Iud. diu.* P. *I. app. p.* 744. e Reformatis Cocceius *ad h. l.* Braunius *comm. in Ep. ad Ebr. c. IX*, 12. Godefr. Iüngst Theol. Brem. *in Exerc. ad Ebr. XIII, 8. cui tit. Iesus Christus semper idem p.* 11. *fin.* inpr. Iac. Altingius *Opp. tom.* II. *P.* 2. *fol.* 174. 175 176. et *comm. ad Ebr. l. c.* et *Hept. IV. dissert. Theol. dissert.* 1. *in tom. V. opp.* vbi *in th.* 20. attexuit verba R. Menachem Rakatensis *in leg. fol.* 54. „*col.* 4. Animaduersione dignum est *ex* dicto Iob. XXXIII, 24. *et dixit*, „*redime ipsum, ne descendat in perditionem, inueni lytrum*, quando decreta est „mors contra Adamum, vel hominem aliquem, quod inuentus ipsi sit orator, pa„tronus, superne; quoniam vero scriptum signatum annulo regis reuocari „nequit, non datur restitutio in integrum, donec *angelo mortis detur expiatio eius* „ceu ἀνάλλαγμα. *Angelum* a. *mortis* intelligimus cum Altingio de iustitia vindicante Dei, iuxta illud Prou. XVI, 14. *indignatio regis* מלאכי־מות *angeli mortis* sunt, cui vicarium quid dandum est, in quo vim suam exerceat. Vnde veteris ecclesiae fides de Messia, eiusque satisfactione ac intercessione perspicitur. Proinde Altingium et Cocceium *ad h. l. Iob. p.* 448. ita commentantem" *testatum facit hic locus fidem veteris ecclesiae de Mediatore.* Et paulo

Prou. XVI, 14

post

CAP. XXXIII.

post *p. seq. Sunt haec quidem dicta ab Elihu, pro istorum temporum conditione* ἀινιγματωδέστερον, *sed tamen ita examussim conuenientia cum prophetarum praedictionibus, apostolorumque praedicationibus, vt minime dubitandum, sit, quin haec verborum Elihu a Sp. S. profectorum et ab ipso pro modulo suo intellectorum vero mens sit,,* opponimus fidei socio Mercero, qui vult, *Elihu non eo,* np. ad Messiam, *respexisse.* Atque de hoc Angelo notandus est alter differentiae specificae titulus, quo insignitur אחד מני־אלף *vnus ex millenis.* Vbi מ est אחד
מ היתרון siue ἐξαίρετον *Mem excellentiae et exceptionis,* et numerus rotundus מני־אלף
pro incerto ponitur. Et sicuti Elihu eum eximit e numero aliorum angelorum ac oratorum, ita sapientissimus rex Salomo *in Ecclesiaste suo c. VII, 28.* eum ex Eccl. VII, 28.
ordine hominum peccaminosorum vult exemtum, dum post sedulam inquisitionem fatetur: אדם אחד מאלף מצאתי *hominem* quidem *vnum* scil. ישר *rectum* e v. seq. *e millibus inueni.* Quem sensum efflagitat manifesta oppositio inter *homines mares, et feminas,* de quibus infit: *Sed feminam* (ישרה *rectam*) *inter omnes illas* (feminas) *non inueni* Et descriptionem *vnius illius hominis Iesu Christi* Rom. V, 15. heic inueniunt, licet non inueniat Io. Marckius *Exercit. ad h. l.* §. 5. et 6. e veteribus Petrus Damiani *lib. 7. Epist.* 19. et nonnulli Pontificii ap. Corn. a lapide, Altingius *Dissert. I. Hept. IV.* §. 7. cl. Dn. Michaelis *Disp. cit. p. 25. fin.* et M. Kœppen *disp cit* §. XI. Estque ille, quem idem rex vocat Cant. V, 10 *amicum suum* דגול מרבבה *Vexillo donatum,* vt belli ducem Cant. V, 10.
et antesignanum, sub quo omnes fideles iurati militant, *ex* vel *prae myriadibus.* Hinc Ios. V, 14. nuncupatur שר־צבא יהוה *princeps exercitus Iehouae.* Atque ad hunc *Angelum interpretem* referenda sunt pariter duo verba sequentia ויחננו
ויאמר *et miseretur eius et dicit,* quum etiam consequens praedicatum *inueni redemtionem* ei lem competat, Ebr. IX, 12. et teste ipsomet Schmidio *ad h. l.* de nullo certe *Angelo creato* vel *homine* nisi valde coacte et dure, praedicabile. Vt proinde mirari subeat, cur idem Schmidius (quem sequitur, vt solet, D. Maius *in Oecon. temp. V. T. c 4. p.* 264.) Coccio noluerit concedere verba, פרעהו *libera eum, ne descendat in perditionem,* esse Angeli et Filii Dei ad Deum Patrem. Quandoquidem ipse textus suppeditat distinctionem inter *redemtionem mediatoriam, et acquisitoriam,* quae per כפר facta est, et *iudicialem regiamque,* qua vt Pater hominem a malo liberet, petit Filius, eo quod ipsum expiarit. Hanc, vt opus ad extra, omnibus personis SS. Trinitatis commune, ita quoque *Patri* aut *Deo* indistincte respectu personarum, si non hoc ipso verbo פרע quod est ἅπαξ λεγόμενον, tamen synonymo פרה, alternantibus tantum gutturalibus ע et ה, in scriptura tribui, nemo negabit. Conf. v. 28. et supr. c. V, 20. Deut.

CAP. XXXIII. VII,8. Pſ XXXI,6. XLIX,16. CXIX,134. CXXX,7.8. Ceterum quid valeat diſtinctio iſta Schmidiana inter *inuenire redemtionem meritorie*, et inter τὸ *inuenire examinis et conſiderationis*? examinauit laudatus Dn. M. Kœppen *diſp. cit.* §. 13. Iam ſequitur in *verſ. ſeqq.* ἀπόδοσις, et *interceſſionis Chriſti in V.T. Iuculentiſſimae et inuenti* λύτρα (quae ut altera pars officii mediatorii iuxta Schmidium nobis in h.l. periret) *efficacia, fructusque eximius.*

Verſ. 27. Verſ. 27. וְיָשֹׁר עַל־אֲנָשִׁים Proſpectabit, ſpeculabitur (attente, accurate, et exacte, cum affinatate יָשַׁר, ſicut *inimici* ſolent mores aduerſarii obſervare, hinc שׁוֹרְרִי dicti) ſuper, ad homines, videlicet afflictus ille ſaluti animae et corporis reſtitutus, et quidem in hunc finem, vt et illi exemplo ſuo ſapere diſcant, et mortificatione membrorum terrenorum ad veram vi iam regenerentur. Haec namque eſt indoles hominis converſi, vt etiam alios ad Deum conuertere anaitatur exemplo Davidis Pſ. LI, 15. et doctrina Saluatoris Luc. XXII, 32. Qui elegans ſenſus theologicus iam in ſchola illuminati et pientiſſimi Elihu propinatus in verſione Lutheri, aliorumque non exprimitur, quando ad ſignificatum verbi *canendi* reſpicientes transferunt, er wird vor den Leuten bekennen, vel vt Kortumius: (Denn) wird er gegen die Menſchen frey bekennen; qui conceptus mentis *confeſſio* iam tum inuoluitur in verbo ſq. generali וְיֹאמַר *et dicet*, παῤῥησιάζεται. Praeſertim quum ſignificatio *contemplandi* maxime *in Kal* ſit potior, ipſique Iobo paſſim vſitatior, conf. c. VII, 8. XVII, 15. XX, 9. XXIV, 15. XXXIII, 14. XXXIV, 29. XXXV, 5. 13. 14. quidni ergo et heic eam intendiſſet? Accedit etiam conſtructio cum particula עַל, quae recurrit Hoſ. XIII, 7. Quanquam non repugnem ſi ſenſus *canendi* ad maiorem emphaſin quodammodo combinetur, h. m. *Speculabitur* (accurate et בתרועה *cum iubilo* coll. v. 26. propter pacem conſcientiae et iuſtificationem, ibid. Er wird für freudigen Muth genaue acht haben auf andere Leute. Verba וישר העויתי et rectum peruerteram, Kortumius contra *accentuationis* rationem a praeuio verbo חטאתי peccaueram ſeparat, ſeparatamque conſtituit propoſitionem cum interrogatione: Solte ich nun, was recht iſt, (weiter) verkehren? Qua ratione huiusmodi accentuum facies foret in וְיֹאמַר חָטָאתִי. Iam vero quum וְיֹאמַר gerat ducem maiorem *Rbbiam*, ſequitur, ſequentes tres voces vſque ad *Rbbiam Gereſchatum* heic *Athnachi* vicarium, (vid. *Lux Accent. p.* 102. n. (2) vt vnum orationis membrum cohaererę. vid, *Lux Accent. p.* 38. Io. Vlmaunus *obſeruat. phi-*

וישר העויתי

philol. p. 49. contra formam verbi יָשַׁר, quod a rad. ישר, *rectum esse* vel *videri*, deduci vult, vertit vna cum ellipsi אשר, et על insolenter per *inter* h. m. *Si quis velit videri rectus inter homines, is dicat etc.* CAP. XXXIV.

Vers. 32. כי־חפצתי צדקך Quae verba Lutherus reddidit, bist du recht, ich vvills gerne hœren, potius ad literam: Nam volo iustificare te, ich will dir gerne recht geben, (so du nemlich recht hast.) Vers. 32.

Cap. XXXIV, 7.

מי־גבר כאיוב Quis fuit vir sicut Iobus? Wer ist so ein (hochgeehrter, gelehrter, kluger und gottsfurchtiger) Mann gewesen, vvie Hiob? ישתה־לעג כמים qui tamen imbibere iam cogitur (quod *futurum Kal* quidam praeter rem et mentem Elihu, et culpam Iobi reddunt *in Hiphil propinat.* vid. Friedlib. et Kortumius cum Schmidio *ad h. l.*) subsannationem sicut aquas, und muss nun so viele Spœtterey einnehmen, quod *imbibit sicut aquas iniquitatem.* Ad quae verba Eliphasi c. XV, 16. alludens Elihu, ea aliis circumloquitur in seq.

Vers. 8. וארח לחברה עם־פעלי און Quod abiit, ambulauit, ad societatem faciendam (potest enim esse et *Infin. Kal.* חָבֵר cum ה paragog. vid. *Luc. Ebr. p.* 259. indicio etiam particulae עם et seq. infin.) cum operatoribus iniquitatis, וללכת עם־אנשי־רשע et ad eundum cum hominibus improbitatis. Vers. 8.

Vers. 9. כי־אמר לא יסכן־גבר Quod dixit vel cogitauit (per μίμησιν enim haec verba adducit, quum expresse non legantur. Sicut in cap. seq. v. 3. vbi Kortumius μίμησιν agnoscit, sed hic alterius cuiusdam fingit sermonem, denn es konte (iemand) sagen, idque propter ישתה v. 7. *Hiphilice* acceptum) non prodest viro (cum ellipsi ל suppleta e seq. v. 3.) ברצתו עם־אלהים: Heic vocula עם exercet interpretes, nec naturam eius h. l. recte assecuti sunt. Lutherus verba textus aliter locauit, et valde distraxit h. m.: כִּי אָמַר בִּרְצֹתוֹ לֹא יִסְכָּן־גָּבֶר עִם־אֱלֹהִים (vid. parall. accentuationis in m. vlt. Psal. XXIX, 11.) denn er hat gesagt: wenn iemand schon fromm ist, so gilt er doch nichts bey Gottt, tribuendo simul verbo רצה significatum, quem non habet. Rauppius *ellipsin* facit verbi לכת ex v. 8. Vers. 9.

CAP. XXXIV.

quam vult (*ambulare*) *cum* Deo. Sed nec רצה significat simpliciter *velle*, verum *bene velle, beneuole acceptare, beneplacitum s. acquiescentiam habere, delectari.* Quanquam R. Iona ap. Kimchium et B. Melech *h. l.* plane et singulariſſime accipiat in notione *itionis*. Kortumius valorem *Hithpaëlicum* ei indit, vvenn er ſich gleich bey GOtt gefällig machet, quum tamen in *Hithpaël* ſit in vſu. Vid. 1. Sam. XXIX, 4. vbi vero conſtruitur cum אל. Schmidius prius, *quum placet Deo*, neglecto עם, ſed deinde, *quando amicitiam habet cum Deo*, vel *acquieſcit in Deo*. In quas aliasue ſalebras non incidiſſent, ſi calluiſſent, particulas etiam apud ebraeos induere naturam nominum. vid. *Luc. Ebr. p.* 414 Hinc עם ſignificat *communionem, conſortium* etc. vi originis ſuae עמם, hodienum arabibus denotantis *communis fuit*, recte docente Danzio *interpr. Ebr. Ch p.* 257. ſ. Proinde verterim verba noſtra: quum delectatur communione Dei. In oppoſitionem *communis ſ. ſocietatis malorum*, qua de verſ.

Pſ. L, 18. praeced. Sic eadem recurrit conſtructio Pſ. L, 18 עמו רַתָּ֣רְץ (per apocopen pro וַתָּרָצְתָּ vid. *Luc. Ebr. p.* 290.) quod Lutherus et Piſcator mutatis temere punctis reddunt *tunc curris cum eo*, pro וַתָּרָץ a רוץ, tametſi in ſenſu heic non male, differente ſaltem vt *conſequens ab antecedente*. Cui enim quis acquieſcit, cum eo etiam libenter conuerſatur. Gratis igitur vrget Piſcator, רצה non conſtrui cum עם, agnoſcente ipſo Coccejo. Reclamat quippe ei locus noſter Iobi quanquam non ſub notione *particulae*. R. Kimchi et Ben Melech ad Pſ. LXXIII, 25. ſumi iterum volunt in ſignificatu הריכוה *eundi*, vel quidem רצוך *bene placiti*, at coacta ellipſi ex 2 Sam. XIV, 19. q. d. רצית להיות ידך עמו *beneplacitum habes* (*vt ſit manus tua*) *cum eo*, approbante Tarnouio *Exercit. Bibl. p.* 378. Nos cum ſuperiori vertimus: tum acquieſcis, delectaris communione eius.

verſ. 17. Verſ. 17. האף שונא משפט יחבש Num etiam odio habens (et conſequenter *non faciens*) ius || ligabit ||| ſcil. vulnera reipublicae? i. e. iuſte et prudenter imperabit? Kan wohl einer, der das Recht haſſet, regieren? Sic idem verbum חבש per venuſtam metaphoram a chirurgis petitam ſumitur

Iſ. III, 7. Iſ. III, 7. *Non eſſe poſſum* חבש *ligans ſ. medicus*, i. e. קצין dux et gubernator populi, ſicut ſtatim exponitur. Sic mali prophetae et ſacerdotes ſub figura malorum medicorum verbo ſynonymo רפא adumbrantur Ier. V, 14. Ex formatis diſtinctionum ſignis dilucide apparet, verſionem Rauppii, quam *ſimpliciſſimam* eſſe putat, *An etiam odio habentem iudicium ligabit?* praeter obſcuritatem, *interpunctioni* ebraeae aduerſari, voces משפט יחבש coniungentem,

quae

CAP. XXXIV.

quae per vicarium distinguentem *Munach* pro *Tipchcha anteriore* sunt seiunctae. Vid. *Lux Accent. p.* 109. *e) et p.* 113. *K)* et parallelismus accentuationis supr. c. IV, 2. Pari modo peccat versio germanica, solte einer darum das Recht zwingen, dass ers hasset? Accuratius ac clarius se habet Schmidii: *Num etiam odiens iudicium, imperabit?* et Munsteri: *Num ille qui odit iudicium, dominari poterit?* Contra hic minus accurate membr. 2. ואם־צדיק כבד תרשיע reddidit, ו in *disiunctiuum*, et persona 2. in 3. mutata, et *Hiphil* in *Kal*, h. m. *Aut si excellenter iustus potest impie agere?* Lutheri translatio, und dass du stoltz bist, solteſt du darum den Gerechten verdammen? requirit verborum צדיק כבד inuersionem et distinctionem, quae tamen sunt coniuncta, potius in hunc modum reddenda: Num igitur iustum validum (*in summo gradu*) condemnabis, iniustum declarabis? coll. v. 12. c. X, 2. Kanst du denn den allergerechteſten verdammen, oder vor ungerecht halten?

Vers. 23. כי לא על־איש ישים עוד Nam non super virum ponit (sc. cor suum) diu (i. e. non diu attendit animum ad aliquem, num videlicet nobilis an ignobilis sit? coll. v. 19. Denn er betrachtet nicht einen lange (ob er sey edel oder unedel?) vid. de phrasi *Ebraism. Etymol. p.* 56. et cum ellipsi לב *ibid.* Iob. IV, 20. XVII, 3. XXXVII, 23. Iud. XIX, v. vlt. Et עוד denotare h. l. moram temporis et vertendum esse per *diu*, iam commodum obseruauit Sultetus *ad h. l.* coll. Gen. XLVI, 29. vbi et Chald. Munst. Luth. Schmidius. add. Ruth. I, 14 illud *non diu* in v. seq. redditur לא חקר *absque scrutinio* vlteriore.) לחלך את־אל במשפט quum eundum est ad Deum (subiectum orationis pro pronomine vid. *Luc. Ebr. p.* 372.) in iudicium (poenale) i. e. quando a Deo iudicandus et puniendus est, wenn er von ihm soll gestrafft werden. Qui sensus optime cohaeret cum praecedd. et conseqq. Vers. 23.

Vers. 29. והוא ישקט ומי ירשיע ויסתר פנים ומי ישורנו Si vero ille quiesceret, wenn er aber stille dazu sasse, vt scil. *non adduceret super impios clamorem egeni*, coll. Matth. XXIII, 35. *et clamorem afflictorum non exaudiret*, iuxta vers. praeced. adeoque non curaret, vtrum piis male an bene esset?) quis tum reos puniret? (adeo grauiter, quemadmodum hactenus a v. 20. est commemoratum) siue absconderet faciem, (a pio paupere,) *quis tum* attente, curate obseruaret, respiceret eum? Wer würde wohl auf denselben sehen? (ad eum iuuandum, liberandum): ועל־גוי ועל־אדם יחד et simul Vers. 29.

CAP. XXXIV. mul ad gentes et ad homines (i. e. ad infideles est fideles) scil. quis respiceret? Hoc et non alio modo interpretandi esse verba, euincit tota συνεχείας ratio et dictionum mutua relatio. Verbum namque ישקיט infert heic significationem neutralem, sicut etiam Iesaiae LVII, 20. *Mare* השקט *quiescere non potest*, eamque confirmat sequens phrasis exegetica יסתר פנים *abscondit faciem.* Qui enim *quietus et securus* est, *non respicit et curat* res suas. דס ירשיע assignant communiter notionem *inquietandi*, quam in hoc loco stabiliri crediderunt e lege *oppositionis*; quae vero iuxta nostram expositionem cessat, vnaque probationis valor. Praeterea quum idem verbum *Hiphilicum* in sueta ac natiua sua significatione in eodem cap. nostro bis et supra adfuerit, cur nouam ei praeter necessitatem indemus, fingemus? quum de significationum numero magis imminuendo quam augendo cogitandum sit. Nec
1 Sam. XIV. 47 iuuat alter pro *inquietandi* sensu locus 1 Sam. XIV, 47. quem Lutherus praeclare transtulit, und wo er (Saul) sich hinwandte, ירשיע da übete er Straffe, consentiente Seb. Schmidio, itemque Clerico vertente *male habebat eos.* Atque eiusmodi vim, cum significatu *condemnandi*, quam adhibet Lutherus, apprime affinem et connexam (quandoquidem *condemnatio fit ad poenam*, immo est ipsa poena) etiam deposcit noster locus. Ruit proinde fundamentum sententiae Aben Esrae ad Ps. I, 1. atque aliorum, quod רשעים *improbi* dicantur ab *inquietudine*, ceu prima verbi significatione; tametsi *similitudo eorum cum mari inquieto et impetuoso* sit proba, probeque fundata, loc. np. cit. Iesaiae potius *inquietudinem* hanc *effectum improbitatis*, a genio malo affectus conturbante prouenientis, cum Buxtorffio *in lex. min. ad voc.* רשע malim statuere. Suffixum in ישורנו incongrue et sine sensu refertur ad propius פנים *faciem Dei*, referendum pro re ipsa ad remotius דרך et עניים *tenuem et afflictos.* Cui in m. seq. (repetitione verborum מי ישורנו complendo, indicio pariter constructionis cum particula על *super, ad*, coll. cap. praeced. XXXIII, 27.) *generale* contradistinguitur.

Vers. 30. Vers. 30.: ממלך אדם חנף ממקשי עם Ne regnet (semper) homo profanus et hypocrita, ne sint (pro מהיות vid. supr. not. ad c. XXX, 17. et 30. 1 Sam. XV, 22. coll. cum c. XVI, 1; 1 Reg. XV, 13. Ier. XLVIII, 2.) tendiculae, (offendicula coll. Deut. VII, 16.) populi. Habemus heic duplicem finem contemplationis gratiosae et punitiuae Dei, quem Lutherus translatione sua plane non attigit, sed contrarium potius sensum: Und läst uber sie regieren (ql. *particip. Hiph.* מַמְלִךְ) einen Heuchler, das Volck zu drengen,

Vers.

CAP. XXXIV.

Verſ. 31. כי אל־איל האמר נשׂאתי לא אחבל Quare ad Deum, qui dicet condonaui, (dicas:) non corrumpam, (corrupte iudicabo amplius) darum (ſage) zu Gott, der da zuſagt die Vergebung, (es ſoll vergeben ſeyn,) ich vvils weiter nicht verderben. Redit heic Elihu a demonſtratione iuſtitiae diuinae ad Iobum, eumque monet de humillima apud Deum erroris ſui deprecatione, quam porro in v. ſeq. 32. praeit: Defectum ad videnda, den Mangel indem, daſs ich beſſer ſehen ſolte (vid. de hac phraſeos emphaſi *in Not. P. I. p.* 39.) tu doce me: ſi iniquitatem operatus ſum, (peruerſe egi,) non addam, vvil ichs nicht mehr thun. Qua ratione particula כי heic loci erit concluſiua *Quare, itaque.* Verba לא אחבל, quae cum ſq. לא אסיף pulcre conſpirant, illa *emendationem iudicii*, haec *voluntatis* promittunt, haud dependere ab האמר, ceu vulgo putant, ſed ab illo ſeparari, euidenter arguit *conſtructio accentuaria*, cuius lege omnia vsque ad *Rbhiam Gereſchatum* vt nouum dominum, *Atnachi* vicarium, (vid. *Lux Accent. p.* 102. 2.) cohaerent. Et ſermonem heic eſſe *ellipticum*, ſimulque *parentheticum* propter ה articuli, in האמר, vim *relatiui* habentis (vid. *Luc. Ebr. p.* 164. et Gen. XVIII, 21. Ruth. I, 22. Ioſ. X, 24. etc.) per ſe patet. Quid autem melius, facilius, tutius, ſupplebimus, quam eiusdem verbi praecedentis *imperatiuum* אֱמֹר *dic*? Iam cum noſtra conferantur aliae interpretationes, quarum pleraeque et a litera procul abeunt, et ab interpunctione; ſupponentes *Athnachum* in האמר. v. g. Lutheri: Ich muſs für GOtt reden, und kans nicht laſſen. Munſteri: *Numquid ad Deum quis dicere poteſt, ego ſic praefui, vt non obfuerim?* Kortumius: Mag nun wohl (iemand) zu Gott ſagen: Ich bin erhöhet; ich werde nicht niedergeworffen werden, cum Schmidio: *Num enim ad Deum dixerit* (quis;) *extuli me, non deſtruar*, vel quod forte melius adhuc iudicat, *accepi, reportaui (id, quod) non perditurus ſum*, h.e. Accepi tantum gloriae" et potentiae, vt nunquam amiſſurus ſim, nec, quicquid etiam fecero, quicquam" mihi auferri poſſit." Non-neminis: *Nonne ad Deum quis dicat; fero (poenam) non corrumpam me in poſterum.* Guſſetii: *Quia ad Deum* (להלך במשפט *eundem eſt in iudicium* cv. 23.) *qui dicit: condonaui, non capiam pignora. Comm. L. E. p. 238. a.* Quae *Athnachum* requirit in אל־אל. Praeterea citra ullum connexionis verae et pronae reſpectum in v. ſeq. 32. Guſſetio videtur eſſe apoſtrophe Elihu ad Deum, contra Schmidio Kortumioque ad Iobum.

Verſ. 32.

Verſ. 33. המעמך ישלמנה כי־מאסת Num ob communionem tui (coll. ſupr. ad v. 9.) perficiet illud (*condonare*? v. 31. Affixum enim

Verſ. 33.

ſem.

CAP. XXXIV. Gen. XV. 6.

fem. saepe respicit rem ipsam praecedentem, coll. c. XXXV, 13. Sic Gen. XV, 6. והאמין *Et credidit* (*Abram*) *in Dominum Iehouam*, ויחשבה *et reputauit illud* (sc. *credere*, vel אמינה *fidem* per verbum *credere* indicatam, coll. Rom. IV, 5. et *Luc. Ebr. p.* 308.) *ei* (*in*) *iustitiam*, coll. Ps. CVI, 31.) quum renueris? (sc. apud Deum deprecari errorem tuum v. 31. 32.) Oder meynest du, dass er wegen der guten Freundschafft, genauen Umganges, mit dir, solches ohndem (ohne deine Abbitte) wohl thun werde? (und deinen Fehler dir vergeben?) כי־אתה תבחר ולא־אני quod tu praelationem habeas (apud eum, ex opinione tua) et non ego, weil du den Vorzug habest (mehr gelten, deiner Einbildung nach, bey ihm) vor mich. Hoc verbum בחר non denotat *eligere*, sed *praeferre*, vt quoque Prou. I, 29. conf. *Not Sel. in Ep. ad Ebr. et Rom. p.* 125. adeoque optime respondet datae expositioni antecedentis מעמך, immo totius versus *proportioni interpunctionis*. Quantum iam ab hoc apte cohaerente sermone iterum abludant aliae explicationes, dixerim verius implicationes et torsiones, ipse lector vel nobis tacentibus facile peruidebit. Taedet namque illas recensere.

Vers. 36.

Vers. 36. אבי יבחן איוב עד־נצח Vbi circa vocabulum אבי dissensiones occurrunt, aliis in notione *beneplaciti et desiderii*, siue *pro particula optandi*, *vtinam*, aliis pro nomine familiari *patris cum affixo* accipientibus. Verum si א punctatum esset per (-:) colligere procliue foret, Spiritum s. notionem *patris* haud voluisse, nec velle potuisse, quandoquidem sic foret *status constructus*, heic loci incongruus, sed aliam adductam ex אבה formae אָבִי, חָלִי, עָרִי. Quoniam autem אבי habet (ָ), certum est, nomen *patris* in statu affixionis intendisse. Non vero est *apostrophe ad Deum*, quae huc minime quadrat, sed est *prosopopoeia* patris cuiusdam ex illis אנשי לבב *viris cordatis*, sapientibus et peritis, v. 34. cum Elihu in hoc consentientibus, quod *Iobus non cum scientia loquutus sit*, *nec sermones eius fuerint cum prudentia*, sec. v. 35. Atque ex his vnius loco omnium sententiam in medium profert hanc: Pater vel Magister (vti et אב sumitur. vid. *P. I. Not. Sel. p.* 134.) meus (sc. dicit c. V, 34:) probandus est (durioribus adhuc calamitatibus, et sicuti metalla per ignem, quae propria vis et vsus est verbi בחן, connotato simul sensu *firmitudinis*. conf. supr. c. XXIII, 10. et Zach. XIII, 9. it. R. D. Kimchi *in Sepher Schoraschim h. rad.* vt et *in r.* נסח.

Iio-

Iiobus vsque ad victoriam, (donec Deo porrigat manus, et blaterationibus suis renuntiet) : על־ תשבות באנשי־און propter responsiones (argumentationes) sicut viri iniqui, impii. Germ. Mein Vater (saget, urtheilet dieses:) Hiob muss noch besser angegriffen werden, biss er völlig uberzeuget sich gewonnnen gibt; über des vielen Disputirens, gleich den eitlen, losen Leuten. ב. h. l. non est *concomitantiae*, sed *similitudinis* vim habet, *aeque ac, sicut*, quemadmodum et supr. c. IX, 26. et Ps. XXXVII, 20. vid. *P. I. Not. Sel. p. 9.* adeoque vsus hic praefixi ב non ex arabismo demum petendus est cum cl. Alberto Schultens *in Anim. Philol. ad h. l. p.* 130. sed potius κοινωνία linguarum agnoscenda est, et filia sequitur matrem, non versa vice. תשבות non significat h. l. *conuersiones*, prout Lutherus vertit, darum, dass er sich zu unrechten Leuten kehret, siquidem iste sensus iam supra v. 8. expressius notatus est. Nec bene reddidit Kortumius cum reliquis verbis: Hiob müsse immerzu bestrafft werden über seinen Vorgeben wegen der sündhafften Leute.

CAP. XXXIV.

Vers. 37. כי יסיף על־חטאתו פשע בינינו יספק Quia (alias) addet super errorem suum praeuaricationem (rebellionem), inter nos complosurus, (manus, *ex impatientia et iracundia*, coll. v. 26. *inter impios* ספקם *complodet* (*manibus*) *eos*. Er wird brav klopffen. Sic et *ex dolore* Ier. XLVII, 26. Ezech. XXI, 12. Hoc enim proprie infert verbum ספק, itaque differt a תקע, quod notat *complodere manus ex beneuolentia et gaudio*. Vid. Lex. Aruch *fol.* 108. *c.* 2. Quanquam et istud adhibetur *de gaudio*, Iob. XXVII, 23. et Thr. II, 15. quod quidem gratis negat contra Leighium cl. Dassouius *in coll. MSC. de Emph. Voc. Ebr. adr.* ספק; quum vtrobique iungatur *exsibilandi* verbo, in signum ἐπιχαιρεκακίας. Et in nostro loco quidam de *plausu triumphali* capiunt. vid. Rauppius *h. l.* Sed repugnat hic connexioni cum praeced. פשע tq. adiuncto, *praeuaricatione*, et sequenti *battologiae ad Deum*, tq. effectui impatientiae.) : וירב אמריו לאל et multiplicabit sermones suos aduersus Deum (nec desinet Deo oggannire et obloqui.) Atque hic sensus genuinus sponte sua fluit, tam ex ipsa litera quam respectu reali et nexu cum anteced. versu, minime vero ille, quem Lutherus tam dure, praeter mentem loquentis patris illius, produxit: Er hat uber seine Sünde dazu noch gelästert, darum lass ihn zwischen uns geschlagen werden, und darnach viel vvider Gott plaudern.

Vers. 37.

CAP. XXXV.

CAP. XXXV, 2.

צדקי מאל: Quod dictum vulgo ita accipiunt, vt si diceretur מצדק אל cum מ *comparationis* et *praecellentiae*, vertentes: *Iustitia mea est prae iustitia* (i. e. maior, quam) *Dei*. Ita Seb. Schmidius, cum Luth. ich bin gerechter denn GOtt, cum Vulg. Pagn. Codurco. Quoniam vero iste sensus nimis durus est, nec de religiosissima Iobi mente cogitari nedum dici poterit, nec expresse vllibi legatur, legatur potius contrarium, *non dari mundum ex immundo* c. XIV, 4. *Si iustum assereret se, os suum se condemnaturum esse; seipsum reprobare vitam suam* c. IX, 20. 21. vid. *Not. ad h. l.* Ideo pertendunt, Elihu tale quid ex verbis eius voluisse colligere. Sed ex quibus? idque viro cordato praeter fas imputatur, vtpote qui mentem Iobi *simpliciter non comparatiue* proponit in cap. anteced. XXXIV, 5. צדקתי *iustus sum* np. pro statu controuersiae in hoc, quod tres eius amici criminabantur, esse eum hominem sceleratum atque impium. Quod proinde plenius exposuit c. XXXIII, 9. *Purus ego* בלי פשע *sine praeuaricatione et rebellione* aduersus Deum, vt tamen תנואות *fragilitates* vindicandas agnoscat v. 10. Quare haut probandus erit iste sensus illatus, sed potius hic, quod מ sit *separationis*, recte a Kortumio expressum, meine Gerechtigkeit ist weg von Gott, ita vt virtualiter includatur verbum סור in *Hoph.* הוסר *recedere facta est, remota est*, e coll. cap. cit. XXXIV, 5. e cuius phrasi plena actiua omnino nostra explicanda et integranda est. Et ne dubitet pius lector, ad illam ipsam, ex ipsis Iobi verbis c. XXVII, 2. transsumtam, et non aliam Elihu respicere, eamque heic reassumere refellendam, studio iterum concisa oratione vtitur in versu statim seq. 3. cum מ itidem *separationis* ab eodem verbo sensuali סור dependente, et alias satis frequente phrasi. vid. 2. Reg. XIII, 6. 11. XIV, 24. XV, 9. 18. 24. et alibi. Nam dixisti, quid profuerit tibi? (est *μίμησις* verborum Iobi, ad seipsum, vt solemus, loquentis, eaque obliqua; quae vero nequis ad alium locutus praesumatur, in directam illico transit, commutata secunda persona in primam) Quid profecero, quam vtilitatem habeam (בסור recedendo) a peccato meo? Qui conceptus mentis idem dicit, mutatis saltem verbis, cum illo capitis praeced. v. 10. *Non prodest viro, quum beneplacitum habet in communione Dei.* conf. *Not. ad h. l.* Quam obiectionem formasse videtur Elihu e verbis Iobi c. XXX, 26. *Igitur* (כי enim h. l. Luthero omissum, non est *causale*, sed *rationale*, vti Gen. XXII, 17. Ier. XVIII, 18. etc.) *bonum exspectaui, sed venit malum, et praestolatus sum lu-*

cem

cem (i. e. solatium, gaudium, feliciorem rursus statum) *sed venit caligo.* (calamitas vna post alteram.) Hinc concludit Elihu, Iobum iniustitiae Deum arguere: quoniam iudex non remunerans iustum, sed potius puniens, iniustus vocandus sit. Atque ad hoc dirigit responsionem suam Elihu in seqq. Alienam ab nostra hactenus monstrata affert expositionem Io. Vlmannus *Obseruat. Philol. p.* 52. qui intempestiue θεολογώτερος verba nostra interpretatur h. m. *Iustitia mea a Filio Dei, promisso Messia.* cit. locc. c. XXVII, 2. et XXXIV, 5. Qualem quidem sensum, extra contextum si consideres, esse posse, et esse optimum, nemo negabit. Sed intra contextum et connexionem vbi illius vola, vbi vestigium? Tantum quippe abest, vt talem iustitiam fidei culpasset, eidemque se opposuisset optimus Elihu, vt potius Iobum per viam humiliationis ad eam fideliter adduxerit, et tq. effectum intercessionis et satisfactionis Christi luculenter ei approbauerit, c. XXXIII, 16. 23. 24. 26. vid. *Not. ad h. l.* Pariter in loc. alleg. quam manifeste isti suppositioni, *Filius Dei remouit, abstulit iudicium meum* p. 51. contrariatur connexio! Additur namque statim in exegesin c. XXVII, 2. *et omnipotens amaritudine affecit animam meam.* Num propter ablatum, (tunc potius dixisset שִׂמַּח *exhilarauit animam meam*) an vero dilatum iudicium? Nec suffragantur ei sententiae consequentia in loco altero c. XXXIV, 5. vbi v. 6. ita extorquet: *Atque talia proferens de iudicio meo, mentiar, aegrotus seu infirmus sim sagitta mea i. e. scopo meo.* Satis sane obscure et contorte! Paulo clarior est, quam subiicit, versio germanica: Ich muss vvie ein Krancker, der seine eigne Kranckheit nicht verstehet, meinen eigenen Zvveck nicht verstehen, *absque tamen defectione*, werde drum davon nicht weichen. Sed quae, quaeso, haec est consequentia, quam quisque fingit artatque vt lubet? vbinam, amabo, voces illae s. explicite s. implicite, in textu, *talia proferens*? verbum subst. *sum*, nota ablat. ב, aut sine ea *status constructus* in אָנוֹשׁ? vbi *sagitta* denotat *scopum*? vbi est talis *accentuatio* isti mentis conceptui conformis? quae sic in חִצִּי *sagitta mea* requireret *Athnachum.* Miror, ni vir doctus coecutiuerit, cur tam procul a scopo Elihu abluserit? CAP. XXXV.

Vers. 8. לאיש כמוך רשעך Homini, sicut tu es, (sc. *nocere potest*) malitia tua: ולבן־אדם צדקתך et filio hominis (*prodesse potest*) iustitia tua. Vbi talem ellipsin verbi facile suadet clara oppositio et respectus realis. Quamuis et illa commode vno verbo generali יעשה e v. 6. suppleri queat cum Luthero: Einem Menschen, vvie du bist, mag wohl etvvas thun deine Bosheit, und einem Menschen Kinde deine Gerechtigkeit. Kortumius quidem vulgatissimum *verbum subst.* subaudit cum Schmi- Vers. 8.

CAP. XXXV.

dio, ſed inuita connexione et oppoſitione; atque hoc pacto pro *affixis ſecundae perſonae* ך requirerentur *affixa tertiae perſonae* ו, ſicut quoque in m. 1. ſubſtituit, iſt ſeine Boſsheit.

Verſ. 9.

Verſ. 9. מֵרֹב עֲשֻׁקִים יזְעִיקוּ Propter magnitudinem (ſc. רשע *malitiae* e v. praecuio, quippe cuius m. 1. hic verſus vlterius declarat, vel *oppreſſionum*, vt עשוקים ſtet pro duobus, vnum pro *ſubſtantiuo* ex ſingulari עֲשׁוּק, alterum pro *partic. Paul* ex עָשׁוּק, ſicuti bis ſub utraque hac notiône per ſcitam ἀνθανάκλασιν occurrit in Eccl. IV, 1. notante etiam doctiſſimo Mercero *ad h. l.*) oppreſſi clamant, coll. Zach. VI, 8. (ita ſecundum vulgarem codicum impreſſorum diſtinguendi rationem, quam ſequuntur LXX. Munſterus, Mercerus, Tremellius, Piſcator, Rauppius, Kortumius (qui vero contra formam vocis עשוקים tranſtulit, zvvar jauchzen die Unterdrucker uber der Menge, qſ. pro ו legiſſet י, עֲשׁוּקִים ex עָשׁוּק coll. Ier. XXII, 2. cum XXI, 12.) etc. Sed ſecundum IV. MSS. Codd. apud cl. Iablonsky *in praef. Bibl. Berol.* §. 15. hanc interpunctionis rationem exhibentes מֵרֹב עֲשֻׁקִים יזְעִיקוּ hic fluet ſenſus: Propter multitudinem oppreſſorum vel (vt ille cum graecis reddit) calumniatorum, *συκοφαντέμενοι, clament.* Atque poſteriorem hanc, cui fauet membr. ſq. obſeruant Vulg. Chald. Arabs, Hieronymus, et cum recentiorum plurimis Lutherus, dieſelbigen mögen ſchreyen, vvenn ihnen viel Gevvalt geſchicht. Arias M. nexum priorem in textu, poſteriorem in verſione exhibet, interpretationeque adeo ſua accentuationi expreſſae contradicit. Et ipſam hanc poſteriorem expreſſit vir doctus in editione ſua. Vtram interpunctionem eligis, in ſenſu parum vel nihil intererit.) יְשַׁוְּעוּ מִזְּרוֹעַ רַבִּים: vociferentur propter brachium (potentiam) magnatum. Contra *accentus* vertit Kortumius: Und die mächtigen rüffen uber der Macht, cum Schmidio: *et clamant propter brachium (ſuum) magnates.* Quae verſio depoſceret hanc interſtinctionem: וְשׁוְּעוּ מִזְּרוֹעַ רַבִּים: *Munacho* exiſtente vicario. vid. *Luc. Accent.* p. 97. (2)

Verſ. 12.

Verſ. 12. שָׁם יצעקו ולא יענו Ibi (*in illa ſupina negligentia Dei factoris ſui tam benefici* v. 10. 11. adeoque non eſt heic particula *loci*, nec *temporis* pro אז *Tunc*, ceu vulgo vertunt, ſed *relatiua rei* praecedentis primariae.

Pſ. XIV, 7.

Talis etiam eſt Pſ. XIV, 5. שָׁם *ibi* (in iſto epicureiſmo, de quo v. anteced. 4. et atheiſmo v. 1) *pauebunt pauorem, quando Deus* (erit, ſ. ſe praeſentem

Pſ. XXXVI 13

manifeſtabit) *in generatione iuſtorum.* Et Pſ. XXXVI, 13. שָׁם *ibi* (ubi ſcil.

CXXXIII, 3.

me *dimouere* et *conculcare* moliti ſunt.) Et Pſ. CXXXIII, 3. *Nam* שָׁם

ibi

CAP. XXXV. Hoſ. VI, 7. X, 9.

ibi (non in *Zione*, ſed in illo *vnanimi habitare fratrum* v. 1.) *praecepit* (*promiſit*) Iehova *benedictionem*. it. Hoſ. VI, 7. שם *ibi* (in iſta transgreſſione foederis) *praeuaricati ſunt in me*. c. X, 9. שם *ibi* (in peccando) *ſteterunt*.) clament, (magno np. boatu prae dolore. Adhibetur enim verbum hoc de tota eccleſia iunctim eleuata voce clamante et precante, vt Deus mala auertat, et contra diſtinguitur precationi ſubmiſſae, quam quilibet ſingulatim recitabat, iuxta *lex. Aruch fol.* 112. *col.* 2. Adhibetur pariter de clamore ingenti, quem homo edit, quando vulneratus eſt, notante Raſchio ad Ier. LI, 54.) ſed non reſpondebit, (haec per *parentheſin* efferenda. Sequentia enim cum יצעקו cohaerent) מפני גאון רעים׃ propter ſuperbiam (inſolentiam) malorum.

Verſ. 13. אך־שוא לא־ישמע אל Profecto vanitatem (clamorem vanum, ſine fide et poenitentia) non exaudiet Deus: ושדי לא ישורנה et omnipotens non reſpiciet illam. (ſuffixum fem. non reſpicit formaliter τὸ שוא, ſed ſenſuale *clamare*, vel צעקה *clamorem*. conf. ſupr. c. XXXIV, 33.) Conuenit examuſſim cum illo Io. IX, 31. *Deus peccatores non exaudit.* Verſ. 13.

Verſ. 15. ועתה כי־אין פקד אפו Et nunc, quum nihil (adhuc) eſt, quod viſitauit ira eius, ולא־ידע בפש מאד׃ et non cognouit (animaduertit) admodum, cum abundantia. Germ. Und nun, das noch nichts heiſt, vvas ſein Zorn (an dir) heimgeſucht hat, und nicht ſehr geahndet, mit übermaſſe, (ſondern lauter Liebe und Gnade mit untermenget iſt.) *Ideo Iobus in vanum* etc. vt ſequitur. conf. Mercerus et Piſcator *h. l.* Abit hinc verſio Kortumii cum Schmidiana ex alia diſtinctione: Denn iſts iezt nicht; ſein Zorn vvirds heimſuchen: Ia ahndet er es itzt nicht; ſo vvird er es hernach deſto hefftiger (ahnden). Vbi in m. 1. minori *Tiphchae* maiorem tribuit diſtinguendi valorem, quam maiori *Rbhiae*, contra *Can. III. Luc. Accent. p.* 23. Deinde in m. 2. ולא־ידע per *ſeruum Tiphchae* non anteriorem coniunctum ſenſibiliter diſtinguit, qſ. *Rbhia Gereſchato* notatum eſſet, vid. *Luc. Accent. p.* 97. (2) Vnde idem verbum in fine ſubaudire neceſſe haber. Recte ceteroqui attendit naturam vocu'ae אין, verbum ſubſt. *ſum* ſemper includentis; quum plurimi per ſimplex *Non*, vt ſequens לא, cum Luthero reddant. conf. *Lux Ebr. p.* 415. 419. Verſ. 15.

CAP. XXXVI.

CAP. XXXVI, 4.

Verſ. 4. תמים דעות עמך: Integer rationibus ero tecum ſ. apud te, Ich will aufrichtig in Beweiſs-Gründen mit dir handeln, keine paralogiſmos gebrauchen.

Verſ. 5. Verſ. 5. הן־אל כביר ולא ימאס Ecce! Deus eſt potens, nec tamen ſpernit quemquam impotentem: כביר כח לב Potens, inquam, robore (*et* vt bene Chald) ſapientia. Sic enim et ſupra c. XXXIV, 10. 34. *cor* pro *ſapientia* vſurpauit Elihu, et Iobus XII; 3. et alibi vid. *Ebr. Etym. p.* 142. ſeq. Ita optime nobiscum Diodatus: *Potens, ſed robore coniuncto cum ſapientia.* B. Lutherus in m. 1. ex duabus propoſitionibus fecit vnam, Siehe, Gott verwirfft die mächtigen nicht, neglecta copula ו, et voces אל כביר vt ſubiectum et praedicatum, per *ſeruum* coniunctas diſiungendo. Qua ratione τὸ אל ceu ſubiectum per maiorem *Rbbiam* toti praedicato contradiſtinguendum fuiſſet. vid. *Lux Accent. p.* 38. Deinde in m. 2. ſupponit oppoſitionem, ſubaudita particula cauſali, denn er iſt auch mächtig von Krafft des Hertzens; quum ſaltem vox כביר oratoria venuſtate repetatur, et exponatur.

Verſ. 7. Verſ. 7. לא־יגרע מצדיק עיניו Non ſubtrahit a iuſto oculos ſuos; ואת־מלכים לכסא et cum regibus (*inſidere facit eos*) throno, (vbi verbum ישיבם e. m. ſubſeq. repetendum eſſe, indicium eſt conſtructio cum ל, coll. Pſ. IX, 9. qui caſus ideo ibi omiſſus, et ſuffixum ם reſpicere praecedens ſingulare collectiuum צדיק *iuſtum*, ceu ſubiectum primarium, (ſicut et *v.* 15. τὸ עני *afflictum*) non vero *reges*, totus contextus clamat, et de quibus in ſqq. fuſe agitur.) וישבם לנצח ויגבהו: inſidere, inquam, facit eos in perpetuum, vt exaltentur. Male tranſtulit Io. Vlmannus *l. c. p.* 52. *Neque ſubtrahet a iuſto oculos ſuos, Reges, inquam, qui ſuper throno*: vel vti *p.* 205. *ſeu reges throni i. e. reges qui ſuper throno ſedent: nam ſedere eos faciet (ſuper throno) in aeternum; quorum quisque exaltabit eum*, perperam conſtruens partim membrum intermedium ceu exegeticum cum primo, eiusque verbo יגרע, dum *Athnacho* maiorem diſtinguendi virtutem aſſignauit, quam *Mercae mahpachato*, quemadmodum et Tremellius, Piſcator, Rauppius, Schmidius, partim verbum poſtremum ויגבהו habuit pro *ſing.* cum *affixo* הו reſpiciente Deum; quum tamen ה ſit radicale et mobile e verbo *Mappikato*, vid.

vid. *Luc. Ebr. p.* 261. Alias si e quiescentibus לה esset, ה in י transiret. vid. *ibid. p.* 104. CAP. XXXVI.

Vers. 8. ואם־אסורים בזקים Et si vincti fuerint catenis, ילכדון בחבלי־עני: (si) capientur funibus afflictionis etc. Vti recte in vers. anteced. Kortumius nobiscum subiectum facit *iustos*, ita heic et in sqq. cum Chaldaeo et Schmidio male *impios*, repugnante inprimis v. 10. coll. cum c. XXXIII, 16. sqq. vbi omnino de hominibus regenitis a τῇ ἐυπεριςάτῳ ἁμαρτίᾳ *circumstante et inuoluente vndique peccato* Ebr. XII, 1. (vid. *Not. Sel. ad h.l. p. 95. seqq.*) magis magisque liberandis, purgandis, sanctificandis, agitur. Quibus demum opponuntur v. 13. חנפי־לב *hypocritae corde, profani mente.* Vers. 8.

Vers. 12. Memorandum est, quod immorigeris reuelatae voluntati diuinae adiudicetur mors non solum corporalis, בשלח יעברו *per missile* siue *gladium transibunt*, verum et spiritualis comparatiuae ויגועו בבלי דעת *et expirabunt in defectu* (talis et tantae) *cognitionis* (Dei), sie vvürden sterben ohne (solch herrliches) Erkántnis und Genus, np. טוב ונעימים des guten und lieblichen Wesens (e lege oppositionis v. 11) bestehend in Freude und Friede des Gevvissens, in der susseesten Vereinigung mit GOtt, und Entfindung seiner hœchsten Liebe, Güte und Freundlichkeit etc. Vnde patet dictionem בבלי דעת non idem heic dicere, ac *inscienter, inopinanter*, ehe sie es gevvahr vverden, vt Lutherus reddit. Vers. 12.

Vers. 13. וחנפי־לב ישימו אף Lutherus vertit, die Heuchler, vvenn sie der Zorn trifft. Munsterus: *Et qui in corde sunt hypocritae ponent (super se) iram.* Sic et Kortumius, legen solcher massen den Zorn auf. Sed rectius, quum de ira Dei et poena in seq. v. agatur, Verum hypocritae corde apponunt iram. Aber die Heuchler erzürnen, entrusten sich. לא ישוע כי אסרם: non vociferantur (humillime ad Deum), quum vinxerit siue castigauerit ipsos, coll. v. 8. et 10. propria np. iustitia turgidos, opinantes, se esse innoxios, sine crimine, et pietati suae tale quid non deberi. Vers. 13.

Vers. 14. תמת בנער נפשם Ideo morietur cum excussione anima eorum i.e. illi ipsi (vid. *Luc. Ebr. p.* 364.) morientur ita, vt anima eorum e corpore *tanquam puluis euiste, et tanquam aquae ex oleribus humectatis*, et tanquam *locusta nocens* exaruis *excutiatur*, adeoque vocabuli huius propria emphasi seruata (coll. Neh. V, 13. Iesa. LII. 2. Ps CIX, 23. Iob. XXXVIII, 13. et Exod. XIV, 27. it. Aruch *in h. r.*) significatur *mors violenta*, quam optime pari- Vers. 14.

CAP. XXXVI.

pariter attendit B. Lutherus, transferens *mit Quaal*, cum quibusdam ebraeis vt Raschi ap. Ben Melech *ad h. l.* Quaeque etiam militat in Ps. LXXXVIII, 16. vbi adhuc semel nomen istud recurrit, *afflictus ego* (in ebraeo est elegans paronomasia עני אני) *et* fere *exspiro* מנער *prae excussione*, propterea quod viribus meis ita sum נער ורק *excussus et vacuus* Neh. V, 13. Weil alle meine Leibes- und Lebens-Kraffte schier reinlich ausgeschüttelt seyn; וחיתם בקרשיהם et anima eorum brutalis (ceu bene explicat Ben Melech *ad h. l.*) erit cum cinaedis. (de emphasi huius vocis vid *P. I. Not. Sel. p.* 100. *c. fin.*) Notatur ita mors turpissima et aeterna.

Ps. LXXXVIII, 16.

Vers. 15. יחלץ עני בעניו Sed eripiet afflictum (subaud: משוע *humiliter vociferantem* ex vers. 13. cui hic versus opponitur) in afflictione sua etc.

Vers. 15.

Vers. 16. ואף הסיתך מפי־צר רחב לא־מיצק תחתיה Plerique interpretes contra *interpunctionem* reddunt: *Atque etiam auertet te ab ore angustiae lato*, quod *non firmum sub se* habet. Ita Sultetus cum Luthero: Er vvird dich reissen aus den vveiten Rachen der Angst, die keinen Boden hat: tribuentes minori *Tiphchae* maius distinguendi pondus, quam maiori *Rbhiae*, contra *Can. III. Luc. Accent. p.* 23. Ista ratione in רחב requireretur *Rbhia* praecedente *seruo*. Deinde *angustia* et *latitudo* sunt termini oppositi, adeoque pro natura sua solent contradistingui. conf. Ps. CXVIII, 5. et Iob. XXXVI, 10. Nec sic opus *ellipsi pronominis*. Accuratior itaque et constructioni diuinae conformior est haec interpretatio: Atque etiam abducet auertet (coll. 2 Chr. XVIII, 31.) te (salutari illo fine vtentem, et ad Deum humillime clamantem) ex fauce angustiae, latitudo non arctata (i. e. latissima. coll. *Luc. Ebr. p.* 423. *c. fin.*) erit tibi loco illius (angustiae.) Sic et Schmidius, Kortumiusque.

Vers. 16.

Vers. 17. ודין־רשע מלאת וגו Qui haec verba in hunc sensum capiunt: *At iudicium impiorum impleuisti* (i. e. Tu vero more impiorum causam egisti, vel impleuisti mensuram peccatorum tuorum, vt iure punlendus sis tanquam improbus) *iustitia et iudicium tenebunt* te (i. e. iudicium et poenae iuste inflictae te tam arcte constringunt, vt non possis ex illis eluctari.) vid. Piscator, Cocceius, Merc. Raupp. *h. l.* Quo quoq; tendit versio Lutheri, du aber macheſt die Sache der Gottlosen gut, dass ihre Sache u. Recht erhalten vvird: illi non recte attendunt ad statum controuersiae Elihu inter et Iobum eiusq; amicos. Elihu namq; vt vir perspicacioris iudicii et moderationis theologicae non habebat Iobum pro homine scelerato

Vers. 17.

lerato et impio, ceu amici eius, sed arguere eum intendebat in hoc, quod iustitiae suae nimium tribuendo iustitiae diuinae detraheret, vtpote cuius esset integrum vitae scelerisque purum potius remunerari, quam castigare, variisque calamitatibus onerare. Proinde ad mentem et scopum Elihu, Iobum vlterius quietaturi, sensus hic praualet: Et iudicio impiorum (i. e. *super impios*. Est enim *genitiuus obiecti.*) impleberis (sumitur enim verbum מלא magis et vsitatius *passiue* et *neutraliter*. Idque per singularem elegantiam heic notat *sat satis videre*, *experiri*, und du wirst das Gericht über die Gottlosen noch satt gnug sehen und wahrnehmen. Quem sensum recte etiam assecutus est cum Schmidio Kortumius. Sequitur membr. alterum: דין ומשפט יתמכו ius et iudicium sustentabuntur. Conuenit hoc cum dicto elegantissimo Dauidis Ps XCIV, 14. עד־צדק ישוב משפט *ad iustitiam reuertetur iudicium*. Quod B. Lutherus pro re ipsa significanter transtulit, Recht muss doch recht bleiben. Et recte exponit Vatablus: quamuis Dominus differat sua iudicia, sinatque suos diutius affligi, tandem tamen iustitia et iudicium restituentur in locum suum, h. e. ex aequitate iudicium faciet omnibus. Penitior vero et concinnior adhuc est meditatio Rauppii *ad h. l.* arbitrantis, esse simile desumtum ab iis, qui propter turbas bellicas et inuasiones hostiles in varias dispergantur oras, quum alias essent coniunctissimi, vt sunt coniuges, parentes, item et liberi. Sic s. scriptura *iustitiam et iudicium* (משפט וצדקה) saepissime coniungit; ea vero impii vi et fraude dissipant, ac tantum non in exilium dispergunt, ad inuicem autem ea reuertuntur post poenas de impiis illis a Deo sumtas. Ps. XCIV, 14.

Vers. 18. כי־חמה פן־יסיתך בשפק Quare (coll. supr. c. XXXIV, 31. *et Not.*) calor (zelus pro tua innocentia) ne seducat te cum complosione vel ad complosionem (i. e. per metonymiam *signi pro signato* ad impatientiam coll. *Not.. ad* c. XXXIV, 37.) Derowegen lass dich deinen hitzigen Affect nicht verleiten zur Ungedult. ita simplicius et clarius redduntur verba, quam cum varia ellipsi: *Quum ira* (impatientiae) tibi est, caue, *ne* (Deus) *remoueat te* (*a se*) *explosione* seu *allisione ad terram*, ceu cum Pagnino, Tremell. Diodato et Piscatore Schmidius. ורב־כפר אל־יטך et magnitudo expiationis s. lytri ne inclinet te. Und lass dich deine viele Versöhn-Opffer nicht beugen, i. e. ne pietatem et opera tua bona facias meritoria, nec quicquam mereberis, si vel omnes diuitias tuas ad pias causas consecres, ceu vers. seq. docetur. Vers. 18.

CAP. XXXVI.

Vers. 20. אל־תשאף הלילה Ne anheles (*appetas*, prae impatientia) noctem istam, (qualis vero intelligatur? sequens arguit periphrasis) : לעלות עמים תחתם qua descendendum est (omnibus) populis (in) locum suum, πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Act. I, 25. Germ. Seuffze nicht so (aus Ungedult) nach der allgemeinen Todes-Nacht. De *ellipsi* praepositionis ב prope hoc aliaue nomina loci frequente conf. et 2. Sam. II, 23. Ios. V, 7. 8. Exod. XVI, 29. 1 Sam. XIV, 9. Ies. XLVI, 7. Verbum עלה pro diuerso respectu significat et *adscendere* et *descendere*, quod confirmat heic appositum תחתם *in locum suum* proprie *infericrem*, vel praepositionaliter *subter se*, unter sich fahren. conf. 2 Sam. V, 19. 20. cum 17. 18. item v. 22. Commodiorem aeque ac cohaerentiorem sensum e loco hoc longe obscurissimo vix erues. Quem etiam apprehendit cum Schmidio Kortumius, nisi quod praeter *ellipsin* relatiui et verbi substantiui לעלות accipiat in *Hiphil*, cum elisione ה characteristici, coll. *Luc. Ebr. p.* 279. dum vertit: welche da ist, alle Völcker von ihren Ort wegzuraffen.

Vers. 21.

Vers. 21. השמר אל־תפן אל־און Caue, ne (porro) respicias (te conuertas) ad iniquitatem (ad iniquum et reprobum sensum de viis et iudiciis Dei) : כי על־זה בחרת מעני Nam ad illam (respexisti et) praetulisti eam (vid. supr. ad c. XXXIV, 33.) prae afflictione (dura) denn dazu (zu dem unrechten Urtheil) hast du dich gewendet, und solchem mehr nachgehanget, aus (übermachten) Leiden. Verbum בחר h. l. esse praegnans, liquet ex constructione על־זה, quod respicit ad praecedens תפן, permutatis על et אל, et propterea per accentum maiorem *Rbbiam Gereschatum* ab sequenti est separatum. Quamuis inuita accentuatione vulgo cum בחרת construuant, neglecta insuper particula על, vt si talis esset positus : כי־זה בחרת מעני.

Vers. 22.

Vers. 22. הן־אל ישגיב בכחו Ecce! Deus excelsior est virtute s. potentia sua. Lutherus heic melius: Siehe, Gott ist zu hoc in seiner Krafft, coll. c. seq. XXXVII, 23. (und kan also uberschwenglich mehr thun als wir vviſſen oder verstehen) quam vers. 26. GOtt ist gros und unbekant, vertendum etiam, Gott ist שגיא zu gros, dass vvirs nicht (vollkommen) erkennen mœgen. coll. c. sq. v. 5. (שגיא) Gros ist die Zahl seiner Iahre, dass man sie nicht erforschen, ausrechnen kan : מי כמהו מורה Quis (tantus) est Dominus (δυνάστης, seu apte graeci h. l. ex chaldaismo) sicut ipse.

Vers.

Verſ. 23. מי־פקד עליו דרכו Quis praecipiet ipſi viam eius? CAP. Germ. Wer hat ihm vvegen ſeines thuns zu befehlen, oder vorzuſchreiben? XXXVI. Sic ſupr. c. XXXIV, 13. vver hat ihm vvegen der Erde (dieſelbe zu ſchaffen) Verſ. 23. zu befehlen gehabt?

Verſ. 24. זכר כי־תשגיא פעלו Memento, quod ipſe magnifeceris opus eius, daſs du ſelbſt ſein Werck (ſeine unendliche Macht und Weisheit) ſo hoch geprieſen. Verſ. 24. אשר שוררו אנשים Quod etiam decantarunt alii homines.

Verſ. 29. אף אם־יבין מפרשי־ענ Etiam num intelligit (homo e verſ. anteced.) expanſiones nubium (denſarum), תשאות סכתו fragores, fragoſos ſtrepitus (coll. c. XXXIX, 7. i. e. tonitrua) tugurii eius? (*ſubaudi num intelligit?* conf. Pſ. XVIII, 12.) Kortumius, praeterquam quod minus bene prius membrum conditionaliter de Deo explicet, auch vvenn es ihm gut deucht, quod vero יבין proprie non dicit, ſed phraſis טוב בעינו vid. *Ebr. Etym. p.* 13. *n.* 20, maiorem tribuit diſtinctionem *Tiphchae* anteriori, quam eius domino *Athnacho*, et pariter huic minorem, quam *Rbhiae Gereſchato*, hac videlicet verſione: ſo vverden die Wolcken gleich ausgebreitet mit vielen Geräuſche, als vvelche ſeine Gezelt ſind. Talis interpunctionis conceptus, vt *antecedens et conſequens*, requirit in verbo יבין *Athnachum*. Diſtinctius quidem Schmidius: *Etiam quando videtur illi*, (erunt) *expanſiones nubis; ſtrepitus* (erunt) *tabernaculum eius*. Lutherus vero neglecta διχοτομίᾳ totum verſum conſtituit *antecedens*, eiusque *conſequens* in verſ. ſeq. Deinde cum Munſtero pro תשאות legit תשאות, ש pro שׁ *eleuationes* ex נשא, quamuis radicale hoc alibi non legatur, nec heic adeo conueniens ſit, ſuſpectum etiam reddat *ellipſis* כ *ſimilitudinis*.

Verſ. 32. *Intra manus* (i.e. per potentiam Dei omnia in coelo ac in terra Verſ. 32. operantem et moderantem) *tegit lucem*, ויצו עליה במכגיע et interdicit (coll. Gen. III, 11. 17. itaque exegeticum eſt prioris כסה *tegit*) ei (*luci* cum reſpectu g. f. ad ſynonymum אורה vid. *Luc. Ebr. p.* 354. f. vel potius ad ipſum nomen gen. Com. שמש *ſolem* per generale אור *lucem* indicatum, ceu c. XXXI, 26.) per interuenientem (np. עב *denſam nubem* e v. 29. vel potius *Lunam* vel *terram*, i.e. *per eclipſin ſolis et lunae*) Quo etiam abit cum Schmidio Kortumius: Und vervvehret es durch die dazvviſchen Kunfft, exponens vero de *eclipſi ot ſolis et lunae*.

CAP. XXXVI. XXXVII.

Vers. 33. יגיד עליו רעו indicat iuxta vel per illum (במפגיע *interuentum*) cogitationem suam (ex chaldaismo, coll. Ps. CXXXIX, 2, 17. cum Cocceio, Schmidio, et Kortumio seinen Rath) vel quod malim clangorem suum (i. e. tonitru ex רוע. ita et Iudaei Amstel. vertunt seinen Donner) מִקְנֶה אַף עַל־עוֹלָה׃ *super* (quod על sequens et heic subaudiendum) pecus, et super adscendens (terrae nascentia, de quibus etiam עלה vsurpatur Deut. XXIX, 22. Gen. XL, 10. quippe quae eo mouentur, coll. Ps. XXIX, 6. 8. immo nouas crescendi vires accipiunt.) Hoc pacto recte pariter vertit cum Cocceio iuxta distinctionem textualem Kortumius: nemlich uber das Vieh, und über alles, was aufwächst. Contra quam valde peccat versio Lutheri, Munsteri. Rauppii, *des Donners Zorn*, *acquisitionem irae*, dum construit voces מקנה אף insigniter per maiorem *Rbhiam Gereschatum* separatas; reclamante etiam forma absoluta nominis מקנה per (ֶ), alias in st. C. mutandum in (ַ). vid. *Luc. Ebr. p.* 146.

CAP. XXXVII.

Vers. 1. אַף־לְזֹאת יָחֵרַד לִבִּי Etiam ad hoc (tonitru, vt praecedit et porro sequitur. Et probabile est, quod הסערה *procellosa illa tempestas*, e qua dein Deus cum Iobo locutus est c. XXXVIII, 1. et XL. iam tum inter sermones Elihu exorta fuerit, quamque Elihu prudenter ad suum vsum accommodare sciuerit) expauescit cor meum. Lutherus pro affixo ִי substituit וֹ vel ם֫ ihr Hertz. וַיִּתַּר מִמְּקוֹמוֹ Et subsilit e loco suo.

Vers. 3. תַּחַת כָּל־הַשָּׁמַיִם יְשָׁרֵהוּ subter omni coelo soluit, emittit, illud (tonitru.) Ita יְשָׁרֵהוּ propius vi formae suae est a שרה aeque commodo sensu, quam iste Kromayeri ex arabismo *micat, coruscat.* Luth. vertens er siehet, neglecto *suffixo*, respexit ad rad. שור secutus Raschium et Vulg. Vnde vero formaretur יְשֻׁרֵהוּ Alii deducunt ex ישר *dirigit illud*, vt Mercerus, Schmidius aliique, quamuis sic requireretur haec forma יְשֻׁרֶנּוּ vel saltem *Metheg*, in indicium (ֽ) imperf. siue quietis ultra radicalis.

Vers. 4. וְלֹא יְעִקְּבֵם כִּי־יִשְׁמַע קוֹלוֹ Nec tamen subuertit (pr. *supplantat*. quem significatum vt rectiorem et pro re ipsa aptiorem praefero cum Schmi-

Schmidio alteri *differendi, tardandi*, ex Chaldaismo et Rabbinismo potius (in quo dicitur עכב cum permutatione כ et ק) quam ebraismo transsumtam) ea (coelum et terram ex v. praeced.) quando auditur vox (tonitru) eius. Kortumius haec verba plane praetergressus est. CAP. XXXVII.

Vers. 12. והוא מסבות מתהפך בתחבולתו לפעלם Et illa (ענן *nubes*, quod est proximum subiectum in fine versus praeced.) circuitibus (hinc inde) vertit, voluit se prudentibus consiliis eius, ad opus suum (vt illae nubes faciant) np. (ad) omne quod praecipit super faciem orbis terrae, vt additur. Vers. 12.

Vers. 13. אם־לשבט אם־לארצו Siue in virgam (poenam coll. c. XXI, 9.) siue in terram, regionem suam (foecundandam), אם־לחסד ימצאהו siue ad gratiam (quamuis aliam, ad alios vsus hominum bonos et salutares) praesentem exhibet illam (nubem). Alterum אם Kortumio redundat. da dieselbe entweder zur Ruthe seinem Lande, oder zum Wohlthun sich finden muss. ימצאהו Lutherus transtulit iuxta formam *Kal*, so man ihn findet, cum tamen sit *Hiphil* transitiuum. Vers. 13.

Vers. 21. ועתה לא־ראו אור בהיר הוא בשחקים Et nunc, si non intueri possunt (vid. *Luc. Ebr. p.* 379. (α) solem, (coll. c. XXXVI, 32.) splendentem illum in coelis, (Rauppius cum Pagnino contra *accentus* vertit: *Et nunc non viderunt lucem splendidam, ipsa in coelis* (quae est in coelis) distinctionem membri faciens in *seruo Munach*, posthabito *Rbbia*): ורוח עברה ותטהרם quando ventus transit et purificat eos. Vers. 21.

(Vers. 22. מצפון זהב יאתה Ab aquilone enim aurea serenitas (coll. Zach. IV, 12. vbi *oleum splendidissimum et purissimum* dicitur זהב *aurum.*) venit.) Haec verba παρενθετικῶς vltima praecedentia amplius illustrant, ac comparationis *a maiori ad minus* πρόλασιν terminant. Sequitur iam ἀπόδοσις huius sensus: Quantominus mente obtenebrata coll. v. 19. intueri poterimus maiestatem Dei sole longe clariorem, et arcana illius iudicia. עלי־אלוה נורא הוד Apud Deum reuerenda est (magis) gloria, ceu aptissime cum Tremellio Bootius *in Animadv. l. 4. c.* 1. § 10. Vers. 22.

Vers. 23. שדי לא־מצאנהו שגיא כח Omnipotentem enim quod attinet (est nominatiuus absolutus vid. *Luc. Ebr. p.* 336. f.) non assequi eum valemus (coll. Eccl. III, 11. vbi מצא eodem pollet valore) adeo amplum Vers. 23.

CAP. XXXVIII. potentia: (coll. c. XXXVI, 22.) Et de iudicio ſuo et ſumma iuſtitia ſua (has duas voces heic vt alias frequentiſſime coniunctas male diuulſit Munſterus verſione hac: *eſt enim magnus in potentia et iudicio: eſt magnae iuſtitiae* etc. itaque maluit magis in voce *ſeruo*, quam *domino* eoque *Athnacho* verſum diſterminare. Iuxta iſtam *Athnach* vel potius *Merca Mahpachatus* requireretur in מצאנהו: idemque iuxta interpretationem Schmidii, ſequentis Aben Eſram et Mercerum: *omnipotentem Fulminatorem non inuenimus: magnus eſt potentia, et* (magnus eſt) *iudicio et magnitudine iuſtitiae*, (*quae* np. iudicium et iuſtitiam) *non affliget.*) non reſpondebit ſ. rationem reddet. Conf. ſupr. ad c. IX, 16. Hac ratione et ſimplicitati conſtructionis et interpunctioni fontis exacte ſatisfit cum B. Luthero. Sin urges verbi יענה formam *pielicam*, adeoque ſignificatum non *reſpondendi* ſed *affligendi* magis depoſcentem, non repugnamus, hoc ſenſu: et iudicium et ſummam iuſtitiam ſuam non affliget, laedet. Der ja nichts wieder Recht und Gerechtigkeit handeln wird.

Verſ. 24. Verſ. 24. m. 2. לא יראת כל־חכמי־לב Non reſpicit (curat i. e. cum vi ϛεϱηλικῆ et ſenſu contrario *deſpicit* coll. *Luc. Ebr. p.* 423. (β) ita vſurpatur idem verbum infr. c. XLI, 26. *Omne altum* יראה *deſpicit*: et Cant. I, 6. אל־תראוני *Ne deſpicite me*, ſehet mich nicht (ſo veraechtlich) an.) omnes ſapientes corde φάσκοντες εἶναι σοφοί, wie weiſe ſie auch ſind, ſi np. iudicio contendere cum eo ſibi ſumerent. Lutherus cum LXX τὸ יראה poſt habita forma a ראה in harmoniam praeuii יראוהו, mutatum in יִרָא a ירא, tranſtulit, und er fürchtet ſich, ſenſu licet non incommodo.

c. XLI, 26. Cant. I, 6.

CAP. XXXVIII, 10.

ואשבר עליו חקי vbi particula על in עליו non recte intellecta, et ideo plerisque interpretibus neglecta, difficultatem inducit, quae vero facile ſuperatur, ſenſusque expedite et naturaliter fluit, dummodo heic vt alias naturam ſubſtantiui aſſumat (coll. *Luc. Ebr. p.* 175.) h. m. Quumque frangerem ſummitatem eius (maris) ſtatuto ſ. termino meo. Ita qua ſenſum optime congruit cum eleganti verſione paraphraſtica Lutheri, da ich ihm den Lauff brach mit meinem Damm. Atque ita verbum אשבר ſeruat natiuam ſuam ſignificationem, (a qua multum deflectunt Chaldaeus, Ralbagus, Vulgat. Ben Me-

Melech, LXX, Munſterus, Pagninus, Diod. Schmid. per *decidere*, *ſtatuere*, *ponere*, transferentes. Aliam cl. Kromayerus et Albert. Schultens rurſus ex arabiſmo protulerunt, np. *menſurari*, *dimetiri* (ſpithama.) Kortumius vero vt notionem propriam *frangendi* retineret de diluuio expoſuit, de quo etiam aliquando cogitauerat idem vir cl. Albertus Schultens *in Anim. Philol. ad h. l. p.* 142. At poſtmodum recte animadvertit, ſequens hemiſtichium illud non admittere, *et poſui* ei *repagulum et oſtia*. et verſ. 11. *Et dixi, hucusque venies, et non procedes ampliùs, et hic ponet ſe ſuperbia fluctuum ſuorum,*) et ſaltem eſt *ellipſis* praefixi ב inſtrumenti pro בחקי. CAP. XXXVIII.

Verſ. 11. ופא ישית בגאון גליך Vbi praefixum ב in בגאון rurſus negligunt, tanquam plane ſuperfluum, quod vero non eſt, ſi verbum ישית neutraliter vertatur, idque aptius in Germaniſmo: Vnd hier ſoll es ſich legen mit deinen ſtolzen Wellen. conf. Pſ. LXXXIX, 10. Verſ. 11.

Verſ. 13. לאחז בכנפות הארץ Ad firmiter tenendum (nec fulgore ſuo deſerendum) extremitates ſ. ſuperficies terrae. Germani preſſius praefixum ב, um feſt und beſtändig zu halten an den euſſern oder oberſten Theilen der Erden, i. e. daſs dieſelbe den Erdboden beſtändig befeuchte. conf. Ezech. VII, 2. Kortumius tranſfert: um die Flügel (Fläche) der Erden feſt zu fügen, vt אחז ſignificet *coniungere*, *contignare*, *contabulare*, wie man ein Hauſs deckt, und feſt zuſammen faſt an den Seiten, coll. 1 Reg. VI, 10. Verum non attendit ad diuerſitatem conſtructionis, ibi cum accuſatiuo, heic et ibid. v. 6. cum praepoſitione ב, cum qua ſemper notat *firmiter tenere*, *inniti* vid. 1. Reg. I, 51. coll. cum v. 50. vbi exponitur per ſynonymum חזק, Ezech. XLI, 6. etc. ſequitur וינערו רשעים ממנה: Et vt excutiantur (ſyntaxis variata, vt ſaepe) impii a terra, vt luce ſolis et gratia beneficiisque meis indigni, quod clarius exponitur v. 15. Verſ. 13.

Verſ. 14. תתהפך כחמר חותם Num (interrogatio eſt ſubaudienda, coll. v. 18. 21.) mutandam ſe praebebit (illa terra) ſicut lutum (proprie rubrum) ſignatum? (vti ſiguli. Lutherus diſiuncta vocum conſtructione, et tranſpoſito ב ſimilitudinis, cumque anomalia generis, nullo hinc ſenſu tranſtulit, das Siegel vvird ſich wandeln wie Leimen. Quaſi talis eſſet poſitus יתחפך חמר כחותם cum *vicario Munach* in 2da voce ob labor. vid. *Luc. Accent. p.* 109. et *tab. metr.*): ויתיצבו כמו לבוש Et ſiſtent ſe (ſc. extremitates eius ex v. praeced.) ſicut veſtimentum (ſc. מתהפך *mutandum?*) Germanice Verſ. 14. Verſ. 15.

flueret ita: Meineſt du, ſie laſſe ſich ſo leicht tractiren, drehen und veraendern

betur

CAP. XXXVIII. Vers. 15. vvie eine Thon-Form oder Dreck-Bild? und (ihre ober theile) praesentiren und gehaben sich vvie ein Kleid, (das man bald umkehren kan.) v. 15. וימנע מרשעים אורם vt cohibeatur ab impiis luxeorum, וזרוע רמה תשבר: et brachium altum (pro brachio alias adhibetur יד *manus* i. e. proterua et effrenis peccandi libido. Conf. *Ebr. Etym. p. 77.*) frangatur, das denen Gottlosen ihr Licht verwehret, (dass sie die Sonne nicht bescheine) und ihr erhabener Arm (in der Rebellion vvieder GOtt) zerbrochen vverde. Vult dicere: Man muss auch mit den Gottlosen Gedult haben, und ihnen den Sonnen- und Glucks-Schein nicht missgoennen, da ich meine Sonne lasse aufgehen uber Boese und Fromme, noch dieselben plœtzlich uber Halss und Kopff von den Erdboden abstossen oder wegjagen, vvie man etvva Heuschrecken von den Feld-Früchten vvegjagt, coll. Ps. CIX, 13. oder wie man ein Kleid ausschüttelt, Neh. V, 13. Iesa. LII, 2. Haec mea extricata de integro loco intricato mens est, habita connexionis connexorumque ratione perpetua. Alia est aliorum. Kortumius vti in expositione versus 12. ad primam solis creationem adscendit cum Schmidio (contra tenorem primae vocis המימך, quam quidem callide vertit: bist du so alt, i.e. Bist du schon bey der Schœpffung des Lichts gewesen? quum tamen proprie dicat, *num ex quo existere incepisti*, hast du von deinen Lebenstagen an, vti Lutherus, hast du bey deiner Zeit dem Morgen gebothen, oder den Tag kommen heissen? vid. etiam Mercerus, Piscator, Cocceius, Tremell. Diodatus.) ita in vers. 13. et 15. רשעים *impios* explicat singulariter de lapsis et obtenebratis *diabolis*, vna cum filiis tenebrarum v. g. scortis, adulteris, furibus et latronis, qui exortam lucem fugiunt et latebras quaerunt. Quae quoque sententia magis fere, quam Schmidiana (quae est valde coacta: *vsque dum apprehendas alas aurorae, ita vt excutiantur improbi ex illa* i. e. *vsque ad illud tempus, quo seculum hoc, et cum eo mane atque auroram consummans, terram quasi, quibusdam alis suis apprehensurus sis, sicut ego aliquando facturus sum, et impios inde excussurus, inque aeternas tenebras damnaturus sis? Ego sane haec partim feci, partim facturus sum, certus quod tu horum nihil possis.*) arridet D. Maio *in Oecon. Iud. Diu. P. I. app. p. 752.* Verum ei primum obstat per tres istos versiculos continuatio *futurorum*. Deinde quomodo de Satana et principe tenebrarum praedicati poterit, quod *excussus fuerit de terra*? quum e contrario, vbi lapsus eius ex statu integritatis et gratiae in statum irae et condemnationis viuide adumbratur, *proiectus* dicatur *cum angelis suis in terram*, Apoc. XII, 9. 13. 17. et in qua etiamnum *circumambulat sicut leo rugiens*, quae

quaerens quos deuoret, 1 Petr. V, 8. Apoc. XII, 4. adeoque necdum *brachium eius est fractum*, licet potentia eius non sit absoluta, sed maxime limitata. Rauppius in *Comment. Synopt. ad h. l. p. 213.* τὸ רשעים exponit *inquietos*, et intelligit secundum subiectam materiam de *stellis*, quae dicantur *inquietae*, quia ipsae quiescentibus hominibus et animalibus noctu non quiescant, eaedemque dicantur *excuti* vel aboleri *de terra*, quando sole oriente disparent, vt nemo hominum in terra constitutus eas queat videre. Sed fundamentum istud, cui cogitationes hae singulariſſimae innituntur, quod רשעים dicantur ab *inquietudine*, vt prima et radicali significatione, iam supra vt arenosum subruimus ad c. XXXIV, 29. Deinde quanta ἀνυρολογία phrasis *excuti de terra*, praesertim in sua emphasi supra coll. c. XXXVI, 14. tacta, itemque *brachium altum frangi* de *stellis* praedicetur, quiuis me vel tacente facile peruidet. Ceterum de עַ תלויה *suspenso* רשׁעים vtrobique, vtpote symbolo vocis huius cum sequente transpositae, vt scilicet vna lectio habuerit רשעים ממנה, altera ממנה רשעים. Sic אורם מרשעים et מרשעים אורם, de eo consuli potest Hillerus *in Arc. K. et K. p.* 187. CAP. XXXVIII.

Vers. 21. ידעת כי־אז תולָד Quae verba Kortumius post Schmidium reddit, weist du das, so must du damahls gebohren worden seyn, cum ellipsi pronominis זאת *Hoc*, et כי sumto pro particula *temporis, tunc*, et *futuro* pro *praeterito*. Nos simplicius rectiusque cum Luthero aliisque: Num noueras, quod tunc (quo tempore) nasciturus esses? Wustest du, dass du zu der Zeit solltest gebohren vverden? ; ומספר ימיך רבים et numerum dierum tuorum multorum (num noueras? quod repetendum) und vvivict deiner Tage seyn wurden? Vers. 21.

Vers. 34. התרים לעב קולָך Num eleuare potes ad nubem densam vocem tuam? (i. e. num tu alta voce et maiestatica poteris mandare nubi?): ושפעת־מים תכסך vt multitudo aquarum tegat te (i. e. vt copiose pluat. conf. supr. c. XXII. 11.) Hunc sensum non assecutus est Lutherus vertens: Kanst du deinen Donner (hoc alias τὸ קול significat. conf. v. 25. c. XXXVII, 2. 4. 5. etc.) in den Wolcken (qf. בעב) hoch herführen, oder vvird dich die Menge des Wassers verdecken? Vers. 34.

Vers. 38. בצקת עפר למוצָק Perfusione pulueris siue quum perfunditur puluis, ad compactum. Lutherus bene distinxit et reddidit, vvenn der Staub begossen wird, dass er zu Hauffe laufft. Male autem cl. Pau- Vers. 38.

CAP. XXXIX. lus Bergerus *in dissert. de Antiphr.* S. *S. p. 39. Per infixionem puluis fit in compactum.* Qua ratione in בצקרת ponendus fuisset *Tiphcha anterior.*

CAP. XXXIX, 3.

תכרענה ילדיהן תפלחנה Quod incuruent se, natos (s. foetus) suos fissurae (i. e. pariturae), חבליהם תפלחנה et partus suos doloris emissurae. (Ex sueta συνωνυμίας lege) eleganter idem bis dicitur.) Germ. dass sie sich krümmen, wenn sie ihre Iungen gebähren, und ihre (schmertzhaffte) Geburth von sich lassen sollen. Hunc perspicuum loci huius non leui obscuritate laborantis sensum esse genuinum certissimum est. Nam כרע et ילד *incuruare se* et *parere* coniunguntur 1 Sam. IV, 19. Hinc excellentis eruditionis philologus Samuel Bochartus eo inclinat, vt תפלחנה idem sit quod תפלטנה *pariunt*, ח et ט permutatis, quae tamen literae non sint vllo modo permutabiles. Nam prorsus coactum ipsi audit, quod heic afferant, *diffindunt foetus suos*, id est, *matrice diffissa et diuulsa illos in lucem edunt.* Sed quoniam istud temerarium foret, ita hoc non esse coactum, sed ex genio tam linguae ebraeae quam arabicae recte dici, docte exemplis aliquot probatum iuit cl. vir Albertus Schultens *l. c. p. 150. seqq.* Quod videlicet *findere* dicatur vel mater, quum foetum emittit ex vtero, vel foetus ipse, quum ex matrice prorumpit. Prioris locutionis exempla producit ex Ies. LIX, 5. *Oua basiliſci* בקעו *pariunt*, propie *findunt:* ea enim est vis verbi בקע. Et ex cap. XXXIV, 15. תמלט ובקעו ורגרו *pariet, et findet et fouebit*, vbi rursus *parere* et *findere* vt synonyma iunguntur. Frustra esse eos, qui בקע in his locis explicant *ouo excludere.* Nam si attente inspicias priorem locum, animaduertes, verbum בקע non referri posse, nisi ad matrem oua parientem et vtero excludentem; postea enim subiungi, *qui compresserit illud* ouum, quae de ouo excluso et diffracto dici non possent. In posteriori loco rem non minus claram esse, quoniam in eo בקע immediate cum מלט *parere* iungitur, et antecedat רגר *fouere*, sed *exclusio oui* foetum sequatur, non antecedat, ergo ad exclusionem ex vtero matris referri debere. Addatur Ies. LXVI, 9. *An ego* אשביר frangere (i. e. parere) *facerem*, ולא אוליד *et non parere facerem* np. Zionem? vbi posterius est exegeticum prioris. Quem vsum *findendi* pariter penes Arabes vel maxime obtinere exemplis commonstrauit Bochartus, adeo vt fere mi-

Ies. LIX, 5. c. XXXIV, 15.

Ies. LXVI, 9.

rari

rari ſubeat, cur viri iſtius, vti totius literaturae orientalis, ita excellenter Arabicae ad inuidiam vsque callentiſſimi, ſolertiam talia effugere potuerint? Poſterioris exemplum recte profert ex Gen. XXXVIII, 29. Vbi primogenito Thamaris nomen datur פֶּרֶץ *Perez*, quod ante fratrem ſuum ex matrice proruperit, מַה פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ *Quid fidiſti* matricem ſcil.? *ſuper te ſit fiſſio*, id eſt, ab ea nomen habeas. (Ita recte prae aliis diſtinguit et interpretatur hunc locum. conf. *Ebr. Etym. p.* 136.) Nihil etiam familiarius eſſe Ebraeis quam primogenitum פֶּטֶר רֶחֶם *findentem*, vel *fiſſionem vteri* vocare, (vid. *Ebr. Etym. p.* 58) qui vel ipſe matricem *findat*, vel pro eo a matre *findatur*. Deinde in altero hemiſtichio erudite obſeruat idem vir doctus, verbum שָׁלַח in *Piel*, vt heic, de animalibus vſurpatum, notare *emittere foetum*, metaphora ducta ab arboribus et plantis, quae quum pullulant et ramos emittunt שלח dicantur, coll. Pſ. LXXX, 12. Ier. XVII, 8; eodem modo, vt צֶמַח notat *germen* plantae et hominis. שלח autem eſſe *foetum emittere* et ad partum referri debere, euincit ex ipſo Iobi cap. XXI, 11. יְשַׁלְּחוּ כַצֹּאן עֹלָלֵיהֶם *emittunt*, id eſt, pariunt, *vt oues paruulos ſuos, et nati eorum ſaliunt*, ſcil. vt agni primum editi. (q. d. felices ſunt in partu, ihre Kinder kommen ihnen nicht ſauer an, und ſind dieſelben gleich friſch und munter.) Poſito iam iſto ſignificatu, omnino neceſſe eſſe, etiam חַבְלֵיהֶם heic *foetus* exponere. Hoc in animo habuiſſe Bochartum quum ita ſcribat: *niſi quis dolorum nomine filios dolorum intelligat, id eſt, catulos ipſos, qui cum dolore emittuntur.* Praeſertim quum verbum חבל pro *grauidam eſſe* et *vtero geſtare* aliquoties in ſacro codice occurrat. Vid. Pſ VII, 15. et Cant. VII, 5. ex quibus locis, infert, ſi vel Arab. ſmo hic deſtituti eſſemus, חַבְלֵיהֶם reddere liceret, *foetus ſuos emittunt, pariunt.* Et omnino ſi verbum notat *parturire*, *eniti*, quidni eius verbale et deriuatum connotaret *partum* ſ. *foetum* et *dolores partus*, vt reapſe connexa? Hinc recte quoque tranſtulit Munſterus: *partusque ſuos emittunt.* Eandem conuenientiam perſpexit B. Lutherus, niſi quod mire verba translocauerit, in hunc quaſi ordinem et formam redacta: יְכֹרְעֻנָה חֲבָלֵיהֶם תְּפַלַּחְנָה יְלָדֵיהֶן תְּשַׁלַּחְנָה: Sie beugen ſich, vvenn ſie gebähren, (quod latine ſonaret, *dolores ſui incuruare faciunt* eas) und reiſſen ſich, und laſſen aus ihre lungen.

CAP. XXXIX.

Iob. XXI, 11.

Verſ. 13. כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה Ala Renanim eſt exultabunda (vel ob pernicitatem vel certe altitudinem volatus.) Malo retinere cum Schmidio et Kortumio vocabulum ebraeum, quam certam ſpeciem in re plane dubia et in certa determinare. In communem ſententiam *pauonum* deſcendere

Verſ. 13.

CAP. XXXIX.

haereo, per rationes Bochartianas, eo quod illi nulla idonea ratione et contra historiae fidem adstruuntur, quum ignoti fuerint *pauones* aetate Iobi, nec in Iudaeam allati ante Salomonis tempora: neque a *cantu* apte posse dici, quorum vocem *stridorem* esse potius: neque quoad hunc locum Iobi ipsorum proprium esse, *alis exultare, sed cauda.* Proinde Bocharto cum Hieronymo sunt *Struthiones* feminae, quae dicantur tam רננים quam יענים vtraque *a clamore et cantu.* Vid. *Hieroz. P. II. p. 238. seqq.* Quin ipse Lutherus primum habuit *Strauſſen*, cui postmodum substituit *Pfauen.* Vid. cl. M. Krafft *in Emend. et Corrig. in Hist. Vers. Bibl. Luth.* §. 11. Siquid certi eligendum esset, eligerem potius ratione nominis et ominis *alaudam*, vtpote quae proprie *exsultim canit.* Membrum secundum אם־אברה חסידה ונצה׃ Bochartus *l. c. p.* 247. reddit: *Vere ala tanquam ciconiae, et pluma*, i. e. quae vere ala et pluma est, qualis in Ciconia. Verum haec versio, praeterquam quod τῷ אם insolenter tribuat vim *asseuerandi*, qualem quidem habet cum *negatione* אם־לא post signum formale vel virtuale iuramenti, cuius heic nullum apparet vestigium, et *ellipsin* כ *similitudinis* statuat, cum *accentuatione* minime concordat, quae sic in חסידה requireret distinguentem *vicarium Munach* cum seruo in praecedente *Tiphcha* non anteriore vid. *Lux Accent. p.* 97. (2) et *Tab. Metr.* Hunc tamen distinctionis conceptum cum aliis et Luthero communem secutus est. Nec aliter Schmidius, eiusque sequax Kortumius: *Num penna* (eius) *benigna erit, et pluma?* h. e. non est ipsi penna benigna et pluma, nisi quod חסידה ipsi sit adiectiuum fem. ex masc. חסיד, approbatum etiam cl. Paulo Bergero *in dissert. de Antiph. S. S. p.* 22. Kortumius autem contrario sensu virtualiter affirmante: Sind nicht seine Federn und Dunen (Pflaum(edern) angenehm? Qualem vero suppositionem neque *adiectiui fem.* neque *proprii* et *appellatiui plumae* neutiquam patitur coniunctio vocum per seruum *Mercam*, ratione cuius erunt nomina homogenea. Quod si חסידה est nomen proprium, et נצה idem erit, sin istud, adiectiuum, et hoc tale. Proinde versio erit: Num vero (quam *interrogationem* et ad m. 1. cum Piscat. Schm. et Kortum. extendamus non est necesse, quum possit esse oppositio membrorum) penna ciconiae (in cuius nomenclatura fere omnes ὁμοθυμαδὸν conueniunt) et Nozae? (scil. *est exsultabunda?* neutiquam.) Quae species auis nomine נצה qs. *plumata* dicta indigitetur, rursus incertum est. Multi intelligunt *struthiocamelum.* Vulg. *accipitrem*, et Lutherus prima vice *Sperber*, altera *Strauſſen.* Tertia demum vti hodie. Conf. Dn. Krafftius *l. c.*

Vers.

CAP. XXXIX. XL.

Verſ. 19. m. 2. התלביש צואר רעמה Num veſtire potes collum eius (equi) iuba? Ita reddendam eſſe vocem רעמה cenſeo cum Bocharto, quum verborum ſeries poſtulare videatur, et recte dicatur, *equi collum iuba veſtiri*, quomodo barba mentum et malas ; inſuper verbum רעם Syris et Chaldaeis non ſolum *tonare*, ſed et *altum eſſe* ſignificet, vt vulgare רום. Vt proinde *Iuba* רעמה dicta ſit *a ſitu*. Deinde parum eſſe veriſimile, Iobum in tam graphica inſignis equi deſcriptione *iubae* non meminiſſe. Vid. *Hieroz. P. I. p. 117. ſeqq.* et Bootii *Animaduerſ. S. l.* 3. qui receptam interpretationem duobus refellit argumentis, a Bocharto etiam adductis, qui tertium iis addit, in quo fortaſſe plus ſit virium, nempe *tonitrus* vocabulo equi *hinnitum* a ſ. ſcriptore exprimi parum eſſe veriſimile.

Verſ. 21. יחפרו בעמק וישיש בכח Foderint (foſſam fecerint) in valle, hat man vvo einen Graben gemacht, tum gaudet viribus ſuis, ſo ſezet es mit freudigen Muth und Stärcke drüber. Verſ. 21.

Verſ. 24. ברעש ורגז יגמא־ארץ Cum forti commotione et furore (coll. ſupr. c. III, 17.) ſorbet verſus terram, mit rauſchen (quod vocabulum germanicum belle conuenit cum ebraeo) und toben ſchnaubet es gegen die Erde. Verſ. 24.

Verſ. 28. סלע ישכן ויתלנן *ſuper* (על e m. ſq. repetendum) petra habitat, et commoratur (coll Pſ. XCI, 1) ; על־שן־סלע ומצודה ſuper acuta, inquam, petra vt arce tutiſſima. Vbi communiter verbum יתלנן contra interpunctionem *Athnachi* ad ſeqq. trahunt. Verſ. 28.

CAP. XL, 2

הרב עם־שדי יסור Num contendere decet cum omnipotente caſtigante? Qualem ſenſum pro re nata apte fluentem ſuppeditat *accentuatio*. יסור namque eſt nomen formae גבור *potens, validus*. Et verbum יסר non ſignificat nude *caſtigare*, ſed et *erudire*, adeoque vis eius infert *caſtigationem eruditentem, ſalutarem*, παιδευσαν, et proprie de educatione et caſtigatione filiorum vſurpatur coll. Prou. III, 11. XIX, 18. XXIX, 17. Iob. V, 17. eo quod filiorum inſtitutio non poſſit eſſe abſque caſtigatione. conf. Ebr. XII, 6, 7, 8. Alia interpretum nomina ita reddunt, vtſi in עם־שדי eſſet

CAP. XL. subdiſtinctiuus *Tiphcha* anterior, vel illius *vicarius Munach* cum ſeruo *Munach* in הרב. Hinc Buxtorfius cum Pagnino e mente R. Ioſeph Kimchi ap. Ben Melech *ad h. l. An contendere cum omnipotente eruditio eſt?* Lutherus: Wer mit dem Allmächtigen haddern will, ſolls ihm der nicht beybringen? Kortumius per inuerſionem: Mag nun wohl verſtritten werden, wenn iemand mit dem Allmächtigen rechtet? Schmidius: *Num contentioni cum omnipotente Fulminatore eſt defenſio* ſ. *vindicatio?* Alii: *Numquid qui contendit cum omnipotente, recedet?* (i. e. pedem retrahere, foro ſe ſubducere et tacere debet? vt יסור ſit fut. Niph a סור.) Iunius et Tremellius quidem accentibus, at non vo-
c. XCIV, 15 cibus conformiter vertunt: *Satisne? contra omnipotentem eſſe contumacem* quenquam. Nam ſenſum *ſatisne* exprimeret הַרֵב לָךְ coll. Num. XVI, 3. 7. Nec עם valet *contra*, repugnante ipſius natura. Quanquam ei minime repugnare, euincere videtur ſolus locus Pſ. XCIV, 15. *Quis adſtaret mihi* עם CONTRA *malefico?* Quis ſiſteret ſe mihi עם CONTRA *operantes iniquitatem?* Sed iſtam ſignificationis vim non in praepoſitione, ſed in verbo *ſtandi* (quod idem eſt ac pugnare) deliteſcere, iam annotauit Druſius *lib. 10. obſ. c. 7.* allegans Eſth. VIII, 11. vt *ſtarent* pro anima ſua i. e. pugnarent pro vita. Et tota vtique tollitur difficultas cum Dn. Danzio *in interpr. Ebr. Ch. p. 256, c. fin.* ſi praepoſitionem עם non cum verbis יקום et יתיצב conſtruas, ſed cum proximo לי h. m. *Quis aſſurget mihi* CVM *malignantibus* (ſc. confligentibus)? *quis aſſiſtet mihi* CVM *operantibus iniquitatem* (occupato)? Metaphora quippe eſt a confligentibus, qui licet ſint *contra ſe inuicem*, conflicturi tamen *vna et ſecum inuicem* ſtare neceſſe habent, bene monente Rauppio *ad h. l.* Nec denique יסור connotat *contumacem*. Videntur confudiſſe hoc nominis cum יָסוֹר unde eſt יְסוּרַי *recedentes* a me Ier. XVII, 13. מוכיח אלוה יענהו Num arguens ſ. corripiens Deus rationem reddet (coll. *Not. ad* c. IX, 16.) illius (ſc. תוכחת *correptionis*? quod nomen coniugatum latet in verbo.) Solte der mit Uberweiſung züchtigende GOtt noch Red und Antwort davon geben? Vel Num arguenti Deo reſpondebit quis tale, quale ſcil. tu? Solte man dem ſtraffenden GOtt alſo antworten? Vt ſic *affixum fem.* reſpiciat rem ipſam, ad verba Iobi vehementia paſſionum et impatientia praecipitata, itaque preſſius reſpondeat praecedenti membro: Solte man mit dem Allmächtigen, vvenn er ſtraffet, rechten oder haddern? confirmante reſponſione Iobi v. 4. et 5.

Verſ. 17. Verſ. 17. יחפץ ונבר כמו־ארז Conſpirarunt fere vnanimiter interpretes in hanc tum verſionem tum diſtinctionem, *Si vult*, (*concupiſcit, aut cibum appetit*) *cauda eius eſt ſicut cedrus*, quaſi יחפץ ſubdiſtinctum eſſet *Tiphcha*

ante

anteriore, quod vero cum voce sq. זנבו, *vicario Munach* affecta, per *seruum* CAP. XL.
Munach est coniunctum. Vid *Luc. Accent. p.* 109. (2) et *Tab. Metr.* Deinde זנב alii supponunt pro *cauda*, eo quod ista notio *specialis* in locis scripturae, vbi occurrit, quadret. Alii vero pro *pene* siue *membro genitali*, propterea quod alterum hemistichium loqui de *testiculis* persuasi sunt. Sed vti *testiculi* heic absque scriptura teste proferuntur, ita nec *caudam* proprie dictam admittit praedicatum, quod nimirum sit *instar cedri*. Nam *elephanti cauda est brevis*, ceu recte opponit Bochartus, qui tamen ipse de suo *Hippopotamo* (ceti specie, quem in locum *elephantis* surrogatum cupit, *Hieroz. P. II. c. 15. p.* 753. *seqq.* coll. *P. I. p.* 248. *et* 49. adstipulantibus Iobo Ludolpho *in Hist. Aeth.* Kromayero *l. c. p.* 216. *seq.* et D. Maio *Oecon. Iud. Diu. P. I. app p* 755. nondum tamen euincentes videmus rationes, istum pro hoc adoptandi) fatetur, *brevem* illum *habere caudam, ratione corporis*, neque vllam illius cum cedro similitudinem potuerit monstrare, praeterquam *glabritiem*, *rotunditatem*, *spissitudinem et firmitatem*. A quibus autem qualitatibus vllibi cedrus, quando scriptura eam in comparationem trahit, laudatur, verum semper *a rectitudine et proceritate*, bene notante cl. Io. Guil. Baiero Prof. Altorffino *in Dissertat. de Behem. et Leuiath. c. I. § VI. p.* 9. Nec memini, vocabulum זנב vllibi in sacris pandectis notione *penis* venire. *Genitale* etiam *Elephanti equo simile, sed paruum, nec pro corporis magnitudine* refertur. זנב itaque rectius sub generali conceptu denotat *extremitatem cuiusque rei*, obseruante Leighio *in Crit Sacr.* ex Ies. VII, 4. Ies. VII, 4. vbi *Rezin et Pekach*, reges regno Iudae infensi, dicuntur זנבות האורים העשנים *caudae* (vt vulgo redditur) *titionum fumigantes*, id est, vt praeclare accuratus Varenius *in h. l.* commentatur: *duo illi reges, vt aestuent et ardeant ira, tamen tantum abest, vt sint vere prunae ardentes, vt potius faltem sint, vel habeant se, velut particulae quaedam titionum, quae, quum nocere ardendo haut possint, magnum edunt fumum, et sic sunt* EXTREMITATES *titionum fumigantes*. Quoniam autem vsus loquendi fert, vt in omni re in longum extensa, aut quoad longitudinem spectata, duo concipiantur et nominentur extrema, alterum *a parte ante*, alterum *a parte post*, inprimis si inter vtrumque aliqua intercedit figurae similitudo, ita heic, vbi de animali sermo est, *extrema pars corporis anterioris* quin intelligatur, nihil prohibet. Proinde meliori iure et conuenientia per זנב heic cum Coccurco, Grotio *h. l.* et viris doctissimis Alberto Schultens *ad h. l. p.* 163. Gussetio *in comm. l.* et Baiero *in dissert. cit.* intelligimus *proboscidem* elephanti, quandoquidem non tantum ea *cauda* figura parum est dissimilis, sed etiam praeter *longitudinem* atque *rectitudinem*, quod *robur*

CAP. XL. *bur* cum *cedro* comparari meretur. Et ſane vix credibile eſt, praecipui illius membri propendentis, per quod praecipuam potiſſimamque actiuitatem, vires ac robur edit, non praecipue fieri mentionem. Vertenda itaque ſunt verba textus: Delectatur proboſcide ſua, (*exiſtente*, ſe extendente) ſicut cedrus. Verſio quidem cl. Scultens: *inflectit proboſcide ſua ipſas cedros*, cum noſtra facile poſſet contendere, niſi verbo חפץ ſignificatum ex arabiſmo cum Bochartо deduceret, quo certe nondum opus eſt, ſenſu ebraiſmi adhuc commodo. de כ *veritatis* facilior conſtaret ratio. גידי פחדו ישרגו: Nerui pauorum eius (eſt genitiuus cauſae efficientis *ob pauorem eius*) contrahuntur, et ramulorum inſtar complicantur. Sic vtrumque hemiſtichium optime cohaeret. *Neruos* enim accipimus omnino cum Dn. Baiero de neruis ipſius proboſcidis, vt idem maneat in toto verſu ſubiectum primarium; et פחדים *pauores* vti c. XV, 21 in ſenſu formali et natiuo. Elephantos vero ex pauore retrahere proboſcidem, et ſub ventrem occulere, quum neruoſiſſima ſit *extrema illius pars*, ac tenerrima, adeoque facillime laedi atque amputari poſſe nouerint, ipſe Iobus Ludolfus commemorat. Alii plerique ex vſu chaldaici פחדין capiunt pro *teſticulis* virilitatis. vid. Leu. XXI, 20, in Onkel. pro ebr. אשך. Sed Bochartus ex lingua arabica exponit *femora*. Aſt mater et heic praecedit filiabus. Nec probabile eſt, ceu bene colligit idem Dn. Baierus, Deum, quando praeſtantiam elephanti Iobo ante oculos ponere, et in memoriam reuocare vellet, ad *teſtes* eius prouocaſſe, qui fatentibus vniuerſis ſcriptoribus intra corpus reconditi latent, neque aliter, quam per diſſectionem belluae in conſpectum veniunt. Id quod forte peruidentes cll. auctores *der Unſch. N. de an.* 1702. *p.* 224. ita ad verbum vertunt, die Adern der Schrecklichkeiten werden Aſt hart. Quamuis quidem ſic verecundiae et εὐφημισμῷ conſulere ſtuduerint, non tamen proprietati vocis פחדי *pauores*, *timores* dicentis, non *terrores*, *horrores*, quos potius dicerent nomina אימורת ex coll. Iob. IX, 34. vel אימים vt c. XX, 25. בלהות c. XXIV, 17. בעותים coll. c. VI, 4. etc. neque vim verbi ישרגו curate expreſſerunt per *Aſt hart*, vel vt Lutherus *ſtarren wie ein Aſt*, quae eſt *implicantur* ſiue *complicant ſe inſtar ſurculorum, palmitum*, coll. Thr. I, 14. hinc deriuatum שריגים *palmites* Gen. XL, 10. 12. Ioel. I, 7.

Verſ. 18. Verſ. 18. עצמיו אפיקי נחושה גרמיו כמטיל ברזל: Vbi עצם et גרם indifferenter et ſynonymice heic, vt alias, vſurpari exiſtimant. Differentiam vero appoſite heic attendit Dn. Baierus, ita vt עצם notet *oſſa totius corporis*, in ſpecie *crura* vaſti corporis fulcra, (quae commode comparantur cum

aere

aere fuso, ceu Bochartus verba נחושה אפיק accurate reddidit; crassitie enim et firmitate aemulantur columnas ex aere fusas.) et גרם *dentes elephantinos*, qui dubio procul osseae sunt substantiae. Hinc quidni nitidissimi praestantissimique *eboris* (alias καθ' ἐξοχὴν שן *dens* 1 Reg. XXII, 39. et composite, שנהבים *dens bestiae*, coll. *Luc. Ebr. p. 27 28.*, dicti,) pariter mentio fieret, quod in magno vsu et pretio est, et ratione duritiei et formae *vecti ferreo* heic aequiparatur. Versio itaque est: Ossa, crura eius sunt sicut aluei s. *columnae* aeris, dentes eius sicut vectes ferrei, wie eiserne Stäbe. CAP. XL.

Vers. 19. הוא ראשית דרכי־אל Ille est praestantissimum s. robustissimum operum s. creaturarum (terrestrium) DEi fortis, Er ist einer derer vornehmsten und staercksten Geschœpffe des staercken Gottes; העשו יגש חרבו nihilominus factor eius adductum (adstrictum) tenet (ne pro lubitu stringat ac noceat) ensem eius, vel arma, (species pro genere, i. e. dentes instar falcis vel acinacis, vel iuxta prius simile, instar *vecti ferrei* prominentes, qui ipsi pro armis) Germ. dennoch haelt sein Schöpffer fest aufgezogen sein Gewehr. Vbi membrum vltimum praesertim verbum יגש exercuit interpretes. Seb. Schmidius ad *ellipses* nimis pronus et facilis facit illarum *quatuor*: *factor eius facit* (אותו *eum*) *appropinquare* (אליו *ad se quasi*) *gladio suo*, quasi בחרבו. sed pedissequus eius Kortumius modo *duas*: der ihn gemachet hat, führet (ihn mit) seinem Schwerdt. Sic et B. Lutherus: der greifft (ihn) an (mit) seinem Schwerdt. Nobis perplacuit cum cl. Baiero interpretatio simplicior et verior Cocceii, ob elegantem sic cohaerentiam totius versus, huiusque cum antecedente et consequente, vt videlicet יגש sit verbum *praegnans*, vt multa alia, pro *adducit et cohibet*. conf. *Lux Ebr. p.* 407. s. Vers. 19.

Vers. 23. הן יעשק נהר לא יחפז Si vim facit (insolenter agit) fluuius (supra ripas sc. assurgendo et exundando. Ita recte Graeci senes ἐὰν γένηται πλημμύρα, *si fiat inundatio*, et Syrus et Arabs. quales aquas Psaltes nuncupat emphatice הזידונים *superbissimas* Ps. CXXIV, 5. Proinde portentosam hyperbolen Aben-Esrae, Vulgati, Lutheri et aliorum de *absorptione fluminis*, neutiquam fert vis propria verbi עשק, et sequentis יגיח) non trepide festinat; יבטח כי־יגיח ירדן אל־פיהו: securus est, etiamsi erumperet (coll. c. XXVIII, 8.) Iordanes ad os eius. Nam ne sic quidem ingens corporis moles prosternitur aut suffocatur, per proboscidem exsertam erectamque aere libere ducto. Vers. 23.

CAP. XLII. Vers. 24. בעינו יקחנו במוקשים ינקב־אף Inter varias variorum interpretationes magis arridet Schmidiana vt certior: Attamen oculis suis (i. e. nutu et prouidentia sua coll. Prou. XX, 8.) capit eum (sc. *Deus factor eius*, quod subiectum e vers. 19. tutius arcessitur, quam extraneum *venator*, aliudue) et quasi laqueis perforat nasum eius. i. e. eum pro arbitrio regit et ducit, quo vult. Sic conuenit cum phrasi *ponere circulum in naribus alicuius*.

Vers. 24.

Cap. XLII, 3.

מי זה מעלים עצה בלי־דעת Sistit haec propositio iuxta *accentuum* dispositionem perspicue *interrogationem* et *responsionem*, aliis non aeque perspectam: Quis iste, occultaturus (cum respectu ad verba Dei supr. c. XXXVIII, 2. vbi מחשיך במלין *obscuraturus sermonibus* querulatoriis s. *dicacitate*) consilium tuum? Sine cognitione et prudentia est. Ita accurate distinxit B. Lutherus qua sensum: Es ist ein unbesonnen Mann, der seinen Rath (de consilio humano interpretatur, quod potius est diuinum vi loci paralleli cit.) meinet zu verbergen. Kortumii versio, vver wolte nun ein solcher seyn und (deinen) Rath ohne Erkentnis verdecken? post Schmidianam: *Quis ille, qui occultat consilium sine scientia?* postularet hasce distinctionum notulas מי זה מעלים עצה בלי־דעת Similis interrogationis et responsionis complexus habetur Kohel. II, 16. in propositione finali: *Et quomodo moritur sapiens? aeque ac stultus.* vid. *P. I. Not. Sel. p. 8. fin.*

τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου.
Patientiam Iobi audiuistis, et finem Domini (i. e. *a Domino.*

Iac. V, 11. est enim genitiuus causae efficientis.) Iac. V, 11. Quae interpunctionis ratio est praeferenda. Vid. Seb. Schmidii *Praef. comm. in Iob.*

Pſ. I. IV.

Pſalm. I, 6.

כי־יודע יהוה דרך צדיקים ודרך רשעים תאבד׃ Nam (rationem reddit praecedentis ſententiae, quod *impii non ſtaturi ſint* (ita recte Aben Eſra τὸ יקמו explicat per יעמדו. Conf. pro hoc ſenſu Ioſ. VII, 12. 13. Pſ. XXXVI, 13. 1. Sam. XIII, 14. Ieſ. VIII, 10. Sic graecum ϛαθῆναι Luc. XXI, 36. Proinde ſignificatio *reſurgendi*, quam habent LXX, hinc exulat, quae quidem et R. D. Kimchio in commentario huius loci et Pſ. CIV, 30. vulgo tribui ſolet, et hinc colligi, ac ſi *impiorum animas poſt hanc vitam ſupereſſe negaret.* Sed mente eius poſtmodum penitius introſpecta et dextre explicata, unaque πελοθρύλλητον Talmudicorum, תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים *non eſſe reſurrectionem mortuorum, niſi iuſtorum duntaxat*, de reſurrectione καθ' ἐξοχήν ad vitam aeternam intelligentium coll. Luc. XX, 35. 36. et Io. V, 29. vindicauit Sixtinus Amama in epiſtola ad Cocceium, quam cl. vir Adrianus Relandus *Analectis* ſuis *Rabbinicis* in fugam vacui attexere dignam iudicauit.) *in iudicio, nec peccatores in coetu iuſtorum*) nouit (i. e. approbat, amat, curat, vide ſis de emphaſi Kimchiana *Luc. Ebr. p.* 387.) viam (i. e. viuendi rationem et actiones eorum. vid. *Ebr. Etym. p.* 10. *n.* 9.) iuſtorum (*ideoque ea non peribit*:) viam autem impiorum *non nouit*, *ideoque ea* peribit. Obſeruare heic iuuat cum Tarnouio, Glaſſio, Wellero et Geiero παραλλαγὴν et *viciſſitudinem ellipticam*, qua in vno membro vnum, in altero alterum exprimitur, et tamen in vtroque vtrumque intelligendum. Sic h. l. in priori membro *ponitur cauſa*, reticetur euentus: in poſteriori *ponitur euentus*, reticetur cauſa, vtrumque vtrobique ſupplendum. Plura exempla huius παραλλαγῆς videre licet apud Glaſſium *Gramm. S. col. 1228. ſeqq.* quibus add. Pſ. XCII, 3. CIV, 19.

Pſ. IV, 8.

מעת דגנם ותירושם רבו׃ Das laetitiam in corde meo maiorem (eſt enim מ comparatiuum) quam tempore frumenti eorum et muſti eorum, quum multiplicata ſunt. Du giebſt in meinem Hertzen ſolche Freude, die grœſſer iſt, als ihre, (meiner Feinde) vvenn ſie eine reiche Erndte und Wein-Leſe haben. conf. Ieſ. IX, 2. XVI, 10. Quem ſenſum com-

Pſ. VII. paratiuum vt ἐμφαλικώλεγον recte pariter attenderunt Grotius et Varenius *h. l.* Glaſſius *Rhet. S. col.* 2054. Verſio illorum, *dediſti laetitiam in corde meo, a tempore (quo) frumentum eorum et muſtum eorum multiplicata ſunt*, non ſolum eſt frigidior, dum πάθος laetitiae ſpiritualis Dauidicae ſaltem reſtringit ad tempus ſingularis benedictionis corporalis hoſtium., quem in ſenſum potius diceretur לעת, verum etiam impingit in *accentuationem*, vtſi in מעת eſſet dux maior *Schalſcheleth Pſikatus*, quum ſaltem ſit legatus *Kadma*, a vicario *Munach* dependens. Vid. *Luc. Accent. p.* 97, 98, *et Tab. metr.*

Pſ. VII, 7.

וְעוּרָה אֵלַי מִשְׁפָּט צִוִּיתָ: Quae verba verſio germanica B. Lutheri hodierna ita transfert: Und hilff mir vvieder in das Amt, das du mir befohlen haſt. Quanquam prior paulo preſſius ad literam, ervvecke mir das Gericht, das du befohlen haſt. Verum vbique translationi obuertitur (α) verbi עוּרָה forma *Kal*, adeoque et ſignificatio neutralis *euigila*, qualis etiam praecedit קוּמָה *ſurge*, quum tranſitiua *euigilare facere, excitare* propria ſit *Hiphil.* Tametſi et in hac coniugatione interdum militet *intranſitiua τῆ Kal* vid. Pſal. XXXV, 23. Iob. VIII, 6. ceu pariter ſynonymi הקיצה l. c. Pſ. et Pſ. XLIV, 24, LIX, 6. (β) particula אֵלַי, pro qua tunc foret לִי (γ) Vocis מִשְׁפָּט ſignificatus *iuris* et *iudicii*, non *officii* ſ. *muneris*. (δ) *Ellipſis* relatiui אשר. (ε) *Accentuatio*, quae vocabula מִשְׁפָּט צִוִּיתָ per ſeruum *Mercam* coniungit. Aſt iſta disiungit, hac ſuppoſita interpunctionis facie: וְעוּרָה אֵלַי מִשְׁפָּט צִוִּיתָ Quam nihilominus ſectatur, litera licet magis preſſa, B. Calouius, *euigila ad me ad iudicium* (cum ellipſi ל, quod habetur Pſ. XXXV, 23. et LIX, 5.) vel *in iudicio* (cum ellipſi ב) quod *praecepiſti.* Praeiuit Luthero Kimchius *ad h. l.* עורה אלי במשפט אשר צויתה על והיא משפט המלוכה *Euigila ad me in iudicio quod mihi mandaſti, eſtque ius regni.* Simplicius itaque et magis emphatice vi literae et diſtinctionis ebraeae redditur:

Et euigila ad vel propter me, (coll. Iob. VIII, 6. vbi על. Solet ſcriptura ἀνθρωποπαθῶς Deo *ſomnum* attribuere, quando hominibus non protinus auxilio et ſolatio praeſto eſt. Heic eſt *Rbhia Gereſchatus* dux maior territorialis, partem orationis ſiſtens. Additur nunc ratio mouens, et excitans) ius et iudicium praecepiſti. Vult dicere: Erſcheine doch, o GOtt, mir bedraengten mit deiner Hülffe, ſchaffe mir recht, denn du haſt ja das Recht und Gericht

richt zu halten dem Menschen befohlen. Ey so wirst du ia selbst, du gerechter GOtt, אלהי מטפט du Gott des Gerichts Ies. XXX, 18. da Menschen hierin schlaefferich und saeumig seyn, das Recht wacker handhaben in meiner gerechten Sache, und unschuldigen Verfolgung. Ps. VII

Vers. 10.

יגמר־נא רע רשעים Quod iuxta *accentus* vertendum: Consumat, quaeso, malitia improbos, lass doch die Gottlosen ihre eigne Bosheit alle machen, aufreiben. Itaque significantius, quam si *passiue*, et *constructe* cum Luthero reddas, lass der Gottlosen Bosheit ein Ende vverden, (quo pacto haec *accentuatio* foret: יגמר־נא ו רע רשעים) et conuenit apte in sensu cum verbis v. 17. *reuertatur molestia eorum in caput eorum, et super verticem violentia eorum descendat*, et Ps. XXXIV, 22. *Interimet impium malitia.* Ceterum ὡς ἐν παρόδῳ notamus, quantopere in verbis sequentibus ותכונן צריק ridendam proponat crisin suam accentuariam Rauppius *ad h. l.* dum putat, vocem צריק a verbo seiungere, et seqq. adiungere accentum distinctiuum *Athnachum*. (Non nouit scil. discernere inter *Athnachum inuersum*, puta seruum *Ierachum*, et ipsum *Athnachum*. Etsi vel maxime figuram veri *Athnachi* in codice suo erroneo legisset, tamen errorem hunc ex ipsa consecutione facillime dignoscere potuisset. Audiamus iam emphasin!) De quo quid sentiam, inquit, non habeo, nisi vt dicam, vocem צריק "quoad sensum pertinere ad verbum praecedens: quamuis quoad verba vel "sonum per *accentum Athnach* coniungatur cum seqq. idque fieri vehemen-"tioris affectus testandi causa, vt afflicti prae vehementia affectuum verba so-"lent incidere. Germanice diceremus: Und fördere! ach den Gerechten, denn" du prüfest etc.

Vers. 13.

אם־לא ישוב חרבו ילטוש וגו Rectius omnino B. Geierus cum Chald. Vatablo, Piscatore, Brentio, Glasio *in Rh. S. col.* 1892. *c. fin.* haec verba et sequentia vsque ad v. 18. accipit partim de hostis impii machinationibus cruentis v. 13. 14; partim de machinationum istarum successu vano v. 15. 16. 17. Adeoque haec erit connexio: si non convertetur (*impius*, v. 10. vel *hostis meus* v. 6. 7.) sed acuet porro gladium suum, arcum suum tendet, et para-

Pſ. VIII. bit eum. Verſ. 14. Parabit, inquam, ſibi (in ſuos vſus) inſtrumenta
Verſ. 14. mortifera, et ſagittas ſuas feruide perſequentibus (me) faciet, und noch dazu meinen eifrigen Verfolgern die Boltzen drehet, die ſie auf mich müſſen loſs ſchieſſen. Verſ. 15. Ecce! (hic erit fructus, vanus et ipſiſmet exitioſus) parturiet quidem vanitatem; concepit quidem moleſtiam, ſed pariet mendacium, falſitatem (Iob. XV, 35. מרמה *dolum.* Jeſ. XXVI, 18. רוח *ventum* et c. XXXIII, 11. קש *ſtipulas* i. e. nihil. conf. *Ebr. Etym. p.* 205.) Germ. Siehe! ſo vvird doch all ſein Böſes Sinnen und Beginnen nichts hervor bringen, mit Unglück iſt er zvvar ſchvvanger, er
Verſ. 15. vvird aber einen Fehl gebähren. Verſ. 15. Foueam fodit, et effodit eam; ſed cadet in foueam iſtam, quam operatus eſt, etc. conf. Pſ. LVII, 7. Quem ſenſum confirmat partim *paralleliſmus phraſium* de impii conatibus Pſ. XI, 2. XXXVII, 14. 15. partim *accentuatio.* Quodſi enim verſus 13. diſtinguendus eſſet pro vulgari ſententia vt *antecedens* et *conſequens* vna cum diuerſitate ſubiectorum, *Athnachum* ſibi depoſceret τὸ וישוב. Deinde filum orationis confuſione perſonarum implicaretur, quod per noſtram explicationem prona et naturali ſerie decurrit.

Pſ. VIII, 2.

m. 2. אשר תנה הודך על־השמים In quibus verbis aliquanto obſcurioribus אשר ſumunt vel pro pronomine caſus recti, *qui*, (quum tamen affixum ſeq. ך caſum eius obliquum vi ebraiſmi indicet. vid. *Lux Ebr. p.* 376.) vel coniunctionaliter, *quum, quia*; et infinitiuum תנה (de quo vid. *Luc. Ebr. p.* 223. *b.*) conuertunt in Indicatiuum, *dedicti, das, ponis*, vel indefinite in paſſiuo reddunt, vt LXX ἐπήρθη, Vulg. *eleuata eſt*, Luth. da man dir dancket. Nos pro literae et conſtructionis ſimplicitate, ob meliorem cohaerentiam, membrorumque contradiſtinctionem cum Seb. Schmidio *ad h. l.* ita interpretamur: Cuius (nominis) gloriam dare (confiteri, celebrare. coll. *Ebr. Etym. p.* 109.) eſt etiam ſuper coelos, i. e. incumbit (coll. *Ebr. Etym. p.* 12. *n.* 18.) coelitibus Angelis, quippe qui etiam *deſiderant in myſteria haec euangelii* in toto orbe praedicanda παρακύψαι, *introſpicere* 1. Petr. I, 12. et *notificatur* etiam *principatibus & poteſtatibus in ſupra coeleſtibus per eccleſiam multifaria ſapientia Dei*, Eph. III, 10. Verſio Lutheri facile pro hoc ſenſu iuuari poteſt, ſaltem

parti-

particula *etiam* addita, da man dir auch dancket im Himmel. Vt ita indicet Dauid, nomen Dei in promulgatione euangelii magnificari non ſolum in omni terra, ſed et in coelis. Pſ. IX.

Pſ. IX, 7.

הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח וְעָרִים נָתַשְׁתָּ אָבַד זִכְרָם הֵמָּה׃

O hoſtis! conſummatae ſint deuaſtationes tuae, eaeque perpetuae; et vrbes quod attinet, (quas) detruxiſti, perierit memoria earum, earum, inquam. (cum enallage generis, et reſpectu ad incolas, coll. Ieſ. XVII, 1. XXIII, 1. De repetitione ſimili emphatica pronominis. vid. *Luc. Ebr. p.* 371. adeoque הֵמָּה non reddendum cum *ellipſi* praepoſitionis בְּ, עִם vel מִן *cum, ab, ipſis.*) Germ. Laſs nun, o Feind, deine Verwüſtungen, (nach Wunſch) vollbracht ſeyn, ſo, daſs dieſelben wohl nimmer wieder aufgebauet werden: (qualem diſtinctionem expreſſioremque vocis לָנֶצַח ſenſum, interpretibus non attentum, ſuadet immediate antecedens *Rbhia*, vt novus heic dominus inciſum iam aliquod faciens. Lutherus plane omiſit, ſuppoſita inſuper tali ſyntaxi חָרְבוֹת הָאוֹיֵב תַּמּוּ die Schwerdte (quaſi pro *chateph-kametz* legiſſet *chateph-patach* ex ſing. חֶרֶב *gladius*. Sic et Schmidius.) Des Feindes haben ein Ende,) laſs auch derer Städte, die du umgekehret haſt, ia eben deroſelben Gedachtniſs immerhin untergehen. Veruntamen Deus in aeternum manebit te ob id iudicaturus, vt ſequitur. Hoc modo integrum comma, interpretibus adeo difficile viſum, ex conſilio et emphaſi fontium eſt interpretandum. Audiamus inter alias nouam verſionem Io. Vlmanni *Obſ. Philol p.* 58. *Hunc inimicum, (qui inſultauit dicendo) conſumentur (omnia in) vaſta, in aeternum, atque (caeteros, qui cum ipſo erant) inimicos exſtirpaſti, periit (ſic memoria eius, atque) memoria illorum, ipſorum vel cum ipſis.* En! nouum rurſus ſpecimen ἐλλειψέων pleno horreo inuectarum! De quibus iam *in P. I. p.* 45. conqueſtus ſum. vid. etiam ſupr. ad Iob. VI, 14. Praeterea peccat in accentus, requirens cum aliis in הָאוֹיֵב maiorem *Rbhiam*, et in חָרְבוֹת minorem *Sarkam*. Deinde *Athnachus* perfectius diſtinguit *Merca Mahpachato.*

Verſ. 13.

כִּי־דֹרֵשׁ דָּמִים אֹתָם זָכָר Quae verba non ita ſunt diſtinguenda: *Quia quaerens ſanguines eorum, recordatus eſt*, repugnante natura

ebra-

Pſ. IX. *ebraiſmi*, per quem tum dicendum eſſet דמיהם, et *accentuationis*, per quam אותם non cohaeret cum דמיהם, ſed cum verbo ſeq. זכר. Nec opus eſt, ſtatuere *aſyndeton*, ſed ſimplicius ita reddentur: Nam inquirens ſanguines, eorum (*cognoſcentium et quaerentium Iehouam* v. 11. et exponente vlterius m. ſeq.) recordatur. Denn der nach den vielen (vergoſſenen) Blut oder Blut-Schulden gnau fraget, gedencket (vornemlich) ihrer.

Verſ. 17.

נוֹדַע יהוה מִשְׁפָּט עָשָׂה Neque haec verba cum vernacula hodierna ita ſunt diſtinguenda: So erkennet man, daſs der Herr Recht ſchaffet. ſic enim in נודע foret ſubdiſtinctiuus maior *Rbhia.* Quoniam vero adeſt minor *Sarkae*, isque heic loci ſaltem oratorius pro ſeruo, *Pſik Mahpachatus*, rectius in priore translatione Lutherus: Der Herr iſt erkant, daſs er Recht ſchaffet, (oder darin, daſs er ſeine Straf-Gerichte ergehen laeſſet, ausübet.) cont. de vſitata ellipſi כִּי et v. 21. in m. vlt.

Verſ. 21.

שִׁיתָה יהוה מוֹרָה לָהֶם Impone (incute) Iehoua timorem, et quidem illis ipſis (homuncionibus, robore virium ſuarum adverſus Deum nixis v. 20. *vt* iſti *cognoſcant*, quod *homo* (mortalis, fragilis) ſit *quilibet eorum*, daſs ſie (ſchwache, ohnmächtige) Menſchen ſeyn, vt ſequitur. Quam emphaſin inſinuat dux maior *Rbhia* loco minoris *Sarkae* in מוֹרָה תַּ֫. Quam quidem vocem Lutherus reddidit: einen *Meiſter*, prius *Lehrer*, ſecutus LXX, Vulgatum, Syrum, quaſi pro (ֹ) legiſſent (ֹ), aut inducti forſan praeſentia תַּ֫ ה, quod habuerunt pro radicali, non alternante heic, vt alias ſaepe, pro א, indice etiam Maſora. vid. *Luc. Ebr. p.* 21; tum etiam, quod ſignificatum *timoris* non bene quadrare cenſuerunt ad verbum *ponendi, dandi*, ad quod melius *magiſtri, domini potentioris, terrifici*. Setze, gib ihnen einen Meiſter, (der nemlich ihnen Furcht und Schrecken einiage.) Quo quidem pacto ſenſus hic facile dilatari et conciliari poteſt, vt tamen ipſis haut integrum fuerit, a punctatione authentica vel latum vnguem diſcedere.

Pſ.

Pſ. X, 2.

בגאות רשע ידלק עני In ſuperbia improbi, (B. Lutherus ſignificanter, weil der Gottloſe Ubermuth treibet, vel vti prius, wenn der Gottloſe Uberhand kriegt,) feruide perſequitur (improbus) pauperem, afflictum. (Sed quidam cum Vulgato et Luthero עני in nominatiuo reddunt, *ardet, ardebit pauper*, muſs der Elende leiden; ſenſu quidem pro re ipſa ſatis bono et emphatico, at non pro natura et vſu verbi ידלק, quod non ſignificat in Kal abſolute *ardere*, ſed *ardenti & infenſo animo perſequi aliquem*, coll. Pſ. VII, 14. Quamvis Luthero ſignificatus *perſecutionis* beneconſtiterit, ex doctrina Reuchlini ſcribens, *dictionem ebraeam non tam ardere ſeu incendere, ſed & perſequi ſignificare, et hic dicendum, perſecutionem patitur pauper.* ap. cl. Beckium *in Diſquiſ. Hermen. p.* 213. Videntur autem ideo ſignificatum neutralem arripuiſſe, quod non obſeruarunt ebraiſmum, vi cuius *pro pronomine adhibetur ipſum ſubiectum orationis* vid. *Luc Ebr. p.* 372. Vt adeo ſecundum ſyntaxin ſimplicem diceretur בגאותו, *In ſuperbia ſua perſequitur pauperem.* Similis plane huic veluti ouum ouo, eſt conſtructio illa Gen. IX, 6 *Nam in imagine Dei fecit hominem*, pro *in imagine* SVA *fecit Deus hominem.*): יתפשו במזמות זו חשבו Prehenduntur, capiuntur (*pauperes*, hoc enim eſt proximum ſubiectum patiens, idque ſingulare collectiuum Et nequis hoc membrum de *impii*, ſubiecti agentis, poena capiat, vtpote de qua demum v. 12. 15. 16, Deum vindicem iuſtum incipit precari Pſaltes, ſtudio videtur heic numerum mutaſſe, quum de impio eiusque machinationibus notanter continuet per totum Pſalmum verba ſingularia; nec minus obſtat particula cauſalis כי in v. ſeq. quoniam ob felicem perſecutionem et aſſecutionem pii egeni et bonorum eius oritur gloriatio impii. Confirmat inſuper *verſ.* 9. et 10. Lutherus huic verbo indidit ſignificatum, ſie hengen ſich an einander, prius ſie treiben ihren Muthwillen, quem non habet, qui potius efferretur per verbum יְצַמְּרוּ coll. Pſ. CVI, 28. et Num. XXV, 3) per ſceleſtas cogitationes illas, quas excogitarunt (iſte et ſocii eius.) Gen. IX, 6.

Verſ. 5.

יחילו דרכיו בכל־עת Dolorificae ſunt viae eius omni tempore. Seine Wege bringen allezeit lauter Hertzeleid. מרום משפטיך מנגדו

Pſ. X. מנגדו Altitudo (abſtractum emphatice pro concreto, i. e. *altiſſima*) ſunt iudicia tua a conſpectu eius, deine Straf-Gerichte ſind in ſeinen Augen viel zu hoch, noch weit entfernet von ihm: כל־צורריו יפיח בהם omnes hoſtes ſuos (immo ipſum Deum coll. v. 3. 4.) quod attinet (coll. *Luc. Ebr. p.* 336. *fin.* exſufflabit in eos. Er will alle ſeine Feinde wegblaſen. So verächtlich hält er ſie, ſo trotzig handelt er mit ihnen. Cum hoc belle conuenit illud Plauti in mil. glor. *legiones diffluiſti ſpiritu, quaſi ventus folia.* Vti vero heic verbum valde emphaticum יפיח adhibetur de impio
Pſ. XII, 6. inflato et arrogante, ita in Pſ. XII, 6. de pio paupere ex preſſuris ſuſpirante, Deique auxilium anhelante, hinc Deus commotus infit: *Propter vaſtationem afflictorum, propter gemitum egenorum, propter illum, inquam, nunc ſurgam, repoſiturus in ſalutem*, יפיח לו ad quam anxie adſpirat *quisque eorum*, und wil (einen jeden) wiederſetzen in das Heil (Wohlſein, Friede und Ruhe) wornach er ſo ſehnlich ächzet. Pronomen לו reſpicere ſuum ellepticum אשתו et יפיח ad אנקתו *gemitum*, facile arguitur. conf. Hab. II, 3. *prophetia* יָפֵחַ לקץ *ſuſpirat, anhelat ad finem.* Audi heic rurſus ellipticum illud caput Io. Vlmannum, *p.* 62. ita interpotantem: *Ponam ſalutis cauſa, (talem, qui ſit) praeco illi. Vel, Ponam (me ipſum, eius cauſa) in ſalutem; (eroque inſuper) illi praeco.* Subdit quidem: *quae vero tibi melior videtur, eligatur.* Sed neutra eligetur, quia neutra eſt bona.

Verſ. 6.

Dicit in corde ſuo, non mouebor, לדר ודר אשר לא־ברע in omnem generationem ſ. aetatem (repete non mouebor), quia vel qui non (ero) in malo, als mit dem es nie keine Noth haben wird, dem es nicht übel gehen kan. Ita ad interpunctionem ebraeam vertendum eſt.

Verſ. 10.

Conuenientius hunc verſum B. Geierus accipit de *egeno reti impiorum comprehenſo.* Hinc verſio erit: Conteritur (in ebraeo eſt ſymbolum duplicis lectionis, vnius ſecundum vocales יִדְכֶּה, alterius ſec. conſonas וְדָכָה *Et conteritur.* vid. Hiller. *Arc. K. et K. p.* eſtque verbum emphaticum, ſignificans *valde conterere*, et quidem iteratis ictibus, ſicuti res in mortario contunditur. Conf. Pſ. CXLIII, 3. XXXVIII, 9. LI, 10. 19.) incuruatur, et cadit in robuſtos eius (ſc. dentes et vngues) turba attritorum.

Verſ.

Pſ. X.

Verſ. 14.

רְאֵיתָה כִּי־אַתָּה עָמָל וְכַעַס תַּבִּיט לָתֵת בְּיָדֶךָ Vides, du ſieheſt ja, (es enim אֵל רֹאִי *Deus viſionis*, omnia videns. vid. *Ebr. Etym. p.* 14. etiamſi impius cogitet, *te nunquam videre* v. 11.) ideo (habet namque כִּי h. l. vim potius *ratiocinatiuam*, ſicut et Gen. XXIX, 32. Pſ. XXI, 13. CXVI, 10. coll. 2 Cor. VI, 13. quam *cauſalem*, vel ſecundum Geierum et Carpzouium *in Bibl. Parn. p.* 283. *exaggeratiuam*, *immo*, pro qua mallem *copulatiuam*) tu moleſtiam et indignationem ſiue triſtitiam (coll. Pſ. VI, 8. Iob. XVII, 7. Kohel. VII, 3. c. XI, 10. ab impio np. illatam) intueberis, (ſic etiam vis *futuri* ſeruatur) ad ponendum (ſyntaxis variata, pro וְתִתֵּן et pones) in manum tuam. Germ. Darum wirſt du ja das Elend und Iammer (des Armen) anſehen, und wegnehmen (id enim vult phraſis, coll. 1. Reg. XX, 6. ubi inſuper per לָקַח *auferre* explicatur.) Sequitur gemina cauſa mouens (Nam) ſuper te relinquit ſe pauper. Denn der Arme verläſſet ſich auff dich, vel actiue überläſt dir (ſolches.) Quare hoc? Pupillum tu es adiuuans, du biſt der Wayſen Helffer.

Verſ. 15.

שְׁבֹר זְרוֹעַ רָשָׁע Frange brachium (potentiam) impii; וְרַע תִּדְרוֹשׁ־רִשְׁעוֹ בַל־תִּמְצָא׃ Et malum quod attinet, inquire impietatem eius, ita vt non invenias amplius, (grauiſſime iuſtiſſimeque puniendo.) Quem diſtinctiorem ſenſum iuxta *accentuationem* accuratiſſime expreſſit verſio Gallica, Schmidii, et Geieri, prae multis aliis, quae neglecto *Athnacho* רָשָׁע et רַע coniungunt. Lutherus quidem δυνάμει *Athnachi* ſatisfecit, zerbrich den Arm des Gottloſen, ſed male coniunxit וְרַע *Rhbia Gereſchato* inſigniter diſtinctum, et abſolute poſitum (vid. *Luc. Ebr. p.* 336.) cum verbo תִּדְרוֹשׁ, cum ſeq. per *Makkeph* conglutinato, und ſuche das Böſe, prius den Böſen. Recte pariter cl. Tillius τὸ וְרַע a praecedd. ſeparat, ſed dura conſtructionis ſynchyſi reddit: Und den Böſen (oder das Böſe) wirſt du nicht mehr finden, vven du die Gottloſigkeit vvirſt unterſuchet haben. Querela iſta cl. Vlmanni *l. c. p.* 61, *interpretes non curant accentus, ideo interpretantur hunc verſum ſiniſtre*, merito ingeminatur de ipſius interpretamento: *Frange brachium impii; nam (brachium eius) malum eſt, vel,*

Pſ. X. XI. *nil niſi malitia*; etc. Vbi, prater ſolitam ellipſin, nec *Athnacho* ſuum tribuit valorem, ſed reuera maiorem plenioremque *Rbhiae Gereſchato*, quam illi. Haec conſtructionis ratio talem poſtulat accentuum conſecutionem שָׁבֵר ׀ זְרוֹעַ רָשָׁע וָרָע.

Verſ. 18.

בליוֹסִיף עוֹד לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ מִן־הָאָרֶץ׃ Ne pergat amplius (ſc. impius) violenter exagitare hominem miſerum (pupillum et attenuatum) e terra. Quam recte B. Geierus in priori v. 15. vim diſtinctiuam *Rbhiae Gereſchati* attendit, ita heic minus cum aliis, dum לערוץ ſeruo *Merca* affectum diuulſit, mediante ellipſi, a ſequentibus, quae conſequenter coniungit, h. m. *ad violenter exagitandum (pupillum & attritum) homo deterra* i. e. *terrenus*. Ita pariter Lutherus, niſi quod לערוץ neutraliter reddat, daſs der Menſch nicht mehr trotze auf Erden. Itemque Tilius: Daſs ein Menſch von der Erden (ein irrdiſcher Menſch) nicht mehr fortfahre Gewalt zu treiben. Praeiuit Munſterus: *Et non adiiciat amplius graſſari (contra eos) homo de terra.*

Pſ. XI, 1.

לַמְנַצֵּחַ לְדָוִד Qui titulus eſt conciſus et ellipticus, ל vtroque exiſtente *nota Datiui*, vt non vertendum ſit praecentori Dauidis, obſtante regimini ה *articuli* virtuali, et accentu maiore diſtinctiuo *Rbhia*, ſed plene ita ſonat; Praecentori (datus eſt hic) מזמור pſalmus (ex coll. Pſ. praecedd. et ſeqq.) Dauidi (*inſpiratus.*) et ita in aliis titulis conciſis. vid. Pſ. XIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. etc. Quod autem ל in לדוד heic et in ſimilibus non ſit nudum ſignum *genitiui poſſeſſoris* manifeſte euincit inuerſio vocum לדוד מזמור Pſ. XXIV. XL. etc. Quod contra naturam ebraiſmi verteres *Dauidis Pſalmus*, ſed potius Dauidi (*inſpiratus*) pſalmus. לדוד שה ſolet etiam apponi titulus לעבד יהוה *Seruo Iehouae* np. *Dauidi*. vid. Pſ. XVIII. XXXVI.

נוּדוּ הָרִכְבֶם צִפּוֹר׃ Quae verba communiter cum Luthero ita conſtruunt et reddunt, acſi in הרכבם ſit propter *Sillukum* laborantem diſtinguens vicarius *Munach* cum ſeruo in נודו *Tiphcha* non anteriori, h. m. *Fugite*

gite in montem veſtrum, vel *e monte veſtro*, ſicut *auis*. Iam vero נודו Pſ. XI.
distinctiuo maiore *Rbhia Gereſchato* affectum indicat, ſermonem paulatim ſiſtendum, ac diſtinguere generale a ſpeciali, ſiue fugam a termino ad quem, et duo vltima vocabula cohaerere non quidem immediate, ſed mediate, mediante verbo emphatice repetendo. Hinc B. Varenius accentuationi et varianti lectioni, (vni ſec. vocales נודי, alteri ſec. literas נודו) ſatisfacturus reddit, *Fuge* o anima Dauidis! *Fugite*, o ſocii Dauidis! *mons veſter* (Dauid, cui innitimini) *eſt auis errans*, *in triumpho Dau. loc.* 10. Quam quidem interpretationem prius adoptaueram probaueramque, ſed poſtea inſpectius eam rimanti non placet (α) reſolutio ſymboli textualis cum aliis in *imperatiuum*, vt ſit apoſtrope tum ad animam Dauidis, quae tamen iuxta ſenſum ſequentis membri plane eſt inepta, tum ad aſſeclas eius, quorum vero nec vola neque veſtigium apparet in textu. Nec (β) comparatio *montem* inter et *auem*, quae ſane cuilibet ſatis erit dura et ſuſpecta. Verior potius ac conuenientior multo eſt illa, qua Dauid ſeipſum aſſimilat *aui erranti*, vti צפור *aui ſolitariae in tecto*, atque *ululat in deſerto*, Pſ. CII, 7. 8. nec non *pulici* ac *perdici* 1 Sam. XXIV, 15. et XXVI, 20. Nec (γ) ſic bene conuenit cum cohaerentia verſus ſeq. vbi tum כי non poteſt eſſe cauſale, quum nihil probet. Proinde vt melius connexioni, vt comparationi, vt accentuationi, vt denique ſymbolicae formae נודו (quae ad analogiam aliarum cl. Hillero *in Arc. K. et K p.* 301. 304. notatarum, vbi, quod miror, noſtra ſolertiam eius ſubterfugit, vult *infinitiuum* gerundiaſcentem *cum affixis primae* נודי, et *tertiae perſonae* נודו, quem vltimum interdit etiam iudicioſe B. Lutheri verſio, ſie ſoll fliehen) conſulatur, ita verto integrum verſum: *quomodo* (quo iure) *dicere* (mihique conſulere) *poteſtis animae meae*, me vel illam debere fugere, in montem veſtrum (cum alluſione ad *Gibeam* regiamque *Saulis*, et oppoſitione ad latibula et ſpeluncas, in quas ſe vitae ſeruandae gratia abderet, vid. 1 Sam. XXII. XXIV.) *fugere* vt auiculam errantem. Cui autem conſilio fautorum ſuorum, quod nempe tutius foret, gratiam Saulis rurſus inire eique ſe ſubmittere, quam incertis ſedibus vagari et vitae ſuae ſemper timere, ſubiicit Dauid, id non eſſe ſuae ſecuritati conſulere, ſed maiori ac praeſentiſſimo vitae diſcrimini ſe ſuoque exponere. v. 2. *Nam ecce impii intendent arcum, aptarunt ſagittas ſuas ſuper neruo ad iaculandum in caligine* (inſcienter et clanculum) *in rectos corde*, in me *auiculam* miſeram. (ad quam comparationem tota phraſis eleganter eſt aptata.) Ego vero male in exilio meo *Domino Iehouae* meo victurus *confidere*, qui vti hactenus,

Pſ. XI. XIII. ctenus, ita et in poſterum me ſaluum praeſtabit, propter veritatem promiſſionis ſuae. Germanice etiam ſonaret: Wie möget ihr denn ſagen (und mir rathen, daſs ich (oder ſie) fliehen ſoll, fliehen auf euren Berg, als ein (einſahmer und ſchüchtener) Vogel.

Verſ. 6.

יַמְטֵר עַל־רְשָׁעִים פַּחִים Pluet ſuper impios carbones ignitos ſ. fulgura: אֵשׁ וְגָפְרִית וְרוּחַ זַלָּעָפוֹת מְנָת כּוֹסָם ignis et ſulphur et ventus procellarum erit portio calicis eorum. conf. Pſ. LXXV, 9. Alii cum Luthero limites diſtinctionum praeter fas ſubmouentes et extendentes primum hemiſtichium terminant in voce גָפְרִית *Tipchata*, intercedente iam in פַּחִים accentu pauſante in metricis *Merca Mahpachato*. Proinde אֵשׁ וְגָפְרִית non ſpectant ad prius, ſed ad poſterius hemiſtichium.

Verſ. 7.

כִּי־צַדִּיק יְהוָה צְדָקוֹת אָהֵב Nam iuſtus exiſtens Iehoua, (adeoquē non ſimpliciter vt *adiectiuum* et *ſubſtantiuum* vertendum eſt, contra tenorem ebraiſmi conf. *Luc. Ebr. p.* 329. *obſ.* 1.) iuſtitias (ea quae iuſta ſunt) amat. (Male Lud. de Dieu neglecto *Athnacho* אָהֵב cum יָשָׁר ceu illius nominatiuo conſtruit, h. m. *iuſtitias amat rectus*, et hinc in ſeqq. nouum *accuſatiuum* np. pronomen זֶה vel זֹאת *id* ſupplere cogitur.) Rectum videbunt facies illorum, np. impiorum. v. 6. Vt ſenſus ſit: *improbos tandem viſuros iuſtitiam defenſam, improbitatem punitam.* Quem conſtructionis ſenſum B. Varenii omnino comprobamus, vt conuenientiorem. Si enim reſpiceretur ad ſubiectum proximum יְהוָה, diceretur potius פָּנָיו.

Pſ. XIII, 2.

עַד־אָנָה יְהוָה תִּשְׁכָּחֵנִי נֶצַח Quae verba non ſimpliciter vertenda ſunt: *Vsquè quo Iehoua obliuiſceris mei in perpetuum?* Sic enim non quadraret τὸ נֶצַח. Quod vidit Lutherus. Inde aptius quidem per germanicum *ſo gar* reddidit, non tamen virtute vocabuli ebraei exhauſta, quae vero eſt pathetica, ſi duae propoſitiones conciſae explicatè ponantur h. m. Quousque Iehoua obli-

obliuiſceris mei? obliuiſceris mei in perpetuum? Vt ita verbum תשכחני Pſ. XIV.
ſtet pro duobus. Sic in textibus parallelis Pſ. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. Ad quam quiritationem reſponſum qſ. datur in Pſ. CIII, 9. לא לנצח *non in perpetuum contendet, et non in aeternum ſeruabit* (*iram.*) conf. de tali elliptico vſu verbi נטר Ier. II, 5. 12. Leu. XIX, 18.

Verſ. 6.

De emphaſi tranſpoſiti *Rbhia* cum *Sarka* in vocibus בטחתי et לבי conſulatur *Lux Accent.* p. 108.

Pſ. XIV, 6.

מי יתן מציון ישועת ישׂראל בשוב יהוה שבות עמו יגל יעקב ישמח ישראל׃

Poſteaquam Pſaltes cecinit de morbo ſpirituali deſperato et incurabili, ſiue de intima et profundiſſima corruptione per peccatum originis, et hinc pullulante נבלה *ſtultitia* abnegationis Dei, *non* quidem ratione *exiſtentiae* coll. v. 5. 6. et Pſ. X, 4. cum 11. ſed *prouidentiae* (hinc bene Targum h. l. non eſt שולטנא *gubernatio Dei in terra.*) et *in praxi*, v. 4. Tit. I, 16. Rom. I, 21. tanta vtique, vt eam denuo iisdem fere verbis inculcauerit in Pſ. LIII, quum de ea non ſatis dici, et ſcribi et cogitari poſſe iudicauerit, ingeminante ſubinde apoſtolo Rom. III. Tandem ingemiſcit et exclamat ſuper aduentu *Medici* aduerſus morbum iſtum. Quis dabit (i. e. Vtinam detur. vid. de hac formula optandi *Ebr. Etym. p.* 59.) ex Zione ſalutare Iſraëlis? Ieſum, Meſſiam? (*qui ſaluabit populum ſuum a peccatis ſuis.* Matth. I. quique erit *fons pro peccato et immunditie Iſraelis*, Zach. XIII, 1. Quod autem Meſſias κατ' ἐξοχήν appellitetur ישועה σωτήριον, pluribus locis demonſtratur *in Not. Sel. ad Gen. XLIX*, 17. *p.* 66. add. Pſ. XL, 17.) quum conuertet Iehoua captiuitatem (ſ. miſeriam hanc ſpiritualem, ſeu criminalem et conſequenter poenalem, ceu phraſis ſumitur Pſ. LXXXV, 2. coll. verſibus ſeqq. CXXVI, 1. Deut. XXX, 3. Iob. XLII, 10. et Pſ. CII, 21. Zach. IX, 11. Iſ. XLIX, 9. LI, 1.) populi ſui, exultabit Iacob,

Pſ. XV. Iacob, et laetabitur Iſrael. En elegantiſſimum totius Pſalmi nexum theologicum! Lutheri verſio hodierna, ach daſs die Hülffe aus Zion über Iſrael käme, und der Herr ſein gefangen Vock erlöſete, ſo würde Iacob etc. haut ſatisfecit ditioni domini *Mercae Mahpachati*, abſolutiorem *Athnacho* quam huic diſtinctionem aſſignando; nec formae Infinitiui בשוב; aſt accuratius vtrique primi, quamuis ſic non literae et emphaſi primarum vocum: Wer vvird Iſrael zu Zion helffen? (rectius: ach daſsdas Heil (und Heyland) Iſraels aus Zion (coll. Ieſ. II, 3. fin. Zach. IX, 9. Hagg. II. 7. Io. IV, 22.) einmahl käme?) Wenn der HErr ſeines Volcks Gefängniſs vvenden vvird, ſo vvird Jacob etc. vel magis pro affectu Pſaltis vvie vvird Iacob frölich ſeyn? etc. coll. Pſ. XXI, 2.

Pſ. XV. 4.

נִבְזֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס Deſpectus, in oculis ſuis contemtus, der veracht, und in ſeinen Augen gering iſt; ita ex ebraeo vertendum eſt. Quos Saluator vocat *ταπεινὲς τῇ καρδίᾳ humiles corde*, c. XI, 29. Qui etiam alios pios ſui ſimiles aeſtimant, iisque aſſociantur, ut ſequitur. Lutherus facit *ellipſin* אשר, et tranſpoſitam diſtinctionem h. m. אשר־נבזה בעיניו, et alterum participium paſſiuum *Niphal* נמאס *reprobatus*, nudum adiectiuum *reprobus*: vt ita verſioni eius germanicae, vver die Gottloſen nichts achtet, aequipolleat haec latina, *in cuius oculis ſpretus eſt reprobus*. Sed Sp. S. vi diſtinctionis textualis intendit noſtram.

נִשְׁבַּע לְהָרַע Qui iurat ad malefaciendum (np. *ſibi ipſi*, per ieiunium, abſtinentiam a voluptatibus, eleemoſynarum elargitionem.) Huc concedunt Chald. AbenEſra, Raſchi, Kimchi, Ben Melech, Aquila, (*τῷ κακῶσαι*), Hieron. Münſt. Belg. Cocceius, Saubertus *in Pal. Th. p.* 183. et *Opp. Poſth. p.* 216. Raupp. *h.l.* Schmidius, Iudaei. Et omnino forma לְהָרַע magis fauet *infinitiuo Hiphil*, ceu quoque plena occurrit Gen. XXXI, 7. Ier. IV, 22. XXV, 29. Zach. VIII, 14. quam nomini רֵעַ *ſocio*, vel *proximo*, ſicut cum *τοῖς ὁ*, Vulg. et Syro vertit Lutherus. Quanquam nec ſenſus heic Vltramannianus *l. c. p.* 64. eſt malus: *Qui iurat male facere*, der Böſes zu thun verſchvvöret, *nec mutat*

Pſ.

Pſ. XVI, 2.

אמרת ליהוה וגו׳ Dixiſti (ſc. נפשי anima mea, ad quod nomen reſpicit genus fem. verbi, et ſuppleuit Chaldaeus. Solenne namque eſt Dauidi animam ſuam alloqui.) Domino Iehoua (Eſt enim per compendium ſcriptionis pro לאדני יהוה, docente Hillero *in Arc. K. et K. p.* 210) etc. Lutherus ſecutus LXX ſenes et Vulgatum vertit in prima perſ. ac ſi legeretur אמרתי, εἶπα, *dixi*, ich habe geſagt, quod quidem formae, ſenſui tamen nihil derogat.

Verſ. 3.

לקדושים אשר בארץ המה ואדירי כל־חפצי־בם׃ Hoc comma eſt pars aduerſatiua praecedentis orationis finalis, vbi Dauid in perſona Meſſiae ad Deum Patrem: טובתי בל־עליך Beneficium (ſacrificii mei v. 4. 5. mortis 9. 10. et reſurrectionis 11.) meum non ad te (*ſpectat.* conf. *Ebr. Etym. p.* 177) Sed ad Sanctos, qui in terra ſunt, et *ad* (ל repetendum) illuſtres, in quibus (ellipſis אשר indicio pronominis affixi בם vid. *Lux Ebr. p.* 378.) eſt omne beneplacitum meum. Germ. Mein Heil (meine Güter) iſt (ſind) nicht für dich, ſondern (fürnehmlich und eigentlich ratione ſecuturae applicationis) fur die Heiligen, die auf Erden ſind (Io. XVII, 11. 12) und für die Herrlichen, (die da Kœnige ſind auf Erden, Apoc. V, 10. deren Fürſt ich bin, Apoc. I, 5.) an vvelchen ich all mein Wohlgefallen habe. (coll. Ieſ. LXII, 4. als die du mir gegeben haſt, Ieſ. VIII, 18. Io. XVII, 6. 9. 11. 12. und in welchen ich verklaeret bin, v. 10. und die da eines ſeyn, gleich vvie vvir, v. 11.)

Verſ. 4.

ירבו עצבותם אחר מהרו Contra multiplicabuntur dolores eorum, (nulla erit eis pax conſcientiae, nullum verum ſolatium, et tandem dolores infernales. Luth. bene vverden groſs Hertzeleid haben, qui viciſſim in me non omne ſuum habent beneplacitum, ſed) qui alium (praeter me maritum ſuum, Ieſ. LIV, 5. et mediatorem vnicum) dotant (ei vt ſerui deditii donaria ampla, magnifica et pretioſa veluti dotem offerunt, ceu in papatu tot ſan-

Pſ. XVI. ſanctis demortuis, nullam tamen opem pro dote reportantes. conf. Ezech. XVI, 32. 33. 34. Verbum autem מהר *in Kal* habere notionem *dotandi* comprobat locus Exod. XXII, 16. et deriuatiuum מהר *dos*. Alii cum Luthero ſequuntur ſignificationem *pielicam feſtinandi*, quae, ſi vrgeatur, commode coniungi poteſt. *Alium* namque *quaerunt, et auide ſectantur vt dotent*. De talibus nunc idololatris inquit Meſſias) בל־אסיך נסכיהם מדם non libabo libamina eorum vel ex ſanguine. Qua ſenſum verborum horum notandum 1) Chriſtum deſcribi ceu ſummum ſacerdotem in officio ſuo mediatorio. 2) Libamina heic ſumi ſynecdochice pro omnis generis ſacrificiis, et rurſum metaphorice pro ſacrificiis ſpiritualibus, 1 Petr. II, 5. Rom. XII, 1. In ſpecie *martyrium* ſuum Paulus vocat *libamen*, σπένδομαι ait 2 Tim. IV, 6. 3) Sacrificia ſpiritualia nonniſi per Chriſtum Deo accepta et grata reddi, vt praecipue videre eſt ex Apoc. VIII, 4. Vbi *thymiamata precum ſanctorum per manum Angeli* (np. Chriſti) *ad Deum adſcendere leguntur*. His praeſuppoſitis vult dicere Meſſias, *ſe cultu illorum et precibus non delectaturum, nec etiam ad Patrem ſe eos perlaturum, etſi vel ſanguinem ſuum ex Zelo funderent*, et martyrium paterentur. Vid. Rauppius *ad h. l.* Hinc addit: ובל־אשא את־שמותם על־שפתי nec aſſumam nomina eorum ſuper labiis meis, quod exponit ipſe Filius Dei Apoc. III, 5. *non confitebor nomen eorum coram Deo et Angelis*. conf. Matth. X, 33. Io. XVII, 9.

Verſ. 5.

יהוה מנת־חלקי וכוסי Iehoua eſt portio haereditatis meae, (alluditur ad illam phraſin in libris Moſaicis frequentem, vbi Deus dicitur *pars ſ. portio Leuitarum et ſacerdotum*, Deut. X, 9. etc. inprimis ac in ſpecie ſummi Sacerdotis Num. XVIII, 20. *Ego pars tua et haereditas tua*. Fuit haec centeſima pars frugum et prouentuum Iſraëlitarum, et decima decimae Leuitarum. Dicit itaque Meſſias, vt Aharonis pars et haereditas Deus fuerit, i. e. vt ipſi pars bonorum Iſraëliticorum Deo ſanctificatorum praecipua ac pretioſiſſima a Deo fuerit attributa: ita ſibi ceu ſummo ſacerdoti gloriam omnium maximam et beatitudinem infinitam a Patre ſuo conceſſum iri.) et calicis mei. Senſus eſt, vt de libaminibus ſua portio Aharoni fuit debita Lev. III, 3. (Nam ſacrificiorum Mincha et libaminum vnam et eandem fuiſſe rationem pateſcit ex Num. XV.) ſic portionem calicis (libaminis in calice oblati) ſui eſſe Deum. Vid. Rauppius *h. l.*

Verſ.

Pſ. XVI.

Verſ. 7.

אברך את־יהוה אשר יעצני Benedicam Iehouae, qui conſuluit mihi (de redemtione generis humani, vt tamen et ipſemet fuerim יועץ *conſiliarius*, Ieſ. IX, 5, et glorioſo paſſionis meae exitu, Ebr. II, 9. Luc. IX, 31. XXII, 43. XXIV, 26. Phil. II, 9. 1. Petr. I, 11.) אף־לילות יסרוני כליותי Etiam noctibus (non interdiu ſolum) caſtigant (exſtimulant, vrgent, pungunt) me renes mei (i. e. omnes ſancti affectus mei (renes enim ſunt ſedes affectuum) ſcil. לעצה *ad hoc conſilium*, quod nomen verbale latet in verbo proximo יעצני. Idque eſt cauſa impulſiua, propter quam Meſſias Deo Patri benedicat.) Germ. Auch des Nachts laſſen mir alle meine heilige Begierden keine Ruhe, dieſen Rath Gottes auszuführen. Conferri *in h. l.* meretur cl. Ortlobii *diſſert. de caſtigat. renum nocturna* §. 21. ſeqq. qui etiam in aliis expoſitionibus recenſendis et diiudicandis otia fecit.

Verſ. 10.

כי לא־תעזב נפשי לשאול Quod dictum teſte B. Huttero *in explic. lib. concord. art. 9. p. 977.* plerique interpretes ad *deſcenſum Chriſti ad inferos* proprie dictum et realem accommodant, *in quo* NB. *multis modis eos falli in confeſſo eſt*, recte ait. Hinc poſt ipſum et Lutherum *tom. II. Ien. lat. fol* 171. Calouius ex vi contextus et phraſeos probare vult, agi de *deſcenſu Chriſti metaphorico*, vel *de paſſionibus infernalibus*. Verum et hunc infeliciter probat, nec minus Clotzius *in Tr. de doloribus animae Chriſti conſiderat. XXIII*, toto contextu nec non vi propria vocis שאול reclamante. In proxime antecedentibus iam mentionem fecit Meſſias mortis ſuae et ſepulcri, itaque *paſſionum infernalium* termini, *etiam caro mea habitabit in confidentia*, ἐπ' ἐλπίδι (ſc. reſurrectionis) Iam ordine naturali huius ſuae ſpei ſubdit cauſam et fundamentum in verbis noſtris: Nam non derelinques animam meam (me ipſum qua corpus coll. *Luc. Ebr. p.* 364.) ſtatui mortuorum. (haec eſt propria et perpetua vis vocabuli ebraei, et graeci ᾅδης. vid. *Ebr. Etym. p.* 31.*) et membro ſeq. exegetico: *Non permittes ſanctum tuum* (*et caput omnium ſanctorum tuorum* vi pluralis ex altera lectione, *videre* (experiri) *corruptionem*. Quae iam, quaeſo, confuſio et ὕστερον πρότερον, ne dicam abſurditas, oriretur, ſi prius ageretur de ſtatu mortis, deinde de deſcenſu Chriſti ad inferos ſ. triumphali ſ. paſſionali, et rurſus in eodem verſu de ſtatu mortuorum. Ceterum quod נפש *anima* etiam

Pſ. XVII. dicatur de *corpore* hominum *examini*, vt Leu. XIX, 28. XXI, 1. XXII, 4. Num. V, 2. VI, 6. IX, 10. Hagg. II, 14. et h. l. Pſ. XVI. id fieri per εὐφημισμὸν propter *dignitatem* illorum, vel propter *terminum a quo*, quod animam continebat, cum Auguſtino *Epiſt.* 157. docte obſeruat cl. Paul. Bergerus *in diſſert. de Antiphr. Sc. S. p.* 41. Idem ſentire video B. D. Varenium ad *l. c. Hagg.* quum vertit *corpus ab anima, quae inhabitare debebat, derelictum.* Ad illuſtrationem huius ſententiae addi quoque poſſet, quod τῷ מת *mortuo* interdum apponatur נפש. Vid. Leu. XXI, 11. Num. VI, 6. Abſit autem longe! vt נפש in loco noſtro de corpore Chriſti exanimi vſurpatum, cum Leusdenio *in Ion. illuſtr. p.* 102. et aliis Reformatis poſt Bezam *cadauer* reddamus. Ad hoc enim requiritur *forma cadauerica* ſ. *corruptio*, quam Chriſtus vi huius loci et Act. II, 27. non vidit, quum corpus etiam in triduo mortis manſerit in hypoſtaſi τῦ λόγυ. Confer etiam in Bezam animaduerſionem B. Clotzii *in tr. de dolor. An. C. p.* 210. 211.

Pſ. XVII, 4.

לפעלות אדם בדבר שפתיך Dependent haec verba adhuc a praecedentibus: *Propoſui, non tranſiturum os meum*, ita bene Lutherus, ich habe mir fürgeſezt, daſs mein Mund nicht ſoll übertreten. Iam addit *occaſionem*, quae eum ad *peccata oris* poſſet ſeducere, Propter opera, ſ. actiones (coll. Pſ. XXVIII, 5.) hominum contra (coll. v. 7. Pſ. L, 20. LXXIII, 9. LXXVIII, 19. Prou. VII, 23. Gen. XVI. 12. Exod. XIV, 25. Num. XII, 1. 8. XXI. 5. 7 1. Sam. VII, 13. XII, 15.) verbum labiorum tuorum, (und vvill mich nicht ärgern) daſs andere handeln wider den klaren Ausſpruch deines Worts; אני שמרתי ארחות פריץ Ego obſeruaui (et obſeruo. eſt enim praeteritum actus continui) ſemitas effractoris, (peccatoris praefracti, bonas leges et iura contumaciter perrumpentis. quem Graeci Iſ. XXXV, 9. generice reddunt πονηρὸν *malum*, et c. XXVIII, 21. ἀσεβῆ *impium.*) Ich beobachte genau die Wege des Gottloſen (לנתיבות מחם vt bene explicat Raſchi, um nicht auf ſelbe zu treten.) Iam conferantur in obſcuro hoc loco aliae verſiones, circa ipſum conſtructionis habitum varie peccantes, et eluceſcet, quae literae et contextui ſit congruentior. Lutherus difficultate non aliter ſe expedire neſciens, verba fontis in talem ordinem et formam transfudit (et hoc pro נשמרתי) אני שמרתי בדבר שפתיך לפעלות אדם בארחות פריץ: Ich bevvahre mich in dem Wort deiner Lippen vor Menſchen Werck, auf dem Wege des Mœrders.

Verſ.

Vers. 9.

איבי בנפש יקיפו עלי : Ab (מפני repetendum e praeced. m.) inimicis meis in animam vsque (i. e. capitalibus, vor meinen Todt-Feinden) qui circumcingunt me, sc. *custodi me*, ex v. praenio. Lutherus duas voces איבי בנפש per seruum *Merca* coniunctas disiungit, neglecto sic עלי, vor meinen Feinden, die um und um nach meiner Seelen stehen.

Vers. 13.

Libera animam meam מרשע חרבך ab impio, gladio tuo, vel (qui est) gladius tuus, als deiner Straffe. coll. Iesa. X, 5. Cohaerent enim haec verba per *appositionem*. Ita Ben Melech, Munst. Pagn. Vatabl. Muis. Schm. Varen. *h. l.* et confirmatur a versu seq. ממתים־ידך ab hominibus (*qui sunt*) manus tua np. vindicatrix, percutiens pios, deine Straff-Hand. Quamuis etiam recte appositio reddatur in regimine cum Luthero *ab hominibus manus tuae*, vti flumen Rhenus et flumen Rheni, subintelligi quoque posset praefixum מ ex coll. m. sq. vt sit pro מידך, sensu eodem. Priorem vero appositionem Luth. dissoluit per *ellipticum* ב *instrumenti*, erlœse meine Seele von den Gottlosen mit deinem Schwerdt. Qua ratione in רשע מ֫ foret *vicarius Munach* et rursus in נפשי *legatus Tiphcha* hac sequela |||חרבך|מרשע|פלטה נפשי. vid. *Luc. Accent. p. 98. 99. et tab. metr.*

Vers. 15.

אשבעה בהקיץ תמונתך : Satiabor (quod opponit piissimus rex Dauid praecedenti ישבעו *diuitiarum et liberorum gloriae* hominum mundanorum. q. d. Ich werde mich ersattigen, volle Gnüge haben nicht an leiblichen Gütern und glückseligkeiten dieser Welt, sondern) in euigilando, wenn ich erwache (zu jenen Leben) imagine tua, an deinen Bilde (nicht mehr in dunckelen Gesicht, sondern von Angesicht zu Angesicht. coll. Num. XII, 8. 1. Cor. XIII, 12. auch an meinem Heyland Christo Col. I, 15. Ebr. I, 3. Lutherus iterum posthabito accentu *Rbhia Gereschato* in בהקיץ construxit hoc cum voce vltima, hinc inconuenientior fluxit versio, ich will satt werden, wenn ich erwache nach deinem Bilde. vel vti prius, wenn dein Bild aufwachet, cum LXX ἐν τῷ

Pſ. XIX. ὀφθῆναι δόξαν σε, et Vulgato, *cum apparuerit gloria tua, et Munſtero, cum euigilauero ad ſimilitudinem tuam.* itemque Aquila, Theodotione, Pagnino. Verum *in comment. lat. ad h. l.* „Hieronymus rectius, *ſatiabor cum euigilauero, ſimilitudine tua* – – vt τὸ *ſimilitudine tua* non ad euigilauero, ſed *ad ſatiabor* componitur, facie enim Dei reuelata, quae eſt gloria et claritas Dei, ſatiabimur.“ Deinde ſuperuacanea eſt ellipſis ב ad תמונתך, quum ſemper verbum שבע abſolute ſine tali particula conſtruatur, coll. v. pr. 14. Ieſ. I, 11. Hab. II, 16. Dure pariter in latinorum iuxta ac germanorum auribus ſonat illa verſio, *ſatiabor (in) ſimilitudine tua*, ich will ſatt vverden in deinem Bilde. Sicuti cum Diſp. Gieſſ. Dn. Prof. Franckius vult translatum. vid. Beckius *l. c. p.* 219. ſq.

Pſ. XIX, 5.

בכל־הארץ יצא קוֹם In omnem terram exiuit linea eorum. Ad conciliationem cum hoc textu LXX ſenum et apoſtoli Rom. X, 18. vocem קוֹם per φθόγγος *ſonum* reddentium, notandum, quod קו non ſolum ſignificet *lineam*, ſed et *ſonum linea ſ. amuſſi excitatum.* Iſtam autem *lineam* optime exponit Seb. Schmidius *in Reſolut. Pſ. Proph. de Chriſto h. l.* de linea menſoria ea, qua vnicuique ſua aſſignatur et tribuitur portio, coll. Ieſ. XXXIV, 17. vt indicetur, Deum vel Chriſtum non diuiſiſſe et aſſignaſſe eccleſiae et doctoribus eius, in primis apoſtolis, angustam terrae Iſraëliticae partem; ſed diſtribuiſſe et admenſum eſſe totum terrarum orbem, vt eccleſia in eo habitaret, et doctores euangelium praedicarent. Et huic ſignificationi egregie conuenire verbum יצא *exiuit*, quippe quod de eiusmodi diuiſione et aſſignatione portionum terrae vſurpari ſolet, e. g. Ioſ. XV, 3. ויצא. *Et exiuit* (ſors Iudae) *ad* (partem) *a meridie* etc. v. 4. ויצא *Et exiuit ad fluuium Aegypti.* etc. Nec inepte accommodat huc verba apoſtoli Pauli 2 Cor. X, 13. *Nos vero*, inquit, *non* εἰς τὰ ἄμετρα *in inadmenſa gloriabimur*, ſed κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν, *iuxta menſuram canonis, quem diſtribuit nobis Deus, menſurae perueniendi vsque etiam ad vos.* Congruere etiam hoc ſenſui apoſtoli *l. c. Rom.* Nam hac *linea* definitum eſſe, quousque *ſonus* eorum exire deberet; et cum hac, atque iuxta ſimul hanc *regulam exiuit ſonus verbumque eorum.* Ita impletum eſſe, quod a Deo Patre Chriſto dictum eſt: *Pete a me, et dabo gentes haereditatem tuam, et poſſeſſionem tuam fines terrae* Pſ. II, 7. ובקצה תבל מליהם et in vniuerſitatem

tem orbis habitabilis verba eorum. Vbi idem bis dicitur variatis elegan- Pſ. XXIV.
ter verbis. conf. *Ebr. Etym. p.* 5. לשמש שם־אהל בהם: Soli *(iuſtitiae, Chriſto)* poſitum eſt tabernaculum, (i. e. eccleſia fidelium) in eis *(in terra et orbe terrarum,* quo *exiit linea* euangelii. Vid. idem Schmidius *adh. l.* vbi monſtrat, quod haec et in verſ. 6. ad ſolem naturalem non quadrent. XXV.

Pſ. XXIV, 6.

מבקשי פניך יעקב סלה: Tres heic occurrunt interpretationes, pro ſimplici veritate dubie certantes. Prima eſt: *Quaerentes faciem tuam,* ſunt (verus ſpiritualis) Iacob. coll. Io. I, 48. Rom. IX, 6. Ita Junius, Mollerus, Belgae, Muiſius, Schmidius. Altera eſt Syri et aliorum per *ellipſin* אלהי *(o Deus) Iacobi,* ex Pſ. XX, 2. XLVI, 8. 12. LXXXIV, 9. Tertia Vinar. Geieri et Rauppii cum elliptice ſaltem ב *(in) Iacob,* in quo teſtimonium erectum eſt, ex Pſ. LXXVIII, 5. Verum *prima* primum ſuecumbit *accentuationi,* quae plenum conceptum *ſubiecti et praedicati* diſtinctiore accentu np. h. l. *Rbbia Gereſchato,* quam *legato Tiphcha* non anteriore diſtinxiſſet, hoc videlicet modo מבקשי פניך יעקב סלה: Vid. *Luc. Accent. p.* 38. Deinde non bene quadrat nouum praedicatum ad iſtud *qualitatiuum* זה *talis, huiusmodi,* toti verſui praepoſitum. Proinde praeponderant duae reliquae. Secunda quidem ob affixum ſecundae perſonae. Licet alias nullibi יעקב abſolute poſitum cum tali ellipſi nominis *Dei* veniat, adeoque duriuſcule heic fluat. Sicuti magis omnino obuia et facilior eſt ſubauditio תחזה ב, quo ipſo heic gentes pariter ad teſtimonium de *Meſſia Rege gloriae* in Iacobo erectum remitterentur.

Pſ. XXV, 11.

למען־שמך יהוה וסלחת לעוני כי רב־הוא: Pleraeque verſiones ditionem *Athnachi* in יהוה non attendentes *Rbbiae Gereſchato* in לעוני perfectiorem diſtinctionis *δύναμιν* tribuerunt, quam iſti, ו in וסלחת tum conſequenter *παρελκόντι* et otioſo. Qua vero ratione talis foret ſyntaxis et interpunctio vocum: למען־שמך יהוה סלחת לעוני כי רב־הוא atque hinc

Pſ. XXV. hinc communis iſta exſurgeret verſio: *Propter nomen tuum, Domine, condona iniquitatem meam: Nam magna ſ. multa eſt.* Atuero ipſe *Athnach*, et heic *conuerſiuum* praeteriti indicio ſunt, aliquid ad complendum ſenſum deeſſe, in verbo *futurificato* latens. Quam *apoſiopeſin* patheticam prope perſpexit Vatablus. Hinc cum eo vertendum eſt: Propter nomen tuum, Iehoua, condonaſti alias: condonabis itaque porro iniquitatem meam (vel vi praefixi ל *parces iniquitati meae.* coll. Exod. XXXIV, 9.) Vm deines Nahmens vvillen, HErr, biſt du ſonſt zu allet Zeit gnädig gevveſen, ſo vvirſt du auch ferner hin gnädig ſeyn meiner Miſſethat, quamuis magna illa ſit. Ita כי *conceſſiue* heic verti velle videtur, coll. Gen. VIII, 21. Exod. XXXIV, 9.

Pſ. XLI, 5. Pſ. XLI, 5. Aſt nihil obſtabit, quin ἐμφατικώτερον erit, ſi vim cauſalem, *Nam, quia* cum Luthero et Hoepfnero heic ſeruemus, vt magnitudo peccati ſit occaſio commiſerationis, ſicut periculum vulneris mouet medicum ad citius auxilium. Quae ratio etiam militare poteſt in *ll. cit.* eaque vel maxi-

Pſ. XLI, 5. me in Pſ. XLI. *Miſerere mei, ſana animam meam*, (coll. Ieſ. VI, 10. 2 Chr. XXX, 20.) כי *Nam peccaui in te.* (*foetent, tabeſcunt liuores mei propter ſtultitiam meam*, iuxta Pſ. XXXVIII, 6.) Guſſetius *in Comm. L. E. p.* 249. *b.* haec verba facit Chriſti in hoc Pſalmo loquentis (de quo tamen nec vola neque veſtigium, nec in praetenſo v. 13.) quum vertit: *quia ſacrificium meum pro peccato ad te* (*dirigitur.*) Ita vt חטאתי poſſit eſſe per craſin pro חַטַּאתִי, qualis חַטַּאת pro חַטָּאת. Sed perperam. Nam pro (ַ) non poteſt eſſe (ָ), et ſubſtantiuum contractum habet (ָ) ſeq. Dageſch in 1. ſyll. de tono alioquin

Ex. XXXIV, retracto ſua perſtare poſſet ratio. Quod ad locum *Exod.* attinet, ſupplicat ibi-

9. dem Moſes: *Si nunc inueni gratiam in oculis tuis, Domine, eat, quaeſo, Dominus in medio noſtrum:* כי *Nam populus durus ceruice hic* (q. d. Denn du vvirſt dich ia durch die Hartnäkkigkeit dieſes Volcks daran nicht abhalten laſſen. Denn die iſt freilich ſo groſs, daſs du daher vvohl nimmer mit gehen dörfteſt. Wo bliebe aber dein Bund, und die Warheit deiner Verheiſſung, vvelche ia der Menſchen Vnglaube nicht aufhebet. Rom. III, 3. hinc pergit Moſes, ſeipſum includens) *ideo parce iniquitati noſtrae et peccato noſtro, et haeredes fac nos.* Darum ſey gnädig unſerer Miſſethat und Sünden, und laſs

Gen. VIII, 21. et VI, 5. uns dein Erbe ſeyn. In loco *Gen.* promittit Deus: *non pergam maledicere amplius terrae propter hominem,* כי *quia figmentum cordis humani eſt malum a pueritia eius*, vel vti expreſſius adhuc ſonat in loco parall. c. VI, 5. OMNE *figmentum cogitationum cordis eius* TANTVM (NONNISI) *malum eſt* OMNI *tempore.* Vbi יצר primos animae rationalis conceptus, et cordis humani impulſus

deſi-

Pſ. XXVII.

deſignat, ac cor humanum comparatur *figulo peſſimae notae, nonniſi malas ollas, aliasque nullius vtilitatis teſtas prima quauis manu formanti*, ſcite emphaſin hanc eruente theologo Argentinenſi D. Pfeffingero *in Diſp. de Cultu Angelorum ex Col. II*, 18. *p.* 108. Poſita itaque, vult Deus dicere, originali illa *malitia*, et *carnalitate* h minis, (dum np. גַּם ETIAM (quae propria vis particulae male aliis negligitur, aliis per *omnino* redditur.) *ille caro eſt*, ſicut beſtiae, ſiue carnem habet beſtialibus qualitatibus infectam c. VI, 3.) ad ἔλεγχον Spiritus S. in verbo concionis *ibid.* immo ad omne ſpirituale digne et ſalutariter capiendum inepta, coll. 1 Cor. II, 14. non poteſt aliter, niſi peccare et male agere. Proinde ei in hoc corruptiſſimo et miſerrimo ſtatu commiſeratione et auxilio potius, quam vlteriore poena digno, ex ſumma miſericordia et φιλανθρωπίᾳ Medicum et Saluatorem dedi Gen. III, 15. gratiſſimo etiam propter fidem in illum ſacrificio Noachi reconciliatus, foetor peccatorum ſacrificii Chriſti ὀσμῇ εὐωδίας Eph. V, 2. minus offendet nares meas. Atque ſic a natiua et famoſiore ſignificatione particulae aliusue vocis nusquam recedendum eſt, niſi vrgentiſſima neceſſitate, vt numerus ſignificationum non temere et praeter modum augeatur, ſed imminuatur.

Pſalm. XXVII, 13.

Vers. 9. de emphaſi tranſpoſiti *Rbhiae* cum *Sarka* vid. Luc. Accent. p. 107. ſ.

לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב־יְהוָה בְּאֶרֶץ הַחַיִּים׃

Niſi (quod Lutherus cum Mollero inſolenter reddit *aber doch, attamen*) credidiſſem videre (frui) cum gaudio (vid. *Luc. Ebr. p* 387.) bonitatem Iehouae, eamque adhuc in terra viuentium; (i. e. in hoc orbe. Conf. Ieſ. XXXVI. 11. Ezech. XXXII, 32. Pſ. CXLII, 6; Ieſ. LIII, 8 Pſ. LII, 7.) Notetur *apoſiopeſis* commodiſſime cum B. Geiero ſupplenda ex Pſ. CXIX, 92. אָז אָבַדְתִּי בְעָנְיִי *iam dudum periiſſem in afflictione mea*; vel ex proximo ſenſuali *praeualuiſſent* ſc. *hoſtes mei.* Iuxta alteram lectionem (in qua vox לוּלֵא defuit indicio *punctorum ſuperne pictorum* vid. Hill. *Arc.* K. *et* K. *p.* 152, 154. quam ſequuntur LXX et Vulg.) ſenſus fluit categoricus cum priore bene conueniens: **Credidi, me viſurum bonum Iehouae idque in terra viuentium.** Cocceius pariter cenſet, ideo punctatum, quod abeſſe queat ſenſu illaeſo haec ipſa vox punctata.

Pſ. XXIX.

Verſ. 14.

חֲזַק וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ Obſerues heic nexum theologicum, in verſione germanica, ſey getroſt und unverzagt, non obſeruatum, Fortis eſto (in ſpe tua. Ne quis vero puſillanimis excipiat, fortitudinem illam ſpei non in ſuis ſitam eſſe viribus, ideo notanter additur: quum vel nam confortaturus eſt (Deus) animum tuum. Sic verbum *Hiphilicum* ſuam habet ſignificationem *actiuam*, ſenſumque fundit ſignificantiorem, quam ſi *neutraliter* reddas, *et confirmet ſe cor tuum.* Sicut et primum Lutherus: Vnd laſs dein Hertz feſt halten. Eadem phraſis coniuncta recurrit Pſ. XXXI, 25. conf. Pſ. X, 17. vbi תָּכִין.

Pſ. XXIX, 9.

וּבְהֵיכָלוֹ כֻּלּוֹ אֹמֵר כָּבוֹד׃ Et in palatio eius (coelo) omne illud (ſc. קוֹל *tonitru.* Hoc enim eſt proximum et principale per totum pſalmum ſubiectum.) eloquitur gloriam (*et maieſtatem Iehouae* in regno potentiae eius.) B. Geierus duo priora vocabula per *Athnachum* diremta male conſtruxit inuicem, *in palatio ſuo vniuerſo ipſo eloquitur gloriam.*

Verſ. 10.

יְהוָה לַמַּבּוּל יָשָׁב Iehoua, (qui) ad diluuium (tempore diluuii) ſedit (*et iudicauit* per illud orbem. id enim innuit verbum יָשַׁב coll. Pſ. IX, v. 8.) וְיֵשֵׁב יְהוָה מֶלֶךְ לְעוֹלָם ille Iehoua etiam ſedebit (et manebit) rex in aeternum (mundum porro iudicaturus.)

Verſ. 11.

יְהוָה עֹז לְעַמּוֹ יִתֵּן Idem Iehoua populo ſuo (qui *humillime reueretur et praedicat* (regiam) *maieſtatem* עֹז *et potentiam ſuam* v. 1. 2.) dat robur (ne timore ſeruili perterr eſiat et contremiſcat a terribili tonitru ſuo.) Ita totus textus optime cohaeret.

Pſ. XXXII, XXXV. XXXVII.

Pſ. XXXII, 8.

אִיעָצָה עָלַיִךְ עֵינִי Conſulam tibi oculo meo (i. e. illo, quod ego vidi et cognoui, ſtupiditatem et ferociam belluinam conuerſioni maxime obeſſe et aduerſari, vt ſequitur.) B. Geierus cum Chald. et Druſio *l. 3. quaeſt. et reſp. n. 28.* ita vertit: *conſilium dabo, oculus meus ſuper te* ſc. erit poſitus, coll. Gen. XLIV, 21. Ier. XL, 4. XXIV, 6. Sed manifeſte contra *accentus*. Sic enim in אִיעָצָה pro *ſeruo* requireretur diſtinctiuus maior *Rbhia Gereſchatus*. Et pro vicario *Munach* in עָלַיִךְ ſeruus *Merca*. Praeterea etiam verbum אִיעָצָה abſolute *ſine caſu* poſitum, cum noua *ellipſi* protinus prodit inconuenientiam verſionis. Ceterum recte cum aliis obſeruauit, non Deum, ſed Dauidem heic loqui tanquam de venia iam certum, et gratitudinis ergo ſe proximi etiam מַשְׂכִּיל *informatorem*, conſtituere, quemadmodum et in pſalmo itidem poenitentiali LI, 14. itaque Dauid exſequitur, quod in titulo pſalmi promiſerat. Vid. etiam B. Glaſſii *Sel. Dau. p. 555. 556.*

Pſ. XXXV, 3.

וְהָרֵק חֲנִית וְסְגֹר לִקְרַאת רדְפָי Euelle (et protrahe) haſtam et gladium (coll. Leu. XXVI, 33. vbi הָרִיק adiungitur חֶרֶב תַּחֲרֵי) in occurſum perſecutorum meorum. Hic ſenſus perſpicuus prone fluit ex *accentuatione*, vi cuius סְגֹר non poteſt eſſe *verbum imper. modi*, (quid enim eſſet, *et educ haſtam, et claude ſ. interclude ad occurſum perſequentium me?* niſi ellipſi iuuetur vel *viae*, verhaue den Paſs, vel liberiore expoſitione, vti Lutherus und ſchütze mich; et ſic in חֲנִית accentus maior *Rbhia* exigeretur.) ſed eſt nomen ſignificans *gladii* genus, σάγαρις *acinaces*, ab *includendo* vaginae dictum. Quale telorum genus in Aſia vſitatum fuiſſe teſtis eſt Suida, idque Perſis et Amazonibus tribuitur apud Xenophontem et Herodotum. Vid. Schindlerus *in lex.* Glaſſius *Rhet. S. col.* 1593. et Grotius ad Pſ. XVIII.

Pſ. XXXVII, 20.

Nam impii peribunt, וְאֹיְבֵי יְהוָה כִּיקַר כָּרִים et hoſtes Iehouae

Pſ. XXXVII, XXXIX. ſicut pretioſum pratorum (vvie das Koſtlichſte auf den Auen und Wieſen, das iſt, vvie eine Blume. ſc. *erunt*, vel *peribunt* e m. praecedaneo, vt propoſitio in *Athnacho* abſoluatur. Vix autem veriſimile eſt, Dauidem impios comparare voluiſſe cum *adipe victimali*, quem peculiariter ſibi ſacrum voluit Deus. Vid. Raupp. et Geierus *h. l.* quem ſenſum in verſione *pretioſum arietum* vel *agnorum* intendunt Chald. Kimchi, Vatabl. Belg. Piſc. Iun. Cocceius, Caſtalio.) כְּלוֹ בְעָשָׁן כָּלוּ׃ conſumentur cvm fumo, (i. e. sicvt fumus, coll. *Not. Sel. P. I. p. 9.*) conſumentur, inquam. Lutheri verſio in יאבדו pro *Rbbia* requirit *Mercam Mahpachatum*, et in priori כלו pro ſeruo *Tiphcha* non anteriori diſtinctiuum *Kbbtam Gereſchatum*.

Verſ. 36.

וְיַעֲבֹר וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ Quod ויעבר Geierus cum Chaldaeo et aliis reddit *et praeteriit* vel *interiit* penitus, nim. iſte impius nuper adeo florens ac vegetus, coll. pro hoc ſignificatu Nah. I, 12. Ieſ. XXIX, 5. Iob. XXXIV, 20. et Pſ. XVIII, 13. Atque ita omnino reddi *poſſe* nemo negabit, ita autem heic loci et in tali poſitu reddi *debere*, non ſine ratione dubitamus. Nam interitus totalis demum proprie exprimitur per איננו, ſique ſimpliciter diceretur ויעבר ואיננו ſynonymia haberet locum. Iam vero intercedente particula intendendi והנה *ecce!* diuerſitas rei indicatur, ni illa ſua emphaſi fruſtranda ſit, praeſertim ſi conferatur verſus 10, et Pſ. CIII, 16. Vnde ſenſus hic diſcretior et confirmatior prodit: Quum tranſiret (quis, vel *imperſonaliter* cum Luthero, da man vorüber ging, *attendendo* ſc. *ad locum eius* v. 10.) tum ecce! (praeter omnem opinionem) nullus erat.

Pſ. XXXIX, 6.

אַךְ כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם נִצָּב סֶלָה׃ Quod comma complures reddunt: *certe omnis vanitas omnis homo conſtitutus*, vel *exiſtens*, ac ſi נצב ſit copula ſubiecti et praedicati, (quae vero *implicite* ponitur, eulncente loco parallelo verſ. 12.) qua ratione huiuſmodi foret accentuum diſpoſitio: אַךְ כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם נִצָּב ||| סֶלָה׃ vel pro legato ֽ *Kadma* diſtinctior ֽ *Schalſchelet Pſikatus* vid. Luc. Accent. p. 97. 98 et tab. metr. Quoniam autem to נצב per accentus ſeparatim poſitum eſt, abſolute etiam et cum emphaſi

emphasi sumendum est, sicuti accurate a praecedentibus distinxit B. Lutherus, Pſ. XL. XLII.
die doch so sicher leben. Vertendum itaque: certe omnis (omnimoda, tota) vanitas est (coll. Pſ LXII, 11.) omnis homo, etiam bene, firmiter, constitutus. Ita Belgae, soe vast hy staet.

Pſ. XL, 6.

רַבּוֹת עָשִׂית ׀ אַתָּה ׀ יְהוָה אֱלֹהַי נִפְלְאֹתֶיךָ וּמַחְשְׁבֹתֶיךָ אֵלֵינוּ

Multa et magna (vtrumque enim רב significat) sunt, quae fecisti tu Iehoua Deus mi, mirabilia tua, et cogitationes tuae, (ita *Rbhia*, vt suam maiorem et *Sarka* minorem distinctionem tueatur facta est *transpositio*. vid. *Lux Accent. p.* 106) et quidem *quae fecisti* super nos (quam emphasin oratoriam postulat אלינו absolute positum per *accentus*, itaq; *genericum a specifico* cum pondere distinguitur. Notanter autem loquitur Messias in plurali אלינו *super, erga nos* h. e. super me redemtore, et omnibus hominibus redimendis.) אֵין ׀ עֵרֶךְ אֵלֶיךָ אַגִּידָה וַאֲדַבְּרָה Nullius est ordinare (i. e. ordinate et dispositae eloqui) ad te ea, quae ego saltem indicabo et eloquar; versibus seqq.: עָצְמוּ מִסַּפֵּר Maiora enim et plura sunt, quam vt enarrare (recensere) quis possit. Communiter in אֵלֶיךָ voce *Rbhiata* cum Luthero mediam propositionem absoluunt, et punctum constituunt, quae tamen ab *Athnacho* deperdet, adeoque ad hunc vsque constructio protendenda est. Lutherus equidem in prima versione (du hast deiner Wunder viel gethan, und deinen Gedancken über uns ist nichts gleich.) grauius adhuc peccauit in interpunctionem ebraeam, dum neglecto domino territoriali primo *Merca Mahpachato*, verba illa אין ערך אליך praecedentibus agglutinauit, et prius comma constituit in voce נפלאתיך seruo *Merca* affecta.

Pſ. XLII, 3.

וְאֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים׃ Vt compaream (oblationibus meis coll Pſ. XLIII, 4. facies (cum ellipsi ל vel אל coll. Exod XXIII, 17. IV, 1. 5. Leu. IX, 4. Pſ. XXXIV, 8. 1. Sam. I, 22.) Dei (i. e. in tabernaculo coram arca Dei, singulari ratione super illa residentis et praesentis.) Lutherus verbum וְאֵרָאֶה aliis punctis

Pſ. XLII. ctis animauit, np. וְאֶרְאֶה, itaque ex fut. *Niphal* fecit *Kal*, vertens, daſs ich Gottes Angeſicht ſchaue, licet ſenſui hoc parum derogetur.

Verſ. 5.

אֵלֶּה אֶזְכְּרָה וְאֶשְׁפְּכָה עָלַי נַפְשִׁי כִּי אֶעֱבֹר בַּסָּךְ אֲדַדֵּם עַד־בֵּית אֱלֹהִים בְּקוֹל־רִנָּה וְתוֹדָה הָמוֹן חוֹגֵג׃

Hunc verſum communiter cum Luthero ita reddunt, ac ſi in אלהים eſſet *Athnach*, et in נפשי *Merca Mahpachatus*, dum membrum *Silluki* conſtruunt cum proxime praecedentibus; quod tamen, ditione *Mercae Mahpachati* ſe vsque ad אלהים extendente, et *Rbhia* repetito in נפשי exiſtente, conſtruendum eſt cum remotioribus, ceu accuratius hanc relationem per accentuum diſpoſitionem attendit B. Varenius *in triumph. Dau. loc. 1. concl. 2.* Euincunt inſuper voces vltimae המון חוגג, quae alias iuxta iſtam vulgarem conſtructionem viderentur tautologicae, vtpote iam ſub praecedaneo בסך denominatae. Quare verſio ex conſilio fontium haec erit: Illorum (ſarcaſmorum, *vbi eſt Deus tuus?* et ſimilium) recordabor, et effundam ſuper me animam meam; (de ſenſu phraſeos huius patheticae vid. *Ebr. Etym. ad h. l. p.* 183.) quum trauſiuero in turma, proceſſurus cum illis, vsque ad domum Dei: (et quidem *recordabor liberaliſſime eorum*) cum ſonoro iubilo et celebratione (Dei, pro liberatione gratioſa) in turba feriante. Vernaculo idiomate flueret: Deren (Spœttereyen) will ich gedencken, und mein gantzes Hertz frey ausſchütten, (davon, was ich iezund in währender Gefangenſchafft muſs verſchweigen und in mich freſſen), vvenn ich vverde gehen unter den (erlöſeten) Hauffen, und mit ihnen wallen zum Hauſe Gottes, (alsdenn vverde ich alle deren gedencken) mit Frolocken, und Dancken (für Gottes mächtige Erlœſung) unter denen feyrenden Hauffen.

Verſ. 6.

ישׁוּעוֹת פָּנָיו׃ Quod breue membrum *Silluki* praeſtat integra enunciatione cum Lud. de Dieu et Varenio, quin ipſo Luthero exprimere, repetito כי, Quod (vel Nam) omnimoda ſalus ſit (eſt) facies eius (i. e. ipſe.) Quam quidem verſionem *vt vt veram, non tamen quadrare ad verſum vlt.* cenſet Geierus, ſupplens ſaltem cum Calouio et aliis particulam על *propter.* Sed

qui

quidni quadraret? In verſu vltimo et Pſ. XLIII. cum variatione aliqua ita ſonat: Quod omnimoda (multiiugis) ſalus faciei meae (i. e. mea) ſit, et Deus meus (in oppoſitione ad aduerſariorum *vbi Deus tuus?*) Abſit itaque, vt ex vltima formula pleniori noſtra prior ſit refingenda et corrigenda, ita vt praefixum ל ſequenti in v. 7. אלהי huc trahendo ſit agglutinandum, iuxta profanam et temerariam κρίσιν fontium corruptoris Lud. Capelli *in Crit. S. lib. 4. fol. 269.* in fauorem LXX viralis verſionis. Pſ. XLII. XLV.

Verſ. 7.

אזכרך מארץ ירדן והרמונים מהר מצהר: Recordor tui vltra terram Iardenis, et (*vltra montem*) Hermon et montem Mizar. Vbi Cocceius ſtatuit, praecipua exilii loca commemorari, in Moabitide videlicet trans Iordanem, apud *Hermonitas* inter Geſſuraeos, quorum regis filiam duxerat, et in *monte Mizar* prope Sodomam, vel in montanis Iudaeae deſertis. Verum, vt patet ex titulo, loquitur potius in hoc משכיל *pſalmo informatorio*, vnus e filiis ſ. poſteris Korachi in exilio Babylonico conſtitutus. Nam Iudaei a Babyloniis deportabantur ad orientales plagas ad *Iordanem*, vt eum traiicerent, et ad *montem Hermon et Mizar*, vt ſuperatis eorum iugis et ſaxis vltra pergerent in Chaldaeam. Vid. Guſſetius *Comm. L. E. in addit. rad.* ברה *p.* 918. Vbi etiam ſolide demonſtrauit errorem geographicum, ſi Dauidi tribueretur. Conferri pariter meretur cl. M. Adolphi *diſſertat. de filiis Korachi* §. 8. et 9.

Pſ. XLV, 1.

למנצח על־ששנים לבני־קרח משכיל שיר ידידות: Praecentori datum ſ. canendum eſt ſuper vel ad (ex vſu alternatiuo על et אל (coll. Pſ. LXXX, 1. V, 1. et alias) ſchoſchannim (inſtrumentum muſicum ad *liliorum* folia, *hexachordum*) filiis (i. e. vni prophetae filiorum coll. *Luc. Ebr p.* 352.) Korachi inſpiratum didaſcalicum canticum dilectarum (rerum, coll. *Luc. Ebr. p.* 307. videlicet de amoribus et nuptiis ſponſi Chriſti et ſponſae eccleſiae. Hinc carmen hoc omnium *roſarum* et *liliorum* purpuram vincere fatemur cum B. Varenio *h. l.*) Notamus heic generatim in plurimis pſalmorum titulis mentionem fieri non ſolum *praecentoris* (alios arte muſica vel elatiori vocis ſono *ſuperantis, vincentis*, vi etymi מנצח *des Sang oder Capell-*

Pſ. XLV. *pell-Meiſters*) verum etiam *inſtrumenti muſici*, ad quod pſalmus modulandus fuerit, vel *in genere* (vt Pſ. IV, LIV. LV. LXI. LXVII. LXXVI.) vel *in ſpecie* (vt h. l. it. Pſ. VI. coniunctim. VIII. LXXXI. LXXXIV; XLVI. LIII. LXXXVIII. certa vero denominationis inſtrumentorum ratio hodie nobis eſt incerta.) vel commemorari cantici cuiusdam *ſacri initium*, (ſimul ad ſtatum t. t. interdum ſpecificatum pulcre alludens,) ad cuius modulos canendus fuerit pſalmus, vt Pſ. IX. *Praecentori* canendus eſt *ſec.* melodiam מות לבן *mors filii* ſ. *mors eſt filio pſalmus Dauidi* inſpiratus. (Cl. Tillius *ad h. l. p.* 132. verba tituli huius על־מות לבן conſtruit contra accentus et analogiam aliorum titulorum cum ſeqq. מזמור לדוד, per inuerſionem h. m. reddens: *Ein Pſalm Dauids auf Muth-Labben.* ſo daſs es vor eine Beſchreibung des Inhalts dieſes Geſanges zu halten. Tali vero ratione *Tiphcha anterior* in למנצח plus diſtingueret ipſo *Rbbia Gereſchato*, a quo vt *vicario* heic *Athnachi* dependet. Et ſic non *Tiphcha* ſubdiſtinctiuus, ſed in ſecretioris ſenſus indicium abſolutior dominus ipſe *Athnach* poſtularetur. Hinc etiam ſingularis illa et noua expoſitio vocum על־מות לבן über das Sterben vor dem Sohn oder um des Sohns (Gottes) willen, (dem Herrn, dem wir leben, und dem wir ſterben, vt ſit
Pſ. LVI. periphraſis mortis martyrum) corruit.) Sic Pſ. LVI. *Praecentori* canendum eſt ad melodiam cantici יונת אלם רחוקים *columba muta* (pr. *obmutescentiae coll.* Pſ. LVIII, 2. inter *remotos*, *Dauidi* inſpiratum *aureolum.* Sic Pſ. LVII. LVIII, LIX. LXXV. ad melod. im Thon אל־תשחת *Ne perdas* etc.
Pſ. XXII. Nec minus, ſi verum fateri velimus, Pſ. XXII, ad melod. אילת השחר *Cerua auroraе* etc. Quanquam et hoc dici poteſt, Dauidem forſan ideo id melodiae genus huic pſalmo elegiſſe tum propter ſuauitatem elegantiamque ſuam ad mentem Aben-Eſrae, iuxta illud אילת אהבים *cerua amorum* Prou. V, 19.; tum quod altius ſimul ſpiritu ſuo reſpexerit ad venuſtam analogiam inter *ceruam auroraе* et *Chriſtum patientem*, de qua pia et concinna ſatis heic afferunt meletemata interpretes Chriſtiani, ratione nim. *debilitatis* (in profundiſſima exinanitione coll. v. 7. Luc. XXII, 43. et 2 Cor. XIII, 4.) *manſuetudinis* (coll. Ieſ. LIII, 7. 1 Petr. II, 23) et *perſecutionis* coll. v. 17. Pſ. quoad tempus *auroraе* conf. Marc. XV, 1. Matth. XXVII, 1. Luc. XXII, 26. ita cum B. Getero cl. M. Andr. Caſp. Roth *in diſſert. de cerua auroraе ſect. 3. §. 2. ſeqq. Lipſ. a* 1702. *habita.* Add. Glaſſii *Rb. S. col.* 1604. 1605. Deinde hymni alii *vocibus praelatis* canebantur, vt in verſibus ſingulis decantandis *voces praeirent*, *organa ſequerentur*, vnde שיר מזמור *Oda Pſalmi*, quales ſunt XLVIII. LXVI. LXXXIII. LXXXVIII. CVIII; alii *organis* vel aliis inſtrumentis, vt *haec praeirent*,

irent, illae sequerentur, vnde מזמור שיר *Psalmus Odae.* quales XXX. LXV. LXVII. LXVIII. LXXV. LXXXVII. Quam coniecturam in re prisca haud inconcinnam, nec improbabilem affert Gatakerus *in Cinnos. Aduers. Misc. lib. 1. c. 10. Opp. Crit. p.* 227. eamque vt *eruditam* amplectitur celeb. Dassouius *in diss. de Aue vngue secta coroll.* §. 3. Praeterea alii appellantur *ratione finis* משכיל Oda *didascalica, erudiens*, vti noster Pſ. XLV. XXXII. XLII. XLIV. LII. LIII. LIV. LV. LXXIV. LXXVIII. LXXXVIII. LXXXIX. CXLII. vel in speciali adiuncto ללמד *ad docendum* Pſ. LX. להשכיר *ad comemorandum* Pſ. XXXVIII. LXX. להודות *ad gratiarum actionem* Pſ. C. למעלות *ad* (*in*) *adscensiones* spirituales s. deuotionis, quibus psalmi hi pleni sunt, iisque magis magisque a terrenis ad coelestia adscendimus. Quam probabiliorem tituli rationem probamus cum Tarnouio et Calouio, eamque quodammodo arguere videtur praefixum ל in solo Pſ. CXXI. notanter expressum, quod ideo in reliquis XIV. subaudiendum, vt ita non pro nudo et pleonastico signo *genitiui* habeatur. Ac licet ad mentem veterum Ebraeorum hi psalmi id nominis gerant, quod ab Israëlitis ex Babel reducibus in itinere decantati fuerint, vt tamen a corporali hoc beneficio Dei altius mente sua adscenderint ad liberationem ex captiuitate spirituali per et propter Messiam. Alii ratione *peculiaris aestimii* nuncupantur מכתם Κειμήλιον *aureolum.* Luth. Ein güldē Kleinod Pſ. XVI. LVII. LVIII. LIX. LX. Ceterum praeter instrumenta et melodias psalmorum occurrit etiam in iis *septuagies et semel* solennis nota musica סֶלָה, de qua, vi radicis סלל *eleuare, extollere*, vt probabilius reique conuenientius cum cl. Tillio in der Dicht-Sing-und Spiel-Kunst der alten Hebr. p. 477, autumo, dass es *eine Vermahnung sey vor die Trompeter* mit einen *erhabenen* und lautklingenden blasen den Gesang zu beantworten: und sintemahl diese Vermahnung einen stärckern Laut, als nach gewœhnlicher Weise, erfordert, so ist es kein Wunder, dass dieses Wort am Ende aller pausen nicht gefunden wird, indem dieses nicht als nach merckwürdigen Sachen erfordert wird: Weil auf die gemeine Pause ein gemeines Blasen, welche keine Aufmerckung bedarff, gnug ist. Durch ein stärckeres Blasen wurde das Volck auch vermahnet, durch die *Niederwerffung ihrer selbst* (cum resp. ad rad. סלה *prostrauit*) ihr Hertz auch durch ein stärcker Seelen-Verlangen oder Seelen-Freude hinauf zu GOtt *zu erheben.* Hinc non mirum, quod pariter in oratione prophetae Habacuci, vtpote quam *praecentori in fidibus suis* canendam dedit iuxta c. III. v. vlt., *ter* ista affectus excitandi nota adhibita fuerit. Nec est, quod huic sententiae obuertas, *vocem* סלה *saepe per accentus cohaerere cum voce textus praecedanea, quae sic foret seperanda.* סלה

Pſ. XLV. Id namque fieri ob affectus, colligitur exinde, quod et alia verba et particulae, cum primis verbum *dicendi* אמר cohaereant, alias extra rationem affectus diſcernenda. Vid. *Luc. Accent. p. 28. 29. 31. 92.* Alias de hoc philologemate mire diſſonantes ſententias collegit antehac M. Io Paſchius *in pecul. diſp. Witteb.* a. 1685. ubi quidem poſt B. D. Io. Michaëlem *in diſp. Gryph. a.* 1662. plane ſingularem propinauit, et defenſare anniſus eſt, quod ſit *nomen* Dei *proprium* absque tamen *propria ſignificatione*, quippe quam in indicium malae cauſae adeo reddit genericam et vagam, vt pro circumſtantiis textuum in omnia Dei attributa figuret, fingat, arcletque vt lubet, vt poteſt. v. g. in Pſ. III, 9. vertit: *Glorioſiſſime et benedictiſſime Deus!* LXVII, 9. LXXXIX, 46. *Iuſtiſſime Deus!* XXI, 3. *O magnificentiſſime Deus!* XXXII, 5. *O tutiſſime Deus!* LXI, 5. *O praeſentiſſime Deus!* LXXXIV, 9. *Clementiſſime!* LXXXV, 3. *benigniſſime!* CXL, 9. *Potentisſime Deus!* IX, 21. *O ſumme Deus!* v. 17. et IV, 3 *O immortalem Deum!* XXXIX, 6. O SELAH! q. d. Das ſey Gott geklagt. LXXXVIII, 8. *O ſeueriſſime conculcator atque proſtrator!* LXXXII, 2. *Tu optime et ſumme rerum Arbiter iudica!* etc. Deinde ſi eſt nomen Dei, quare illud in ſolis hymnis, et non pariter in aliis ſcripturae textibus occurrit? et cur Deo attribuemus nomen, quod ſibi ipſemet non clarioribus et indubiis indiciis, vt cetera nomina, attribuit? Nec fauet eidem vbiuis *accentuatio* e. g. in primo ſtatim loco Pſ. III, 3. quem reddit: *Multi dicunt animae meae non eſſe ſalutem* (vel auxilium) *ipſi* באלהים סלה in Deo SELAHO. Germ. Bey dem allerhœchſten und barmhertzigſten GOtt. Siquidem באלהים סלה per *vicarium Munach* ſunt diſtincta, quae alias per appoſitionem cohaerere deberent hac accentuum facie: אין ישועתה לו באלהים סלה Cui nihilominus ſententiae ſubſcripſit celeberrimus ac ſtupendae lectionis theologus D. Io. Diecmannus *in Miſcell. Pred. p. 290. in Not.*

Verſ. 2.

רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב אֹמֵר אֲנִי מַעֲשַׂי לְמֶלֶךְ וגו׳ Ebullit cor meum ſermonem (i. e. *carmen*, vt explicat ſequens מעשי) bonum, (i. e. hilarem, gratulatorium, ferialem. Sic ebraeis ſolennis eſt phraſis יום טוב *dies hilaris, feſtus.*) quum conſtituerim ego, poemata mea (ſc. להיות *eſſe debere*, vel לתת *dare*. Cohaerent enim haec duo vocabula *implicite* et *mediate.*) Regi (Meſſiae.) Germ. Mein Hertz bringet (pr. *ſiedet* ſc. vom Feuer des H. Geiſtes) herfür einen Glückwunſch, oder ein feines, (ræliches

Hoch-

Hochzeit) Lied, indem ich vorhabe (vvillens bin) meine Gedichte (zu widmen, zu dediciren) dem (groſſen) Könige (der Ehren Pſ. XLVII. 3. XXIV, 7.) Pſ. XLV.

Verſ. 5.

והדרך צלח רכב על־דבר אמת וענוה־צדק וגו Et (in) gloria tua proſpere equita (vid. *Luc. Ebr. p.* 392.) propter verbum veritatis, et exauditionem iuſtitiae (te, Meſſiam, quaſi aſſertorem ſuum indefinenter aduocantis, exponente Geiero, quamuis non neceſſario et inuitis *accentibus*, faciat futurum primum Kal, *et exaudi iuſtitiam.* coll. Pſ. XVII, 1. quam *Makkeph* in paritate membrorum paritatem etiam conſtructionis ſubinnuat, alioqui procul dubio coniunctiuus expreſſe poſitus fuiſſet. Tremellius itidem approbante Piſcatore, in Imperat. reddit *proloquere iuſtitiam.* Similes formas infinitiui eiusque nominaſcentis vid. in *Luc. Ebr. p. 259.* ſignificatio autem *manſuetudinis* huc non quadrat, quoniam (1) ſemper alias illa ſcribitur עֲנָוָה (2) ob regimen neglectum. (3) ob copulam ו loco minus congruo exſtantem, quum alias dictum fuiſſet *ob veritatem, manſuetudinem et iuſtitiam*, quemadmodum Lutherus prius conſtruxerat. (4) Ob ſenſum minus aptum regiminis, quo alterutrum vim habeat adiectiui. Quid enim eſſet *manſuetudo iuſtitiae*, ſ. *manſuetae iuſtitiae*?) Germanice: Und in ſolcher deiner Herrlichkeit oder Schmuck zeug glücklich einher, (cum reſpectu prophetico ad ingreſſum Chriſti Hieroſolymitanum ad paſſionem ſuam Zach. IX, 9. Matth. XXI, 5.) um das Wort der Warheit, (daſs ſolches erfullet worde) und Erhórung der Gerechtigkeit (Gottes, daſs derſelbigen vœllig gnug geſchehe.) B. Lutherus duos imperatiuos צלח רכב per *ſeruum* coniunctos diſtraxit, vtſi צלח ſubdiſtinctum eſſet *Pſik Kadmato* ſequente, et tum huic maiorem tribuit diſtinctionem, quam eius domino *Rbbiae.* Sic enim *Rbbia* fuiſſet repetendum, aut רכב coniungendum. Deinde in translatione vocum וענוה־צדק paulo liberiori, und die elenden bey recht zu behalten, עֲנָוָה tribuit ſignificatum *afflictionis*, et abſtractum ſumſit pro concreto, et צדק cum ellipſi ל, adeoque menti eius ad literam redactae reſponderet haec, et (propter) *afflictionem* (afflictos) ad *iuſtitiam*, und dem Elende zum Recht. Sequitur ותורך נוראות ימינך et doceat te (i. e. *re ipſa demonſtret*, vt recte Luth. et Glaſſ. *Gr. S. col.* 792.) mirabilia (in opere redemtionis) dextera tua. Laſs deine rechte Hand (deinen Göttlichen Arm coll. Pſ. XCVIII, 1. Iſ. LIX, 16. LXIII, 1. 5.) Wunder beyweiſen.

Pſ. XLV. XLVI.

Verſ. 9.

מִן־הֵיכְלֵי שֵׁן מִנִּי שִׂמְּחוּךְ׃ Myrrhe, Aloe, (et) Caſia (ſic et Chaldaeus eodem hoc vocabulo קְצִיעָה exprimit קְדָה caſia Exod. XXX, 24.) *ſunt veſtes tuae*) magis quam (veſtes) palatiorum eburneorum, (per veſtes a Meſſiae odoriferas ſimplicius cum Riueto intelliguntur regalia animae eius, et plane diuina virtutum ornamenta, quae ſuauiſſimum ſpirant odorem.) magis quam (eorum ſc. ſociorum, qui) laetificant te, (ſponſum comitatu ſuo, conf. Matth. IX, 15. Io. III, 29. Matth. XXV, 10. et *Lux Ebr. p.* 375. *c. fin.*

Verſ. 13.

וּבַת־צֹר בְּמִנְחָה פָּנַיִךְ יְחַלּוּ עֲשִׁירֵי עָם׃ Et filia Tyri munere faciem tuam deprecabuntur, (vtpote) ditiſſimi populorum, und die Tochter Zor vvird mit Geſchencke dich verſöhnen, (Gnade für deinem Angeſicht finden wollen,) als die Reicheſten unter den Heyden. Conf. Ieſ XXIII, 7. 8. 9. Ezech. XXVI. XXVII. XXVIII. Zach. IX, 3. Senſus eſt, ethnici, inprimis *Tyrii* conuertentur ad Chriſtum, coll. Pſ. LXXXVII, 8. Marc. III, 8. Luc. VI, 17. dum honorifice et humiliter ambient receptionem in communionem et gremium eccleſiae Chriſti. Lutherus interpunctioni ebreae non conformiter reddidit, die Tochter Zor wird mit Geſchencke da feyn, die Reichen im Volck werden vor dir flehen, minori *Tiphchae* anteriori maiorem indens diſtinctionem, quam eius domino *Rebiae Gereſchato*, vt *vicario* heic *Athnachi*, coll. *Luc. Accent p* 102. *et tab. metr.* Pro ratione duarum propoſitionum formalium in בְּמִנְחָה poſt laretur *Athnach*; aut virtualium, (ita vt in fine praedicatum repetendum ſit, et עֲשִׁירֵי עָם ſit ſubiectum a *filia Zor* diuerſum et generale, h. m. *etiam* vel *immo diuites inter populos* (*muneribus deprecabuntur faciem tuam.*) in יְחַלּוּ ipſius *Athnachi* praeſentia non *vicarii* requireretur.

Pſal. XLVI, 2.

עֶזְרָה נִמְצָא מְאֹד׃ Auxilium in anguſtiis inuentus eſt (Deus) valde (ſemper, omni tempore.) Hic ſenſus ſimplex et planus literae eſt conformior, quam eorum, qui נִמְצָא conſtruunt cum עֶזְרָה, *auxilium ſufficiens, praeſentiſſimum*, repugnante genere feminino; quam Lutheri, conſtruentis

cum

cum proximo בצרות, eine Hülffe in den groſſen Nœthen, die uns troffen haben, cum anomalia non tantum generis, ſed et numeri, et ebraiſmi. Sic namque pro נמצא dicendum fuiſſet מצאונו (*quae*) *inuenerunt nos*, ceu patebit conferenti Num. XXXII, 23. Gen. XLIV, 34. Pſ. CXVI, 3. Iob. XXXI, 29. Pſ. XLVI. XLVII.

Verſ. 5.

נהר פלגיו עיר־אלהים Quod ad flumen attinet, (praefigurans ipſum *Spiritum S.*) riui eius (διαιρέσεις χαρισμάτων *diuerſae eius dona* 1. Cor. XII, 4.) laetificant vrbem (eccleſiam) Dei. Lutherus ſenſum cum connexione ſatis apte expreſſit, dennoch ſoll die Stadt Gottes fein luſtig bleiben mit ihren Brunnlein, licet in prima verſione heic, et alias, literam magis preſſerit, der Strom mit ſeinen Bächen erfreuet die Stadt Gottes.

Verſ. 7.

נתן בקולו תמוג ארץ׃ Efficit voce ſua, er macht mit ſeinem Donner, vt liqueſcatterra. Ita rectius Lud. de Dieu, attenta natura praefixi ב. Adeoque non opus eſt illam mutare cum Geiero aliisque in notam *accuſatiui*, nec vllorum adductorum Pſ. LXXII, 3. et LXXXII, 8. Illius enim verſio eſt: et colles (*ferent pacem*, quod omnino ſubaudiendum ex m. praeced.) בצדקה *cum iuſtitia*, coll. Pſ. LXXXV, 11; huius *Nam tu haereditatem habes* בכל *in omnibus gentibus*. Sic optime Luth. denn du biſt Erbherr über alle Heyden.

Pſ. XLVII, 5.

יבחר־לנו את־נחלתנו את־גאון יעקב אשר־אהב סלה׃

Seliget nobis (ſc. *ex illis populis et gentibus* coll. v. praeced. et verſ. 10.) haereditatem noſtram, vna cum excellentia (excellenti haereditate) Iacobi, quem diligit. Sela. Qui ſenſus genuinus, quod apoſtoli (quorum ſermo in hoc pſalmo introducitur) eccleſiam ex gentibus et Iudaeis per concionem euangelii Chriſto Regi collecturi ſint, ex virtute literae recte fluit. Verſio vernacula, er erwählet uns zum Erbtheil, die Herrlichkeit Iacob, den er liebet, requirit hunc vocum poſitum et conſtructionem in priori membro:

Pſ. XLVII. XLVIII, יבחר אותנו לנחלה adeoque in membro altero non eſt *appoſitio* exegetica antecedanei pronominis לנו.

Verſ. 10.

נְדִיבֵי עַמִּים נֶאֱסָפוּ עַם אֱלֹהֵי אַבְרָהָם (Etiam) Principes populorum (coll. Num. XXI, 18. Pſ. CXIII, 8.) ſunt congregati (regno Meſſiae ſe ſubiecturi coll. v. 9.) vt populus vel (אל ad) populum Dei Abrahami; (Notanter autem *Abrahami* fit mentio, ad confirmandam doctrinam propoſitam de vocatione gentium v. 9. et 5. a teſtimonio promiſſionis diuinae Abrahamo factae, *in te benedicentur omnes gentes* Gen. XII, 3. XXII, 18. Gal. III, 16.): כִּי לֵאלֹהִים מָגנֵי־אָרֶץ מְאֹד נַעֲלָה Nam Dei ſunt (coll. Gen. XL, 8. Deut. I, 17. 2 Chr. XX, 15.) ſcuta, (clypei) terrae, i. e. principes, qui protectione ſua id ſunt ſubditis, quod clypeus corpori, maxime Deo ſunt curae, vtpote quorum corda, ſunt in manu eius, et inclinat ea vt riuos aquarum) *Dei*, np. *illius*, qui valde eleuatus eſt. Conf. Pſ. XCVII, 9. Lutheri translatio in prima propoſitione (die Fürſten unter den Völckern ſind verſammlet zu einem Volck, dem GOtt Abraham,) minori *Sarkae* tribuit perfectiorem diſtinctionem, quam maiori *Rbhiae*, et ל *datiui* ſuppleuit ante אלהי; in altera (denn GOtt iſt ſehr erhöhet bey den Schilden auf Erden) praefixum ל tranſpoſuit ab אלהים ad מגני, nec emphaſi conſtructionis ſatisfecit.

Pſ. XLVIII, 15.

הוּא יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת: Lutherus vocem עַל־מוּת vt vnam vertens, er führet uns wie die Iugend, pro ſe habet Chaldaeum, R. Moſen, *Lekach tobh*, et ex parte Graecos et Vulgatum. Sed praeſtat vtique ſecundum literam accipere vt duas voces monente etiam Maſora. Ille (np. Meſſias Deus noſter aeternus) ducet nos (virtute ſuae mortis) ſupra ipſam mortem. Conf. Pſ. LXVIII, 21. *Deo Iehouae Domino ſunt* לַמָּוֶת תּוֹצָאוֹת *ad ipſam mortem exitus.* GOtt der HErr weiſs auch dem Tode (oder wenns zum Tode gehet) auswege. Iſtum ſenſum ſequuntur Syrus, Varenius, et Lud. de Dieu *h. l.* Guſſetius *in comm. L. E. p.* 604. *a.* itemque cl. Tillius biſs

uber

über den Tod i. e. biſs daſs er uns über den Bach des Todes in die himmli- Pſ. XLIX, L.
ſche Ruh wird geführet und gäntzlich ubergebracht haben.

Pſ. XLIX, 13.

וְאָדָם בִּיקָר בַּל־יָלִין וגו׳ Heic cl. Tillius inuitis accentibus parentheſin format, reddens; Vnd daſs ein Menſche, der in Würden nicht bleibet, vvird gleich den Thieren, vvelche vergehen. Sic enim in וְאָדָם ponendus fuiſſet non *ſeruus*, ſed dux maior *Rbhia*. Repugnat quoque verſus vlt. 21.

Verſ. 15.

כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שָׁתוּ מָוֶת יִרְעֵם Sicut pecus (ſaginata et mactata coll. v. 13.) in ſtatum mortuorum locantur, mors depaſcit eos, וַיִּרְדּוּ בָם יְשָׁרִים לַבֹּקֶר וְצוּרָם (l. צִירָם) לִבְלוֹת שְׁאוֹל מִזְּבֻל לוֹ׃ et dominabuntur in eos recti illo mane, (futuro ſc. iubilaeo gloriosae reſurrectionis die coll. 1 Cor. VI, 2. 3. ita recte Chald. Kimch. Vinar. Belgae) quando rupes eorum (idemque legatus ad eos) erit ad conſumendum ſtatum mortuornm, ex habitaculo ſuo (appariturus. coll. 2 Theſſ. I, 7.) Ita omnis obſcuritas, quae in hoc loco interpretibus offunditur, ad lucem *accentuationis* diſpaleſcit, ad quam Varenius *h. l.* et Reinbeckius *in doctr. Accent. p.* 468. prae aliis tutius inceſſerunt. Lutheri et plerorumque translationes in voce לִבְלוֹת *coniuncta* poſtulant *Athnachum*. Lutherus quoque poſthabuit *praefixum* מ in מִזְּבֻל, facta inſuper *enallage numeri* in pronomine לוֹ, et nomine צִיר inſolenter reddito per *trotz*.

Ps. L, 1.

אֵל אֱלֹהִים יְהוָה Deus fortis, Deus, Iehoua. Notari meretur, quod in hoc pſalmo Aſaphi trias nominum diuinorum tribus accentibus *diſtinctiuis* inſignita ſit, cum *transpoſitione* inſuper minoris cum maiore, ſicuti in loco parall. Ioſ. XXII, 22. vbi praeterea eſt geminatio emphatica, duplex occurrit ſignum pauſulae *Pſik euphonicum*, non ſane ſine emphaſi et myſte-

rio.

Pſ. L. rio, ad indicandas tres realiter diſtinctas in deitate perſonas, (quum et ipſimet veteres Iudaei verba Pſ. noſtri interpretentur de tribus מדות *modis* ſ. *proprietatibus* (perſonalibus) *in quibus creatus ſit mundus.* Vid. Raymund. *Pug. Fid. p.* 494. §. *XI.*) absque vlla quoad originationem inaequalitate eſſentiae, voluntatis et maieſtatis. Ac proinde duo priora nomina non vertenda ſunt cum nonnullis *Deus Deorum Iehoua*, nec cum Luthero in l. c. Ioſ. אל *adiectiue*, vti nunquam vſurpatur, der ſtarcke GOtt der HErr, et in prima verſione Pſ. inuerſe, der HErr, der mächtige GOtt. paulo diſtinctius in altera: GOtt der HErr der Mächtige. Nec ſatis explicate Dn. Prof. Franckius *in Obſeru. Bibl. p.* 594. in iſto diſtinguit der ſtarcke, GOtt, der HErr. Vid. cl. Beckii *Diſquiſ. herm. p.* 86. *ſqq.* qui hanc nominum diuinorum *diſtinctionem emphaticam* explicatius effert: der ſtarcke GOtt, der Dreyfaltige, (vel Dreyeinige) GOtt, der (ſelbſt weſentliche) HERR.

Verſ. 2.

מִצִּיּוֹן מִכְלַל־יֹפִי אֱלֹהִים הוֹפִיעַ׃ Ex Zione perfectione pulcritudinis (i.e. perfecte pulcro coll. Thr. II, 15. Ezech. XXVII, 3, XXVIII, 12) Deus apparet. Ita iuxta normam *accentuationis* vna propoſitione efferendum eſt, quemadmodum pariter B. Lutherus tam in hodierna, Aus Zion bricht an der ſchöne Glantz Gottes, quam prima verſione, Aus Zion erſcheinet die vollkommene Schöne Gottes, ſuppoſita tamen alia conſtructione accentuumque diſpoſitione, videlicet מִצִּיּוֹן | מִכְלַל־יֹפִי אֱלֹהִים הוֹפִיעַ׃ *ex Zione,* || *perfectio-pulcritudinis Dei* | *elucet* ||; et hinc alio ſenſu, de fulgore euangelii et Meſſiae ſub N. T. coll. Ieſ. II, 2. 3. et Mich. IV, 2. 3. quem quoque cum Brentio, Geiero, aliisque adoptauit Schmidius, cui quidem in hoc communiter interpres decipiuntur, quod putent vnam in verſiculo contineri hoc propoſitionem, quum reuera ſint duae aequipollentes, quarum vna exponat alteram, h. m. *Ex Zione (eſt, venit) perfectio pulcritudinis: Deus (Meſſias) exſplenduit (exinde.)* Verum, ne dicam de gemina *ellipſi*, ipſe potius decipitur, quoniam ſic in מכלל־יפי requireretur *Athnach*; isque ſenſus difficulter et nonniſi coacte huic pſalmo applicatur, neque minus ſententia Auguſtini *de Ciu. D. l. 20. c. 24.* Caiouii, Var. *adh. l.* aliorumq; de aduentu nouiſſimo ad iudicium uniuerſale, coll. Act. XVII, 30. 31. Verius agitur principaliter de aduentu ad iudicium particulare et ſpirituale Iudaeorum, in quo Deus trinunus iudex redarguit et convincit partim

tim חסידיו *pios*, ex parte adhuc carnales, externis ceremoniis et vmbris sa- Pſ. L.
crificiorum nimium adhaerendo, partim רשעיו *impios* ſiue hypocritas et per-
fidos. Atque ad hoc iudicium pathetice *aduocans coelum et terram*, ſubinnuit, coram toto genere humano cauſam ſuam cum Iudaeis diſceptare. Et conuenit iſta conteſtatio cum illa Moſis Deut. XXXII, 1. XXX, 19. et Prophetae Ieſaiae I, 2. *Ex Zione* igitur *perfecte* alias *pulcro* (ob verum et pulcherrimum Dei cultum inibi inſtitutum et exercitum) *Deus* Zelotes et iudex *prodibit*.

Verſ. 3.

יבא אלהינו ואל־יחרש Veniet Deus noſter, et non tacebit (i. e. affirmatione contrarii דבר coll. v. 17. πάῤῥησιάσεται, quod Germani effe-
runt, er wird kein Blatt vors Maul nehmen. Vid. *Lux Ebr. p.* 384.) אש־לפניו
תאכל וסביביו נשערה מאד: ignis ante ipſum vorabit (conf. Pſ. XVIII, 9. Deut. IV, 24. Exod. XIX, 18.) et circa ipſum procelloſum erit. (ita recte redditur neutraliter, vt tamen *gen. fem.* reſpiciat propius nomen ſuum verbale סערה *procella* cum Schmidio, quam cum Kimchio et Vatablo itemque Rauppio, et Glaſſio *Gr. S. col.* 1199.) τὸ ארץ *terra*, vel cum Iunio et Piſcatore, ac Geiero textuale אש *ignis*. Conf. *Lux. Ebr. p.* 307.) valde. Und um ihn her ein groſs Wetter. Alluditur ad horribilem illam tempeſtatem ad montem Si-
nai, ad tonitrua iſta, fulgura, et flammam montis. Ex. XIX. et XX, Ebr. XII, 18-
21. q. d. Quemadmodum olim valde tremefecit Deus populum in promul-
gatione legis ſuae, ita nunc eadem terrifica maieſtate ſua craſſum illius abuſum vlciſcetur.

Verſ. 5.

כרתי בריתי עלי־זבח: Pangentes (*qui pangenter erant*, videlicet in patribus ſuis) foedus mecum (Ita namque *affixum* heic exponendum eſt, vt ſeparatum cum praepoſitione pro עמי l. עתי ברית Conf. *Lux Ebr. p.* 370.) iuxta cum ſacrificiis, cum reſpectu ad Exod. XXIV, 5. 6. 7. 8. Hoc pacto ſeruamus naturam et vſum perpetuum phraſeos כרות ברית. Vid. *Ebr. Etym. p.* 11. A quo vero abludit verſio germanica, Rauppio approbata, die den Bund mehr achten, denn Opffer. Senſu licet commodo.

Pſ. L. LI.

Verſ. 23.

זֹבֵחַ תּוֹדָה יְכַבְּדָנְנִי Qui ſacrificat confeſſionem, (i. e. qui me vult colere et confiteri, coll. v. 14.) honoret me recte, (*ſpiritu* np. *fracto et corde contrito*, veraque fide in Chriſtum, vtpote זִבְחֵי אֱלֹהִים *ſacrificiis* Deo *aceptis* iuxta Pſ. ſq. LI, 19. et זִבְחֵי־צֶדֶק *ſacrificiis iuſtitiae* ſ. *iuſtis* v. 21. et Pſ. IV, 6. Verbum autem יְכַבְּדָנְנִי in modo *optatiuo* coll. v. 15. et cum tali emphaſi heic loci venire, ſuadet et ipſa res et vis coniug. *Ptel*, et oppoſitio. Opponuntur enim haec verba cultui hypocritico Iudaeorum in praecedentibus grauiter notato.) וְשָׂם דֶּרֶךְ et qui ponit viam (iterum cum epitaſi rectam, oppoſitam flexuoſae et erroneae viae colendi Deum. LXX et Vulg. pro שָׂם legerunt שָׁם *Schin* pro *Sin* vertentes *ibi eſt via*. Nec aliter in ſenſu Lutherus, und das iſt der Weg.) אַרְאֶנּוּ בִּישׁוּעַת אֱלֹהִים׃ videre faciam eum cum gaudio (vid. *Luc. Ebr. p.* 387. *ſq.*) ſalutem (np. remiſſionem peccatorum, iuſtificationem, pacem conſcientiae, et ſpem vitae aeternae) Dei (i. e. *meam* vid. *Lux Ebr. p.* 372. et Pſ. XCI, 16.)

Ps. LI, 6.

לְךָ לְבַדְּךָ חָטָאתִי וְהָרַע בְּעֵינֶיךָ עָשִׂיתִי Tibi ſoli peccaui, et id quod malum eſt in oculis tuis (i. e. tibi diſplicet. Vid. *Ebr. Etym. p.* 13. 24.) id ipſum, inquam, feci. Ab *originali peccato* m. 1. iuxta quod omnis etiam renatus *ſoli Deo* peccat, et peccator eſt, praeceps fertur oratio ad *actuale illud et regnans Dauidis crimen*, quod ipſum maxime tangebat, premebat, angebat, vi *tranſpoſiti* accentus minoris *Sarkae* cum maiore *Rbbia*. Vid. *Luc. Accent. p.* 106. *ſeqq.* Vt ita in Dauide habeamus reum confeſſum non tantum τῆς ἐπιθυμίας ἐξελκομένης καὶ δελεαζομένης; ſed etiam τῆς ἐπιθυμίας συλλαβέσης καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀποτελεσθείσης, Iac. I, 14. 15. Itaque *vt iuſtus* et *purus* celebretur ſolus Deus, ſec. verba ſqq. coll. Iob. XL, 8. Ieſ. XLIII, 26. Qua ratione putem, dubium iſtud, quod mouet Varenius *h. l.* itemq; Danzius *interpr. Ebr. Ch. p.* 181. *ſeq.* *Quomodo* np. *ſoli Deo*? *qui et Vriae, et Bathſebae, et Ioabo, et toti populo peccauerit*? egregie ſolui. Nec ſatisfacit ſolutio de *clandeſtino peccato*, Deo ſolo praeſente et vidente, quam praefert Danzius

cum

cum D. Kimchio, et cum Maldonato Hackſpanius *adh. l.* Quis, qui clam peccat, non peccat ſoli Deo. Paulo melior eſſet illa, *Tibi ſoli vt meo iudici peccaui.* Aſt Dauid heic non vt rex, ſed vt humilis peccatorum confeſſor loquitur. Pſ. LI.

Verſ. 8.

הֵן־אֱמֶת חָפַצְתָּ בַּטֻּחוֹת Ecce veritate (ingenua peccatoris poenitentis confeſſione et conuerſione) delectaris in intimis (tuis, o Deus! Lutheri verſio, Siehe, du haſt Luſt zur Warheit, die im Verborgen liegt, poſtulat transpoſitionem accentuum, nim. in חָפַצְתָּ diſtinctiuum minorem *Tiphcham* anteriorem, praeuio ſeruo *Munach.*) וּבַסָּתֻם חָכְמָה תוֹדִיעֵנִי׃ Quod membrum proprie et concinne exponit cl. Guſſetius *in Comment. L. E. p. 893. a.* Et in praecluſo (h. e. in ſtatu, in quo omnia mihi *praecluſa* erant, in ſtatu, inquam, peccati ac impoenitentiae, quo *obſtruebatur* via ad thronum gratiae, et precum offerendarum aditus, itemque fons benedictionum, imo et cognitio mediorum, quibus haec omnia *obſtructa* aperirentur.) tu me doces ſapientiam (h. e. artem illam aperiendi, ſcil. confeſſionem ingenuam culpae coll. Pſ. XXXII. Sin בַּסָּתֻם cum aliis malis vertere *in abſcondito*, (quod tamen non proprie ſignificat) intelligendum eſt de *profundo myſterio euangelii*, quod v. 10. vocatur *gaudium et laetitia exhilarans oſſa contrita*, quo docetur peccator, in Chriſto obtineri vnice gratiam et remiſſionem peccatorum, atque omnem veram *ſapientiam*, vtpote *in quo omnes theſauri ſapientiae* et cognitionis *ſunt reconditi* Col. II, 3.) Translatio vernacula, du läſſeſt mich wiſſen die heimliche Weisheit, aliam iterum conſtructionem ac interpunctionem ſupponit, np. וּבַסָּתֻם חָכְמָה תוֹדִיעֵנִי׃ (סָתוּמָה l.) Pro periphraſi adiectiui etiam habet Glaſſius *Gr. S. col.* §71.

Verſ. 9.

תְּחַטְּאֵנִי בְאֵזוֹב וְאֶטְהָר Expia me hyſſopo vt mundus fiam. Dauid non potuit hoc dicere ſenſu legis Moſaicae corporeo. Nam peccata" alia eluebantur ſanguine victimae ope hyſſopi adſperſo. Adulterium vero" et homicidium non erant de illorum numero, quae erant Dauidis crimina;" vt nec idololatria. Tribus enim illis expiationem nullam lex ſuppeditat."

Pſ. LI, LVI. „Itaque Dauid verbis vtens legalibus cogitat expiationem ſpecie diuerſam: ni„mirum eam, quae in Chriſti ſanguine reſidet, retroque viam ſuam ad Dauidem „vsque et vltra exporrigebat. Ceu docte in hunc locum commentatur Guſſetius *l. c. p.* 248. *b.* Et Geierus *ad h. l.* breuiter: Sine dubio reſpectum habuit ad id, quod hyſſopi adſperſione nouerat praefigurari, nempe ad ſanguinem Meſſiae.“ Propterea non a ſacerdote, ſed a Deo ipſo expiationem petiit Dauid. Ceterum ex antiquitate Ebraeorum de hac alluſione Dauidica ad luſtrationem illam, quae mediante hyſſopo in aquam vaccae rufae cineribus mixtam intincta fiebat, erudite differit celeb. Daſſouius, quod, quum iſta aduerſus immundiciem omnium maximam, nempe ex mortuo contractam, valebat, et hinc omnes victimarum ſanguines pretio ſuo et dignitate ſuperabat, ſic Dauid non ſolum indicaret, ſe eſſe in peccatis mortuum, et velle liberari a morte peccati, verum etiam modum, quo deliquerat ſimul confiteri Deo candide vellet. Nam deliquerat oculis, quibus laſciue Bathſebam intuebatur: deliquerat praeterea manu, qua ſcripſerat epiſtolam internecinam; itaque adſperſionem hyſſopi exoptabat, vt aqua luſtralis et oculos, quibus abuſus erat, et manus tangeret. Nam illa aqua ſi in hominem immundum deriuaretur, attendi data opera debuiſſe, vt vultus et manus tangerentur, quandoquidem ſi veſtes tangerentur nullam ſecutam eſſe expiationem, ſed repetendam adſperſionem, ceu docet ex Maimonide *de Vacca rufa cap.* 12. §. 1. Vid. eius *diſſert. de Luſtrat. Ebr. ſupr.* §. 16. 17. et *de Emph. Sacr. Voc. diſp. II. p.* 4. 5. Vbi etiam diſſentientium ſententiam, quod ad hyſſopum, qua mundabatur leproſus, reſpiciatur, notat.

Pſ. LVI, 3.

כי־רַבִּים לְחָמִים לִי מְרוֹמ׃ Vbi לחמים לי interpretes communiter reddunt, *pugnantes contra me.* Quibus vero Aben Eſra vellicat aurem hac regula ſyntactica, מלת מלחמה ואחריה למר היא לעזר כי המעם בעבורו הוא כמו הנלחם לכם רק עמם מלת עם לגנאי i. e. *Verbum* לחם vel נלחם *conſtructum cum* ל *ſignificat auxilium* pro aliquo *pugnare, ſicuti Exod. XIV, 25. Sed cum particula* עם (add. ב) *ſignificat* contra aliquem *pugnare.* Et voculam כי, quam obiicere poſſis, exponendam eſſe *aduerſatiue* Sed, vt alias. Vnde comma hoc ſic interpretatur ריש לי מלאכים רבים במרום נלחמים בעבורי *Sed ſunt mihi multi Angeli in excelſis pugnantes*

pro

pro vel *propter me.* Quem ſecuti ſunt Iunius et Tremellius, vertentes, *quia multi* ſunt, *e ſublimi propugnatores* adſunto *mihi,* niſi quod כי *cauſale* ferueut; qua vero ratione praeter geminam *ellipſin* verbi ſubſtantiui peccant in *accentus*, quaſi *Athnach* eſſet in כי־רבים, et in כל־חיום *Merca Mahpachatus*; adeoque tres conſtituendae ſint propoſitiones. Cum iſtis qua ſenſum congruit Tilius, licet alio modo peccet in accentus, dum לחמים לי coniuncta ſeparat, et *Rbbiam Gereſchatum* ad τὸ לחמים rapit, vertens: *Dieweil ihrer viele ſeyn, die mich beſtreiten, ſo ſey die Höhe für mich.* Und alſo ſehe Dauid auf eine Hülffe von oben, und erwarte, daſs GOtt die Engel, ja Sonn und Mond und alle Elemente für ihm von der Höhe ſtreiten möchten. Ceteroqui ſenſus iſte Aben Eſrae ex ſyntaxi omnino non eſt poſtponendus. Pſ. LVI. LVII.

Verſ. 8.

עַל־אָוֶן פַּלֵּט־לָמוֹ An propter (tantam) iniquitatem euaſio (coll. Pſ. XXXII, 7.) erit ipſis? (hoſtibus ſc. meis? nequaquam. quin) *in ira* etc. Qui ſenſus per *interrogationem* ad rei πάθος et ſequentia magis quadrat, eumque tenent R. Kimchi, Munſterus, Pagninus, Piſcator, Campenſis, Varenius.

Ps. LVII, 4.

Mittet (coll. Pſ. CXLIV, 7. vbi addtur יד *manum ſuam*) *ex coelis* (Pſ. XVIII, 17. ממרום *ex alto*) *et auxiliabitur mihi,* חרף שאפי (is quem) blaſphemat perſecutor meus. (coll. Pſ. LVI, 2. 3.) Ita rectius cum Cocceio Geierus. Alii cum Luthero transferentes, a *probro deglutientis me*, aliam ſupponunt punctationem np. nominis חֶרֶף, quum tamen punctatio textualis vellt *praeteritum Piel.*

Verſ. 5.

נַפְשִׁי בְּתוֹךְ לְבָאִים אֶשְׁכְּבָה לְהָטִים Anima mea (eſt vel iacet) in medio leonum, iaceo (בתוך, inter quod repetendum) flammantes (i. e. gladiatores terribiles flammiuomis laminis, vel iuxta Geierum, qui meros quaſi ignes ac flammas ſpirant, ira ſuccenſi ardent, Saulemque magis aduerſus me inflammare allaborant.) בְּנֵי־אָדָם שִׁנֵּיהֶם חֲנִית וְחִצִּים filios hominum quod attinet (coll. *Luc. Ebr. p.* 336. *fin.*) dentes eorum ſunt vt haſta

Pſ. LVIII. et ſagittae. etc. Ita vertendum eſt iuxta *accentuationem*, quam vero grauiter laedit verſio Lutheri, haut attendendo ad *Mercam Mahpachatum*, in eius ſeruo *Ieracho* primam propoſitionem terminans: Ich liege (mit) meiner Seelen unter den Lövven, die Menſchen Kinder ſind Flammen, etc.

Pſ. LVIII, 2.

הַאַמְנָם אֵלֶם צֶדֶק תְּדַבֵּרוּן מֵישָׁרִים תִּשְׁפְּטוּ בְנֵי אָדָם׃

Quem verſum accurate ex conſilio fontis ita exprimit B. Varenius: Nonne (tandem) reuera (ſerio ſine dolo et fraude) iuſtitiae (patronis viduatae) obmuteſcentiam (iuſtam meam cauſam tamdiu ſuppreſſam, et in illa iuſtitiam noxio ſilentio hactenus quaſi mortuam, mutam) eloquemini? (*Nonne tandem aliquando*) rectiſſime (coll. Pſ. LXXV, 3. IX, 9.) iudicabitis o filii hominum? Germ. Wolt ihr dann nicht einmal die ſo lang verſchwiegene (oder ſtumm geweſene) Gerechtigkeit (in meiner Sache) ausſprechen? (redent machen?) Und aufrichtig und redlich richten, ihr Menſchen Kinder? In ſenſu pulcre conuenit Lutherus. Nec minus R. Abendana *ad M. I.* et Raſchi, qui putant eſſe apoſtrophen ad Abnerum et reliquos principes Saulis obtrectatores Dauidis. Illa ſenſum efformat h. m. אם באמת תדברון צדק ותשפטו מישרים לא תעשו כן׃ *Si in veritate eloqueremini iuſtitiam, et iudicaretis recte, non faceretis ſic.* Hic expreſſius: האמנם נאלם מפיכם הצדק שהיה לכם לדבר והמשרים שהיה לכם לשפוט׃ *Num vere obmutuit ex ore veſtro iuſtitia, quam debebatis eloqui? et annon veſtrum eſt iuſte iudicare?* B. quidem Geierus opinatur, eundem manere ſenſum, ſi ſic reddatur: *Num reuera ſilentium iuſtitiae? annon loquemini? annon recte iudicabitis o filii hominum?* Verum eundem hunc ſenſum non patiuntur *accentus*, dum ſic *Tiphcha* anterior perfectius diſtingueret quam *Rbhia* contra Can. III. *Luc. Accent. p. 23.* Contra eosdem peccant Pagninus, Geſnerus, Belgae, Rob. Stephanus, Iunius, Piſcator, Muſculus, Rauppius, τὸ אלם reddentes in vocatiuo *o congregatio*, vel *manipule*, vel *concilium*, itaque *coniuncta diſiungentes*. Hoc enim pacto אלם minore *Tiphcha*, et צדק ſeruo *Munach* afficiendus fuiſſet.

Verſ. 10.

בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִירֹתֵיכֶם אֹתָד כְּמוֹ־חַי כְּמוֹ־חָרוֹן יִשְׂעָרֵנוּ׃

Ante-

Antequam ſentiant ollae veſtrae (ſ. carne ollis veſtris indita) rhamnum (h. e. antequam ad rectum felicitatis deueniatur terminum, antequam conſilia veſtra ad rectam peruenerint maturitatem aut effectum) tam viuus ſeu ſuccu-lentus adhuc, quam exarſio factus ſ. ſuccenſus turbine horribili abri-pietur ille coll. Iob. XXVII, 21. (np. *rhamnus*, adeo vt nihil coquendae ollae neceſſarium ſuperſtes ſit manſurum, h. e. improuiſa ac violenta fortunae prioris ſpeique omnis erit ablatio. Eſtque prouerbiale loquendi genus, ferme ſicuti nos Germani immaturum ſolemus deridere gaudium, Es iſt noch nicht in dem Topff, darinn es kochen ſoll. Ita ſimplicius hunc locum obſcuriſſimum exponit B. Geierus. Pſ. LIX. LXIV.

Ps. LIX, 10.

עֻזּוֹ אֵלֶיךָ אֶשְׁמֹרָה Lutherus faciens cum Raſchio et Kimchio melius aliis ſenſum commatis huius aſſecutus eſt cum *ellipſi* praepoſitionis מ vel מִפְּנֵי *prae* vel *propter*, vor ihrer (prius ad literam *ſeiner*) Macht halt ich mich zu dir. Quanquam etiam non minore conuenientia ſubaudito ſaltem verbo ſubſt. poſſit reddi: Sit robur eius, (Saulis et miniſtrorum eius) tamen inſtar cuſtodis te obſeruabo. Sed contra *accentus* et ſenſu incongruo Lud. de Dieu: *roburne eius ad te eſt? obſeruabo, quia Deus etc.* Quem propterea recte iam notauit Geierus. Proinde non ſine nota temeritatis LXX et Vulg. pro עֻזּוֹ ſubſtituerunt עֻזִּי *robur meum*, quemadmodum et legendum videtur Piſcatori. Forſitan reſpicientes ad עֻזִּי v. 18. Quod vtique videtur opponi noſtro עֻזּוֹ *robori Saulis*, q. d. *ſit robur eius*, in eoque confidat, *meum* vero *robur* vnicum es o Deus!

Ps. LXIV, 7.

יַחְפְּשׂוּ עַוְלוֹת תַּמְנוּ חֵפֶשׂ מֻחְפָּשׂ Scrutantur iniquitates, (אָמְרוּ dicentes, quod ex verſ. praeced. ſubaudiendum vi verbi ſeq. 1. *perf.*) perfecimus ſcrutinium ſcrutatum; וְקֶרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק et intimum viri (Dauidis), et cor profundum (ſc. *ſcrutatum* ſ. *exploratum* eſt.) Germ. Sie forſchen nach Boſsheiten (ob ſie wvelche bey mir finden möchten,) und ſagen, wir haben vollkommen erfor-

ſchet

Pſ. LXV. ſchet, beyde des Mannes invvendiges, und ſein tiefes Hertz (was er im Sinne führet, alle ſeine geheime Anſchläge, Gedancken, Tichten und Trachten. Lutherus pro תמנר videtur legiſſe טְמִנוּ *occultant*, haltens heimlich, habetque praeeuntem Raſchium, cui ת poſitum eſt pro ט. Quanquam talis permutatio literarum congenerum ceu in aliis ita et heic poſſet obtinere, vid. *Luc. Ebr. p.* 14. modo pro (_) adeſſet (_), nec iſte ſenſus iam praeceſſiſſet, dum impii *narrant* ſibi inuicem, לטמן *occulturos ſe eſſe laqueos* (i. e. conſilia, fraudes, machinationes, et facinora *illaqueantia*) *ita vt nemo viſurus ſit eos.* De forma תמנר confuſa cum *quieſcentibus* עֹר vid. *Luc. Ebr. p.* 237. *fin.*

Ps. LXV, 6.

נוֹרָאוֹת | בְּצֶדֶק תַּעֲנֵנוּ אֱלֹהֵי יִשְׁעֵנוּ Formidabilia in iuſtitia (ſ. iuſte) reſpondes (realiter ſ. exhibes coll. Gen. XLI, 16 Eccl. X, 19) nobis Deus ſalutis noſtrae. Germ. du erweiſeſt uns (läſſeſt uns erfahren) mit guten Recht ſchreckliche (vvunderliche) Dinge, (vvelche uns eine Kindliche Furcht, denen Feinden aber ein groſſes Schrecken einjagen.) Du GOtt unſer Heyland. Lutheri verſio hodierna, Erhöre uns nach der vvunderlichen Gerechtigkeit, hanc poſtulat conſtructionis formam בְּצֶדֶק נוֹרָא תַּעֲנֵנוּ; aſt vetus literae eſt tenacior, du wirſt uns vvunderlich antvvorten mit Gerechtigkeit.

Verſ. 9.

מוֹצָאֵי בֹקֶר וְעֶרֶב תְּרַנֵּן: Egreſſus (per metonymiam abſtracti pro concreto *egredientes*) mane et (מבאי ingreſſus, quod vi correlationis ſubaudiendum) veſperi (i. e. homines mane egredientes ad laborem, et veſperi reuertentes ad quietem ſuam. coll. Pſ. CIV, 23. Deſcriptio pacis. vid. *Glaſſ. coll.* 1216.) cantare facis (exhilaras) du macheſt frölich, die ausgehen beyde früh und ſpat, ita primum Lutherus, pro quo poſtmodum generalius, vvas da vvebet, beyde des Morgens und des Abends.

Verſ. 10.

רְבִּית תְּעַשְּׁרֶנָּה פֶּלֶג אֱלֹהִים מָלֵא מָיִם (et) Multum ditas eam, riuo Dei (nubibus) pleno aquis. Ita rectius interpunctionis notu-

las

las obseruant Iunius et Piscator. Alii cum Luthero in תעשרנה requirunt accentum pausantem *Mercam Mahpachatum*. Ps. LXVI, LXVIII.

Ps. LXVI, 2.

שִׂימוּ כָּבוֹד תְּהִלָּתוֹ׃ Ponite (ducite) gloriam, laudem eius, (Dei) haltet es für eine Ehre ihn loben. Quem sensum rectius aliis tenet Aben Etra, confirmante *accentuatione*, cui vero aduersatur constructio Geieri, *constituite, efficite, vt gloria* (vel *glorioſiſſima*) *ſit laus eius*. Sic enim in שימו ponendus fuisset *Rbbia Gereschatus*, Lutheri, rühmet ihn (vel vt prius machet seinen Ruhm) herrlich, supponit *ellipsin* ב prope כבוד, quod tum latine sonaret, *ponite cum, in gloria* (i. e. glorioſe) *laudem eius*.

Ps. LXVIII, 2.

יָקוּם אֱלֹהִים יָפוּצוּ אֹיְבָיו וגו׳ Surgat Deus, (vt) dispergantur hostes eius etc. Psaltes alludendo ad verba Mosis arca proficiscente Num. X, 35. forsan occasione arcae translatae in ciuitatem suam, in spiritu prophetico respexit ad illius arcae antitypum Christum in carne venturum cum mirabili potentique effectu. Vid. Seb. Schmid. *h. l.*

Vers. 7.

מוֹצִיא אֲסִירִים בַּכּוֹשָׁרוֹת Educens vinctos in rectitudinibus, zu rechter Zeit. Quam significationem radicalem vocis בכושרות praefero cum Rasch. Luthero, Brent. Caiet. Auenario, propter *praepositionem* ב et *accentuationem*; quoniam in notione *vinculorum*, vel *catenarum* omnino requireretur praefixum מ *ex*, coll. Ies. XLII, 7; et constructio multorum *vinctos catenis* s. *compedibus* exigeret coniunctiuum *Munach* in אסירים, ceu confirmat collatio Iob. XXXVI, 8. et Ier. XL, 1.

Vers. 9.

Tremebat terra, etiam coeli ſtillabant (qs. liquefacti et interituri, qui alias *fugere* dicuntur coram Deo,) *a facie Dei*; זֶה סִינַי מִפְּנֵי אֱלֹהִים

Pſ. LXVIII. hic Sinai (ſc. *tremebat*) e membr. praecio repetendum, coll. Exod. XIX, 18. indicio etiam *Athnachi* incompleti) coram Deo. Vbi LXX, Lutherus, Rauppius pronomen demonſtratiuum זה non conſtruunt cum *Sinai*, quod tamen vult ſeruus *Merca*, coll. paralleliſmo Iud. V, 5. ſed cum אלהים *coram Deo hoc*, inſigniter licet diſterminato per *Mercam Mahpachatum*, et tum prope סיני faciunt *ellipſin* ב *in Sinai*, vel regimen; itaque terminum primae propoſitionis non attendentes illam demum finiunt in *Athnacho* in metricis iſto minore.

Verſ. 10.

נחלתך ונלאה אתה כוננתה: Haereditatem tuam eamque (ita recte ו reddunt Tremellius et Schmidius) laſſam quod attinet, (ita aeque recte Piſcator, Schmidius, ob ſequens *affixum* alias otioſum) tu firmaſti eam. Per *haereditatem* vero *laſſam ac defatigatam* intelliguntur pii et fideles ex V.T. ad nouum transeuntes ac ſpe longiſſima aduentus Meſſiae languidi, per illum iam recreati, *pluuia liberaliſſima* donorum Spiritus S. in feſto pentecoſtes et deinceps Ioel. III, 1. 2. Iſ. XLIV, 3. Act. II, 3. 4. VIII. 17. X, 44. 47. exhilarati pleneque conſolidati. Ceterum merito cl. Beckio *l. c. p. 239. ſq.* vapulat Dn. Prof. Franckius in adoptata ſimpliciter absque vlteriori diiudicatione verſione Saubertiana totius verſus, du GOtt lieſſeſt deine Gütigkeit von oben herab regnen, uber dein Erbe; Und da es ſchvvach vvar, ſtärckeſt du es, quae praeter alia neglexit *Athnachum*, voce נחלתך ad praecedens membrum tracta. Quum tamen alias *accentationem* contra Lutherum vrgere ſoleat.

Verſ. 11.

חיתך ישכנו בה congregatio tua (vt explicant Ebraei fere omnes. vid. Raſchi, Aben Eſra, Kimchi, cum iisque Bochartus *in Hieroz. P. I. p. 774.* Ita et verſ. 31. it. 2 Sam. XXIII, 11. 13. Sed quare a ſignificatu communi *beſtiae* recedemus? acccipientes autem cum Seb. Schmidio tropice de *gentibus feris et Dei ignaris*, qui Deum hactenus non magis, quam *beſtiae*, cognouerint ac coluerint, vt non immerito *beſtiae* et v. 24. *canes illius*, vocentur, à quo *vitam* ſpiritualem habent. Quibus adde, quod etiam Chriſtus mulierem Cananaeam cum *cane* comparet, Mat. XV, 26. Sic et Pſ. LXXIV, 19. *hoſtis Dei* dicitur חיה *beſtia* oppoſita *turturi* itidem metaphorice, i.e. fideli afflicto. Vbi quidem recte

recte reddunt cum Chald. et Aben Esra, Geierus, Rauppius, pro aliorum *congregatione*, *caterua*. Et addubitat h. l. Lud. de Dieu, an vspiam חיה pro *congregatione* accipiatur?) habitabunt in ea vel inter eam sc. נחלה *haereditatem* i. e. gentiles ecclesiae Christi associabuntur) תכין בטובתך לעני אלהים: confirmabis (*illud* np. habitare) pro bonitate tua huic misero populo, (qui antea *bestia* dicebatur) o Deus! Notetur, quod idem verbum כון vsurpetur de credentibus Iudaeis sub primordia oeconomiae N. T. ipio aduentu Messiae plenissime *confirmatis*, et de gentilibus in eadem fide in illum *confirmandis*, idque indicio diuersi temporis *praeteriti* et *futuri*. Iam optime se habebit versio germanica, GOtt, du labest (vel du wirst laben) die (diese) elenden (Heyden) mit deinen Gütern (die du ihnen, da sie vvey'and ferne gevvesen, nun aber nahe vvorden seyn durch das Blut Christi Eph. II, 13. geschencket hast.) Quod pulcherrimum discrimen temporum verbi כון non obseruauit pientissimus iuxta ac solertissimus B. Geierus, quando תכין vertit *praeparas* (*eam* np. haereditatem.) Nam quid opus erat iterum *praeparatione*? quippe quae iam praecedit vers. 10. et *habitatio* illam praesupponat. Ps. LXVIII.

Vers. 12.

אדני יתן־אמר Dominus dabit verbum (praedicationis), המבשרות צבא רב: euangelizatrices (dabit,) exercitum magnum. Sic simpliciter vertendum. Non enim patitur genius ebraismi, vt vertatur: *euangelizatricum exercitum magnum*, vel *est exercitus magnus*. Feminae autem V. T. (Exod. XV. 20. 1 Sam. XVIII, 6. 7.) typi fuerunt ministrorum N. T. Nam quemadmodum mulieres istae Israeliticae exoptatissimam" illam liberationem ex Aegyptiaca seruitute debito laudum praeconio extolle-" bant; ita quoque apostoli, postquam in vniuersum orbem ad praedicandum" euangelium omni creaturae, Christi mandato abierunt, Matth. XXVIII, 19." Marc. XVI, 15. laetissimam istam liberationem, qua de manu inimicorum" nostrorum per Christum sumus liberati, Luc. I, 74. Gal. I, 4. annunciarunt," sunt verba B. Lic. Dan. Mulleri *in Dissert. de Militia Apostolica* §. 8. p. 33.

Vers. 13.

מלכי צבאות ידדון ידדון Reges exercituum (np. euangelizantium vt praecedit, i. e. Apostoli) fugient fugient: (i, e. praepropere et sine vlla mora euangelium de gratia Dei in I. C. per totum mundum annuncia-

Pſ. LXVIII. bunt) ונות בית תחלק שלל: et habitatrix domus ſ. mater familias (i.e. eccleſia iudaica. Nam *a Iudaeis venit ſalus* Io. IV, 22.) diuidet ſpolium (i. e. bona ſua et theſauros coeleſtes in Chriſto ex aequo participabit etiam gentilibus.

Verſ. 14.

אם־תשכבון בין שפתים Quando cubabitis (o eccleſia collecta militans) inter diſpoſitos ordines caſtrorum, (et ipſae portae inferorum vos ſunt oppugnaturae;) כנפי יונה נחפה בכסף eritis ſicut alae columbae (illius dilectae Cant. II, 14. VI, 7. Matth. X, 16.) quarum quaelibet eſt obducta argento, ואברותיה בירקרק חרוץ: et quaelibet pinna eius auro fulgurante ſelectiſſimo.

Verſ. 15.

בברש שדי מלכים בה תשלג בצלמון: Quum diſſipabit (coll. Zach. II, 10. al. 6. Ezech. XVII, 21.) omnipotens reges per eam, (videl. יונה *columbam*. ita ſimplicius conſtruit Geierus) albeſcet ſicut nix (i.e. ſumma emerget ſerenitas vel pax) in tenebris craſſiſſimis. Ita idem Geierus, vt congruat cum voce צלמות. Nec minus *appellatiue* per *vmbram* reddunt Chald. Kimchi, Muiſius, Luth. Campenſ. Plerique cum Vulg. accipiunt vt nomen proprium montis *Zalmon*, ſiti prope vrbem Sichem in tribu Ephraim, cuius fit mentio Iud. IX, 48. quem Aben Eſra perpetuis dicit albere niuibus, et quem arboribus obſitum, obſcurum vel vmbroſum exinde factum fuiſſe, colligere licet ex l. c. Iud. Quanquam de niuibus illis perpetuis dubitat Geierus.

Verſ. 18.

רכב אלהים רבתים אלפי שנאן Quod attinet ad currus Dei, (i. e. exercitus angelicos coll. 2. Reg. VI, 17. metaphora inde deſumta, quod milites ſaltem praeſtantiores curribus veherentur, quum praeliaturi eſſent, coll. Ioſ. XI, 4. XVII, 16. Iud. IV, 3. 1. Sam. XIII, 5. et alibi, annotante Rauppio *h. l.*) illorum ſunt duae myriades, immo millia iterationis (i.e. millies ſ. mul-

Ps. LXVIII.

ſ. multoties iteratae coll. Deut. XXXIII, 2. Dan. VII, 10.) Vbi primum *Merca Mahpachatus* multorum codicum in רבתים nobis cum Varenio merito eſt ſuſpectus, tum propter *Mahpach* in רכב, et *Munach* in אלפי, pro quo vtroque tum foret *Merca*. Deinde de aliorum cum τοῖς ὁ et Schmid. interpretatione, ac ſi שנאן eſſet pro שַׁאֲנַן *tranquillus* de florentibus et vegetis, *millia florentiſſimorum Spirituum i. e. Angelorum*, recte cenſet B Geierus: *non facile ad literarum venitur metatheſin, nec ipſum quoque* שנאן *congruit militiae operoſae, quippe quod tranquille potius conſiſtentem aut quietum denotat.* Sequitur membrum ſecundum אדני בם סיני בקדש: Dominus eſt in eis (inter eas myriades, Chriſtum in glorioſa adſcenſione (vt porro ſequitur) ad maiorem maieſtatis ſplendorem comitantes,) Dominus in Sinai (et) in ſanctuario, coll. v. 25. vel magis oratorie, Dominus Sinai, Dominus in ſanctuario. Hoc modo rectius reddi verba exiſtimem, quum repetitio vocis אדני, et praepoſitionis ב intermediae, hinc facile omiſſibilis, ſit valde prona ſenſusque peraptus, vt ſic Dauid duo maxime illuſtris et mirabilis praeſentiae diuinae exempla referat, vnum in monte Sinai, alterum in tabernaculo ſuper propitiatorium arcae. Sine quidem vlla ellipſi ſimpliciter exponit extrema B. Varenius: *ipſe Sinai eſt in illa (triumphali) ſanctitate i. e. ipſa lex olim tanta maieſtate in Sinai lata, ipſum illud chirographum legale, quod Chriſtus delcuit in cruce; oſtentatur vt plene exſtinctum, quoad maledictionem ex lapſu, in illo triumpho Chriſti.* Verum ſic exſurgit tum durities ſermonis, *Sinai* np. ſumto pro lege magnifice inibi promulgata, et קדש pro *triumpho ſancto*, tum ordinis turbatio, quandoquidem oſtentatio triumphalis hoſtium, videlicet, mortis, peccati, diaboli et inferni, ad quos etiam ſuo modo ſpectat lex ratione damnationis, demum inſequenti verſu commemoratur, שבית שבי *captiuam oſtentaſti turbam captiuam*, coll. Col. II, 16. Lutherus transfert τῷ ב traiecto pro בסיני קדש *in Sinai ſanctitatis*, im heiligen Sinai, nec ſenſu aeque commodo.

Verſ. 19.

ואף סוררים לשכן יה אלהים: Vbi prima verba ואף סוררים communiter cum praecedentibus conſtruunt, cum ἐλλείψει ב, *atque etiam pro refractariis*, ſcil. *accepiſti dona*. Sed praeſtat absque membri diſruptione ſimplicius cum Varenio et Schmidio interpretari: quin etiam ipſi (hactenus) rebelles (gentiles) erunt ad inhabitandum Iah Elohim, Germ. Ja auch die (bisher) widerſpenſtigen (Heyden) werden ſeyn zum be-

Pſ. LXVIII. vvohnen Gottes des HErrn. Id eſt, Chriſtus adſcendens illos ad regnum vocabit euangelicum, vt ita Iah Elohim habeat ſchechinam ſuam non ſaltem in Iudaeis credentibus, ſed et gentilibus, hactenus ἀπηλλοτριωμένους a Chriſto etc. immo atheis ἐν τῷ κόσμῳ Eph. II, 12.

Verſ. 24.

לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלְךָ בְּדָם לְשׁוֹן כְּלָבֶיךָ מֵאוֹיְבִים מִנְהוּ׃

vt intingatur pes tuus in ſanguine, (coll. Pſ. LVIII, 11. et *Ebr. étym p.* 102.) lingua canum tuorum (i. e. militum Romanorum, te Deum et Dominum Meſſiam in acerbiſſima paſſione tua allatrantium et mordentium coll. Pſ. XXII, 17. 21.) *intingatur in ſanguine* (quae verba ſunt iteranda) hoſtium (pr. *ab hoſtibus* np. Iudaeis fluente) vnius cuiusque eorum. De cruentiſſima namque Iudaeorum per Romanos clade in excidio Hieroſolymorum vltimo heic agi cum Vinarienſibus et Bugenhagio autumo. Germ. So daſs du in dem Blute der Feinde (der Iüden) vvaden möchteſt, und deine Hunde (die Römiſchen Soldaten) derſelben Blut (als Waſſerſtröhme) lecken móchten. Contra diſpoſitionem *accentuum* vertit Schmidius: *vt imprimat pes tuus in ſanguinem linguam canum; de hoſtibus, de unoquoque eorum.* *Athnacho* maiorem tribuens diſtinctionem, quam *Mercae Mahpachato.* Eadem non tantum via peccat noua illa verſio cl. auctoris in dem freyvv. Hebopffer P. IX. p. 776. *darum wird dein blutiger* (mit dem Blut deiner Feinde ſchon gefärbter) *Fuß die Zunge deiner Hunde*, (deiner ärgſten Feinde) *unter denen die dir mit derſelben* (Zunge) *Feindſeligkeit erweiſen, verwunden*; ſed etiam, quod בְּדָם vt periphraſin *adiectiui* conſtruit cum ſubſt. רַגְלְךָ, a quo tamen per accentum maiorem nouumque dominum *Rbbiam* eſt diſtinctum. Et inſuper proprietati phraſeos vltimae vim infert, dum proprio ſignificatui *vulnerandi* verbi מָחַץ conſulere voluit.

Verſ. 28.

שָׁם בִּנְיָמִן בְּצָעִיר רֹדֵם שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם שָׂרֵי זְבוּלֻן שָׂרֵי נַפְתָּלִי׃

Heic dubia vox eſt רֹדֵם, ſitne בְּ ſeruile affixi, et verbum *dominandi* רדה? an vero radicale radicis רדם? Illud placet plerisque, hoc Guſſetio, *in comm. L. E. p. 777. b. et 779. a.* vertenti *ſtertit, dormit.* Qui vero ſignificatus huic verbo non conuenit; ſed verbo רדה vid Ieſ. LVI, 10. רדם enim in *Niphal* tantum obuium ſignificat *ſomnum profundum, ſomno ſepultum eſſe,* dor-

dormire in vtramuis aurem. Praeualente igitur verbo רדה et ם֫ seruili pro- Pſ. LXVIII.
nominali,(punctato heic per (ֵ) pro (ַ) cui ſimile *in Hiph.* Ieſ. LXIII, 11. Sicut et affixum 1. perſ. נִי tam per.(ֵ) vt Ieſ. XLVII, 10. quam (ַ) vt Iob. XXXI, 15. XXXII, 22. XXXIV, 32. vid. *Lux Ebr. p.* 178. et de conſtructione accuſatiui, quum alias cum ב, vid. Leu. XXV, 53. Thr. I, 13. Ezech. XXXIV, 4.) id dubii remanet, num in ſenſu bono an malo heic veniat? In iſto quamplurimi accipiunt, quibus רוֹדֵם *dominator eorum* idem eſt, ac praecipuus aliquis dux chori triumphantis et Deum celebrantis ſuper euangelio Chriſti; nos autem malumus in ſenſu malo de vſurpatore, propter ſequens רגמתם, quod communiter cum Kimchio reddunt, קהלם וקבוצם *coetus eorum*, deſerta ſic absque vrgente cauſa, ſignificatione radicali, quae eſt *lapidatio, aceruus lapidum*, ſicut et vocis collacteae מרגמה Prou. XXVI, 8. quam nos firmiter cum Güſſetio *l. c.* tenemus. Suppoſita igitur hac, non poteſt non etiam רוֹדֵם ob reſpectum membrorum in vna ditione in ſenſu malo accipi. Vt adeo ſenſus hic prodeat: Ibi autem (in conuentibus ſacris) Beniaminita paruus (indigitatur *Paulus* alias *Saulus*, Philipp. III, 5. qui fuit *paruus*, tam reſpectu *aetatis* quam *vocationis*, vere νεώτερος. Quanquam ipſum nomen *Paulus* cum ebraeo צָעִיר *exiguus, paucus* eleganter colludat.) dominabatur illis, (tyrannice ex publica ſynedrii auctoritate, ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνε *ſpirans minas et caedem*, Act. IX, 1. VIII, 3.) Principes Iudae (Pontifices et ſcribae) erant lapidatio eorum; (qui euangelium Chriſti praedicabant, et *iuxta illud Deum laudabant*, v. 27. vid. Mat. XXI, 35. XXIII, 34. Io. VIII, 59. et X, 31.) etiam Principes Sebulon, Principes Naphthali (ſcil. erant *lapidatio eorum.*) Mentio fit harum ſolum tribuum, quoniam his inprimis magna lux exorta erat per conuerſationem et praedicationem ipſius Chriſti et Apoſtolorum. vid. Ieſ. II, 2. 3. IX, 1. coll. Matth. IV, 15. 16. quae vero maximopere iis aduerſariae magis amabant tenebras quam lucem iſtam. Ita quidem *Beniaminum paruum* interpretor pariter de *Paulo*, aſt non vt apoſtolo cum Theodoreto, Bugenhagio, Calouio, Geiero, Altingio *ad h. l. tom. II. Opp. P. 3. f. 112. a.* Vitringa *S. Obſer. lib. 3. c. 3.* ſed vt acerrimo adhuc perſecutore. Qui conſequenter *principes Iudae* explicant de apoſtolis, qui dicebantur fratres Domini, vt *Iacobus minor, Simeon et Iudas*; *Sebulon* et *Naphthali* de apoſtolis ceteris ex *Galilaea* ortis, vt Petro, Andrea, et Philippo. Verum hoſtibus licet euangelii vtcunque frendentibus frementibus, eccleſia Chriſti preſſa non oppreſſa ἐπινίκιον ſuum canere pergit, Chriſti potenti gubernatione ac defenſione freta.

Verſ.

Pſ. LXVIII.

Verſ. 29.

צִוָּה אֱלֹהֶיךָ עֻזֶּךָ Praecepit (ſancte promiſit coll. Pſ. LXXI, 3.) Deus (Pater) tuus robur tuum; עֻזָּה אֱלֹהִים robora ergo te, o Deus! (*indue te, o Iehoua, robore te accinge* Pſ. XCIII, 1. *indue robur brachium Iehouae* Iſ. LI, 9.) זוּ פָּעַלְתָּ לָנוּ: id quod (alias) praeſtitiſti nobis. Germ. Dein GOtt (der Vater) hat deine (Göttl.) Macht uns verſichert, (dein mächtiges Reich aufgerichtet,) ſo bevveiſe doch o Gott! dieſelbe Macht, (daſſelbe Reich uber die Feinde deiner Kirche) die du uns (ſonſt) bewieſen haſt. Quae verba eiusdem fere ſunt tenoris cum illo, quod eccleſia noſtra canit: Bevveiſs deine Macht HErr JEſu Chriſt etc.

Verſ. 31.

גְּעַר חַיַּת קָנֶה עֲדַת אֲבִירִים בְּעֶגְלֵי עַמִּים מִתְרַפֵּס בְּרִצֵי
כֶסֶף בְּזֹר עַמִּים קְרָבוֹת יֶחְפָּצוּ:

Pſalmum hunc LXVIII eſſe ingeniorum crucem, et interpretum opprobrium, in quo tot ſcopulos, et tot labyrinthos, quot verſus et quot verba, ceu e ſententia virorum doctiſſimorum pronunciat cl. Io. Marckius *in Exercit. Bib XVIII. ad h. Pſ.*, loquitur et hicce cumprimis verſiculus. Vbi quidem longius petita videtur illorum interpretatio, qui חַיַּת קָנֶה vertunt *congregationem arundinis* i. e. gentem armatam longis fuſtibus vel haſtis inſtar arundinis, veluti Aben Eſra, Kimchi, Ar. Mont. Vatabl. Piſc. Glaſſius, Bochartus. Nec placent, qui accipiunt de *Crocodilo* metaphorico ſiue rege Aegypti, vt typo Anti Chriſti, vid. Geierus, quoniam ſic non bene conuenit cum verſu ſeq. vbi expreſſe Aegypti ad Deum conuerſio celebratur. Magis vero placet Raſchii mens, cui *beſtia arundinis* idem eſt, qui *porcus ſiluae* inter calamos ſ. arundines degens Pſ. LXXX, 14. cum quo putat comparari *Eſauum*, quem quidem ipſa ſcriptura vocat *βέβηλον profanum* Ebr. XII, 16. Praeſtat tamen, vt in genere accipiamus de hominibus profanis, et luto terrenorum bonorum addictis et inhiantibus, qui margaritas euangelii pedibus conculcant, Matth. VII, 6. et *congregationem fortium taurorum* de magnatibus et principibus eorum, coll. Pſ. XXII. 13. 17. et *vitulos* laſciuientes et recalcitrantes do populis incredulis petulanter verbo euangelii ipſique Chriſto aduerſantibus. מִתְרַפֵּס refertur

per

per distributionem ad vnumquemque taurorum, vitulorumque. At quomodo ad haec animalia quadrant *fragmina argenti*, parum istis aestimata? Proinde malim referre ad Christum, ad quem in praecedentibus et subsequentibus dirigitur canticum triumphale. Vt adeo totius versus versio haec sit: increpa (cohibe, debella. conf. Ps. IX, 6.) bestiam arundinis, congregationem fortium taurorum vna cum vitulis populorum, o conculcate (vel qui conculcari te passus es) pro (paucis) fragmentis argenti; (für ein wenig Stück Geldes, triginta nimirum argenteis vendite et emte) disperge populos, (qui) bellum diligunt (contra te potius, quam gratiam tuam, tuumque regnum.) Confer de proposito hoc sensu paraphrasin Schmidianam, quae tamen supponit in voce עמי־קם *Mercam Mahpachatum*, vt nempe sic saluet formam praeteriti בָּזַר. Ps. LXVIII. LXIX.

Vers. 34.

לרכב בשמי שמי־קדם (*Canite*) inequitanti coelis coelorum antiquorum. Intercedit in vers. 19. *adscensus* Dei, ita vt qui spectatus fuit prius in vers. 5. רוכב בערבות vt *equitans in campis terrestribus*, iam post adscensum possit spectari vt *coelis inequitans*. Ista vero tria, illoque ordine euenerunt τῷ θεανθρώπῳ, nimirum Iesus Deus *campos* proprie dictos peragrauit, idque in statu, qui dicitur רוכב *in asino sedens ac vectus*, posteaque *adscendit in coelum*, vt probat Paulus Eph. IV. de eo id ipsum praedictum vers. illo 19. Quo facto vt iam coelis insideat ac vehatur, non amplius asello: quae antithesis pulcherrima est inter eius humiliationem priorem, et praesentem gloriam, quo per illam venit. Haec praeclare cl. Gussetius *in Comm. L. c. p.* 641. *b.*

Ps. LXIX. 6.

אלהים אתה ידעת לאולתי Vbi obseruationem meretur insolens constructio verbi ידע cum ל, quod non simpliciter vertendum in *accusatiuo*, cum quo alias perpetuo construitur, vid. vers. 20. etc. Sed vis illius praefixi cum Gussetio *l. c. p.* 312. *a.* et cl. Steenbuchio *in disp. Hafn. de lustif. chr. pass. p.* 8. hoc modo efferenda est: Deus, tu nosti vt res se habet quoad stultitiam meam, de stultitia mea. GOtt, du weist um meine Thorheit, quod

Pſ. LXIX. LXXI. nempe non ſit ſtultitia mea propria, ſed mihi appropriata. coll. m. vlt. verſ. praeced. 5.

Verſ. 11.

ואבכה בצום נפשי Et fleo in ieiunio animâ meâ, Und ich weine in meinen faſten von Hertzen. Hoc pacto ſimplicius iuxta *accentuationem* reddimus cum Mollero, et Luthero und ich weine und faſte bitterlich. At prius contra illam, und ich weinete, da meine Seele faſtete, quemadmodum et alii inſuper cum gemina ellipſi: *idcirco fleui*, et *cum ieiunio animam meam* afflixi. Sic namque in ואבכה requireretur ſubdiſtinctiuus minor *Tiphcha anterior*. Innuitur itaque fletus externus et manifeſtus, vt confirmat etiam membrum ſequens, *et factum eſt* (hoc meum flere) *in opprobria mihi*: vel vt bene Lutherus qua ſenſum, und man ſpottet mein dazu. Quanquam preſſius in priori, und das iſt mir zum Spott worden. Opponitur ille fletui interno et occulto apud Ieremiam c. XIII, 17. *In occultis plorabit anima mea.* Vid. *Ebr. Etym. p. 218.*

Pſ. LXXI, 16.

אבוא בגבורות אדני יהוה Quae verba Tremellius transfert in *vocandi* caſu: *Aggrediar omnimodam virtutem Domine Ichoni.* Aſt contra *accentus*, quandoquidem ſic אבוא veniret coniungendum ſeruo *Munach.* Quoniam vero maiore ſubdiſtinctiuo *Rbbia* eſt inſignitum, indicium eſt, ſequentia in regimine et caſu *generandi* cohaerere. Suppoſita igitur hac conſtructione, quaeritur: rectene ad mentem eius redderit B. Varenius, *veniam*, vel *intrabo in potentias Dei* (praedicandas et celebrandas)? et reſpondetur, quod non. Praeterquam enim quod haec phraſis duritiem inferat, ellipſi propterea iuuandam nec tam ebraiſmum, quam latiniſmum ſapiat, per quem dicitur, *ire, exſpatiari in laudes alicuius*, et tum potius dicendum fuiſſet אבוא בהלת גבורות אדני *veniam, ibo in laudem potentiarum Domini*, tot ū contextum rimanti de facili conſtabit, verba haec reſpectum habere ad immediate praecedentia, ſubinnuente etiam clare membro vltimo. Deſperauerat Dauid, ſe viribus ſuis digne enarrare poſſe iuſtitiam et ſalutem Dei ſibi collatam. Quibus vero opponit vires ipſius Dei longe potentiores, hinc infit: Veniam tamen in maxima vir-

virtute Domini Iehouae Dei, אזכיר גבורות יה זכרה נפלאותיך מקדם: et ita commemorabo iustitiam tuam, solius, inquam, tui. Ita praefixum ב tuetur natiuam suam vindolem. Ps. LXXII. LXXIII.

Ps. LXXII, 16.

יהי פסת־בר בארץ בראש ההרים Sit particula (vel manipulus) frumenti in terra, immo in vertice montium; ירעש כלבנון פריו tamen commouebit se (strepitum edet, vvird rauschen, vocabulo hoc germanico cum ebraeo egregie colludente, et ita optime Batani) sicut Libanon fructus eius (manipuli sc. frumenti) ויציצו מעיר כעשב בארץ: et efflorebunt (*ciues* vel *qui sunt*) ex vrbe, sicut herba agri. Vbi m. 1. recte cum Belgis, Varenio et Schmidio accipitur mystice de exiguis initiis regni Christi sub N. T. vbi ipse adeo Christus ante ὑπερύψωσιν habuit instar manipuli puri in terra et in monte Golgatha et oliueti. Habuit confessores paucos, quos inter eminuit *numerus Apostolicus* Act. 1, 2. 3. 12. Et m. 2. de eiusdem felici successu, et insigni incremento, abundantiaque. Nam post adscensionem et baptismum flaminis ille *selecti frumenti manipulus* Apostolicus fructus ferebat toto orbe numerosissimos. Hinc ille רעש concursus gentium ad Christi regnum: immo *ex ipsis urbibus florent* euangelici confessores Iesu Christi. Vid. quoque Geierus. Male contra accentus construit in versione Schmidius: (sed) *in capite montium commouebitur etc*, neglecto *Merca Mahpachato*, qui tum ponendus esset in בארץ.

Ps. LXXIII, 7.

יצא מחלב עינמו *Exit prae adipe vterque oculus eorum.* In hanc translationem vnanimiter conspirant interpres, adeo vt ipsemet eam coeco ductu, vt solet fieri absque vlteriori examine, secutus sim *in Ebraismis meis p.* 178. Sed simulac inspectis fontibus deprehendi, diuinos accentuum duces ei in faciem contradicere, quippe qui voces מחלב עינמו volunt per regimen constructas, illa vero absolutas et separatas. Proinde versio talis diversa prodibit: Exit (quod verbum regitur a nominatiuo חמס *violentia* versus finalis anteced. *operitur ornatu* (coll. Ps. LXV, 14. et Prou. VII, 10.) *violentia eorum*, ihr Gewalt, Fre- Vers. 6.

Pſ. LXXIII. vel wird ſchön bemäntelt,) ex adipe oculorum vel (per notam ſynecdochen) vultus eorum. Germanice diceres: (Aber) Er ſiehet ihn aus den dicken, fetten Augen oder Geſichte, (vvelches ſie von den Wohlleben von den unrechten Gute bekommen) heraus: עָבְרוּ מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב tranſeunt (i. e. ſuperant) imaginationes cordis. Optime Vinarienſes: Es geräht ihnen offt beſſer, denn ſie gedencken. Huc pariter concedunt Raſchi, Kimchi et Belgae. B. Geierus per coactam ellipſin reddit: *Transgrediuntur cogitationibus cordis* nim. pacta mea. Nec iuuat hunc ſenſum locus in ſpeciem parallelus Ier. V, 28. plane aliud quam hoc, *transgreſſi ſunt verbis* (vel factis) *malis*, ſibi volens, Vid. de eo *Ebr. Etym. ad h. l.*

Verſ. 8.

יָמִיקוּ וַיְרַבְּרוּ בְרָע עֹשֶׁק Tabeſcere faciunt (alios), Sie mergeln (die Leute) aus, et loquuntur (gloriantur) per malitiam (malitioſe) de oppreſſione, (de opibus ſuis per fas et neſas raptis) conf. Ieſ. LIX, 13. Verſ. 9. explicatum vid. *in Ebr. Etym. h. l.*

Verſ. 10.

לָכֵן יָשׁוּב (l. ישיב vi ſymboli) עַמּוֹ הֲלֹם וּמֵי מָלֵא יִמְצוּ לָמוֹ: Propterea (coll. v. 6. 7. 8. 9.) redit populus eius (vel ſec. alteram lectionem reducit ſc. Deus populum ſuum) huc, vt aquae (poculi) pleni ebibantur ipſis. Vernacule: Dannenhero kommt es mit dem Volck Gottes (oder führet Gott ſein Volck) dahin, daſs ſie gantze Thränen-Becher (oder Thränen-Waſſer mit vollen Maaſs) rein austrincken müſſen, (coll. Pſ. LXXV, 9. Ieſ. LI, 17. LXVI, 11. (ia ſo gar, daſs ſie in ſothaner Verſuchung an der göttlichen Vorſorge und Väterlichen Verſehung anfangen zu zvveiffeln) und demnach ſagen etc. Quem pulcherrimum ſenſum iam propinauit B. Varenius, praeeunte Chaldaeo, et hinc Tremellio, Vatablo, Lud. de Dieu. In diuerſum plane dilapſus eſt B. Lutherus, ſuffixum in עַמּוֹ referens non ad *Deum*, ſed ad *impios et tranquillos terrae*; quo tamen reſpectu potius foret affixum ם, quum in plurali continue de iis locutus ſit Aſaphus, quique in verſu 15. manifeſte reſpicit ad ſermonem illum *piorum tentatorum* verſ. 11. *Si cogitaſſem, eloquar ſicut* ILLI. Lutherus heic pulcre: Ich hätte auch ſchier ſo geſaget, vvie ſie.

Verſ

Verſ. 25.

מִי־לִי בַשָּׁמָיִם וְעִמְּךָ לֹא־חָפַצְתִּי בָאָרֶץ׃ Dixerat proxime pientiſſimus Aſaphus, ſe ad impiorum bracteatam felicitatem *iugiter Deo adhaerere*, quamque id non in ſuis viribus ſitum probe noſſet, pergit, *prehendi ſe dextra Dei*, ne in *via lubrica* impiorum ambulet et miſerrime cadat v. 18, *ſe conſilio Dei duci*, (Gott leite ihn durch oder nach ſeinem Rath, wie er es vor gut befindet, es ſey durch Armuth oder Reichthum, durch Ehre oder Schande, Freude oder Creutz und Trübſal, gnug, daſs auch dieſes nicht ewig vvähre, und dieſer Zeit Leiden nichts ſey gegen der Herrlichkeit, die an uns ſolle offenbahret vverden.) *et poſtea* (poſt hanc vitam) *in gloriam aeternam receptum iri.* Cuius dulcedine exſultans ſpiritus eius iam exclamat: O quanta erit mihi in coelis! et tecum i. apud te, non delector terra. Ach welche (Herrlichkeit) werde ich im Himmel haben! Und bey dir zu ſeyn, habe ich keinen Gefallen an der Erde (und allen irrdiſchen Dingen.) Nonne hoc idem eſt, quod ſuccinit Paulus? *cupio diſſolui, et eſſe cum Chriſto*, Phil. I, 23. 2. Cor. V, 8. Et licet prius conſumatur (morte) caro mea et cor meum, tamen (non ſimul omnis ſpes mea et deſiderium meum conſumitur et intercidit, ſed) petra cordis mei (vt vt conſumti) et partis meae (ſperatae et repoſitae coll. 1 Petr. I, 4.) Deus eſt (manet) in aeternum, iuxta verſum ſq. 26. Verſ. 26.

O quanta theologia in Aſapho! *de fidei perſeuerantia, de ſeruo arbitrio in ſpiritualibus, de prouidentia Dei paterna, de bono crucis, de vita aeterna, de morte et reſurrectione.* Non arbitror fore, qui in hoc valde eximio ſenſu, et connexioni et literae examuſſim reſpondente, quippiam deſideret. Niſi forſan reponat, quod pronomen interrogatiuum מִי *perſonae* proprium de *re* adhibuerim, de quo valeret מָה. Verum מִי pariter valere de *re*, aliter, ac vulgus grammaticorum, coll. *Luc. Ebr. p.* 159. edocebunt eum ſcripturae, ſi inſpexerit loca 1 Sam. XVIII, 18. Iud. XIII, 17. Mich. I, 5. Gen. XXXIII, 8. Ion. I, 8. Conſentiunt Noldius *in concord. Part. Not.* 1623. et Danzius *interpr. Ebr. c.* 2. §. 50 *p.* 63. Sicuti et h. l. de *re* accipiunt LXX, Vulg. Syrus, Arabs *Quid mihi eſt in coelo?* nec minus B. Carpzouius *Bibl. Parn. p.* 457. vvas iſt für mir, vvas habe ich denn in dem Himmel? Proxime mentem noſtram ferit Vlmanniana, *vtinam in coelo eſſem, et apud te? non delector amplius in terra;*

Pſ. LXXIII. in Obſeruat. Philol. p. 75. cum Henr. Mollero poſt R. Abendanam *ad* M. *l.* *h.l.*
LXXIV. ויתכן לפרשו בלי חסרון ופירושו מי יתן לי היותי בשמים עמך כי
לא חפצתי בארץ; *Poteſt exponi ſine defectu hoc ſenſu: vtinam eſſem in coelis apud te! nam terra non delector*; ſed non qua *literam*, quae ſic depoſceret hanc formulam, מי יתנני *quis dabit me* eſſe, coll. Ier. IX, 1. et *Ebr Etym. p.* 59. aut probandum eſt, מי־לי abſolute ita poſitum pro *formula optandi* in ſacris venire; nec qua *accentuationem*, dum ועמך traxit ad praecedens membrum, a quo tamen per *Athnachum* eſt ſeparatum. Alii ad vtrumque referunt aut inſolenter reddunt *praeter te* cum Chald. Aben Eſra, Kimchi. Trem. Nold. *l.c. p.* 738. Deinde hocce עמך plurimi opinantur eſſe caſum verbi חפץ, notetque *obiectum oblectationis*, reddentes: *et* vel *ſi tecum non delector in terra*, quum tamen neque ebraice neque latine cum praepoſitione עם *cum* conſtruatur, ſed cum *ablatiuo*, vti etiam *h.l.* indice nota ב in בארץ conf. Gen. XXXIV, 19. Num. XIV, 8. 1 Sam. XVIII, 22. XIX, 1. 2 Sam. XV, 26.; inſuper caſui verbi repugnat *accentuatio*, quae alias in ועמך depoſceret ſeruum *Tiphcham* non anteriorem, et in לא־חפצתי vicarium *Munach* ſubdiſtinguentem, *Silluko* laborante. vid. *Luc. Accent. p.* 97. Vulgatiſſima verſio Lutheri ad fontes ita reſoluitur: ועמך לא־חפצתי בשמים ובארץ *Si tecum* ſum, *non deſidero coelum et terram*, reſectis vocibus מי־לי. Praeterquam quod expreſſio haecce, ſi verum fateri velimus, non ſit ἔγγραφος, ni ἀντίγραφος coll. Col. III, 2. et Phil. III, 20.

Pſ. LXXIV, 9.

ולא־אתנו יודע עד־מה: Verſio quidem vernacula ſatis bene ſe habet, und kein Lehrer lehret uns mehr, modo addatur omiſſum עד־מה vvie lange? coll. Pſ. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. IV, 3. quae interrogatio paulum licet variata, per epizeuxin illico reiteratur et explicatur in v. ſq. 10. ja vvie lange, o GOtt! der Feind ſchmähen ſoll? Soll denn der Feind deinen Nahmen ſo immerhin verläſtern? Hac connexione emphatica obſeruata, haud opus eſt, vt quicquam in fine v. 9. ad complendum ſenſum ſubaudiatur, np. *duratura ſit haec calamitas*? cum Piſcatore, Muiſio, Belg. Coccelo, Rauppio, Chald. Kimchio; aut Bohlio, vvie lang dein Zorn-Eifer über uns brennen ſoll?

Verſ.

Pſ. LXXIV. LXXV.

Verſ. 11.

לָמָּה תָשִׁיב יָדְךָ וִימִינְךָ מִקֶּרֶב חֵיקְךָ כַלֵּה׃ B. Lutherus ſenſum m. 2di et ebraiſmi non recte tetigit, quum ſit oppoſitio membrorum, nec diſtinctioni *Athnachi* ſatisfecit, וימינך ad poſterius membrum tracto, vertens: Warum vvendeſt du deine Hand ab, und deine Rechte von deinen Schooſs ſo gar? potius h. m. vertendum: Quare reducis (auertis) manum tuam, immo dexteram tuam; e medio ſinus tui plene exſere (eam, ad nos protegendum et iuuandum, ſicuti alias et antiquitus potentiſſime ab hoſtibus nos vindicaſti, vt ſequitur.) Warum vvendeſt du deine Hand ab, ia deine rechte (bekandte alte Machts-) Hand? thue ſie doch gantz heraus aus deinem Schooſs. quod eſt contrarium illi phraſi germanorum, die Hände in den Schooſs legen, i. e. otiari, quale per ἀνθρωποπάθειαν a Deo, auxilium differente et minus qſ. ſollicito, vult remotum eccleſia iudaica. De Ebraiſmo vid. *Ebr. Etym. p.* 191.

Ps. LXXV, 6.

תִּדְבְּרוּ בְצַוָּאר עָתָק׃ (אַל Ne) loquamini per collum, durum antiquum, (ne vetuſtae corruptionis et antiqui ſerpentis fructum proferte.) עתק contra *accentus* et paralleliſmum Pſ. XXXI, 19. XCIV, 4. 1. Sam. II, 3. conſtruunt cum nomine בצואר *collo duro* Munſt. Geierus, Rauppius, Glaſſius *Rh. S col.* 1499. 1761. allegata phraſi vt parallela *dura ceruice*, Ex. XXXII, 9. Tum ſane alia foret interpunctio, np. תִּדְבְּרוּ בְצַוָּאר עָתָק

Verſ. 7.

כִּי לֹא מִמּוֹצָא וּמִמַּעֲרָב וְלֹא מִמִּדְבַּר הָרִים׃ Vbi multi vocabulum extremum הָרִים abſolute ſumunt ac verbaliter pro *eleuare, eleuatio*. Vid. Kimchi, Muiſius, Iun. Piſc Pagn Geierus, Rauppius, aduerſante *accentuattone*, et *punctatione* cum (-) in מִמִּדְבַּר regimen innuente, quum alias habeat (ֿ). Rectius itaque omnino Lutherus cum Vulgato et Glaſſio conſtructionem vocum aduertit, vt הָרִים ſit nomen a ſing. הַר *mons*, veluti et Chaldaeus LXX. et Aben Eſra acceperunt, et verba per *μίμησιν* referantur impiorum thraſonicorum', לֹא ſubſtantiue ſumto, coll. Exod. XX, 20. et *Luc.*

Ebr.

Ps. LXXVI. LXXX. *Ebr. p.* 421. Proinde vertendum: Quod nihil (metuendum sit, Es habe keine Noth) ab oriente, et ab occidente, nihilque a deserto montium, i. e. a meridie. (Hanc namque plagam per *desertum* magnum s. Sinaiticum, versus meridiem situm, indigitari, docet Geierus, coll. Ios. I, 4. Deut. XI, 24.) Votum regimen per accentus etiam soluit cl. Maius s. hac versione distunctiua, *neque a solitudine* (vel) *montibus* lib. 1. Obs. Sacr. p. 72.

Ps. LXXVI, 5.

נָאוֹר אַתָּה אַדִּיר מֵהַרְרֵי־טָרֶף׃ Itidem contra *accentus* statuitur cum Lutthero aliisque asyndeton, *illustris tu* et *magnificus*. Sic enim in נאיר requireretur seruus *Tipcha* non anterior, et *Merca* sub אתה fieret subdistinguens *legatus*. conf. v. 8. Igitur hoc modo vertendum: Illustrior es tu magnifice, quam montes rapinae. Du herrlicher (maiestätischer GOtt!) bist herrlicher, denn die Raube-Berge (die gewaltige Königreiche, die Land und Leute mit Krieg unter sich bringen, und also zu sich rauben.)

Vers. 11.

כִּי־חֲמַת אָדָם תּוֹדֶךָ שְׁאֵרִית חֲמֹת תַּחְגֹּר׃ Quem versum obscuram B. Varenius bene illustrat h. m. Nam aestus hominum (feruentissimi, infestissimi hostes) celebrabit te, (in tremendo supplicio confitebitur iustitiam tuam, vt Nebucadnezar D.n. IV, 31. 32. vel illorum exitium horrendum spectaculum erit tuae maiestatis et potentiae, vt Pharao) vbi sc. residuum aestuum accingetur. (i. e. vbi illorum aestus iam in summo gradu et vltimo se exserit.) Quod sensum non male Lutherus.

Ps. LXXX, 16.

וְכִנָּה אֲשֶׁר־נָטְעָה יְמִינֶךָ Plantamque (sc. visita), quam plantauit, dextera tua. Vocem כנה Bochartus exponit ex Aegyptio sermone, quo hedera χνεύσιν; dicebatur, i. e. Φυτὸν ὀσίριδι; *planta Osiridis*, teste Plutarcho in Iside ex Alexarcho. Aegyptia igitur voce Psaltem vsum esse, quia de vite

de vite agatur ex Aegypto translata. Vid. *Pcalterg. l. 1. c. 15. p. 59.* De ב mu- Pſ. LXXX.
ſculo vt ſymbolo duarum lectionum, vtius יוֹסֵף, a tertia יסד, ſecundum LXXXI.
formam יָסַד et יָסֵד idem ſignificantium *queritur*, vid. Hiller. *Arc. K. et K. p. 167.* Non autem poteſt eſſe forma verbalis ex יסף cum affixo, quo reſpexit Lutherus, congruo quidem ſenſu, und hube ihn im Bau, vel vt prius, mihi hunc an. Sequitur v. 2. עָלֶיךָ אִמַּצְתָּ לָּךְ idque propter filium, (*quem*) firmaſti tibi. Quod per ב hic notetur Meſſias, id interpres Chaldaeus ex cana et ſana antiquitate Iudaica nobis reliquit, verba haec reddens: עַל־מַלְכָּא מְשִׁיחָא דְתִתְקַיַּם דִּילָךְ: *idque propter regem Meſſiam, quem firmaſti tibi.* Ita etiam Iunius, Belgae, Tilius, alique, *et quidem non ſine ingenti pondere*, ait Geierus. *Nil ſiquidem magis Patrem poſſe ſollere, quam filii mentionem, vt Dan. IX, 17.* (add. Pſ. LXXXIV, 10. cum Vinar. Chald. Kimch. et ceteris fere Kabbaliſtis teſte Genebrardo ap. Geierum *h. l.*) *Quare et h. l. eccleſiam, dum ſe reſpici vult atque petit, ab ſummet nominare regem vel caput ſuum*, ceu cauſam meritoriam. Et confirmat hanc expoſitionem v. 18. Vbi appellatur *vir dexterae Dei* (qui ſedet ad dextram Dei Pſal. CX, 1. et in quo dextera Dei operatur. conf. Zach. III, 7) et *filius hominis*, vbi eadem phraſis cum epexegeſi repetitur. Conf. Dan. VII, 13. Hos enim titulos de *Iſraele* accipere velle, mihi durum videtur; nec eidem ſuet variata conſtructio, quandoquidem עָלֶיךָ ſi dependeret pariter a verbo אִמַּצְתָּ inferret *reflexionem in te*, ex perpetuo vſu ſcripturae cum praepoſitione עַל *ſuper*. Lutherus in verſione, quae a prima eius manu venit, literam preſſius extulit, Vber den Sohn, den du dir geſtärcket haſt. Alt in poſtrema, qua hodie vtimur, liberiore, vt ſolet, calamo paraphraſtae, den du dir feſtiglich erwehlet haſt. Quemadmodum etiam verſum ſeq. 17. ſenſu quidem bono, Siehe drein, und ſihe, daſs des Brennens und Reiſſens ein Ende werde. Litera vero ebraea habet: combuſta eſt igne, et ſuccifa (ap. *vitis et plantae* eccleſiae iudicae). Ab increpatione faciei tuae pereant, quotquot eandem hactenus combuſerunt.

Pſ. LXXXI, 6.

(Ad) teſtimonium in Ioſepho (Iſraele) poſuit illud, (futurum et morem clangendi buccina in feſto) quum egrederetur ille (Deus Iacobi)

Pſ. LXXXI. LXXXII. contra (ita namque על verterim cum Kimchio, Tremellio, Piſcat. Belgis aliisque, concedente etiam Geiero, coll. Hab. III, 13. Exod. XI, 4.) terram Aegypti; שִׂפַת לֹא־יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע׃ quumque labium (illius Dei), quod nondum noueram (reſp. praeſentiſſimi auxilii tam maieſtatice declarati, vt ſequitur v. ſq. 7. coll. Act. VII, 25.) audirem. Loquitur Propheta in perſona eccleſiae, quae in maioribus ſuis *audiuerit*. Miror, cur B. Geierus hanc exegeſin de Dei ſermone bene cohaerentem et fluentem, quam quoque amplexus eſt Caietanus, Lud. de Dieu, et Cocceius, *violentam nimis* ſalutauerit? quum potius talis audiat eius *enallage* vel ſubita perſonae 1 in 3. mutatio cum τοις LXX, Vulg. Luth. Belg. vt legitimetur reſpectus ad Aegyptiorum idioma, ab Iſraëlitis ſub initium demigrationis non intellectum. Aſt ſic male cohaerent ſequentia. Hoc peruidentes Lutherus aliique exponunt de tempore exitus. Bene quidem quoad rem, ſed non naturae particulae על conformiter, pro qua tum ponendum fuiſſet מ, ממצרים, ceu patet ex Pſ. CXIV. 1. allegato quoque Geiero. Add. Exod. III, 8. 10. 11. 12.

Verſ. 8.

אֶעֱנְךָ בְּסֵתֶר רַעַם Exaudiebam te in latibulo tonitrus, h. e. nube illa obſcura, in qua praeſens ego pro te pugnabam, percellendo, terrendo, et circulando fulmina cum tonitruis in Aegyptios. Conf. Exod. XIV, 20. 24. Pſ. LXXVII, 19. vid. Belgae, Geierus, Rauppius *h. l.* Lutherus reddens, da dich (pro *ſie* hingegen) das Wetter überfiel, videtur reſpexiſſe ad tempeſtatem illam in legis latione Sinaitica Exod. XIX, 16. 18.

Ps. LXXXII, 7.

וְכְאַחַד הַשָּׂרִים תִּפֹּלוּ׃ Non ſolum contra conſenſum Ebraeorum, notante Muiſio, quanquam et plerorumque Chriſtianorum, verum etiam, ſi vel maxime ille daretur, contra *accentus* vertunt Caluinus et Mollerus: *Et ſicut vnus* (np. e plebeiis) *principes cadetis*, acſi talis eſſet interpunctio וְכְאַחַד הַשָּׂרִים תִּפֹּלוּ׃ Cuius tamen verſionis fautor eſt Gatakerus *in Aduerſ. Miſc. l. 2. c. 10. Opp. crit. p. 329. Tiphcham* non anteriorem pro diſtinctiuo habens, reiecta heic rectiore τῶν LXX interpretum εἷς τῶν ἀρχόντων, et cum his latinorum, *vnus Principum*. Deinde approbat D. Guil. Maii ſui expoſitionem, vocis

באחר

כאחד aduerbialiter ſumentis pro *vna, ſimul, iuxta, aeque, ſimiliter, pariter* (vti Ieſ. LXV, 25. pro quo c. XI, 6. dicitur יחדו, 2. Chr. V, 13. Eſr. II, 64. Neh. VII, 66. Eſr. III, 9. VI, 20. 2 Chr. XXIX, 34. Eccl. XI, 6.) h. m. *Veruntamen ſicut homo plebeius* quiuis *moriemini*, et *pariter*, ſ. *ex aequo* (cum illis ſcil.) *caſuri eſtis*, ſiue *occidetis principes.* Idem plane vos exitus, qui omnes manet. Eodem diſtinctionis errore cum priore. Pſ. LXXXIII. LXXXIV.

Ps. LXXXIII, 19.

וידעו כי־אתה שמך יהוה לבדך׃ Et cognoſcent, quod tu ſis nomine tuo, Iehoua, ſolus, inquam, tu, (iam ſequitur in m. 2. praedicatum) ſis *altiſſimus ſuper uniuerſam terram.* Ita iuxta diſtinctionum ſigna vertendum, laeſa a Luthero vertente, daſs du mit deinen Nahmen heiſſeſt: HERR alleine, und der Hóchſte etc. Sic enim in שמך pro *ſeruo* deberet eſſe minimum ſubdiſtinctiuus *Tiphcha* anterior. Grauius adhuc laeſa in prima: Und dein Nahme ſey HErr, daſs du allein ſeyſt der allerhöchſte etc. quaſi in יהוה eſſet *Athnachus.* Nec minus multifariam peccat illa Dieuiana: *Et ſciant te eſſe, nomen tuum eſſe Iehoua: te ſolum eſſe excelſiſſimum ſupra omnem terram.*

Ps. LXXXIV, 4.

גם־צפור מצאה בית ודרור קן לה אשר־שתה אפרחיה את־
מזבחותיך יהוה צבאות מלכי ואלהי׃

Haut eo inficias, verſionem vernaculam cuipiam prae aliis ſe poſſe approbare, ob ſimplicitatem ſuam, quam multum iuuat particula גם *etiam* pro cauſali כי *denn* ſumta, itemq; את pro explanatiuo *nempe*, nemlich, ceu pariter Cocceius, ita vt ſit appoſitio inter nidum et altaria. Quoniam autem ſic, praeter iſtud גם natiuo ſuo ſignificatu exutum, circa illam id ſubnaſcitur dubium, an volucres nidos ſuos conſtruxerint, aut conſtruere potuerint apud altaria tabernaculi, vel in locis excelſis exſtructa? cuius inconuenientiae rationes monſtrat cl. Buxtorfius *in Catalect. Philol. Th. tm.* 240. (Quanquam et huius expoſitio ab illa parum abeat,) Ideo ad tollendum iſtud ſuppeditat Geierus talem verſio-

Pſal. LXXXIV. ſionem, de *aue* metaphorica: *Etiam auis* (ego ſeruus tuus, coll. 1 Sam. XXIV, 15. et XXVI, 20. vbi ſimpliciter Dauid ſe vocat *pulicem*, *canem mortuum*, aeque vt hic *auem* de nido inuento hilarem) *inuenit domum* etc. *videlicet altaria tua Domine.* Qui quidem ſenſus mihi magis arrideret, praeſertim quum Dauid expreſſe nuncupetur a beneuolis ſuis צפור *auis* errans Pſ. XI, 1.; dummodo certum eſſet, Dauidem in noſtro pſalmo loqui. Verum, ceu ex inſcriptione pſalmi dextre explicata patet, autor illius eſt non Dauid, ſed vnus e filius Korachi propheta ex exilio Babylonico intime gemens et ſcribens. conf. Pſ. XLII. cuius argumentum et initia cum noſtro optime congruunt. Et ſicut etiam alibi fert natura orationis affectibus plenae, vt aliqua verba ſoleant ſubticeri, deglutiri, abrumpi, vel impedite ſingultimque fluere, praecipue in ἀποδόσει ex πρωτάσει interpretis ſolertia haut difficulter ſupplenda, ita et in noſtra parte, cuius integer ſenſus hic foret: Etiam auis (ſc. *cantat ad Deum viuum*, quae) inuenit domum, et hirundo, (coll. Prou. XXVI, 2.) cui nidus eſt, vbi ponat pullos ſuos; (ita et ego inueniens!) altaria tua, Iehoua (*Deus*) exercituum! rex mi, et Deus mi! Qualem verſionem quoque habet Geierus. Ellipſin ſimilem, *ſic anima mea deſiderio afficitur, inueniendi* altaria tua, heic iam ſubodoratus eſt B. Glaſſius *col.* 1224. Piſcat, *deſidero.*

Verſ. 6.

מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם׃ · In quorum (de ellipſi אשר indicio affixi ם heic et in 1. m. vid. *Luc. Ebr. p. 378.*) corde ſunt viae ſtratae, in deren Hertzen ſchon der Weg gepflaſtert iſt, qui indeſinenter meditantur iter illud ſanctum, ad altaria et domum Dei, certiſſime aliquando ineundum. conf. Pſ. CXXII, 1. Et ne in hac ſpe langueſcant et ſuccumbant, *confortant ſe in Domino*, eiusque promiſſione ſec. verba praeuia. Ab ſenſu hoc genuino deflectit Calouius, ita reddens infarto ſuffixo 2. perſ. *ſemitae* (*tuae*) *in corde eorum*, addito hoc exegemate, *toto corde in id incumbunt, vt in via praeceptorum tuorum ambulent.* Ad mentem plane Lutheri, und von Hertzen dir nachwandeln.

Verſ. 7.

עֹבְרֵי בְעֵמֶק הַבָּכָא מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ גַּם־בְּרָכוֹת יַעְטֶה מוֹרֶה׃
Qui licet tranſituri ſint per vallem iſtam mororum (i. e. aridiſſimam, ſiccis-

ficciſſimam, in qua morus amat naſci conf. 2. Sam. V, 23. 24. vbi pluralis) tamen fontem (*ſcaturiginem vitae* Pſal. XXXVI, 10.) conſtituent eum (np. *Deum*, vnde animam laſſam reficere queunt. Huc enim refero *affixum* הֵן, non ad *vallem*, cum Piſcatore, Lud. de Dieu, Belgis, Sixt. Amama *Antib. p.* 814. Calouio *in Crit. S. p.* 68. (ſed *in Bibl. ill. ad h. l*, ſequitur Lutherum aliosque ad *vallem* referentes.) Glaſſio *Rh. S. col.* 1725, et concedente Geiero. *Nam quod alii ad realem fontium in valle ſiticuloſa effoſſionem* (exemplo Abrahami et Iſaaci) *reſpici opinatur, id a conſuetudine viatorum, aquas in vtribus ſecum portantium, atque feſtinantium ad terminum, non parum abludere, planeque alienum eſſe*, commodum ait idem Geierus *h. l.*) Etiam benedictiones (*ciſternas* aliorum illico reiicit diuerſa punctatio per (ֶ) quum iſtae per (ַ) induet pluuia q. d. in refectione ſpirituali non etiam deerit corporalis pluuia videlicet largiſſima, גשמי ברכה *imbres benedictionis* Ezech. XXXIV, 26. de phraſi ſimili metaphorica vid. Pſ. LXIV, 14. *Induunt paſcua gregem, et valles induunt frumentum* ſ. *operiuntur frumento.* Et quia propheta mentionem fecit *fontis*, videtur etiam omnino intendiſſe in מורה notionem *pluuiae*, non *doctoris.*) Germanice: Ob ſie gleich durch das (trockne und dürre, etvva von den vielen Maulbeer-Bäumen benennete,) Iammerthal vvieder vvandern müſſen (und alda viele Hize und Durſt leiden) ſo machen ſie ihn (GOtt ſelbſt) zu ihren Brunnen (und Lebens-Quell.) Auch (neben dieſen geiſtlichen genieſſen ſie einen leibl. Labſal) vvird der Regen reichlich auf ſie treuffeln, ſie erquicken. Pſal. LXXXIV.

Verſ. 8.

יֵלְכוּ מֵחַיִל אֶל־חָיִל יֵרָאֶה אֶל־אֱלֹהִים בְּצִיּוֹן׃ tum ibunt a robore ad robur, compariturі (vsquedum compareat quisque eorum) apud Deum (arcam foederis) in Zione. Darauf vverden ſie gehen von einer Stärcke zur andern, vt bene Lutheri verſio prima, (vverden ſie mehr und mehr Stärcke bekommen, conf. Pſ. CXLIV, 13. Ier. IX, 2. Pſ. XCVI, 2. 2 Cor. III, 18. Rom. I, 17.) und (biſs ſie) erſcheinen bey Gott (conf. Exod. IV, 1. 5. Leu. IX, 4. Iud. XIII, 10.) in Zion. Sic et illa. Sed altera hodierna, daſs man ſehen muſs, der rechte Gott (latine cum aliis *Deus Deorum*) ſey zu Zion, poſtulat in יראה diſtinctiuum maiorem *Rbbiam Gereſchatum.* Et nomen Dei אל non mutat ſuum (ַ) in (ֶ) in regimine. Sed eſt praepoſitio אֶל, quam conſtructionem confirmant loca allegata.

Pſ. LXXXV.
LXXXVII.
LXXXVIII.

Pſ. LXXXV, 9.

אשמעה מה־ידבר האל יהוה כי וגו׳ Ex vitioſa Vulgatá (כי pro בי legente) *audiam, quid loquetur in me Dominus?* vitioſe inferunt Schvvenckfeld. raptus internos. vid. Gerh. *t. 6. LL. p.* 420. et Hackſpan. *ad h.* l. notante Geiero *h.* l. Addendum etiam erat, *ex vitioſa diſtinctione*, neglecto videlicet domino *Merca Mahpachato* in יהוה, primae propoſitionis ditionem terminante.

Ps. LXXXVII, 6.

ושרים כחללים כל־מעיני בך Et canentes ſunt ſicut tripudiantes, quod omnes fontes mei (*ſalutis meae* Ieſ. XII, 3. coll. Pſ. XLVI, 5.) ſint in te, o ciuitas Dei! coll. v. 3. Lutherum מעיני accepiſſe tanquam מַעֲנִים *reſpondentes, alternatim canentes*, vel ſecutum eſſe Chaldaeum, *quoad omnes laudis ſpecies*, iam notauit Geierus.

Ps. LXXXVIII, 1.

שיר מזמור לבני־קרח למנצח על־מחלת לענות משכיל להימן האזרחי׃

Q. quomodo hic titulus notabilis et prolixior dextre ſit interpretandus, vt conſtet de uero auctore huius pſalmi, quum videantur duo diuerſi eſſe? R. h. m. iuxta ductum accentuum: Canticum pſalmi (de differentia harum vocum vid. *ſupr. p. 136. fin.*) filiis (i. e. vnius ex filiis coll. *Luc. Ebr. p. 352.*) Korachi inſpiratum; vel ſpeciatim praecentori ad Machalath (nomen inſtrumenti muſici) alternatim canendus eſt, Pſalmus didaſcalicus, Hemani Eſrachitae inſpiratus. Non igitur ſtatuendi ſunt duo diuerſi auctores, aut contradictio, ſi Hemani Eſrachitae adſcribatur Pſalmus, non poſſe tum pariter adſcribi filiis Korachi, quum ſit vnus idemque illius auctor, qui primum *generice*, poſtea *ſpecifice* ſ. indiuidualiter nominatur. Nam *He-*

man

nan fuit de filiis Kahathitarum Samuelis ex Ioele nepos 1 Chr. VI, 18. al. 33. adeoque vnus e posteris Korachi, cuius auus erat Kahath, proauus Leui ibid. v. 1. 22. de officio eius: quod fuerit המשורר insignis *cantor* l. c. v. 18. et singulari sapientia 1. Reg. V, 11. ita vt fuerit חוזה *videns* s. *Propheta regis in verbis* Dei 1. Chr. XXV, 5. et נביא cum *Asapho* et *Ieduthune* alias *Ethan* ibid. v. 1. XV, 17. Ceterum de exegesi tituli nostri aliorumque commendari meretur supra laudati cl. M. Gottlob Adolphi *dissertat. Philol. de Psalmis filiorum Korachi* §. 13. 14. *Lipsi.* 1706. *hab.* Psal. XC.

Ps. XC, 3.

תָּשֵׁב אֱנוֹשׁ עַד־דַּכָּא Redire facis mortalem ad rem valde contritam et minutissimam (sicuti res crebris ictibus in mortario contunditur, prout vim verbi notat *Aruch' fol. 88. col.* 3. Et adiectiuum דכא heic neutraliter vsurpatur, cum ellipsi דבר coll. *Luc. Ebr. p. 307.* Iam addit Moses fundamentum et causam) וַתֹּאמֶר שׁוּבוּ בְנֵי־אָדָם׃ Nam dixisti (constituisti semel hunc ordinem propter peccatum) reuertimini filii hominum s. Adami (repete עד־דכא, quod equipollet אל־עפר *τῷ in puluerem* Gen. III, 19. nisi quod heic magis emphatice dicatur *ad puluerem valde contritum et minutissimum.* Germanice: Du lassest die Menschen vvieder vverden zum kleinesten Staube; denn du gesaget hast, kehret, vverdet, vvieder, ihr Menschen Kinder (zum kleinesten Staube.) Non igitur erat, quod heic qua exegesin m. 2. in diuersum abirent interpretes, inprimis ac si de *resurrectione* Mosi sit sermo, q. d. Iubes o Deus reuerti homines *in puluerem mortis* Ps. XXII, 16. attamen aliquando ex illo puluere *resurgere* facies eos ad vitam aeternam. Quoniam scopus Mosis de vanitate et fragilitate vitae humanae agentis expositionem nostram manifeste confirmat. Si namque Moses intendisset *resurrectionem*, sane *futurum* ותאמר non conuertisset in *praeteritum*, sed in indicium aliquod *futuri* reliquisset. Nec aliter vir doctissimus Io. Marckius *in Exercit. Bibl. XX. ad h. Ps.* § 4. *p.* 533. verba *reuertimini filii hominis* explicat, nisi de hominis mortalis corruptione et morte ex Dei potentissimi et semper viui sententia ac prouidentia, eamque sententiam pro communi vendidat, quam quoque deinde probat contra alteram de *resurrectione*, a Cocceio etiam defensam, cuius verba adduxit *tota p.* 532. Addatur cl. Io. Buxtorfius *in Catalect. Phil. Th. tm.* 3.

Vers.

Pſ. XC. XCI.

Verſ. 11.

וכיראתך עברתך Et (ſc. *quis agnoſcit* e m. pr.) iuxta timorem tui, quo tu timendus es Affixum enim *obiectiue* et *paſſiue* ſumendum eſt, vt Ieſ. VIII, 11. LVI, 7.) excandeſcentiam tuam. Und, vvie du zu fürchten biſt, deinen Grimm.

Verſ. 12.

למנות ימינו כן תודיע Numerare et partiri dies noſtros recte (ita h. l, vertendum eſt כן vti Num. XXVII, 7. et 2. Reg. VII, 9. Ier. VIII, 6. XXIII, 10. cum Dieuio, Belgis et B. Carpzouio in *Bibl. P. p. 493. 494.* nec improbabile cenſet Geierus. itaque nulla opus eſt *Synchyſi* vid. Glaſſii *Gr. S. col. 1250.* idque כן in ſq. m. per plura explicatur) doce nos, ונביא לבב חכמה: vt adducamus cor ſapientiae. np. ad illam numerationem et partitionem dierum vitae noſtrae, vt videlicet illos, quum adeo breues ſint, non fruſtra neque male impendamus, quaſi ἐξαγοραζόμενοι. Verſioni iſti, *Et adducemus in cor ſapientiam*, vel *vt adducamus cor adſapientiam*, obſtat et forma conſtructa, et ellipſis ב vel ל, et accentuatio.

Verſ. 13.

שובה יהוה עד־מתי Reuertere Iehoua, quosque (ſc. auertes te vel faciem tuam?) Lutherus reddens, HErr, kehre dich doch vvieder zu uns, videtur vim עד־מתי non plane praeteriiſſe, (vt ſpr. Pſ. LXXIV, 9. vid. *Not. noſtr. ibid.*) ſed quodammodo exprimere voluiſſe per *doch*, cui colligitur ex illo verſionis primae *dermahleins*. Aſt interrogatio propria eſt ſignificantior, vvie lang vvilt du uns den Rücken zukehren, dein Angeſicht abvvenden. itaque duae inuoluuntur propoſitiones, et verbum שובה eſt praegnans, conf. v. 17.

Pſ. XCI, 2.

אמר ליהוה מחסי ומצודתי Quanquam אמר complures acceperint pro 1. *perf. futuri*, tamen nec incommodius alii propter verba 3. perſ. praeuia pro *participio praeſ.* 3. perſonae aequipollente accipiunt. Nos ſaltem heic eno-

enotamus illegitimam distinctionem Lutheri, aliorumque, der spricht zu dem HErrn: meine Zuversicht etc. *Dico ad Dominum Iehouam, spem meam et refugium meum: Deus meus* (es), *cui confido.* Vel *dico de Domino Iehoua*, qui *spes mea et refugium meum* est. etc. Sic enim in ליהוה foret *Rbbia*, et in אמר seruus *Mahpach*. Iam vero vi accentus *Rbbia* talis ponenda est constructio: Dicit, ad Dominum Iehouam est refugium meum et propugnaculum meum. Ceu rectissime iam tum ad istum *Rbbiam* attendit B. Geierus *h. l.* Ps. XCI. XCIII.

Vers. 9.

כי־אַתָּה יְהוָה מַחְסִי עֶלְיוֹן שַׂמְתָּ מְעוֹנֶךָ׃ Quia tu, Iehoua, es perfugium meum; altissimum, posuisti (*o anima mea!* licet נפש frequentius sit fem. gen.) habitaculum tuum. Muisius et Lud. de Dieu ap. Cloppenb. *Opusc. p.* 270. euitare studentes *personarum enallagen*, dum Psaltes modo loquatur de se in prima persona, modo in secunda tanquam de anima sua, quam seruauit Lutherus, impingunt grauiter in *accentus* hac versione sua, parenthesi et ellipsi valde implicata: *quia tu*, (o pie) *Iehouam*, (qui est) *perfugium meum*, *excelsum* (inquam) *posuisti habitationem tuam.*

Ps. XCIII, 4.

מִקֹּלוֹת מַיִם רַבִּים אַדִּירִים מִשְׁבְּרֵי־יָם אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְהוָה׃ Ob strepitus (ab ingenti sonitu) aquarum magnarum magnifici sunt (magnifice, imperiose et potenter se efferunt) fluctus maris; at magnificentior in alto est Iehoua. Vid. Varenius *h. l.* Versio Schmidiana *accentuationi* aduersatur: *Prae vocibus aquarum multarum* (et) *magnificarum*; prae *fluctibus maris*, *magnificus* (est) *in alto Iehoua*, dum sensibilem facit distinctionem in seruo *Merca*, quam in maiore duce *Rbbia*. Qua ratione in אדירים ponendus fuisset dominus territorialis *Merca Mahpachatus*. Haec autem accentuationi quidem, at non genio syntaxeos ebraeae respondet, *Prae vocibus aquarum multarum*, (et) *fortium fluctuum maris magnificus in alto* est *Dominus*, cuius talis tum foret ratio qua voces intermedias: משברי־ים et אדירים *fluctuum maris fortium.* Conf. *Luc. Ebr. p.* 329.

Pſ. XCV. XCIX.

Ps. XCV, 7.

הַיּוֹם אִם־בְּקֹלוֹ תִשְׁמָעוּ Hodie ſi ad vocem eius attenderitis, Verſ. 8. אַל־תַּקְשׁוּ לְבַבְכֶם כִּמְרִיבָה Ne obdurate cor veſtrum ſicut in Meriba. Apprime notabilis eſt hic locus non tam propter ſenſum, qui plane lucidus et indubius eſt, quam propter interpunctionem, dum hic *Silluk* videtur minus diſtinguere, vix commatis vim habens, quam *Athnach* metricus et antecedens et ſubſequens momentum, pleni abſolutique puncti efficiens: argumento pariter apoſtolicae allegationis atque exhortationis Ebr. III, 7. 8. 15. IV, 7. ac ſi haec verba nouam ac peculiarem pericopen in ebraeo conſtituerent. Ad praecidendam igitur hanc grandem in re accentuaria anomaliam, ſtatuendum eſt cum Iac. Altingio *in comm. ad Ebr. III, 7. p. 89. a:* „Vltima verba, *Hodie ſi voci eius obtemperaueritis*, conditionem habere eorum, „qui *populus Dei* ſunt, quemadmodum Chriſtus notam ouium ſuarum facit au„dientiam ſuae vocis Io. X, 5. 16. 26. ſ. Eſſeque argumentationem ſimilli„mam illi apoſtolicae, *cuius domus ſumus nos, ſiquidem profeſſionem et glo„riationem ſpei firmam teneamus.* ibid. v. 6. Poſteriora habere oppoſitam „dehortationem: *Ne obdurate* igitur *cor veſtrum.* Atque hanc ipſam diſtinctionem tenet Munſterus; *Si modo hodie voci eius auſcultaueritis. Non obduretis cor veſtrum etc.* Nec derogat huic ſuppoſitioni allegatio apoſtoli, vtpote qui priora etiam verba poterat ad vſum ſuum dehortatorium accommodare, ſepoſita interim ac ſalua connexione textus ebraei. Plane ſicut non obſtante eadem allegatione ibid. v. 9. *quadraginta illi anni* referuntur in fontibus ad ſq. verſum 10. Adeoque exinde non probatur, in fontibus olim fuiſſe aliter.

Pſ. XCIX, 4.

וְעֹז מֶלֶךְ מִשְׁפָּט אָהֵב Et (ſc. *celebrabunt*) potentiam regis, (per quam *regnat* coll. Pſ. XCIII, 1. XCVI, 10. XCVII, 1. XCIX, 1. et *cui ſalutem praeſtat dextra eius et brachium ſanctitatis eius* Pſal. XCVIII, 1. coll. Iſ. LIX, 16.) iudicium amantis. Quae conſtructio Raſchii, Piſcat. et Belgarum cum antecedentibus apparet conuenientior, nec damnanda Geiero, quam illa Tremelliana cum ſequentibus, *Tu quoque robuſtiſſime rex, iudicium amans* etc.

quam

quam sequitur Glassius *Gr. S. col.* 560. Praeter violentam enim traiectionem pronominis אתה vim pariter infert limitibus regis *Mercae Mahpachati*, et *Athnacho* metrico perfectioremq; distinctionem prae illo confert. Ps. CI. CV. CX.

Ps. CI, 2.

אַשְׂכִּילָה בְּדֶרֶךְ תָּמִים מָתַי תָּבוֹא אֵלָי Prudenter agam in via integri, quando venerit (np. *via eius*) ad me. Germ. Ich vvill klüglich handeln auf den Wege des aufrichtigen (frommen), vvenn derselbe (sein Weg) zu mir gehet. Ita verba vertenda esse cum Geiero suadet accentuum dispositio, qui quoque putat, Lutherum forte mutatis punctis literisque legisse מְתֵי יבואו bey denen, die mir zugehören. (apud) *homines*, qui *veniunt ad me*.. Quanquam prius formam textualem seruauit, vvenn komst du zu mir?

Ps. CV, 6.

זֶרַע אַבְרָהָם עַבְדּוֹ בְּנֵי יַעֲקֹב בְּחִירָיו : Vos (quod latet in imperatiuis praecedd.) semen Abrahami serui eius, filii Iacobi, electi eius! ita vt *electi* sit vocatiuus pluralis respiciens בְּנֵי, ceu recte Lutherus, non genit. sing. vt antea in עַבְדּוֹ. Sic enim foret similiter affixum sing. coll. Ps. CVI, 23. et haec accentuum facies : בְּנֵי יַעֲקֹב בְּחִירוֹ conf. infr. v. 43. et 1 Chr. XVI, 13.

Ps. CX, 3.

עַמְּךָ נְדָבוֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶיךָ :

In versu hoc, *quo non reperiri vllum obscuriorem in toto psalmorum volumine*, ait Muisius, quot cruces sibi figant et fingant interpretes, quot conuulsiones fontium circa constructionem et interpunctionem, quotque hinc varia

Pſ. CX. deuia a ſenſu occurrant, Idici vix poteſt. Piget vel potiſſimas ſaltem verſiones chartae illinere, et lectorem iis obtundere. Eclareſcet quodammodo meliusque ſuccedet heic interpretandi via, dummodo obſeruetur in membro *Athnachi* et *Silluki* transpoſitio ſolita ſubiecti et praedicati, in naturali ſitu collocandorum, et praefixum מ in מרחם comparatiuum. Poſtquam repraeſentauerat Pſaltes Meſſiam, vt filium et *dominum Dauidis* in ſtatu exaltationis, *ſedentem ad dextram Dei Patris* v. 1. et *ſceptro regni ſui* tam *gratiae* quam *potentiae in medio inimicorum ſuorum plenarie dominantem* v. 2. 5. 6. iam in v. 3. repraeſentat *ſtatum ſubditorum* in illo regno, deſcriptum partim *a promtiſſimo obſequio*, partim *a vera ſanctitate*, partim *a multitudine inſigni, et origine*. Mens proinde loci ſimplex et plana exſurgit h. m. Populus tuus erit populus ſponta-neitatum (i. e. maxime ſpontaneus, quem *ſuſtentat* רוח נדיבה *ſpiritus ſpontaneus*, Pſ. LI, 14. quique *ſeipſos ſiſtent in ſacrificium viuum* Rom. XII, 1. XV, 16.) in die fortitudinis tuae diuinae et ſummae (poſt glorioſum victorioſae reſurrectionis et adſcenſionis iubilaeae triumphum, in die triumphi euangelici per *exercitum euangelizantium* Pſ. LXVIII, 12. tempore maxime primitiuae eccleſiae); in decoribus ſanctitatis (coll. Pſ. XXIX, 2. XCVI, 9. cum Exod. XXVIII, 3. vt reges et ſacerdotes coram Deo) maioribus quam eſt (*decor* ſ. *ſplendor*) vteri aurorae, (vbi primum erumpit. „*Vterum* autem *aurorae* tanquam praegnanti tribui, nemini videbitur in„ſolens, qui et *alas* et *palpebras* eidem viderit tributas Pſ. CXXXIX, 9. Iob. III, 9. XLI, 10. monente Geiero.) erit tibi (tuaeque gloriae et cultui ſeruiet) ros (i. e. multitudo amabilis et innumerabilis. Voce enim *roris* metaphorice denotari multitudinem liquet e 2 Sam. XVII, 12.) iuuentae ſiue generationis tuae (filiorum ſpiritualium, verbo veritatis vt ſemine incorruptibili genitorum. Conf. Iſ. VIII, 18. et Io. XVII. Ebr. II, 13. Pſ. XXII, 31. Iſ. LIII, 10. Iac. I, 18. 1. Petr. I, 23.) Senſus ſane pulcherrimus, circa quem optime etiam ſe geſſit B. Varenius. Bene nec minus verſio Lutheri qua membr. 1. niſi quod terminos *Mercae Mahpachati* cum aliis turbauerit, nec male pro prima magis literali, am Tage deiner Macht, elegerit poſtmodum paraphraſticam, nach deinem Sieg. Quae vero ad conſilium fontium exacta ita flueret. Nach deinem Sieg, (vvenn du nunmehr mit deinen geiſtlichen Feinden vvirſt in deinen blutigen Leiden gekämpffet, und dieſelben in deiner glorvvürdigen Aufferſtehung beſieget, auch die ausgezogene Fürſtenthum in deiner hochherrlichen Himmelfahrt öffentlich, und als ein triumphirender Sieges-Furſt

ſchon

ſchau getragen haben) vvird dir dein Volck vvilliglich (ſich auf) opffern; Pſ. CXIX.
du vvirſt viele liebe Kinder haben im heiligen Schmuck (in ihren Königlichen Prieſterthum Exod. XIX, 6. 1. Petr. II. 5. 9. Apoc. I, 6. V, 10. Pſ. XLV, 9. 10. Ieſ. LXI, 10. Ezech. XVI, 14. Eph. V, 27.) ſchöner denn die Morgenröthe in ihren Anbruch.

Ps. CXIX, 89.

לְעוֹלָם יְהוָה דְּבָרְךָ נִצָּב בַּשָּׁמָיִם׃ In aeternum (*es*) Iehoua, verbum tuum conſtitutum eſt in coelis. i. e. ſuperius eſt omni vi humana, inuiolatumque manebit absque inhibitione vel immutatione omni, qualem alias experiri ſolent verba, edicta atque leges regum, quippe quae in terris ſunt, i. e. variis expoſita mutationibus. ceu optime exponit Geierus *h. l.* Verſio Lutheri contra interſectionem *Athnachi* coëgit in vnam propoſitionem: HERR, dein Wort bleibt (al. beſtehet) evviglich, ſo vveit der Himmel iſt (al. im Himmel.) Qua ratione talis foret accentuum conſecutio: לְעוֹלָם יְהוָה דְּבָרְךָ נִצָּב בַּשָּׁמָיִם׃ Nec aliter LXX, Vulg. Pagn. Piſc. Geneu. et Belgae *In ſeculum, Domine, verbum tuum permanet in coelo.*

Verſ. 126.

עֵת לַעֲשׂוֹת לַיהוָה Tempus eſt operandi Domino Iehouae. (i. e. ſeruiendi ei ſecundum legem, quam alii fregerunt irritamque faciunt, vt ſequitur) Ita namque לעשות heic vertendum coll. Ezech. XXIX, 20. Nam עשׂה לי *operati ſunt mihi*, et ſupr. p. 55. vbi plura. Iuxta verſionem Lutheri, Es iſt Zeit, daſs der HErr darzu thue, non requiritur conſtructio verbi cum ל; aut illa ſalua, alia accentuatio, videlicet transpoſita, ita vt ליהוה non conſtruatur cum לעשות ſed cum עת, *tempus eſt Domino, vt faciat*, der HErr hat Zeit, daſs er darzu thue.

Verſ. 160.

רֹאשׁ דְּבָרְךָ אֱמֶת Quod cum Kimchio Geierus, priusque Lutherus, vertunt: (*Ab*) *initio verbum tuum eſt veritas*, ſtatuentes *ellipſin* praefixi מ ante רֹאשׁ, ſuppleti Ieſ. XLI, 3. 26. XLVIII, 16. ob ordinem octonarii ר non in-

Pſ. CXX. CXXI. terrumpendum natam. Aſt pro hoc ſenſu intento τῷ ראש antelatum putem ראשית, vt lector facilius ad exordiale creationrs remitteretur; nec pronioris conſtructionis ſignum *Makkeph* vices accentus *coniunctiui* ſaepe explens, adhibitum, ſed potius τὸ ראש per *Tiphcham* anteriorem diſtinctum fuiſſet. Proinde verſio haec praeualet: caput ſ. primum et primarium (coll. *Luc. Ebr. p.* 347) verbi tui eſt veritas. Das Erſte und vornehmſte in deinen Wort iſt die Warheit. Idem virtualiter dicit translatio hodierna Lutheri: dein Wort iſt nichts denn Warheit.

Ps. CXX, 7.

אני־שָׁלוֹם וְכִי אֲדַבֵּר הֵמָּה לַמִּלְחָמָה׃ Ego (אהב *amans* vi oppoſiti שׂנא *oſoris*, vel cum Aben Eſra, et Pagnino *vir*) pacis, (vel abſtractum emphatice ponitur pro concreto, ego ſum ipſa pax. conf. Pſ. CIX, 4.) etiam quum loquor. Eſt propoſitio δίκωλος ſcite cohaerens h. ſ. *Ego non ſolum ſum pro me ipſo pacis cultor, ſed etiam* εἰρηνοποιὸς, Ich bin nicht allein vor mich friedfertig, friedliebend, ſondern auch ein Friede-Stiffter. Quales εἰρηνοποιὲς in claſſe *μακαρίων* collocat Saluator Matth. V, 9. Quod vinculum inter hoc par membrorum ſororium diſſoluit et mutilat Lutherus cum aliis, dum alterum membrum ſequentibus adiungit, reclamante licet *Athnacho*. Sic enim pro ſenſu trium propoſitionum in אני־שלום ponendus fuiſſet *Merca Mahpachatus*. Iam ſequitur propoſitio oppoſita conciſa ex priore dilucidanda et integranda: Sed illi (*pacis oſores et linguae doloſae, mendaces* coll. v. 6. et 2. 3.) ad bellum (*et diſcordiam* non modo toti propendunt, ſed etiam diſſeminant excitantque, qui *omni die commorantur in bellis* Pſ. CXL, 3.)

Pſ. CXXI, 1.

אֶשָּׂא עֵינַי אֶל־הֶהָרִים מֵאַיִן יָבֹא עֶזְרִי׃ Quae verba Lutherus cum non paucis *aſſertiue* reddit, מאין ſumto pro אשר־משם contra natiuum et perpetuum eius vſum *interrogatiuum* vel *negatiuum*. vid. *Luc. Lbr. p.* 419. Proinde *interrogatiue* haec efferenda: Attollamne oculos meos ad mon-

montes istos? (circa Ierusalem, Ps. CXXV, 2. vel terrae Canaan, quae montosa erat. coll. Exod. XV, 17.) vnde veniret auxilium meum? (Nulla certe rupes, arx in rupe structa, praesidium, duxque militum ibi existens succurret mihi. Itaque) Auxilium potius meum venit a Iehoua, vt sequitur. Ita Mollerus, Iunius, Piscat. Tarnouius *h. l.* Vlmannus *Obseru. S. C. t. p. 81.* Gussetius *Comm. L. E. p. 80. a.* Gatakerus *Aduers. Misc. Posth. c. 18. Opp. Crit. p. 604.* Ps. CXXIII. CXXVI.

Ps. CXXIII, 4.

רבת שבעה־לה נפשנו הלעג השאננים והבוז לגאיונים: (vel) vt duae voces: לגאי יונים vid. Hiller. *Arc. K. et K p. 134.*) Vbi intermedia verba הלעג השאננים communiter ad praecedentia referunt, opinantes esse casum verbi שבעה, quum alium non vident, sensusque alias foret imperfectus, adeoque formarunt hinc duas saltem propositiones, neglecto *Merca Mahpachato: Multum saturata est sibi anima nostra subsannatione tranquillorum, contemtu superborum.* Sic et Luherus, Sehr voll ist unsere Seele der stolzen Spott, und der Hoffärtigen Verachtung. Ast non viderunt, prima verba paucis mutatis per solennem emphasin oratoriam ex fine versus praeced. repeti, casu ibi praesente. *Nam multum saturati sumus contemtu.* Deinde inter dicta verba et sequentem propositionem esse amicum mutuumq; respectum, euincit partim ה *demonstratiuum* constructioni aduersum, licet Kimchi repetitione eiusdem nominis, vt alias, saluare velit, הלעג לעג השאננים, partim *praefixum* ל *datiui*, ad prius nomen etiam subaudiendum. Quare ex praesentia regis maioris *Mercae Mahpachati*, primam propositionem iam terminantis, exstruendae sunt tres propositiones h m. Multum, inquam, (coll. Ps. CXXIX, 1. 2.) saturata est sibi anima nostra (coll. qua constructionem Ps. CXX, 6.); subsannatio ista (*sit, obueniat*) tranquillis istis! contemtus ille superbis opprimentibus! Noster est Tarnouius.

Ps. CXXVI, 4.

Reduc Iehoua captiuitatem nostram, באפיקים בנגב, sicuti alueos, (שבת *reducis*, quod latet in praeced. imper. שובה) in regione australi sicca.

Pſal. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. ſicca. Ceu recte Tremell. Cocceius, Calouius. Glaſſius *Gr. S. col.* 1219. Lutherus ſenſu plane contrario, vvie du die Waſſer gegen Mittag trockneſt, pro vvie du die Waſſer in das (heiſſe und trockne) Mittagsland vvendeſt, vvieder kommen láſſeſt.

Ps. CXXXVII, 7.

עַד הַיְסוֹד בָּהּ׃ Quod membrum iuxta *accentuationis* tenorem ſignificantius ita ſonat: adeo, vèl eo vsque, vt ipſum fundamentum (*nudetis*) in ea. Nam היסוד בה per ſe non cohaerent, niſi mediate. Conf. de phraſi Mich. I, 6. et *Ebr. Etym. p.* 248. Sic et Kimchi: *donec reueletur fundamentum quod eſt in ea.* Nam pro ſimplici verſione, *vsque ad fundamentum in ea* potius foret haec conſtructio: עַד הַיְסוֹד בָּהּ׃.

Ps. CXXXVIII, 2.

כִּי־הִגְדַּלְתָּ עַל־כָּל־שִׁמְךָ אִמְרָתֶךָ׃ Nam magnificaſti iuxta totum nomen tuum (conf. Exod. XXXIV, 6. 7. cum c. XXXIII, 19.) verbum tuum. Munſterus, Pagninus, Caietanus, et Lutherus, Rauppius vocem כל diuellunt a ſqq. *magnificaſti ſuper omnia nomen tuum* (*et*) *eloquium tuum*, vel *ſermone tuo.* Sed recte iam Piſcator et ante eum Aben Eſra vrgent nexum vocum כלשמך indiuulſum. Pro iſta verſione tum requireretur poſitus et accentuatio talis: כִּי־הִגְדַּלְתָּ עַל־כָּל שִׁמְךָ וְאִמְרָתֶךָ׃. Pro hac vero: כִּי־הִגְדַּלְתָּ עַל־כָּל שִׁמְךָ (ב)אִמְרָתֶךָ׃.

Ps. CXXXIX, 16.

יָמִים יֻצָּרוּ וְלֹא (לוֹ) אֶחָד בָּהֶם׃ Vbi periodum *Athnachi* vulgo referunt ad ditionem *Mercae Mahpachati*, ſed cum conſtructionis diuortio. Lutherus יָמִים conſtruit cum praeuio כֻּלָּם *omnes dies*: quum tamen hoc reſpiciat *ad omnia circumſtantia* גֻּלָּם, *quaecunque in et circa maſſam fuerunt ſ. contigerunt*, ceu recte Varenius. Alii cum Kimchio faciunt ellipſin ב

et

et אשר *per dies, quibus formabuntur*, eum respectu ad praecedens nomen col- Ps. CXLI.
lectiuum גלמי *massa mea*, quippe in qua omnia hominis includantur et de ite
scan יצרים *Membra* Iob XVII, 7. Vid. Gierus et Belgae. Nos autem
ad notulas distinctionum rite incedentes multo simplicius aptiusue reddimus:
Quum dies formarentur, (crearentur) et ipsi (massae meae) *formatus fuit*
(hoc enim verbum repetendum) vnus ex illis.

Ps. CXLI, 3.

שִׁיתָה יְהוָה שמֶרָה לְפִי Quod non simpliciter vertendum: *Pone Iehoua custodiam ori meo*, siquidem שמרה לפי coniuncta non pariunt per se nexum syntacticum, nisi mediante tertio, alioquin שמרה deposceret sibi subdistinguentem vicarium *Munach*, hac accentuum consecutione, שִׁיתָה יְהוָה׀ שמֶרָה׀׀ לְפִי Proinde vt naturae constructionis ebraeae satisfiat reddendum est cum Varenio: *Pone Iehoua* (id quod sit) custodia ori meo. Sequitur: נְצֹרָה עַל־דֶּל שְׂפָתָי pro aequipollentia membrorum reddendum, obseruationem, ad eleuationem labiorum meorum. Contra accentus Lud. de Dieu: *Custodiatur super paupere vnumquodque labiorum meorum.* Sic enim rursus in עַל־דֶּל ponendus fuisset ob *Sillukum* laborantem vicarius *Munach* cum seruo in נצרה *Tiphcha* non anteriore. Praeterea nec *pauperis* ratio heic commoda. Eundem errorem errat et ista versio: *Custodi super humili labia mea*, (*fac vt humilia loquar.*) Sensum vtrobique optime expressit Lutherus: HERR, behüte meinen Mund, und bevvahre meine Lippen. Et primum magis literaliter: setze meinem Mund eine Hut, und an die Thüre (ita cum Aben Esra et Kimchi per apocopen literae ת pro דלת) meiner Lippen eine Bevvahrung.

Vers. 11.

יִפְּלוּ בְמִכְמֹרֹתָיו רְשָׁעִים יָחַד אָנכִי עַד־אֶעֱבוֹר׃ Vbi aduerbium יחד Lutherus adhuc retulit ad membrum praeuium, et עד accepit separatim in notione nominali *seculi, aeternitatis*, cum ellipsi ל *in perpetuum*, sensu quidem rationabili. die Gottlosen müssen in ihr eigen Netz fallen mit einander, ich aber immer voruber gehen. Verum quum Spiritus S. *to* יחד indice *Athnacho* ad posterius, referre maluit, et עד *coniunctionaliter* collocauit, potius de alio sensu aeque commodo cogitan-

CAP. I, XIV. dum est, quem ex mutuo membrorum respectu hunc esse existimem, simul, pariter ego (*ne cadam in ea*, np. retia impiorum) vt potius transeam, die Gottlosen müssen in ihr eigen Netz fallen, nicht aber ich zugleich, sondern sicher vorüber gehen.

כל הנשמה תהלל יה הללו יה׃

משלי PROVERBIA.

Cap. I, 17.

כי־חנם מזרה הרשת בעיני כל־בעל כנף׃ Nam omnino gratis expanditur rete coram oculis omnium alitum. Sensus huius versiculi comparatiui est: Sicut aues neglecto periculo, quod eis ob oculos positum est, ad rete, vbi esca posita est, aduolant (coll. c. VII, 23.) potiundae illius causa, et hac ratione reti conclusae capiuntur et necantur: ita insidiatores et latrones isti posthabito periculo, quod ipsis ob oculos versatur, dum vident maleficos a magistratu supplicio capitis affici, praecipites feruntur ad occidendum innocentes, vsq; dum promeritas luant poenas. Vid. Rauppius, Geierus et Calouius *h. l.*

Cap. XIV, 13.

ואחריתה שמחה תוגה׃ Quod Rauppius, Geierus, Calouius et Glassius vertunt: *Et nouissimum, exitus (eius) laetitiae tristitia.* Sic et Luth. Ast contra *accentuationem*, quae alias esse deberet talis: ואחריתה שמחה תוגה cum *Munacho* vicario. Nec affixum ה *πλεοναζον* iudicans saltem casum obliquum nominis sq שמחה ritu praesertim syriasmi. Ergone et tale erit in illo ואחריתה versus praecii? vbi sequitur pluralis. Sed sicut illic respicit nomen דרך *viam*, ita et hic ob affinitatem materiae. Proinde vertendum est: Et finis eius (*viae*, quae ei prius complacuerat) est laetitia cum moerore vel laetitia dolorifica. Quod constructio etiam fiat mediante praepositione elliptica. vid. *Luc. Ebr. p.* 318.

Vers.

CAP. XIV. XVI.

Vers. 14.

וּמֵעָלָיו אִישׁ טוֹב: Versio Mercerі et Belgarum omnium conuenientissima videtur Geiero, sequiturque Calouius, np. *Et ex sese (satiabitur) vir bonus.* Sed non memini τὸ מעליו vllibi *reciproce* vsurpari, sed semper *relatiue.* Ideo potius praeferrem Raschii, Vulg. Lutheri: Et super eum (pr. a summitate eius) erit vir bonus. Vel vti Ralbag. Pagn. Iun. Pisc. Rauppius: *ab eo* (סג *auertetur, recedet*) *vir bonus.*

Vers. 34.

וְחֶסֶד לְאֻמִּים חַטָּאת: Attendenti rite ad affinitatem membri praecedentis, et ad propriam notionem nominis חסד omnino se approbabit haec interpretatio: Et misericordia (beneficentia) populorum est sacrificium pro peccato. Ita cum Geiero *ad h. l.* cl. Paulus Bergerus *in dissert. de Antiphr. Script. S. p. 37.* Nec minus Gussetius *in Comm. L. E. p. 74. b.* Recte autem subdit Geierus, beneficentiam dici sacrificium expiatorium non proprie, nec coram Deo, sed metaphorice et coram hominibus, qui alias male affecti hoc modo reconciliantur.

Cap. XVI, 4.

כֹּל פָּעַל יְהוָה לְמַעֲנֵהוּ וְגַם Singula operatur (ordinat, disponit) Iehoua ad responsum ipsorum (i. e. vti respondet ac congruit ipsis secundum legem iustitiae diuinae.) Atque etiam impium, (ordinat) ad diem mali. (Id enim ipsi debetur eadem lege.) Qui sensus *relatiuus* ad כל Grotii et Calouii vt simplicior et expeditior haud dubie praeferendus est, confirmante *accentuatione*, illi *reciproco* aliorum, (quos videre licet ap. Pfeifferum *in Dub. Vex. p. m.* 642. 643.) *omne operatur Deus ad responsionem sui ipsius*, vel *vt respondeant sibi ipsi*, h. e. vt sibi obtemperent, vti vertit Chaldaeus, praestando vel opere ipso exhibendo id, quod ordinans Deus iussit vel instituit. Pro hac enim relatione in τῷ כל requireretur *Athnachi* maior *Rbhia.*

CAP. XVIII. XIX.

CAP. XVIII, 1.

לְתַאֲוָה יְבַקֵּשׁ נִפָּרֵד בְּכָל־תּוּשִׁיָּה יִתְגַּלָּע׃ Vbi נפרד non facio *nominatiuum* et *subiectum* versus cum vulgari sententia. Sic namque separandum fuisset a verbo per vicarium *Munach* h. m. לתאוה יבקש נפרד Iam vero coniunctum cum verbo facio *casum* illius et *obiectum*, et subiectum praedicationis est idem, quod immediate praecedit et sequitur, videlicet *stultus*. Vt sensus pro se ipsa commodus exsurgat hicce: Pro desiderio suo quaerit separatum et singulare quid, er vvill gerne vvas besonderes haben und seyn, in omni etiam solida sapientia (quae propria vis est nominis תושיה vid. *supr.* ad Iob. XI, 6.) se immiscet.

Vers. 17.

צַדִּיק הָרִאשׁוֹן בְּרִיבוֹ וּבָא־ (vi symboli יָבֹא) רֵעֵהוּ וְחִקְרוֹ׃ Iustus est primus in lite sua, tunc adit proximum suum, et perquirit eum. Huius prouerbii mentem e litera pronius fluentem nemo melius meo iudicio tetigit post Osiandum et Calouium B. Geiero, quod declaretur a Saluatore per aliud, per *festucam ex oculo prius proprio eruendam, antequam de trabe aliena dispiciendum sit*, Matth. VII, 5. Ita iustus prius litigare incipit cum semetipso, antequam cum aliis, iisdemque exprobrare vitia.

CAP. XIX, 7.

Omnes fratres pauperis oderunt eum, quantomagis quilibet sociorum eius elongabit se ab eo; (coll. v. 4. et c. XIV, 20.): מְרֻדָּף אֲמָרִים הֵמָּה־לוֹ׃ לֹא־(לוֹ) persequente licet eos verbis, vt sibi adsint. In quo vltimo membro plerique interpretes לא *negatiuum* arripiunt, quum tamen indice Masora sit *pronominale* pro לו per suetam alternationem quiescentium א et ו. Vid. *Lux Ebr. p. 19.* Sensum vero negatiuum Vulg. Pisc. Geieri, Tremellii et Cartw. dum ex accentibus refellere adoritur celeb. Hillerus *in Arc. K. et K. p. 65.* ac si tales exigerent: מְרֻדָּף אֲמָרִים לֹא־הֵמָּה־לוֹ׃ infelici hac, quod doleo, critica prodit aperte suam in accentuatione metrica insciti am, hanc cum prosaica componendo, et vnam vbrobique faciendo. Proinde

inde heic reuera cum laruis pugnat, et aduerſus ſe. Diſtinctioni enim proſai- CAP. XIX. XX.
cae, qualem illis praeformat, reſpondet vtique Metrica, adeoque accentibus minime contrariantur eorum verſiones, quibus potius haec ſua: *inſectatur, verba illi ſunt* (*i. e. cum de amicorum perfidia conqueritur, nil praeter inania verba reportabit. Inſectando mera amicorum verba lucratur.*) Dum non nouit, *Tiphcham* hunc in metricis non eſſe diſtinctiuum, ſed coniunctiuum, et *Munachum* non coniunctiuum ſed vicarium diſtinguentem, Silluko laborante. Non igitur ex eo capite arguendae ſunt verſiones communes h. l. ſed potius ex vſu phraſeos adeo ſimplici et dubio *perſequi verbis aliquem* apud Iunium, Rauppium *h.* l. et cl. M. Rvs *in Pent. V. T. dict. IV.* quippe quae etiam, et vel maxime, hoſtiliter vi propria verbi רדף capi poteſt, niſi bonus mitiorque ſenſus epitheto aliquo iuuetur, id quod factum a Cartvvrighto vertente: *Perſequitur quidem eos verbis ſupplicibus* ſc. *et ſubmiſſis, ipſi non ſunt* (i. e. *non ſe fratres et ſocios praeſtant.*) Iuxta vero noſtram expoſitionem non opus eſt ellipſi exegetica, ſed diſertius iſta phraſis ex textu explicatur.

Verſ. 19.

גדל־חמה נשא ענש Magnus excandeſcentia, (et iuxta alteram lectionem in ſymbolo גרל inſinuatam, גר לחמה congregans ad excandeſcentiam) feret (luet) poenam. Bene Lutherus: Denn groſſer Grimm bringet Schaden: כי אם־תצילנו ועוד תוסף Quodſi eripueris (talem iracundum ex vna poena,) tunc amplius addes (np. eripere eum) befreyeſt du ihn einmahl (von derſelben,) ſo muſt du es mehr thun. q. d. euaſione vnius periculi minime cautum reddi, quin nouas ſubinde iracundia in ſe concitet poenas. Qui ſenſus Aben Eſrae, Munſteri, Merceri et Geieri de iracundorum prauitate inemendabili magis placet, vt facilior, quam iſte Lutheri et aliorum, darum laſs ihn loſs, ſo kanſt du ihn mehr züchtigen. cum reſp. ad filium caſtigandum v. 18.

Cap. XX, 25.

מוקש אדם ילע קדש ואחר נדרים לבקר׃

Vertendum; Laqueus (i.e. periculoſum et exitioſum) eſt homini, quando vel qui abſorbet (i.e. ederit vel biberit) ſanctitatem (i.e. rem Deo per vo-

CAP. XXIV. XXV. tum conſecratam:) et poſt vota facta demum inquirere, unterſuchen, num ſcil. fuerint legitima nec ne? num ſeruare et perſoluere poſſit, velitque, nec ne? numque rurſus reſcindere poſſit, nec ne? Luth. phraſin יד עקרש ſingulariter reddit, das heilige Laſtern, quam notionem verbum לוע nullibi infert. Deinde contra *accentus* membrum poſterius transfert, und darnach das Gelübde ſuchen, ſuppoſita tali interpunctione: וְאַחַר נדריכם לבקר׃

Cap. XXIV, 16.

כִּי שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק וְקָם Nam ſepties (i. e. multoties vid. *Ebr. Etym. p.* 245.) cadit iuſtus, et reſurgit (i. e. e malis rurſus eluctatur.) Perperam heic ſumitur nonnullis verbum *cadendi* in ſenſu *lapſus moralis* ſ. *in peccata*. Cui ſane ſuppoſitioni reclamat, tum connexio vi particulae cauſalis כי cum immediate antecedentibus, vbi dicitur: *Ne inſidieris* tq. *impius habitaculo iuſti, ne vaſtes* (turbes) *recubationem eius*. Quidni vero? Iam notanter additur cauſa. q. d. Nam ille iam per ſe eſt ſatis vexatus, malorum plus ſatis habet domi, denn der hat ſchon vor ſich Creuz und Plage gnug. Non ergo afflicto addenda eſt afflictio; tum oppoſitio ruinae piorum et totalis impiorum. Vnde et τὸ ברעה ad membr. 1. ſubaudiendum: *non ſolum cadit iuſtus, ſed etiam reſurgit in malo* ſ. *infortunio*. Quod vltimum negatur de caſu impii; tum vſus verbi נפל Salomoneus, etiam in ſequente mox verſu 17; tum loca parallela Pſ. XXXVII, 24. Mich. VII, 8. Pſ. XXXIV, 20. Iob. V, 19. Vlterius circa hunc locum conſuli poſſunt inprimis Geierus *h. l.* Franzius *in Interpr. Sc. orac. 46.* Tarnouius *in Exercit. Bibl. p. 130.* ſ. Hackſpanius *Not. Bibl. ad h. l.* Pfeifferus l. *c. p.* 644. *ſ.*

Cap. XXV, 11.

דְּבַר דָּבָר עַל־אָפְנָיו׃ Sermo dictus aut prolatus ſupra rotas „ſuas, qui procedit recte, facile, feliciter, quaſi rotas haberet; quippe rotae ſunt „id, quo res iis delata mouetur legitime, libereque ac commode, adeoque et „conſtanter vsque ad curriculi ſui terminum. (Eodem reduci debet graecum „τροχὸς Iac. III, 6.) Quoad rotarum ad ſermonem translationem, appoſite „accidit, quod ſermo quatuor virtutibus valeat, inuentione, diſpoſitione, elo-

elocutione, et pronunciatione. Haec scite Gussetius *in Comm. L. E p.* 90. *b.* Quanquam nec alii male cum Aben Esra טוֹ אפנין ex vsu Talmudico reddunt *iuxta rationem et modum* decentem, omnibus circumstantiis prudenter ac circumspecte attemperatum. CAP. XXV. XXX.

Vers. 27.

וְחֵקֶר כְּבוֹדִים כָּבוֹד: Quum *scrutinium* sensus genuini in hoc membro ἀποδολικῶ sit quidem arduum, non *inglorioſum*, *gloriam* circa illud haut inuidemus B. Pfeiffero *l. c. p.* 647. ob meliorem textus συνάφειαν et concinniorem omnino analogiam inter antecedaneam πρόλεσιν, Vt comedere mel nimium, non est bonum, et hanc ἀπόδοσιν ita scrutatio gloriae (i. e. glorioſi ſtatus, dignatis etc.) eorum (impiorum, quorum vers. praeced. mentio fit) non est (negatio enim ἀπὸ κοινῆ est repetenda, vid. Ps. IX, 19. etc. quum vtique alias comparatio exspiret inter לא טוב et כבוד כבוד) gloria, (est inhonesta, indecora, noxia et secum ignominiam trahit) q. d. Licet glorioſus" impiorum ſtatus arrideat palato inſtar mellis, moueat appetitum, et alliciat ad" captandum fauorem, tamen ſi iuſtus velit ſcrupu'oſius in eum inquirere, ſeu" ſollicitius penetrare ad eius intima, hoc ipſi non erit g'orioſum, ſiue non cedit" in gloriam, ſed tandem cum ignominia ab impiis reiicietur, non aliter ac ni-" mium mellis deuoratum per vomitum tandem reiicitur. Ergo impiis vel pla-" ne non, vel tam parce et caute ac melle vtendum eſt.

Cap. XXX, 2.

כִּי בַעַר אָנֹכִי מֵאִישׁ וְלֹא־בִינַת אָדָם לִי׃

Vers. 3.

וְלֹא־לָמַדְתִּי חָכְמָה וְדַעַת קְדֹשִׁים אֵדָע׃

Horum duorum versuum, modeſtam praefationem ſapientiſſimi Agri. ris exhibentium, veram mentem pulcherrime explicuit idiomate vernaculo B. Varen. *Comm. in Ieſ P. II. p.* 180. *ed vet.* (כי inſeruiente ſaltem initio ſermonis, vt et graecum ὅτι. vel aſſeuerante *Traun.*) Ich vvar thummer, als ſonſt ein Mann ſeyn möchte: Und hoher Menſchen Verſtand (groſſe Welt-Weisheit) vvar nicht bey mir. Vers. 3. Maſſen ich ſolche Weisheit nicht gelernet (mich vielmehr der-

CAP. XXX. derſelben, und andern Wiſſenſchafften entzogen) auf daſs ich das Erkäntniſs der Heiligen erlangen möchte. (Hierauf habe ich mich einzig und allein befliſſen, das andere vviſſen für Koth und Dreck hingegen gehalten.) Subiungit nunc ſpecimen, quo oſtendit ſe verum theologum, ſiue talem, qui habeat *cognitionem ſanctorum. O quis adſcendit etc.*

Verſ. 4.

מה־שמו ומה־שם־בנו כי תדע׃ Quantum ſit nomen eius, et quantum nomen filii eius, num noueris? coll. Iob. XXXVIII, 5. Eſt heic maieſtatis admiratio, et inſigne argumentum *pro fide veterum ſanctorum*, qui crediderunt aeterni Patris aeternum Filium, cuius et Patris aequalis ſit gloria et coaeterna maieſtas. Id *l. c.* Sic veteres Ebraei *in Ialkut ad h. l.* ap. Hackſpanium *h. l.* dicere conſueuerant de eo, qui legitur *adſcendiſſe in coelos, atque indidem deſcendiſſe*, זה הקבה *hic eſt ſanctus benedictus ille*, vt dictum eſt Pſ. XLVII, 6. *adſcendit Dominus cum lubilo*, et ſimiliter reliqua praedicata, ſolo quippe Deo digna, eodem referunt.

Verſ. 18. 19. 20.

שלשה המה נפלאו ממני וארבע לא ידעתים׃ דרך הנשר בשמים
דרך נחש על־צור דרך אניה בלב־ים ודרך גבר בעלמה׃
כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה
לא־פעלתי און׃

Tria haec ſunt mirabiliter ſeparata (vid. *Ebr. Etym. p. 18. n. 27.*) a me, immo quatuor ſunt, quae non noui. Viam ſcilicet aquilae in coelis, viam ſerpentis ſuper petra; viam nauis in medio maris, et viam viri in virgine. Similiter viam mulieris adulterae; quae comedit et abſtergit os ſuum, dicitque, non patraui iniquitatem.

In loci huius vtique omnium difficillimi ſolida enodatione praeclaram nauauit operam, et facile princeps eſt cl. Danzius *in diſſert. de Partu Virg. mirac. ex Iſ. VII, 14. a th. LIII. vsque ad LXX.* Vbi adductis iuxta ac diiudicatis variis variorum explicationibus, tandem in §. LXIX. deducit ſuam, in cuius ſententiam, omnibus curate ponderatis, totum me propendere pedibusque ire haud animi pendeo. Eſt autem illa, poſtquam ſuppoſuit verbum *notitiae*

ידע sumi affectiue et effectiue, *non noui* i. e. *non approbo, reiicio, detestor* coll. CAP. XXX
Matth. VII, 23. etc. add. *Luc. Ebr. p.* 386. nec non דרך *viam* pro *ratione agendi, studio ac moribus*. itemque גבר *virum* ex ἀλληγορίᾳ textus pro *marito*. Conf. etiam *Ebr. Etym. p.* 10. Admiratur namque Sapiens cum detestatione, et se ignorare, ait, qui fiat, quod tam operoso, et saepe peccaminoso, periculoso, et nihilominus haud raro inani molimine talia quaerantur, quae faciliori negotio ac absque periculo, et licite obtineri poterant. Atque hoc quatuor hisce illustrat exemplis, vel quinque potius. Miratur, cur *aquila* velox inter volatilia tam magno, tamque inani molimine, nulla cogente necessitate *nubium tenus se efferat, nubes ipsas transcendat?* vbi tamen nullam inuentura erat praedam, quam tranquillius inuenisset, vel in terra ipsa, vel locis non alte nimis ab ea remotis. Cur *serpens super rupem* degat? vbi tamen raro inueniet, quo se saturet, quum *cibus eius sit terra et puluis, non silex*. conf. Iesa. LXV, 25. Mich. VII, 17. De loco Gen. III, 14. et huc referri viso vid. *Not. Sel. p.* 9. 10. Porro admiratur proteruam hominum audaciam, qui tanto et horrendo periculo se exponunt, vt *viam nauis* בלב ימים *in cor s. medium maris* dirigant: vbi tamen, vt Caesar *l. S. B. G. c.* 10. conqueritur, *neque anchorae funesque subsistunt, neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possunt.* Quin et Horatius illum χαλκοκάρδιον seu *ferreo pectore praeditum* dicit, nullo periculi metu perterrito, qui primas nauigare ausus est. *L. I. Carm. Od. 3.* v. 9. et 17. Accedit et hoc, quod quum res adeo periculosissima sit nauigatio in se, talis fuerit in primus Salomonis tempestate, vbi pluribus adhuc destituebatur subsidiis, sequiori tempore inuentis. Vt etiam ex nauigatione Salomonis Ophirica colligere est, quae in vna expeditione integros tres annos consumebat etc. tutius sapienti res videbatur peragi, naui non nimis alte prouecta, et iucundius, iuxta illud vulgare Plutarchi *in Prim. Sympos.* πλεῖς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν, ἥδιστος. *Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare.* Commodius etiam hoc modo riparum incolas possunt adire, et, tempestate suborta, securitati suorum consulere. In primis autem *miratur ac detestatur* sapiens vim malitiae et regni diaboli in homine, insanctitate, iustitia et sapientia ad imaginem creatoris sui condito, qui se adeo excaecari patitur, vt inhonesta rationalique creatura minus digna, et saepe periculosa, immo expressa lege prohibita praesumat et efflagitet, vt np. sicut *maritus*, non contentus propria sua uxore, *virginis amoribus insidietur*, quum tamen absque periculis domi cum propria cupiditatem honeste restinguere poterat; Ita talis mariti, qui extra thorum proprium vagatur, similis sit דרך *agendi modus* מנאפת אשה *mulie-*

CAP. XXX. *ris adulterae*, quae pari modo furtiuos iuuenum vt conſequatur amores, multas aerumnas ſubit, quos tamen penes proprium maritum honeſtos habere poterat. Vtriusque דרך *via* ſ. *ratio agendi* ſapienti Aguri videbatur ſtulta, et *admiratur cum deteſtatione* malitiam hominum, quae ſemper in vetitum propendet, et *aquas furtiuas* ſeu prohibitas honeſtis putet dulciores. Conf. ſupr. c. IX, 17. Atque huic hactenus expoſitioni lucem iam affuderat B. Lutherus, cuius verba, quamuis prolixa, ex *Tom. VIII. Ienenſ. Vom Geſchlecht Chriſti p.* 142. ideo ſubiicit, quaeque ob patheticum etiam more ſuo ſtilum et huc tranſcribi merentur. Hie ſtehet, (ſprechen die Iuden) *Alma* bey einem Mann. Ich frage nicht, ob *Alma* da bey einem Mann ſtehe, denn ich ſehe es ſelber vvohl, Gott gelobt, darff keines Iudens, der mir das zeige. Ich ſage, man ſolle mir bevveiſen, daſs *Alma* hie eine Frau und nicht eine Iungfrau heiſſe: den Meiſter vvolte ich gerne hören, und hundert Gulden zugeben. Wie vvenn Salomo an dem Ort, (vvie es der verfluchte Goi Doctor Luther verſtehet, und ihm nicht leicht nehmen läſſet, vvens gleich nicht hundert Gulden gelden ſolte) redet von dem verdrieſslichen Vnglück der Welt? da ein *Geber*, das iſt ein Ehemann, nicht kan der Frauen Bette treffen in Gottes Nahmen, und ſchleicht etvvann einer Magd oder Iungfrau nach ins Teuffels Nahmen: Wiederum *Gebira* (die Frau) nicht kan finden des Mannes Bette in Gottes Nahmen, und kreucht zum Knecht, oder andern Geſellen ins Teuffels Nahmen, hat ein raum Gevviſſen, verſchlingt den Ehebruch, vvie der Wolff eine Mücke, vviſchet darnach das Maul, und darff ſie niemand eine Hure ſchelten, vver vvils bevveiſen?' - - - - Es iſt ein Iammer dieſes Lebens, daſs man dem heimlichen Ehebruch nicht vvehren kan, daſs (leider) dem Ehemann eine Magd baſs gefallt, denn die Frau; und ein Knecht der Frauen liber iſt, denn der HErr. Wie auch der Poët ſagt: Quod licet ingratum eſt. Nitimurin vetitum. Lex occaſio peccati. Alſo vvolte die Hur Potiphars thun dem frommen Ioſeph Gen. XLI, dennoch heiſt *Alma* hie eine Magd oder Iungfrau, vvelcher der Mann nachſchleicht, bringt er ſie zu Fall, ſo iſt ſie nimmer eine Magd, iſt ſie feſt, ſo bleibt ſie eine *Alma*.

Eccle-

קהלת ECCLESIASTES.

Cap. I, 10.

כבר היה לעלמים אשר היה מלפנינו: Iamtum fuit in vel ante ſecula, id quod fuit ante nos. Vbi Lutherus cum aliis extrema verba facit periphraſin זך לעלמים, ita vt היה ſit pro חיו. Sed melius absque illa enallage numeri redditur cum Varenio, denn es iſt ſchon vorhin in alten Zeiten geſchehen, vvas kurtz vor uns geſchehen iſt. Conf. v. 9.

Cap. II, 12.

כי מה האדם שיבוא אחרי המלך את אשר־כבר עשוהו: Hoc membrum parentheticum omnium conuenientiſſime, fateor, verterunt Tremellius, Piſcat. Belg. et Angli: Quid enim facturus eſſet (quod ex verbo finali עשוהו eliciendum) homo ille, qui veniet poſt regem? (ſuccedet mihi? coll. *Luc. Ebr. p. 372.*) Id quod iam factum eſt. Vt ſit interrogatio in territorio 1, reſponſio in 2. q. d. Ille ſucceſſor nihil nouorum operum faciet, quae ad voluptatem conducant, praeter illa quae ego feci, multa et varia; ſed ſi quae faciet, faciet quae iam antea tum a me, tum ab aliis facta ſunt. Praeterea in membro 1. vocabulum הוללות Lutherus tranſtulit *prudentiam*, quod non probamus cum Varenio, etiam ex diſſenſu ipſius Lutheri in c. I, 17. VII, 25.

Cap. III, 10.

את־הכל עשה יפה בעתו Quod non vertendum vt vulgo, *Omnia fecit pulcra in tempore ſuo.* Sic et Lutherus: Er aber thut alles fein zu ſeiner Zeit. Tum enim talis fuiſſet *accentuatio* את־הכל עשה יפה בעתו; ſed hoc modo cum Varenio: Omne illud (vnumquodque) fecit (ſc. Deus), vt eſſet pulcrum ſuo tempore. Nam יפה בעתו cohaerent non per ſe, ſed mediante verbo ſubſtantiuo להיות, adeoque diſtinguitur heic ordinatio Dei a fine illius. גם את־העולם נתן בלבם Etiam ipſum ſeculum hoc de-

CAP. III. dit in corde eorum, vt nempe per contemplationem creaturarum omniumque operum Dei assurgat ad ipsam cognitionem et glorificationem creatoris, conf. Rom. I, 19. 20. Nescio cur ab hoc pulcro sensu literae declinauerit Lutherus ad huncce? und läst ihr Hertz sich ängsten, vvie es geben soll in der Welt, Quum tamen et sequentia priorem velint ac confirment. מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא־יִמְצָא הָאָדָם אֶת־הַמַּעֲשֶׂה אֲשֶׁר־עָשָׂה הָאֱלֹהִים מֵרֹאשׁ וְעַד־סוֹף: Praeterquam, quod non assequi potest (propter imperfectionem θεογνωσίας per viam causalitatis) homo opus illud, quod fecit Deus, a principio vsque ad finem.

Vers. 15.

מַה־שֶּׁהָיָה כְּבָר הוּא וַאֲשֶׁר לִהְיוֹת כְּבָר הָיָה: Id quod fuit, iam est, et quod futurum est, iam fuit. Hunc simplicem sensum desiderat rursus literae tenor, quem vero iterum deserit Lutherus, adscito ex sq. m. nominatiuo *Deus*, was GOtt thut, das stehet da, und vvas er thun vvill, das muß vverden: וְהָאֱלֹהִים יְבַקֵּשׁ אֶת־נִרְדָּף: et Deus inquirit tale consequens i. e. et omnia illa *praeterita et futura*, quorum datur *sequela*, Deo sunt exacte cognita, da eine Zeit von der andern beständig verfolget vvird, vvie einer von seinen Feinde, iuxta vim propriam verbi.

Vers. 18.

אָמַרְתִּי אֲנִי בְלִבִּי עַל־דִּבְרַת בְּנֵי הָאָדָם לְבָרָם הָאֱלֹהִים וְלִרְאוֹת שֶׁהֵם־בְּהֵמָה הֵמָּה לָהֶם׃

Magnopere errarunt interpretes circa legitimam interpunctionem huius loci insignis, dum in ditione *Athnachi* primo regi *Sakephkatoni* perfectiorem assignarunt distinctionem, quam remotiori, contra Can. IV, et quasi in בלבי saltem esset *Rhbia*. Hinc non mirum, quod in tam alienos, tamque incongruos lapsi sint sensus, quos adducere taedet. Videri possunt cum subnexa διακρίσει ap. Reinbeckium *in doctr. de Accent. Ebr. p.* 328. 329. 330, et D. Varenium *in Gemmis Salom. s. comm. ad h. l. p.* 15. 16. (in quo commentariolo *verae pluresue latent gemmae eruditionis exegeticae*, quam in alio spissiori et vasto volumine.) et *in Comm. ad Ies. p.* 130. *s. ed. n.* itemque cl. M. Rus *in Pent. dict. V. T. de Accent Ebr. vsu, dict. V.* Sensus verissimus ex simplici consilio fontium sponte fluens hic est: Dixi ego in corde meo: (huc vsque *signum dicti.*

dicti. Iam incipit ipſum *dictum*) Propter ſtatum (conditionem, modum, rationem. coll. Pſ. CX, 4.) filiorum hominis ſeligendus eſt ipſis Deus; aut agnoſcendum, (Nam ל infinitiui abſoluti eſt formatiuum *Gerundii* vel *Participii in Dus* latinorum. Conf. ſaltem v. 14. 15. etc.) quod illi beſtiae ſint ſibi ipſis. conf. Pſ. XLIX, 13. 21. et B. Io. Winckleri Sen. Hamb *conc. de Scortatione p. 58.* Repetatur nunc cum Varenio nexus a verſ. 16. vbi haec incipit ſectiuncula. *Vidiſſe ſe* dicit *ſubſole tribunalia impura, corrupta, et in ſacroſancto iudicii et iuſtitiae loco improbos, ipſamque improbitatem regnare.* Concludit inde verſ. 17. *ſupereſſe purum iudicium diuinum in die nouiſſimo, vbi iuſtum et improbum, omniaque conſilia et opera illorum, iudicaturus ſit Deus.* Conſilium inde format, v. 18. quid faciendum ſit hominibus *propter ſtatum filiorum hominis adeo corruptum, adeo iniuſtum tribunal terreſtre?* nempe *appellandum eſſe ad iudicium diuinum, velut purum et incorruptum,* quod immediate antecedit v. 17. *Seligendum eſſe ipſum Deum, iudicaturum iuſtum et improbum; aut, ſi illud iudicium nouiſſimum vnacum reſurrectione mortuorum abnegauerint, et Deum adeo iudicem non ſelegerint, agnoſcendum illis, quod illi ſibi ipſis plane beſtiae ſint.* Id quod iam porro deducit et probat, talem atheum et Epicureum a beſtia, non tam ex iudicio rationis atque ob externa ſaltem accidentia quam reuera, nihil differre, nec ſaltem eſſe orationis μίμησιν. Nam (v. 19.) accidens filiorum hominis et accidens beſtiae quod attinet, tunc accidens eſt vnum idemq; eis, ſicut moritur haec, ita moritur ille, et ſpiritus (ſ. anima) idem eſt vtrique: Et praeſtantia hominis prae beſtia nulla eſt, quoniam (ſed) vtrumque (alle beyde) eſt vanitas. Verſ. 20. Vtrumque vadit ad locum vnum; vtrumque eſt ex puluere, vtrumque etiam redibit in puluerem. Ecquid in hoc elegantiſſime cohaerente ſermone deſideres? Nunc ingemiſcens Salomo aliud docet de praeſtantia animae hominis et beſtiae in ſeq. CAP. III.

Verſ. 21.

מִי יוֹדֵעַ רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם הָעֹלָה הִוא לְמָעְלָה Quis agnoſcit (recte intelligit, aeſtimat) ſpiritum filiorum hominis? qui adſcendit ſurſum; coll. c. XII, 7. ; וְרוּחַ הַבְּהֵמָה הַיֹּרֶדֶת הִוא לְמַטָּה לָאָרֶץ Et (*quis agnoſcit*) ſpiritum beſtiae? qui deſcendit infra terram. (ad lit. ad inferioritatem terrae.) Hunc ſenſum recte tenent Tremellius, Belgae,

CAP. IV. Angl. Gall. Hackſpanius, Schmidius, Varenius *h. l.* Weimarus *vſu Accent. Bibl. loc.* 15. Reinbeckius *l. c. p* 332. Hillerus *inſtit. L. S. p.*135. et 472. Nec ſecus ex Iudaeis Aben Eſra, Raſchi et Kimchi. qui praefixum ה in הערה et היורת vi punctationis ſuae habent pro ה *demonſtratiuo* loco *relatiui*, coll. *Luc. Ebr. p.* 164. Contra plurimi cum Luthero textum *dubitatiue* reddentes, iſtud habuerunt pro ה *interrogatiuo* tranſpoſito, aut eo quidem ſaluo tale ſubaudiunt ante רוח. Aſt refragante *accentuatione*, quae tum in יורש poneret *Sakephkaton*. Quum vero habet *Rbhiam* ſubordinatum, ſubinnuit, conſtructionem protendi vsque ad vocem הארץ *Sakephkatonatam*.

CAP. IV, 14.

כִּי גַם בְּמַלְכוּתוֹ נוֹלַד רָשׁ׃ Hoc membrum male rurſus diſtingunt Lutherus, und einer, der in ſeinen Königreich gebohren iſt, verarmet, et Lud. de Dieu, *quia etiam, qui in regno ſuo natus eſt, depauperatus eſt.* itemque h. m. Belgae, et Rauppius. Quo pacto talis foret diſtinctio כִּי גַם בְּמַלְכוּתוֹ נוֹלַד רָשׁ׃ Praeterea τῷ נולד tribuunt vim *participii* per ellipſin relatiui, quum tamen non ſit K*amezatum*, ſed *patachatum* in vlt. adeoque *praeteritum*. Itaque ſruſtra heic *de rege non per electionem facto, ſed in regno ſibi debito per haereditatem nato* diſſerit Dieuius. Diſtinctionis quidem ratio legitima eſt in verſione hac Tremellii et aliorum, *Quum hic* (*quia*) *etiam in regno ſuo naſcatur* (*natus eſt*) *pauper*; at ſenſus et nexus cum m. anteced. eſt incommodus. Hinc refertur ad remotius verſus praeuii ad *regem ſenem et ſtolidum*. Nec placet ſenſus ἀποδοτικός Varenii: *ita etiam in regno ſuo* (rex ſtultus) *naſcitur* (redditur) *pauper*, (per ſtultitiam ſuam theſauris regni peſſundatis) etiam in hoc, quod cum Tremellio, Mercero, Druſio, Piſcatore נולד a propria ſua et natiua ſignificatione abſtrahat ad Ebraeis inſolentem *fieri, reddi*. Palmam heic praecipuit interpretibus interpretatio Seb. Schmidii: Quin etiam, (qui iam) in regno ſuo (eſt), natus eſt (prius) pauper. (De *ellipſi* ſolenni verbi ſubſt. et quidam heic in participio *exiſtens*, nemo, opinor, dubium mouebit.) Vt ita *regnum domui carceris* opponatur; et is qui *in domo carceris*, illi, qui *in regno ſuo* eſt. Sic quidem *in annot. p.* 119. Sed verſio eius haec, *quin etiam* (qui eſt) *in regno ſuo natus, eſt pauper*, peccat eodem modo quo primae.

Verſ.

Verſ. 16. CAP. IV.

אין־קֵץ לכל־העם לכל אשר־היה לפניהם גם האחרונים
לא ישמחו־בו Nullus fuit finis (ſc. *diſplacentiae ſ. taedii* vi oppoſiti ſq. לא־ישמחו *non lactabuntur*, et cognatae radicis קוץ *taedere*) apud omnem populum, apud omnem, qui fuit ante eos, (ſc. qui hodie *viuunt, ambulantes ſ. conuerſanteses ſub ſole cum principe regio, futuro ſucceſſore*, adeoque iam tum *rege qſ. ſecundo*, adorando ſic magis ſolem orientem quam occidentem v. 15.) ita etiam hi poſteriores (adhaerentes nunc filio regis regnique haeredi) non (ſemper) laetabuntur in eo (rege iam facto et amato, eodem ſcil. faſtidio deinceps illum perſecuturi, quo nunc patrem, regem ſenem. Ita *ciuium ſubditorumque fauoris aura fallax notatur in aula fallace*, notante Varenio.) Germ. Wie des Miſsfallens (an den alten Regenten) bey allen Volcke, bey alle denen, ſo vor ihnen geweſen ſind, kein Ende worden, alſo auch die ietzige Nachkommen werden ſein (des iungen Nachfolgers) nicht froh (ſondern auch bald überdruſſig) vverden. Lutherus cum Vulgato minus recte τὸ לפניהם reddit ſingulariter *ante eum*, ac ſi diceretur לפניו, prout in v. praeced. תחתיו *loco eius*. Deinde ab eo diſcedens verba גם האחרונים ttaxit ad territorium 1, a quo tamen per dominum territorialem *Sakephkaton* ſunt ſeparata. Conſtructioni Iunio-Tremellianae, *vidi non eſſe finem vlli populo, de vllo qui praeſit ipſis etiam poſteros non laetaturos eſſe*, obſtat ſubdiſtinctiuus *Rbhia* in העם, pro quo ſic debebat eſſe *Sakephkaton*, et *Rbhia* in לפניהם. Praeterea לכל et בו confudit, nec naturam τῆς לפני exprimit, quippe quae notat *anterioritatem*, non *praeſidentiae*, ſed vel *temporis* vel *ſtatus*, quomodo *miniſtri ſtant ante regem*, non *rex ante miniſtros*. Hoc loco autem oppoſitio inter אשר היה לפניהם et האחרונים eſt euidens. conf. Varenius *h. l.* qui etiam notat verſionem Dieuianam et Belgicam, praſertim quod affixum plurale in לפניהם referant ad *patrem* et *filium*.

Verſ. 17.

כי־אינם יודעים לעשות רע׃ Quodſi ſimpliciter vertas, vti pro naturali conſtructione poſſes, *quia non norunt facere malum*, tum abſoluuntur illi הכסילים *ſtulti, ſtulteque ſacrificantes*, isque ſenſus foret ἄλλως γεαφῆς immo ἀντὶ γεαφῆς. Id ipſum peruidentes haud dubie interpretes, conſtructioni vt commodus ſenſus reſpondeat, laborant. Ebraei apud Aben Eſram ellipſi par-

CAP. IV. V. particulae רק ei succurrunt, *quia non norunt, nisi facere malum.* cui et ipse fauet. At insolens ista ellipsis se ipsam illico reddit suspectam. Vel ita reddi volunt; *quia non agnoscunt, facere malum.* Sed sic foret לעשותם. Vel sumentes רַע pro רֵעַ vertunt, *quia non sciunt, facere voluntatem* sc. *Dei benedicti.* Ast quis non videt, et hoc expositionis genus esse durum et coactum? Veritati proprior est Dieuius, *quia nihil norunt, eoquod faciunt malum.* Quae quoque explicatio adducitur Ralbago, על עשיית הרע *propter facturam mali.* Cui vero placet, quod heic sit syntaxis respectiua h. s. *quia non norunt* לשמר עצמם *custodire se*, ועושים רע *et faciunt malum, quando* sc. *eunt ad domum Dei absque puritate.* Nos vero, vt constructioni simplici non vis iinferatur, malumus cum Varenio interpretari: Nam illi nihil norunt, non habent, quia oderunt, דעת *notitiam* Prou. I, 22. vel ἐπίγνωσιν ἀληθείας *cognitionem veritatis*, adeoq; nec διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ in doctrina et vita) ad faciendum malum (vt semper faciant malum, perseuerent in malo, sibiq; liceat *improbis* impurisq; manere, et *malum facere.* Sie bleiben in ihrer Blindheit und Vnverstand, vvissen nichts, auf dass sie immerhin bös es thun. Ita sensus illustris loci vtique constat accurate. Qui conuenit cum illo apud Ralbagum הנה הכסילים יתנו הזבח לעשות רע ר״ל כדי שיעשו רע כאלו היה הזבח פותח להם הדרך לעשות רע כי חשבו שבו יתוקן מעותם ועל זה הם סומחים בעשיותם הרע *ecce stulti dant sacrificium*, vt facere queant malum, *quasi sacrificium aperiat ipsis viam impune peccandi, putantibus, isto tq. opere operato rectificari peruersitatem suam, ideoque permanent in operatione mali.*

CAP. V, 8.

וְיִתְרוֹן אֶרֶץ בַּכֹּל הִיא Et emolumentum terrae (quod sc. non habetur ex rapinis et oppressione pauperum violenta v. 7. sed ex honesta terrae cultura a Deo benedicta) pro omnibus est; (Insolentius praefixo ב inditur notio *eminentiae*, quod quidem competeret בְּכֹל, *prae omnibus, instar omnium*, a Iunio, Dieuio, Varenio, *h. l.* Weimaro *in vs. Acc. Bibl. loc. 16.* et Hillero *in Instit. L. S. p.* 135. Symbolum textuale insinuat vnam lectionem הִוא, respiciens יִתְרוֹן, et alteram הִוא relatam ad אֶרֶץ. vid. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 289. Quod *genus fem.* confirmat sensum suppeditatum, et proinde non potest referri ad *Deum*, aut vt velis cum Schmidio *in Annot. p.* 149. vertere, dura satis heic metamorphosi abstracti in concretum, *ille* (Gebhohim Deus altissimus) *est* *super-*

CAP. V.

supereminentia (*supereminens Dominus*) *totius terrae per omnia et omnibus modis.*) : מֶלֶךְ לַשָּׂדֶה נֶעֱבָד sed Rex est agro culto, qui colitur (adeoque non libere cuiusuis direptioni expositus est, tanquam ab omni cura relictus.) Vbi multo mihi conuenientius apparet, vt cum Schmidio *rex* dicatur, qui prius גבהים *Deus altissimus*, שומר *sollicite obseruans omnem* גבה tum *magistratum superiorem tum inferiorem, non custodientem ius et iustitiam*; (Nam in גבה מעל גבה mysterium *Trinitatis* venari velle cum Varenio h. m. EXCELSUS *ab* EXCELSO (vid. infr. c. VIII. 2) EXCELSI (vt sit גבה *Pater*, a quo detur על f. *Filius*, et ab hoc על f. *Filio* גבה *Spiritus S.*) *est obseruans*, id mihi coactum et intempestiuum videtur, melius etiam quadraret, si ordo personarum, origine earum in versione sic non confusa, inuertatur, vt adeo *Spiritus sanctus* dicatur EXCELSVS ab EXCELSO Filio EXCELSI Patris) quam si cum Weimaro *l. c.* Varenio *b. l. p. 57.* R-inbeckio *l. c. p.* 316. et Hillero *l. c.* reddatur, *rex agri* vel (*deditus*) *agro*, *colitur*, coll. 2. Chr. XXVI, 10. praesertim quod verbum נעבד sumitur ritu latinorum *figurate*, nobis vsui proprio relictum, nec contrarians accentuationi, ex cuius praxi constat, non raro etiam *substantiuum ab adiectiuo* separari, vid. Ies. LIX, 19. *duo substantiua* copulata Gen. I, 2. IV, 21. V, 4. 7. 10. etc. ipsumque adeo *regimen*, vt Ies. XL, 13. Num. V, 29. quamuis nec sine emphasi. Versio Lutheri a consilio fontium procul abiit. Tremellii, Belg. Angl. Gall. *regi vel rex de agro seruitur*, et Dieuli, *rex agro mancipatur*, itemque Kimchii, *rex propter agrum factus est*, (*vt sc. ipse et milites eius habeant, quod edant*) exigit hunc accentuum positum, מֶלֶךְ לַשָּׂדֶה נֶעֱבָד׃

Vers. 17.

הִנֵּה אֲשֶׁר־רָאִיתִי אֲנִי טוֹב אֲשֶׁר־יָפֶה לֶאֱכוֹל וְלִשְׁתּוֹת וגו׳

Vbi Lutherus transiliens limitem *Rbbiae* cum neglectu insuper אשר orationem intersecat in voce טוב *munachata*, So sehe ich nun das für gut an, dass es fein sey etc. Potius vertendum cum Varenio: En! quod vidi ego. Bonum f. felicem esse illum, qui (adeoque non ponitur pro *copula*. Vid. Glassii *Gr. S. col.* 1091. et Noldii *concord. Partic. p.* 104. et *Not.* 519. qui etiam prius אשר vult traiectum pro ראיתי אני אשר h. f. *ecce vidi ego*, *quod bonum* et *pulcrum*) pulcher est (defaecato animo, sereno hilarique vultu) ad edendum et bibendum. Germ. Siehe da! vvas ich gesehen habe, Wohl dem (glückselig ist derselbe) der da fein frölich isset und trincket etc.

CAP. VI.

Vers. 19.

כי לא הרבה יזכר את־ימי חייו Qui transferunt, *Nam non multum recordatur dierum vitae suae*, (vid. Luth. Tigur. Vulg. Raupp Schmidium etc.) non multum etiam recordantur territorii *Sakephkatonis*, cursum orationis, cum prona quidem ellipsi, iam sistentis, adeoque duas subordinatas in ditlone *Athnachi* inuolui propositiones, quum alias in הרבה requireretur minor *Thir*, et in כי maior *Rbbia*. Quare rectius cum Tremellio et Varenio transtuleris: Quodsi non multum (*dederit Deus* ex v. praeced.) recordabitur (talis) dierum vitae suae, (quod np. pauci sint, neque adeo multum ad victum et amictum desiderent): כי האלהים מענה בשמחת לבו quodque Deus responsurus sit per laetitiam cordis. (quae omnibus opibus et diuitiis anteferenda. Deus, quo minus opum, eo plus dare potest in corde gaudiorum, et ita *compensare satis defectum opum*.) Quod sane pulchellum par argumentorum pio pauperi ἀντίδοτον satis commendare valet.

CAP. VI, 5.

נחת לזה מזה: Quod membrum *Silluki* minus recte construxit et reddidit Lutherus, construxit ac si in praecedente לא־ראה *Athnach* fuisset positus; reddidit acsi pro distincto לזה מזה sit מזה ומזה coniunctum, und weiss keine Ruhe weder hie noch da. Potius vertendum: Quies est huic (הנבל abortiuo) prae illo s. magis quam illi np. auaro, de quo v. 2, 3.

Vers. 12.

Vbi ויעשם Lutherus transtulit, welches dahin fähret, sensu quidem bono, at non vsui verbi conformiter. Cetera bene obseruauit ו hic esse loco אשר, vt alias saepe, indicio etiam *affixi*. Vertendum, quos transigit. Sic etiam graecum ποιεῖν vsurpatur 2 Cor. XI, 25. Iac. IV, 13. Act. XX, 3. XVIII, 23. XV, 33.

CAP.

CAP. VII, 7.

כִּי הָעֹשֶׁק יְהוֹלֵל חָכָם Sane (ita accipio heic cum Vatablo, Rauppio, Varenio. Non enim est hoc loco causale. Hinc Luthero plane omissum.) oppressio (i. e. res per oppressionem parta per metonymiam efficientis, das abgepreſſete Gut, itaque correspondet membro seq. Lutherus pro puncto (ֽ) supponit (ֽ), formam *participii Benoni* ein Wiederſpenſtiger, aut certe *concretum* pro abstracto, idque sequentis etiam membri constituit subiectum; nec vim propriam vocis exprimit.) infatuat sapientem וְיְאַבֵּד אֶת־לֵב מַתָּנָה׃ Et perdit cor (eiusd. np. sapientis) munus coll. Deut. XVI, 19. cum respectu rationem gen. masc. in verbo ad vocem coniugatam מַתָּן vid. *Luc. Ebr. p.* 354. Quam constructionem suadet non solum proportio mutuusque respectus membrorum, sed etiam accentuatio. Lutheri versio supponit transpositionem accentuum: וְיְאַבֵּד אֶת־לֵב מַתָּנָה׃ und verderbet ein mild Hertz. Et animus liberalis, munificus solet exprimi per phrases אִישׁ מַתָּן *vir muneris*, & נֶפֶשׁ בְּרָכָה *anima benedictionis*. Vid. *Ebr. Etym. p.* 257.

Vers. 11.

טוֹבָה חָכְמָה עִם־נַחֲלָה Bona est sapientia, AEQVE AC hæreditas. Quem sensum comparatiuum coll. *Not. Sel. P. I. p.* 8. 9. confirmant seqq. וְיִתְרוֹן לְרֹאֵי הַשָּׁמֶשׁ immo excellentior est videntibus solem. conf. *Ebr. Etym. p.* 200. vers. 12. כִּי בְצֵל הַחָכְמָה בְּצֵל הַכָּסֶף Quanquam (esse) in vmbra sapientiae, (est esse) in vmbra argenti. Obgleich unter den Schirm der Weisheit seyn, eben so hoch ist, als unter dem Schirm des Geldes seyn. (Die Weisheit allein gibt auch ohn grosses irrdisches Erbgut, Schirm und Schattens gnug) וְיִתְרוֹן דַּעַת הַחָכְמָה תְּחַיֶּה בְּעָלֶיהָ׃ immo excellentia notitiae (coelestis) est, sapientia illa viuificat dominos suos. Ia es ist ein (grosser) Vorzug des Erkentnis (das Erkentnis, als ein vornehmes Stück der Weisheit ist viel höher als Geld oder das Erbgut, massen) die Weisheit (und nicht das Geld oder ein grosses Erbgut) erhält das Leben, dem der sie hat. Ita ex consilio fontium hic versus cum Varenio exprimendus est.

CAP. VIII.

Vers. 20.

אשר יעשה־טוב ולא יחטא: Qui ita faciat bonum, vt plane non vel nunquam peccet. Recte hoc modo exprimit Hackspanius *in* „*Not. Bibl. ad h. l.* vi frequentis ebraismi, quo affirmationi subiungitur nega„tio, coll. Ier. XXX, 19. Ps. CXIX, 60. Matth. XIX, 14. (add. Deut. XXVIII, „13. 43. 44. 1 Sam. I, 11. Ezech, XVIII, 21. Io. I, 3. Sic h. l. *facit bonum* „*& non peccat.* Conf. cum hoc sensu 1 Reg. VIII, 46. Vt adeo non sit sensus, „quod *iustus nullum faciat opus bonum, quin simul peccet*, adeoque iustitia consi„stat in eodem subiecto cum peccato: non autem cum mortali. E. cum eo, quod „est sua natura veniale, iuxta pseudogloss̃ema pontificiorum.

Cap. VIII, 2.

אני פי־מלך שמר ועל דברת שבועת אלהים: Quod ad me (regem Israëlis) attinet, (coll. Gen. XXIV, 27. et *Luc. Ebr. p. 336. §. 60.*) os (mandatum coll. Gen. XLI, 40. Iob. XXXIX, 27.) regis (i. e. meum. vid. *Luc. Ebr. p.* 372.) observa: et quod ad Excelsum (Deum coll. Hos. XI, 7. VII, 16.) attinet, rationem iuramenti Dei (quo obligatus es Deo) *observa.* Ita secundum literae et accentuum tenorem vertendum est. Quantum vero vtrobique peccetur in aliorum versionibus, videre iam est apud Wasmuthum *in Vind.* Loc. 1. Reinbeckium *p.* 336. 337. et Varenium *p.* 75. Istum etiam sensum satis euincit proportio et correspondentia membrorum, videlicet subiecta אני et על itemque praedicata imperantia שמר פי מלך et שמר דברת שבועת אלהים Neque על posse heic sumi pro particula, et gratis opponi loca c. III, 18. VII, 14. Ps. CX, 4. edocet statim positus formalis plane alius; quandoquidem in nostro per regem maiorem *Sakephgadol* a דברת est separatum, in illis autem arctissime per *Makkeph* cum eodem copulatum.

Vers. 3.

אל־תבהל מפניו תלך Ne perturberis a facie eius, abito potius. Lutheri versio contrarium plane fundens sensum, eile nicht zu gehen von

von ſeinem Angeſicht, deſiderat hunc poſitum formalem אל־תֵּבָהֵל תלך CAP. VIII.
מפניו Nec minus Tremelliana: *Ne perturbate a facie eius abito.* Conf. *Luc. Ebr. p.* 391. *ſ.* Separatum autem iſtud תלך ſtatim explicatur ritu ſolennis ebraiſmi per negatiuum אל־תעמד *ne ſtes* coram eo *in cauſa mala.* Quod ברבר רע ſpectat pariter ad praecedens. *Ne perturberis a facie eius* np. *in cauſa mala.* Germ. Daſs du nicht beſtürtzet werdeſt oder mit Schanden beſtehen müſſeſt vor ſeinem Angeſicht, ſo gehe vweg, und beſtehe nicht in böſer Sache, q. d. Noli tam perfictae frontis eſſe, vt in peſſima cauſa auſis faciem regis ſuſtinere, aut coram eo malam cauſam defendere; et tenaciter in illa perſeuerare. Conf. Varenius *h. l.* Diſtinctioni itaque communi verſionum, *Ne feſtines, ſ. praecipites te, vt a facie eius abeas*, repugnat diſtinctio authentica.

Verſ. 8.

אֵין אָדָם שַׁלִּיט בְּרוּחַ לִכְלוֹא אֶת־הָרוּחַ Nullus homo habet dominium in ſpiritum, ad cohibendum illum ſpiritum; (ita vt, vbi adeſt vitae terminus, retinaculum eſſe poſit, ſpiritus ne emigret.) וְאֵין שִׁלְטוֹן quia nullum eſt dominium in diem mortis, בְּיוֹם הַמָּוֶת וְאֵין מִשְׁלַחַת בַּמִּלְחָמָה nec eſt delegatio in certamine illo (mortis; vt ſc. prout in aliis bellis filius pro patre, ſeruus pro domino *ſurrogetur*) וְלֹא־יְמַלֵּט רֶשַׁע אֶת־בְּעָלָיו nec eripiet improba conflictatio (qua ſc. aliquis contraluctatur inuadenti morti. Et recte notatum eſt Aben-Eſrae, vocem רשע heic dicere רוב התנגח והנצוח *multam commotionem et conflictationem.*) dominum ſuum. Vt adeo maneat *theſis* in m. 1. territ. 1. quam probauit, *quia* ſc. *non continere poteſt ſpiritum* (1) per שלטון *imperium.* (2) per משלחת *delegatum*, qui pro illo moriatur. (3) Per רשע *motum et robur oppoſitum.* Wenn er gleich noch ſo böſe thäte. Elegantiſsimus ſane locus, quo de etiam praeclare diſſeruit Varenius *p.* 79.

Verſ. 10.

וּבְכֵן רָאִיתִי רְשָׁעִים קְבוּרִים וּבָאוּ וּמִמְּקוֹם קָדוֹשׁ יֵהָלְכוּ וַיִּשְׁתַּכְּחוּ בָּעִיר אֲשֶׁר כֵּן־עָשׂוּ גַּם־זֶה הָבֶל׃

Vbi (α) notandum eſt, voculam כן heic non ſignificare *ſic, ita*, ſed *ſe-*

CAP. VIII. *ctum* et *recte*. vti Num. XXVII, 7. XXXVI, 5. 2 Reg. VII, 9. Pſ. XC, 12. CXXVII, 2. quumque inſuper conſtruatur cum praepoſitione ב, induere naturam nominis, *veritas, rectitudo*; iuuatque accentus maior *Paſer*. (β) Commune peccatum eſt interpretum, quod minori comiti *Gereſcho* in קבורים maiorem tribuant diſtinctionem. quam eius domino *Rbbia* in ובאו, quod *conſequenter* conſtruunt, quum debuiſſent *antecedenter*, primumque comma terminet. Nec (γ) attenderunt idem verbum באו non habere heic ſignificatum obuium *veniendi*, ſed *abeundi* et *occumbendi* ſicut ſupr. c. I, 4. 5. adeoque praefixum ו non vim *copulae*, ſed *quum*, *poſtquam* vti Exod. XIV, 21. XVI, 20. Ieſ. LXIV, 4. Nec (δ) מקום eſſe heic *formae conſtructae*, non *abſolutae*. Proinde accuratius ex conſilio fontium exprimitur cum Varenio h. m. Etenim in veritate (ſ. reuera) vidi impios ſepultos, (magna parentalium pompa) poſtquam occiderant, acſi ex loco SANCTI (coll. Iob. VI, 10. Habb. III, 3. i. e. ex Sancto Sanctorum tq. ſummus ſacerdos in ſuo decore et ſanctitate) proceſſiſſent; quum (contra) obliuioni traditi ſint in illa ciuitate, qui rectum (quod recte exponit Ralbag המעולות הטובות *opera bona*) fecerant. Etiam haec eſt vanitas. Germanice: Vnd in Warheit habe ich geſehen Gottloſe, welche, nachdem ſie geſtorben vvaren, begraben vvurden, als vvären ſie heraus gegangen aus den Ort des Heiligen (als vvären ſie gevveſen die allergröſſeſten Heiligen;) da (hingegen) in derſelben Stadt vergeſſen vvaren, die ſo redlich gehandelt hatten. Das iſt auch Eitel.

Verſ. 11.

אשר אין־נעשה פתגם מעשה הרעה מהרה Vbi iterum communiter vocem מהרה conſtruunt non eum propiori, ſed remotiori territorio. Qua vero ratione in פתגם poſtulatur *Tiphchae* ſubordinatus minor *Tbbir*. Iam quum ibi appareat rex maior *Sakepbkaton*, indicatur, ſequentia in vnum orationis membrum coaleſcere, adeoque vertendum: Quod, Quia (vid. *Lue Ebr. p.* 158. †) nullum fit decretum (Varenius ad vitandam *enallagen generis* reddit, *plane non ſit effectus decreti*. Ita et Reinbeckius *l. c. p.* 339.) opere malitiae exiſtente celeriter. Germ. Weil kein (Straff-) Vrtheil ergehet, ſo bald eine böſe That geſchichet, ſo vvird dadurch &c.

CAP.

CAP. IX, I.

גם־אהבה גם־שנאה אין יודע האדם הכל לפניהם׃ Ne heic dicam de peſſima verſione Vulgati, *Neſcit homo, vtrum amore an odio dignus ſit*, eique ſuperſtructa pontificiorum hypotheſi *de incertitudine gratiae ac ſalutis*, vtpote dudum a veritate fontium reprobata, melius Lutherus: Doch kennet kein Menſch vweder die Liebe noch den Haſs irgend eines, den er vor ſich hat, niſi quod proportioni territoriorum, nec conſtructioni לפניהם ſatisfecerit, quippe cuius affixum plurale הם retulit ad ſingulare collectiuum האדם, et *reciproce* reddidit, quaſi diceretur לפניו, quum potius referendum ſit ad remotius אלהים. Genuinum itaque conſilium fontium ſuggerit nobis cum Varenio hunc ſenſum illuſtrem: Tam amorem quam odium nullus nouit homo, omne hoc eſt coram illis (ELOHIM ſ. perſonis diuinis.) Germ. Kein Menſch erkennet vweder die Liebe noch den Haſs (kan, bevorab aus euſerlichen Begebenheiten, Glück und Vnglück nicht unterſcheiden, ob der andere ſey in Gnad oder Vngnad,) es iſt alles daſſelbe (offenbahr) für ihm, (nemlich GOtt,) (den Perſohnen der Gottheit.) Adeoque אהבה et שנאה *de dilectione et odio reſpectu ipſius* Dei, idque *ſubiectiue* an Deus aliquem diligat e. c. *Iacobum*? aut odio habeat vt *Eſauum*? non *obiectiue*, num homo Deum amet aut oderit? h. l. accipienda ſunt. Ceterum vulgatae verſionis patrono Bellarmino opponimus expoſitionem Salmeronis Ieſuitae *in comm. ad 2 Cor. XII. diſp.* 14. *Hic locus*, inquit, *nequaquam probat, quod aliqui inde accipiunt, hominem neſcire amorem* Dei *erga ſe, quia ſequitur in textu*, vel odio etc. *At impii propter maxima ſua ſcelera norunt, ſe maxime dignos eſſe odio* Dei. Sic cum Salmerone pontificii interpretes Caietanus et Ferus *in h. l.* docent, *id non referendum eſſe ad ſenſum animae fidelis, ſed ad judicium, quod fieri poteſt ducto argumento a rebus externis, et euentibus diuerſis, vel proſperis vel aduerſis.* Mercerus pariter *ad h. l.* Caietani verbis ſenſum exprimit, Salomonem ſignificare, *e rebus externis nos non poſſe diſcernere inter bonum et malum.* Poſtquam hanc notabilem praemiſerat admonitionem: *cauendum eſt, lector, ne cum vulgato interprete aut erres, aut cum Sophiſtis occaſionem errandi ſumas, qui docent, non debere nos eſſe certos in conſcientia de amore Dei, hoc eſt aperte contra ſcripturas, et fidei noſtrae caput de remiſſione peccatorum.* Nec aliter ſo. Caluinus *l.* 3. *Inſtitut. c.* 2. *Salomonem*, ait, *loqui de notitia fidei, ſed de ea, quae haberi poteſt ex euentu externo, vt ſenſus ſit: ex bene-*

CAP. IX. *beneficiis & flagellis, quae homini quotidie obueniunt a Deo, non posse cognosci, quos diligat Deus, aut quos odio prosequatur. Quare? quia tam flagella quam beneficia aeque exeniunt bonis et malis.* Male B. Calouius *in disp. de Iacobi luctu cum Fil. D. et Vict. th.* 43.* *c. fin.* cum Lud. de Dieu verba priora גם־אהבה גם־שנאה ad ditionem *Athnachi* reiecit, h. m. construens: *lusti et sapientes et opera eorum in manu Dei sunt, etiam amor, etiam odium: non norunt homines quae ante se sunt.* Ad memb. 1. nihil monendum, nisi quod Lutherus vocem עֲבָדֵיהֶם transtulerit *ihre Vnterthanen*, quasi punctatam עֲבָדֵיהֶם; alii rectius *opera, facta eorum*, sicut מעבדיהם Iob. XXXIV, 25. coll. Dan. IV, 34. ex significatione radicis chaldaica. Vt adeo versio sit: Denn ich habe solches alles zu Hertzen genommen, und zvvar (sic enim h. l. ו in ולבור exponendum est, vti et Tremellius et Piscator *idque*, ne sit παρέλκειν.) zu forschen dis alles, dass so vvohl die Gerechten und Weisen, als ihre Wercke sind in GOttes Hand.

Vers. 4.

כי־מי אשר יבחר אל כל־החיים יש בטחון Nam (quod potius verterim *Nihilominus*) quis est, qui adiungat se socium mortuo? In omnibus viuis est spes. (np. de discrimine futuro in vita; sed quando mortui sunt, omnis discriminis spes sublata est, et mors omnia externa exaequauit, exponente Schmidio *h. l.*) Ita melius ac distinctius aliis versionibus cum Aben-Esra reddunt Vatablus *in Not.* Versio Gallica, et Seb. Schmidius, secuti lectionem in margine notatam transpositis literis יחבר. B. Geierus exprimit alteram textualem: Nam quis est, qui eligatur sc. inter hos mortuos? quod praecedit. Qua ratione vtraque lectio optime conspirat. Adeoque יבחר non est mendose scriptum pro יחבר, vt portendit Piscator. Haut placet illa versio Varenii *p.* 90. in qua quidem vtrumque Kthibh et Kri coniungit; *Nam quemcunque consocies vel eligas tibi* (iustum siue improbum) *pro omnibus viuentibus adest fiducia.* (At mortui, etsi in vita hac maximi fuerint, omnibus, etiam viliſſimis viuentibus viliores sunt.) Multo minus prior *p.* 89. *Nam quis eligitur* (porro) *ad vllam vitam in qua est fiducia?* Alii non obseruantes distinctionem primi territorii ita reddunt, acsi in יבחר sit subordinatus minor *Tbhir.* Lutheri versio, denn bey allen Lebendigen ist, das man vvünscht, nehmlich, Hoffnung, praeterquam quod pro מי supponit מה, vsque ad vocem יש *Munachatam* constructionem

ctionem protendens, posthabitis accentibus regiis *Tiphcha* et *Sakephkatone*, CAP. IX
requirit in יש *Tiphcham* cum insequente se uo *Merca*, et in יכחר illico maiorem *Rbbiam*, insolenti quidem consecutione in prosaicis.

Vers. 12.

כִּי גַּם לֹא־יֵדַע הָאָדָם אֶת־עִתּוֹ כַּדָּגִים שֶׁנֶּאֱחָזִים בִּמְצוּדָה רָעָה
וְכַצִּפֳּרִים הָאֲחֻזוֹת בְּפָח כָּהֶם יוֹקְשִׁים בְּנֵי הָאָדָם לְעֵת
רָעָה כְּשֶׁתִּפֹּל עֲלֵיהֶם פִּתְאֹם׃

Versionem vernaculam, vestigiis vulgatae heic inhaerentem, quae accentuum proportionem laedit, acsi in עתו esset *Athnach*, neglectis insuper praefixis relatiuis ש et ה, itemque כהם *Rbbiato*, cui nec pauci interpretes satisfaciunt, ad ductum fontium ita recte reducit B. Varenius *p.* 92. Auch vveiſs der Menſch ſeine Zeit nicht, vvie die Fiſche, ſo gefangen vverden mit einem ſchädlichen Hamen, und die Vögel, vvelche gefangen vverden mit einem Strick (ihre Zeit nicht vviſſen; ſondern) eben vvie dieſe, (Fiſch und Vögel) alſo vverden die Menſchen beſtrickt, (und zvvar) zur boeſen Zeit, vvenn dieſe plötzlich über ſie fält.

Vers. 17.

דִּבְרֵי חֲכָמִים בְּנַחַת נִשְׁמָעִים מִזְּעָקַת מוֹשֵׁל בִּכְסִילִים׃

(Veruntamen) verba sapientum in quiete audita (*meliora* coll. v. 16. 18. siue *potentiora sunt*,) quam clamor dominantis inter stultos. Particula comparandi מ saepe indicat, omissum illud, quo fit comparatio. Vid. Reinbeckius *l. c. p.* 345. et *Noldii Concord. Partic. p.* 560. Sic et Varenius. Versio Tremellii in m. 1. *Verba sapientum submissorum audienda esse, potius quam* etc. deſiderat hanc accentuum consecutionem דִּבְרֵי חֲכָמִים בְּנַחַת נִשְׁמָעִים

CAP. X, 1.

זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן רוֹקֵחַ יְקָר מֵחָכְמָה מִכָּבוֹד סִכְלוּת
מְעָט׃

CAP. X. Senſum iterum huius commatis ex conſilio fontium, explicatis comparationis ſignis, quae implicabantur, aperit Varenius *p.* 94. Wie die todten Fliegen (ja ſo gar eine derſelben) eine (überaus koſtliche und vvohlriechende) Salbe des Apothekers ſtinckend und übelriechend machet: alſo machet ein Biſslein Thorheit übel riechen denſelben, der ſonſt an Weiſsheit und Ehre herrlich vvar. Ita pariter recte Glaſſius *Gr. S. col.* 1023. 1221, reddit: (Sicut) *muſcarum mortis* (quaelibet l. vna) *foetere facit et emanare* (vel vt *eructet*) foetorem *vnguentum aromatarii*: (ſic) hominem *pretioſum ob ſapientiam et gloriam, ſtultitia modica* ſc. foetere facit. Hic ſenſus luculentiſſimus conſtat ex accurata collatione ſubiectorum et praedicatorum. Comparatio videlicet eſt (1) *inter muſcarum mortuarum vel vnam* (quam diſtributionem vult conſtructio nominis pluralis cum verbo ſingulari ſ. vid. *Luc. Ebr. p.* 406.) et *ſtoliditatem vel modicam.* (2) *inter pretioſum vnguentum aromatarii, et inter illum qui pretioſus eſt a ſapientia, a gloria.* (3) Vna exigua muſca *facit vt foetorem eructet* vnguentum pretioſum. Stultitia etſi vel modica *foetidum facit* ſiue *diminuit ſapientiae et dignitatis laudem.* Adeoque modicum deſipere, culpa eſt. Lutherus haec mutuae comparationis membra male diſſoluit, primum faciens ἀποδοσικὸν, Alſo verderben die ſchädlichen Fliegen gute Salben, cuius πρότασις habeatur in hemiſtichio finali verſus praecedentis, aber ein einiger Bube verderbet viel gutes. Iam in membro altero ita a praecedenti abſciſſo, quaſi *Athnach* abſolutam prorſus vim *Silluki* haberet, ſenſum a monſtrato plane contrarium infert: darum iſts zuweilen beſſer Thorheit, denn Weiſsheit und Ehre. Audiamus nouam verſionem quam procudit Guſſetius *in Comment. L. E. p.* 344. *b.* Ille peccator (tanquam) *muſcae mortis foeteat, manabit vnguento vnguentarii: id quod pretioſum et honore dignum eſt, ex ſapientia* procedit. *Ex gloria* (mundana) venit *ſtultitia, idque breui, intra tantillum temporis.* Profecto ſi haec verſio non eſt contorta, et naturae accentuationis e diametro oppoſita, continua vi diſiungens, quae illa coniungit, neſcio quae alia. Proinde iſtam ſolummodo allegaſſe eſt refutaſſe. Haut melioris ferme notae eſt Schmidiana: Sicut *muſcas mortis, cum putrefit, educet* (eructat) *oleum vnguentarii: Sic nobilis a ſapientia et a gloria* (*eructat*) *parum ſtultitiae*, dum duo illa verba eiusdem coniug. יבאיש יביע arcte coniuncta, et quaſi pro vna poſita, hinc etiam *aſyndeton*, diuellit, et in poſtremo membro alterum ſeparatim repetit, quia vidit, ſignificationem neutralem verbi יבאיש pro inuerſa illa conſtructione in m. 1. heic non quadrare. Facile

cete-

ceteroqui conuenit in m. 2. cum mente Lutheri, cum qua pariter versio viri CAP. X. XI.
docti Alex. Soltmanni, et in m. 1. cum falsa distinctione Schmidii h. m. *Massa* Muscarum mortuarum foetet, *attamen* ebullit (*ex ea elicitur*) vnguentum aromatarii; *Sic* pretiosius sapientia et gloria est parum stultitiae, *praef. in Comm. Chron. Philol. et Exeget. sup. LXX. Hebdom. Dan. Lugd. Bat.* 1710. *ed.*

Vers. 20.

כי עוף השמים יוליך את־הקול ובעל הכנפים יגיד דבר׃

Subdit Salomo heic rationem, quare *regi et potentioti non maledicendum sit ne in cubiculo quidem suo*, immo neque *in mente s. conscientia sua* quia auis coeli abducet vocem istam, et dominus alarum (ales) indicabit sermonem. Nugatur heic Raschi, dum per *auem coelorum* intelligit animam in coelum aliquando euolaturam, et per *alitem* Angelum ipsi adiunctum; nec minus absurde Chaldaeus paraphrasta Razielem angelum monti Horeb insidentem, et Eliam aërem instar aquilae peruolantem, vt occulta retegant et propalent. Quum mens Salomonis sit: *regibus non deesse auritissimos Corycaeos, per quos addiscant, quae putantur maxime occulta.* Vid. *Bocharti Geogr. S. P. II. p. 996.* et Glassii *Rh. S. col.* 1782. *seq.* Nec placet Schmidius, *auem coeli et praeditum alis* explicans de *Angelo Dei, et nuntio* eorum, quae in hoc mundo etiam occultissime aguntur et dicuntur, qui instar auis coeli celer defert vocem tuam ad Deum. Conf. paraphr.

Cap. XI, 8.

ויזכר את־ימי החשך כי־הרבה יהיו כל־שבא הבל׃

Vbi verba כי־הרבה יהיו vulgo antecedenter construunt, itaque minori *Tiphchae* plus distinctionis tribuunt, quam maiori *Sakephkatoni*. Sic Lutherus: so gedencket er doch nur der bösen Tage, dass ihr so viel ist, denn alles, was ihm begegnet ist, ist eitel. Sic alii: *tamen recordabitur dierum tenebrarum, quod multi erunt.* tum *quicquid euenit, vanitas* ei est. vel et quod *omnis qui nascitur est vanitas.* vel *et omne quod subsequetur vanum erit.* vel illico *vanitas* videtur *quicquid praeterriit.* B. Varenius pro accentuationis quidem lege dicta verba consequenter construens vertit, *quod et illi multi futuri sunt, quicquid euenit,* existente *vanitate.* Sed nec placet ellipsis, nec sensus. Comparationem in territorio vltimo implicari haut obscure subministrat oppositio. Opponitur

CAP. I. enim הרבה *tenebrarum* ubi הלכה *dierum secularium laetorum.* Proinde simpliciter integrum verſum verto: *Etiam ſi annos multos vixerit homo, et in omnibus illis laetetur*; tamen recordabitur dierum tenebrarum, (calamitatum et morbi) quod plures ſint futuri, daſs deren vverden mehr ſeyn, omni, quae euenit, vanitate, als alle vorkommende Eitelkeit (der Freuden-Tage.)

שיר השירים CANTICVM CANTICORVM.

Cap. I, 2.

כי־טובים דדיך מיין: Vbi LXX, Vulg. et Lutherus vocabulum. דדיך cum aliis punctis legerunt נס. דדיך, quibus occurrit Ezech. XXIII, 21. vertentes per *μαζὸς, vbera, deine Brüſte*, quae vero inconuenienter praedicantur de ſponſo, arguente etiam *ſuffixo maſc.* ſic v. 4. Proinde absque vllo dubio vertenda ſunt verba: nam meliores ſunt amores tui quam vinum, deine Liebes-Bezeigungen (oder groſſe Liebe) ſind lieblicher denn Wein. Eadem comparatione viciſſim honorat ſponſus ſponſam ſ. ſororem ſuam in cap. IV, 10. מה־טבו דדיך מיין Quam boni, (inquam, quam נפו pulcri ſunt ſc. m. 1.) ſunt amores tui! (meliores) quam vinum. Qua maiori pathologia innuitur, Chriſti amorem erga nos longe eſſe intenſiorem, abundantiorem et perfectiorem, quam noſtrum erga ipſum. Lutherus heic iterum דדיך transfert *deine Brüſte*, de ſponſa quidem conuenientius. Aſt viceverſa דדיה Prou. V, 19. reddidit *ihre Liebe*, pro *vbera tua, deine Brüſte.*

Verſ. 3.

משכני אחריך נרוצה Quamuis vox אחריך ſecundum accentus conſtruatur non cum verbo priori, ceu conſtruit Lutherus, ſed cum poſteriore, adeoque vertenda preſſe ſint verba: Trahe me, poſt te curremus coll. 2. Reg. V, 20; perinde tamen, nec magni momenti erit in ſenſu, quo cum conſtruatur, quum vtrique in re ipſa comperat. Sicuti in Targum bis ille *περισσολογισμὸς* occurrit: נגרנא בתרך ונהי רהטין בתר אורח טובך *Trahe nos* poſt te, *& erimus currentes* poſt *ſemitam bonitatis tuae.* Atque ſic plene etiam legere

licere

liceret; Zeuch uns nach dir, ſo lauffen vvir auch dir (und keinem andern) nach. CAP. IV.

Verſ. 5.

כאהלי קדר כירעות שלמה: Vbi cuilibet membro ſuum comparationis tertium e praecedd. eſt attribuendum, np. Nigra ſicut tentoria (cilicina) Kedar, (np. extrinſecus et hominum iudicio ex cruce tribulationum et perſecutionum, coll. Pſ. CXX, 5.) decora ſicut aulaea Salomonis. (np. intrinſecus et coram Deo, ornamento virtutum Chriſtianarum, conf. Pſ. XLV, 10. 14.) Germanice integer verſus perſpicua grauitate flueret: Ich bin ſchvvartz, aber auch gar lieblich, ihr Töchter Ieruſalem, (ſchvvartz) vvie die Hütten Kedar, (lieblich) vvie die Teppiche Salomo.

CAP. IV, 1.

שערך כעדר העזים שגלשו מהר גלעד: Vbi verbum μοναδικὸν גלשו eſt valde ambiguum. In lexicis ei tribuitur ſignificatio *detondendi*, quod aliis accipitur proprie, ceu Luthero vertenti, deine Haare ſind vvie die Ziegen-Heerde, die beſchoren ſind auf dem Berge Gilead. ſumta inſuper praepoſitione מ in מהר pro ב vel על; aliis improprie cum ellipſi *quae detondent.* i. e. *decerpunt gramen.* Aliter vero reddit doctiſſimus Bochartus, *quae adſcendunt*, ex lingua Arabica et Chaldaica cum Graecis, Syro et Hieronymo. Verus a. ordo verborum ei hic eſt: *Vt caprae e monte Galaad* (Num. XXXII, 1) *quae aſcendunt* ſupple *ad illum montem.* Tertium comparationis hoc facit, quod caprae, quum adſcendunt longiores illis villi ſunt in naturali ſitu; at quum deſcendunt, iidem reflectuntur et invertuntur, quod minus decorum eſt. *Hierotz. P. I. p. 627. ſeq.* Sed cuiuis facile diſplicebit iſta traiectio dura et ellipſis. Adiuuaretur quodammodo ſi in העזים non eſſet *Sakephkaton*, ſed minor *Tbhir*, itaque שגלשו in *parentheſi* conſtitueretur. Nec mihi fit veriſimile, Salomonem illam notionem *adſcendendi* intendiſſe, quum illam mox in v. 2. per ſuetum verbum עלה exprimat. Guſſetius *in Comment. L. E. p.* 170. adhuc aliter, *quibus pilus ſuccreſcit a monte Gilead*, h. e. ea vi, quae ineſt monti Gilead. ſc. prolixe, denſeque, adiuncto nitore, ſine glabritie, ſumendo מ pro originis cauſaeque rei nota. Sed nec iſte ſenſus placere poteſt. Placeret magis ſignificatus *paſcendi* cum priore metaphorico ſic coincidens, Vt ſenſus eſſet: Capillus tuus eſt ſicut (pilus) gregis caprarum

CAP. VII. prarum, quae pascunt se ex monte Gilead (pascuoso et fertili, ac proinde pinguesunt et teneros pilos nanciscuntur.)

CAP. VII, 6.

דלת ראשך כארגמן מלך אסור בתעלים׃ Quae verba admodum implicata Lutherus posthabita *forma absoluta* in כארגמן, et intersectione *Athnacht* transtulit; Das Haar auf deinem Haupte ist vvie der Purpur des Königes in Falten gebunden. In cuius translationis locum surrogare cuperet Dn. Prof. Franckius hanc: Das Haarband auf deinem Haupte ist vvie Purpur, der König ist gleichsam gebunden auf seiner Gallerie, vveil er stille stehet, und an seiner Braut sich erquicket. Haustum ex Piscatore: Das Haarband auß deinem Haupt ist vvie Scharlacken: der König vvird (davon) gebunden an die Gänge. Et glossa: vvenn der König über einen Gang vvill gehen, von einen Gemach ins andere, und im gehen deiner ansichtig vvird, so muss er stille stehen, dass er dich anschaue: nicht anders, als vväre er an den Gang angebunden; nec non ex *nimis longo supplemento*, ceu recte vocat B. Heinisc hius *ad h. l.* Iunii: *Rex*, contemplans pulcritudinem comae tuae purpureae, in *ambulacris* de fixus et stupens *tenetur*. Sed videsis quae huic interpretamento dubia haut leuia obiicit cl. Beckius l. *c. p.* 287. cum quo sane mallemus adhuc in *re vestiaria Ebraeorum* adhuc dubia tantisper versioni vernaculae inhaerere, et fontium veritati hoc modo consulere: Cincinnus (s. capillus implexus) capitis tui est sicut purpura, (כארגמן *sicut purpura*, inquam) regis, vincta plicis.

סוף חלק שני

ברוך נותן ליעף כוח ולאין אונים עצמה ירבה׃

ERRATA.

Pag. 5. lin. antep. pro כ leg. ב ibid. pro ך leg. ך. P. 11. l. 17. leg. eidemque. P. 17. l. 6. leg alteri. ibid. l. 4. ante fin. leg. vvird, ähnlich vverde. P. 20. l. 22. leg. saturaret. P. 42. l. 16. pro est leg. et ibid. leg qua. P. 51. l. 16. post *sibi* claudatur parenthesis. P. 55. l. 7. leg. imitatur. P. 71. l. 11. leg. diuinas. P. 73. l. 5. leg. *sera*. P. 80. lin. vlt. verba parenthesi claudenda cum initialibus p. seq. protinus sine defectu cohaerent ex oscitantia typothetae per relictum spatium disrupta. P. 95. l. 17. leg beleuchte. P. 103. l. pen. leg. *caudae*. l. vlt. leg. quoad. P. 108. l. 13. leg. vtrique. P. 110. l. 5. del. prius *quidem*. ibid. l. 23. leg. *dedisti*. P. 126. l. 6. pro *semper* leg. *saepe*. et l. seq. fini addatur. Ac cum כ vid. Ps. 65. 5. et 88. 4. et 103. 5. Thr. 3. 15. 30. P. 150. l. 17. leg. stille. P. 162. l. 18. leg. *Iehoui*, et l. 20. leg. reddiderit. & 176. l. 18. leg. quousque, et l. 29. vtiquidem.

צור־לבבי וחלקי אלהים לעולם:

HENR. BENED. STARKI.

ביאורי המקרא

SIVE

NOTAE SELECTAE

CRITICAE. PHILOLOGICAE. EXEGETICAE.

IN

LOCA DVBIA AC DIFFICILIORA PROPHETARVM.

IESAIAE. IEREMIAE. EZECHIELIS. HOSEAE. AMOSI. MICHAE. NAHVMI. HABACVCI. ZEPHANIAE. ZACHARIAE. MALACHIAE.

EX CONSILIO FONTIVM INPRIMIS INTERPVNCTIONIS AVTHENTICAE.

ACCEDIT GEMINVS INDEX GENERALIS IN OMNES TRES PARTES:
I. DICTORVM SCRIPTVRAE PRO OCCASIONE ILLVSTRATORVM.
II. DICTIONVM EXPOSITARVM.

LIPSIAE.
APVD HAEREDES IO. FR. BRAVNII.
A. O. R. M DCC XXIII.



ישעיהו IESAIAS.

CAP. I, 5.

עַל־מֶה תֻּכּוּ עוֹד תּוֹסִיפוּ סָרָה כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי וְכָל־

PRopter quid percuti vultis amplius, dum additis receſſionem? totum caput (abiit, conuerſum eſt, in morbum etc. Warum wolt ihr noch weiter geſchlagen ſeyn, daſs ihr des Abweichens immer mehr machet? coll. 2. Chron. XXVIII, 21. Das gantze Haupt iſt ia ſchon kranck etc. q. d. Wollet ihr noch weiter den ſtarcken und eifrigen GOtt mit euren frechen Sünden und übermachten Boſsheit zum Straffen reitzen? Seyd ihr noch nicht gnug geſchlagen? Sehet doch an euren ſchon höchſt miſerablen und gefährlichen Zuſtand etc. In quibus et ſequentibus verbis v. 6. propheta eleganti ὑποτυπώσει regnum Iudaicum plagis diuinis vehementer affectum, concuſſum et laceratum comparat cum corpore humano morbis, vulneribus, ulceribus, ſanie, in totum corrupto. *De corpore* namque *politico* eiusque *corruptione poenali* heic potius et literaliter agi, non vero de *corpore humano*, eiusque *morbo ſpirituali ſ. criminali*, quamuis quidem per accommodationem *ad profundiſſimam naturae humanae per peccatum originis corruptionem* applicari poſſit, non probationis ſed illuſtrationis ſaltem loco, ex evidentia contextus, et vel ſolo verbo generali תכה *percuti vultis*, patet; deque eo

CAP. I. recte pariter accipiunt Calvinus, Musculus et Marloratus *h. l.* Franzius *in Interpr. Sc. S orat. 56.* Glassius *Rhetor. S. col. 1646. c. fin.* Gerh. Titius Theol. olim Helmst. *in Animadu. Exeg. ad Sc. S. insignior. Loca, Disquis. I.* Tarnouius in *Exercit. Bibl. p. 339.* ipseque Lutherus *Comm. in Iesa. Tom. 3. lat. Ien. fol. 299.* Varenius *h. l.* Habichhorstius *in Dissert. Exeget. ad h. l.* Kortumius *Not. a) ad h. l. p. 4* et nouissime Campegius Vitringa *Comm. in h. l.* Sic alias *allegorice de corpore politico* solet loqui propheta c. VII, 20. IX, 14. 15. et Moses Deut. XVIII, 13. 44. etc.

Vers. 12.

מי־בקש זאת מידכם רמס חצרי: Vbi inepte *calcationem atriorum* versiones praedicant de *manu*, Wer fordert solches von euren Händen, dass ihr auf meinen Vorhof tretet? Vertendum potius, quis requisiuit hoc (np. *comparere* cum sacrificiis vestris v. 11.) de manu vestra ad proculcanda, proterenda (haec enim est propria vis verbi רמס, non simpliciter *calcare*, quod dicit דרך) atria mea? Dass ihr nur meine Vorhöfe zertretet, np multitudine hominum et pecudum. conf. inpr. de hoc vsu verbi רמס Mich. V, 7. et Iesa. XVI, 4. XXVIII, 3. q. d. non tantum sibi nihil commodi a conuenientibus accedere, sed et damnum inferri, scil. atriorum suorum (sacerdotum et populi) proculcationem et protritionem. Videtur itaque Deus tam sacerdotes quam populum reprehendere.

Vers. 13.

לא תוסיפו הביא מנחת־שוא Ne pergatis adducere oblationem vanitatis קטרת תועבה הוא לי suffitus abominationis illa (scil. מנחה *oblatio.* coll. Leu. II, 1. sqq. Ps. CXLI, 2.) est mihi. Ita rectius iuxta *accentus* hoc membrum construunt Varenius et Habichhorstius, itemque Kortumius, reddens, denn solche (Opffer) sind mir ein Räuchwerck des Greuels. Nam קטרת תועבה per seruum *Dargam* cohaerent in regimine. Vulgares vero versiones, *suffitus abominatio est mihi*, das Räuchwerck ist mir ein Greuel, requirerent hunc accentuum positum קטרת תועבה הוא לי In sequenti propositione ditionis *Silluki* חדש ושבת קרא מקרא praestat, vt simplicius et ἐμφατικώτερον, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetere verba לא תוספו h. m. *Ne pergatis*, inquam, nouilunio et sabbatho conuocare conuocationem: לא־אוכל און ועצרה non possum (sc. נשא *ferre* vt est v. seq. coll. *Luc. Ebr. p.* 412.) iniquitatem et diem feriatum s. magnam solennitatem. Est hendiadys, pro iniquitatem magnae solennitatis. Vid. *Luc. Ebr. p.* 326. Germ.

Ich

CAP. I.

Ich kan nicht (leyden) den falſchen (ſündhafften) Gottesdienſt auch am ſolenneſten Feyertage. Sic און vſurpatur de falſo et idololatrico cultu Ieſ. LXVI, 3 vbi in ſimili argumento verſatur propheta, cultum hypocriticum et opus operatum absque interna contritione et fide Iudaeis grauiter exprobrans; et 1. Sam. XV, 23. B. Lutherus hanc pericopen luxata vocum et accentuum compage ita transtulit: Der Neumonden und Sabbath, da ihr zuſammen kommet, und Mühe und Angſt habt, der mag ich nicht. Pro qua verſione talis foret vtriusque ſtructura: חָדָשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא אָוֶן וְעֲצָרָה לֹא אוּכַל; nec vſus vocabuli עצרה biblicus fert ſignificationem *anguſtiae* Angſt, quamuis videatur intendi ſignificatus radicalis *coërcitio*. Grauiter non minus conuulſit accentuum articulos apte concatenatos cl. Vitringae cum ſuo Caluino interpretatio: *Neomeniam et Sabbathum, ſolennes indictiones, non potero ferre: (res vana eſt) nec conuentum.* Etſi deinde propter *Tiphcham* diſtinctiuum minorem in און mallet hanc absque parentheſi: *Res vana eſt, etiam conuentus.* Vtrobique tamen idem erratum, dum in verbo לֹא־אוּכַל cum אוֶן per ſeruum *Mercam* arcte connexo facit inciſum maius praeuio *Sakephkatoni* proprium. Qua ratione talis foret conſecutio: חָדָשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא לֹא אוּכַל אָוֶן וְעֲצָרָה

Verſ. 31.

וְהָיָה הַחָסֹן לִנְעֹרֶת וּפָעֳלוֹ לְנִיצוֹץ Et fiet robuſtus ille (querceus Deus, v. 30. *quem adeo deſideraſtis et elegiſtis* v. 29.) in ſtupam, et operator eius (ex participio Benoni פֹּעֵל ob meliorem relationem ac paritatem inter hoc et praeuium הַחָסֹן, quam ſi ex ſubſt. פֹּעַל *opus* formetur cum Chald. Graecis, Hieron Syro, Luthero, Schmidio, Vitringa, non inuita quidem forma, quae etiam recurrit, Ier. XXII, 13. Licet alias pro ea et haec ſit obuia פָּעֳלוֹ) in ſcintillam, quod porro explicatur. Germanice: Und der baumſtarcke (GOtt. Ita ſignificantius exhauritur vocabuli in ſubſtantiuum heic degenerantis et cognomine indigni vis et vſus. Vſurpatur namque etiam de *Amoraeis, altis inſtar cedrorum, et* חסן *robuſtis inſtar quercuum*, und baumſtarcke Kerle waren, Amos II, 9.) wird werden zum Werg, und ſein Macher zum Funcken. q. d. tantum abeſt, ut ex idolatria veſtra aliquid opis et ſolatii in vos ſit redundaturum, vt potius ea vobis damno et exitio ſit ceſſura.

CAP. II, 2.

וְהָיָה בְּאַחֲרִית הַיָּמִים נָכוֹן יִהְיֶה הַר בֵּית־יְהוָה בְּרֹאשׁ הֶהָרִים וְנִשָּׂא מִגְבָעוֹת Quae verba diſtinctius juxta diſtinctionem textus ebraei

CAP. II. commaticam, et ne alterutrum verbum ſubſtantiuum fiat pleonaſticum, ſunt efferenda h. m. Quum erit in poſterioribus temporibus, wenn es nunmehro ſeyn wird in den letzten Tagen (de phraſi hac ſcripturae ſolenni vid. *Ebr. Etym. ad h. l. p.* 202. 203.) paratus, firmiter conſtitutus, erit mons domus Iehouae (i. e. Ziion) in caput (i. e. praeſtantiſſimum) montium; et eleuatus prae collibus, alsdenn wird der Berg, da des HErrn Hauſs iſt, feſt und wohl eingerichtet ſtehen als das Haupt der Berge, (als der fürtrefflichſte Berg) und erhaben ſeyn über alle Hügel, nempe propter gloriam Chriſti ibi praedicantis, coll. Hag. II, 7. 9. et Malach. III, 1. *et legem gratiae et fidei* inde exeuntem in vniuerſum orbem, *verſ. 3.* Praefixum ב prope ראש eſſe heic *aequiparantiae* idemque valere ac SICVT, vti Pſ. XXXVII, 20. et עם CVM, vid. *Not. Sel. P. I. p.* 8. 9. et ראש ſumi tropice, velut Pſ. CXXXVII, 6. CXLI, 5. et Cant. IV, 14. coll. *Luc. Ebr. p.* 347. euidens eſt ex conformitate rei, et membro ſeq. comparatiuo. Vt ita notetur eccleſiae Chriſti N. T. et excellentia et conſpicabilitas, coll. Matth. V, 14. non vero vt haec omni tempore in oculos ſit incurrens, adeoque pro nota verae eccleſiae venditari cum pontificiis queat.

Verſ. 4.

ושפט בין הגוים והוכיח לעמים רבים Et iudicabit (ſc. *verbum Iehouae* ex Ieruſchalemo egreſſum) inter gentes, et arguet (demonſtratiue, conuincet, und wird kräfftiglich überweiſen, (de emphaſi huius verbi והוכיח vid. *Part. I. Not. Sel. p.* 46. coll. Io. XVI, 8. 9. Luc. XXIV, 47) populos multos (daſs ſie nemlich alle Sünder, und allein in dem Nahmen IEſu ſeelig werden können, ceu bene Varenius) וכתתו חרבותם לאתים וגו׳ et vel qui (verbo euangelii ſic iudicati et conuicti) contundent gladios ſuos in ligones etc. (i. e. ſpiritualem et internam habebunt cum Deo pacem et conſequenter manſuetudine Chriſti induti pacem quoque externam inter ſe inuicem et cum aliis colent veri regni Meſſiae ciues. Conf. c. XI, 6. XXV, 25. et D. Habichhorſt. *Diſſert. cit. III.* §. 3.

Verſ. 5.

בית יעקב לכו ונלכה באור יהוה O domus Iacob! ite et eamus, wohlan, laſſet uns auch wandeln, in luce (hac euangelica) Iehouae. Propheta prae gaudio mentis ob gloriam illam N. T. exultans qſ. ſuperuicturus ſe ipſum includit.)

Verſ. 6.

כי נטשת עמך בית יעקב Nam (eſt כי vere *cauſale*, eſt triſte et peri-

periculosum כי, non *aduersatiuum* cum Luthero aliisque. Causam namque CAP. II.
dat praeuiae adhortationis patheticae, q. d. propheta: Dazu haben wir ia wohl hohe Vrsache, denn) deseruisti, (o Deus! est praeteritum propheticum *pro certissime deseres*) populum tuum, domum Iacobi [partem videlicet eius in luce ista Messiae ambulare nolentem Ioh. I, 11. Hinc etiam *πώρωσις ex parte Israeli contigit* Rom. XI, 25. coll. Ies. VIII, 14. 15.] Redditur iterum ratio desertionis huius כי מלאו מקדם וענני׳ם כפלשתים Nam (loco amoris et acquiescentiae in Messiae bonis ac thesauris) repleti sunt (sie sind gantz angefüllet und eingenommen) ab oriente (i. e. rebus Orientis vanis et superstitiosis, quae statim subiunguntur v. 7. 8. Quo pacto si simpliciter reddamus, haud opus est supplemento isto, eoque angustiori Kimchii, *praestigiis*, nec non Chaldaei et Varenii *idolis*: quanquam Tremellii, Glassii *malis*, et Habichhorstii סרה *peruersitate* ex cap. I. 5. est latius quidem vocabulum, sed angustioris nihilominus heic sensus, quum *diuitiae*, *aurum* et *argentum* non sint in se mala. Proinde generalior est expresio Lutheri sensualis, sie treiben es (nemlich mit Silber, Gold, Schätzen, Aberglauben, Abgötterey mehr, denn die gegen den Aufgang] et sunt praestigiatores sicut Philistaei, ובילדי נכרים ישפיקו: et filiis alienigenarum (i. e. hominibus gentilium superstitione deditis, quam vt gentiles a parentibus acceperunt, recte exponente Schmidio) abundant, vel sufficientiam habent in iilis.

Vers. 22.

חדלו לכם מן־האדם Cessate vobis ab homine, (non certe fragili, sed maiestatico iudice Christo, contemtum sui grauissime vindicaturo in Iudaeis refractariis, quippe de quo iudicio particulari antea grauiter egit propheta, in eoque statim pergit, ceu partim probat *constructio verbi* חדל *personalis cum idiotismo pronominali et particula* מ *vel* מן, *quod sic semper dicit abstinentiam inferioris a superiore irritando, ad vindictam prouocando* coll. 2. Chr. XXXV, 21. nunquam *a confidendo vel timendo vel inferiorem lacessendo*. Quem canonem bene format B. Varenius *ad h. l.* contra expositionem Rabbinorum Vatabli aliorumq; et suffragantis nouissime cl. Vitringae ad *h. l.* partim subsequens descriptio graphica irae et indignationis Christi et Dei אשר נשמה באפו in cuius naso est halitus. Conf. Ps. II, v. ult. 2 Sam. XXII, 16. Ies. XXX, 33. Iob. IV, 9. XXXII, 8. XXXIII, 4. XXXVII, 10: itemque summae et admirandae aestimationis: כי־במה נחשב הוא Nam quanti aestimandus est ille! vtpote *qui simul qua excellentiam* est ארני יהוה *Dominus Iehoua*

CAP. III. *Deus*, 2. Sam. VII, 19. 1. Chron. XVII, 17. et in textu immediate cohaerente vocatur יהוה צבאות האדון *Dominus ille Iehoua (Deus) exercituum*. Vid. etiam B. Calouius *Bibl. illustr. ad h. l. Tom. II. p.* 18. 19. et B. Habichorst. *ad h. l.*

CAP. III, 6.

כי־יתפש איש באחיו בית אביו שמלה לכה *Tum apprehendet vir fratrem suum e domo patris sui* (dicendo:) *Vestis tibi est*. Verba haec in se satis clara adducimus saltem ob falsam posteriorum constructionem contra signa eius diacritica cl. Vitringae, h. m. reddentis: *in cuius domo paterna vestis est*, dicendo: *Agedum* etc. Qua ratione talis foret accentuum dispositio: כִּי־יִתְפֹּשׂ אִישׁ בְּאָחִיו בֵּית אָבִיו שִׂמְלָה לָכָה

Vers. 16.

הֲלוֹךְ וטפוף תלכנה Inter causas poenarum diuinarum, quas diuinus vates feminis pariter ebraeis ob luxum, mollitiem et superbiam denuntiat, haec vna est, cuius sensus ob vocem טִפּוּף est quodammodo obscurus. Quem nonnulli cum R. Sal. Ben Melech. in *M. I. ad h. l.* explicant, quod *ambulauerint in viis et plateis complodentes et subsilientes sine pudore instar paruulorum*. Vel propius cum Aben Esra et Abarbanele, quod *gressibus incesserint mollibus et minutis ritu paruulorum*. Rectius eum ex historia veteri dilucidat celeb. Dassouius *in Emph. Voc. Ebr.* quod nempe *aequales et ad artem compositos gressus fecerint filiae Zionis*. „Hinc mensurae aequales dicuntur טפופות Vid. R. „Kimchi *in Michlol. in h. r.* et Aruch *fol.* 71. *col.* 4. et R. Abendana *ad M. I.* „Solent etiam paruuli ita dirigi, vt aequaliter incedant. Vt autem aequales „gressus facere possent, pedes constringebantur *catenulis*, quae vocabantur „עכסים s. *compedes*, quorum mentio fit in ipso capite nostro v. 18. et Prou. „VII, 12. eiusmodi autem catenulis vtebantur feminae aliae, dicente Clemen„te Alexand. *in Paedag. Lib.* 2. *cap.* 12. Eandem expositionem nuper apprehendere video cl. M. Io. Christoph. Fischerum in *Disp Witteb.* 1. *de ornatu Mulierum ad h. l. Ies.* Germanice reddere posses, Sie gehen einher mit graden und wohl abgepassten (gezierten) Schritten. וברגליהם תעכסנה Et pedibus suis compeditae (i. e. *perisceli dibus tinnientibus ornatae*) gradiuntur. Und gehen einher mit schönen (klingenden) Kniebänden an ihren Füssen. Recte docet memoratus Fischerus ex Raschio *in Massech. Schabbas Cap.* 6. *Haec* עכסים *esse compedes ad formam* אצערה *armillarum*; quae Talmudicis quoque

que בירות appellantur. Quas porro describit ex auctore *Ez Hachaiim* (arboris vitae) *in peruscb super Massech. Schabbas c. 6. Quod Birith sit instar armillae, cruri applicatae ad constringenda tibialia*; (בתי שוקיה pr. *domos crurium eius*,) *ne decidant et videantur crura eius* (feminae.) Iam his *Birioth* s. *catenulis* vel aureis l. argenteis alias catenulas fuisse alligatas, ea potissimum de causa, vt passibus minutis et aequalibus apte incederent, atque adeo amasios in amorem sui conuerterent, subiiciunt doctores in Gemara apud Buxtorf. in *Lex. min.* et Maimonides in *Glossa*, et in *Iad. Chasaka* ibid. CAP. III.

Vers. 18.

והשביסים Quanquam in re vestiaria et mundo muliebri penes veteres Ebraeos parum certi hodienum nobis constet, in quo mens tuto conquiescere possit, et quicquid heic dicitur, haud minori difficultate quam ambiguitate laboret, nihilosegnius quae significatio sit propior et probabilior ductu vel notionis radicalis, vel vocis collacteae, vel vsus biblici, vel in monumentis Ebraeorum superstitis, gnauiter fideliterque indicabimus. Quod iam ad nostrum vocabulum attinet, notabit istud ex usu Chaldaico et Talmudico *ornamentum frontale*, et specialius B. D. Varenio ein köstlicher Stirnband.

והשהרנים *Et lunulas.* Haec ornamenta, a *rotunditate* semilunari dicta, inter monilia aurea et pretiosa regum Midianitarum recensentur Iud. VIII, 26. et quae collis camelorum applicata ibidem v. 21. legimus. Nec ab re iudicant Bynaeus *de Calc. Ebr. p.* 209. Seldenus *de Diis Syris*, et Fullerus *in Miscell. S, lib. 1. c. 13.* hos Midianitas seu Arabes *lunularum* ornatum in honorem *lunae* religiosum adhibuisse. Quum igitur Iudaeos ritu orientalium populorum *lunae* pariter cultui addictos fuisse ex Scriptura intelligamus, nobis omnino cum laudato M. Fischero probabile videtur, eorum feminas aurea monilia semilunaria in honorem cultumque *lunae* adhibuisse, et in externi habitus decorem a collo ad pectus suspendisse.

Vers. 19.

הנטיפות Quod vocabulum Kimchi, Ralbag, Bataui, Varenius, Schmidius, Gussetius cum Buxtorfio vertunt *Myrothecidia* seu stillatoria vascula, sc. in quibus ponebatur balsamum, et appendebant feminae collis suis. Sed Chaldaeus Ionathan interpretatur ענקיא *torques, catenulas.* Sic LXX. καθήματα *ornamenta collaria.* itemque Raschius *h. l.* et veteres Ebraei apud Kimchium, statuentes insuper, *quod hae* ענקים *confectae fuerint ex margaritis*; quodque *margarita pura et pellucida etiam* in lingua Arabica dicatur אלנטף Quum igitur praestantiores Ebraeos, et Targum, et Graecos, et Arabem, heic prorsus conspirare videamus, certius erit cum eodem viro docto

non

CAP. III. non myrothecidia, ſed *torques ex margaritis optimis per fila coniunctis* heic inſinuari, eine Perlen Halſſ-Schnur: et נטיפות vi radicis ſuae a *ſtillando guttatim* dici, eo quod ex aquae guttis viſcoſis generentur.

השרות ſunt iuxta Targum Jonathanis שירי ירוא *catenulae manuum*, *armillae*, köſtliche Hand-Bände oder güldene Handketten, in quibus fere conueniunt.

הרעלות Quod ornamenti vocabulum Fiſcherus ex Maimonide explicat pepla, quibus tintinnabula affixa ſ. intexta erant. Sed magis placet proprietati radicis propius cum Varenio exponere flittender, bebender Weiber-Schmuck ſ. in vittis ſ. in velamentis faciei. Nec minuſcl. Vitringae *b. l.* rectior longe videtur interpretatio vocis per *Vela* ſ. *pepla Mulierum tremula*, ornatisme parata, a capite pendentia, quae obducuntur faciei ob ſolis aeſtum, cum Talmudicis in *cod. Schabbas cap. 6.* §. *6.* eorumque interpretibus Raſchio et Bartenora *b. l.*

Verſ. 20.

הפארים ſunt *Tiarae* Hauben, et ex coll. Exod. XXXIX, 28. Ezech. XLIV, 18. XXIV, 7. proprie ſchöne Leindwands-Hauben.

הצערות notant Chaldaeo, Raſchio et Kimchio, it. Iudaeis in verſ. germ. Schmidio *periſcelides*, adoptatas etiam M. Fiſchero, quas tamen a ſupradictis עכסים vult diſtingui, ut illis *catenulae* fuerint alligatae, hae autem *nudae* fuerint. Aſt quum nomen collacteum אצערה expreſſe vſurpatur de ornamento brachiorum 2. Sam. I, 10. et Num. XXXI, 50. Lutherus etiam vtrobique *Armgeſchmeide* transtulit, ſatius erit et heic cum Batauis tale quid agnoſcere. Adeoque haec צערות differunt a praeuiis שרות.

הקשרים ſunt *faſciae ſ. ligamina breuia*, *quibus conſtringunt capillos ſuos*, *quos etiam aliae inaurare ſolebant*, interprete Raſchio. Hinc bene Iudaei in verſ. Germ. *Flechtſchnüre*. Quanquam Varenius generalius ſumit *köſtliche Schnürlein* ſ. capitis ſ. pectoris et colli. Sicuti in loco Ier. II, 32. pro *colli* ornamentis accipere ſolent.

בתי הנפש Quam phraſin vulgo explicant ſphaerulas vel pyxides opobalſami Luth. *Biſemäpffel*, vel cum Kimchio monilia quaedam a collo inter vbera ad pectus vsque dependentia, ita dicta, *quod domum animae*, id eſt, cor muniant ac tegant. Verum pro immodico et intempeſtiuo odore pyxidum aromatarii non odorati ſunt elegantem ebraiſmum, per quem τὸ בית Ebraeis late uſurpatur pro quouis continente, vaſe et receptaculo. Sic *collare* ipſis dicitur בית צואר *domus colli*. Sic ſupra *tibialia* בתי שקים *domus crurium*, et *chirothecae* בתי ידים *domus manuum*. Exemplis ſacris in

Ebr.

Ebr. Etym. p. 263. adductis addatur iam noſtrum, quod rectiſſime cum cl. Fiſchero ſignificabit *pectoralia*, et cum Iudaeis germ. reddentibus *Bruſt-Tücher* vel *Bruſtläze*. vtpote quibus pectus feminarum vndique cinctum et munitum fuit. Tὸ נפש autem in ſacro codice ſaepius ipſum corpus animatum denotare, adeoque partes, cor et pectus, pariter includere, notum eſt. CAP. III.

הלחשים ſunt *inaures*, *Ohren-Ringe* ex ſententia Kimchii, Raſchii, Aben-Eſrae, Lutheri, Batauorum, Vitringae, aliorumque interpretum. Circa autem appellandi rationem ſagaciorem heic prae ceteris Aben Eſram fuiſſe putat Fiſcherus, qui has inaures *ab incantando* ita dictas eſſe iudicat, quod iisdem per modum לחישה ſeu incantationis characteres quidam fuerint inciſi, in quibus deinde vim ſanandi peculiarem poſitam exiſtimauerint. Clariſſime illud confirmari Gen. XXXV, 4. vbi Iacobus *inaures* cum idolis ſub quercu defodiſſe legitur, non aliam forte ob cauſam, niſi quod eas ad ſuperſtitionem aut magicam artem adhibitas eſſe cognouiſſet.

נזמי האף Vox נזם eſt ἐνώτιον *inauris*, ut Gen. XXXV, 4. Exod. XXXII, 3. et eſt ἐπιῤῥίνιον *annulus a fronte in naſum pendens*, vt Gen. XXIV, 22, 47. Ezech. XVI, 12. et h. l. ob reſtrictionem additam. Ita Bochartus *in Hieroz. P. I. p.* 704. Et Batauis ſunt ornamenta in capite ad naſum vsque pendula. Et Iudaei in verſ. germ. *Stirn-Zierung das über die Naſe hänget.*

Verſ. 22.

המחלצות Varenio dicuntur ſchöne ſeidene oder von köſtlicher Leinwand gemachte *Feyer-Kleider*, die man leicht an- und ausziehen kan, coll. Zach. III, 4. Quanquam qua rationem appellationis ſententia Guſſetii nobis cum Fiſchero ut maxime veriſimilis probatur, qui מחלצות a חלצים ſeu *lumbis* ita denominatas, et indumenti genus fuiſſe cenſet, quo lumbi proxime ſubſtringerentur, vt corporis adeo forma ſubſtricta, agilis atque decora magis appareret.

המעטפות ſunt *amicula*, *pallia muliebria*, quibus corpus inuoluitur, quae vocabulo Gallico recte reddi putem cum Kortumio *Mantile*.

המטפחות Fuiſſe *velamina lintea* capiti humerisque ſuperiecta, quodammodo, haud obſcure colligitur ex Ruth. III, 15. ubi ſingulare המטפחת tale velamen fuit, quod ſex *menſuras hordei comprehendere potuit*.

החריטים Fuerunt elegantes *loculi* ſ. *crumenae*, *köſtliche Beutel* coll. 2. Reg. V, 23. itaque *caelo* et *marſupio* nomen eſt commune propter figuram vtrique conicam vid. Bochartus *Hieroz. P. I. p.* 334.

CAP. III.

Vers. 23.

הגליונים *Specula* fuisse cum Chaldaeo, Raschio, Abarbenele, Ben Melech et plerisque defendimus, eaque fuisse metallica ad locum Exod. XXXVIII, 8. contendimus in *Not. Sel. p.* 86. 87. obseruauitque celeberrimus Dassouius *Disp. III. de Emph. Sac. Voc. p.* 24. et quae cum speculis mulierum in deserto *l. c.* confert Ben Melech. in M. I. *h. l.* ac notanter eodem vocabulo מחזיותא a Chaldaeo exprimuntur, quo illa in deserto.

Vers. 24.

כי־תחת יפי : Bene multi interpretes sibi placere videntur hac versione, *adustio loco pulcritudinis*, transfundentes ita כי in formam nominis, vt sit pro כוי, vti רי *irrigatio* pro רוי vid. Forsterus, Buxtorfius, Gussetius, Glassius, Friedlieb. Arcularius, Pagn. Vatabl. Tremell. Pisc. Tossanus, Grotius, Batavi, Rauppius, Schmidius, Kortumius, Saubertus, Franckius, Vitringa, quos praeiuere quidam Ebraeorum apud Ben Melech et Abarbenelem *ad h. l.* Potuisset quidem aliquam speciem habere, si talis esset vocum accentuumque positus : כִּי תַחַת־יָפִי vel כִּי תַחַת יָפִי Iam vero ex illo textuali plane habet nullam. Nam כי nunquam et nusquam praesertim *Makkaphatum*, vti heic insuper cum alia particula, est nomen, pro quo potius venit כויה vel מכוה. Nec probatur ex forma analoga רי, quae occurrit Iob. XXXVII, 11. cum ב, quod quidem habent pro *seruili* praefixo, quum rectius iuxta Targum, Aben Efram (cui ista deriuatio est longius petita) et Ralbagum sit ב *radicale*, et significatio *serenitatis* multo aptior. *vid. Not. nostr. ad l. c.* Cl. Hillerus in *Institut. L. S.* est dubius, dum ei *p.* 137. כי est pro כהי, sicut a נהי veniret בי *lamentum*, hinc vertit *rugam*. sed *p.* 443. seruat priorem deriuationem et significationem *adustionis*. Nec deinde si noua species poenae, vel quinta et ultima *permutatio poenalis* heic innueretur, non constaret *Athnacho* officium suum, versuique solennis sua διχοτομία, ex cuius legibus in *quinario* membrorum, *duo* solent *tribus*, vel *tria duobus* mediante *Athnacho* contra distingui, neutiquam autem *quatuor* membra vni hemistichio, et unum saltem alteri cedere. Accedit et hoc, quod notanter copula haud appareat, sicuti apparet in praeuiis membris, in indicium sane non obscurum diuersae et separatae materiae, adeoque כי non posse haberi pro nouo et respectiuo enunciationis subiecto poenali. Neque denique orationis fert παρ᾽ ὁμοιοτέλευτον, vt *adustio* sola contradistinguatur et opponatur *pulcritudini*, quandoquidem plures antecedaneae deformitates ei opponantur. Quanto vero gratior grauiorque fertur oratio, si speciali poenarum intimationi generale amplius subiicitur epiphonema cum pondere, ad magis percellendos auditorum animos, h. m.

certe

certe, profecto (*id omne*) loco pulcritudinis. Ia ſolches alles an ſtatt deiner Schöne. Ita iudicioſe verſio Lutheri, niſi quod כי heic magis *aſſeueratiuum* (coll. Gen. XVIII, 20. bis. Num. XXII, 33. 1. Sam. XIV, 39. Iſ. VII, 9. XV, 1. XLIX, 18. 19. etc.) quam iuxta Weimarum *cauſale* (*quia* (*id poenae*) *loco pulcritudinis*) non expreſſerit, et proinde minime heic emendanda, ſed potius laudanda et praeferenda eſt, ideoque merito vindicata a cl. Beckio *in Diſquiſ. Hermen. p.* 290. *ſeq.* et Varenio *comm. ad h. l.* CAP. IV.

CAP. IV, 1. ſeqq.

בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה צֶמַח יְהוָה וגו׳ Quod in hoc verſu, a quo aptius noua ſectio inchoatur, per צֶמַח יְהוָה *Germen Iehouae* intelligatur *Meſſias*, nemo interpretum Chriſtianorum ambigit aut negat, ſicuti negare audet nouiſſime Kortumius hac contorta, frigida et confuſa paraphraſi, wenn aber Iehouah dergeſtalt eure Zweige zerbrochen, weil ihr ein wilder Baum worden ſeyd, und nun nur noch *ein kleiner Zweig*, nemlich ein *geringer Hauffe da iſt*, alsdenn wird er nach einer genau abgemeſſenen Zeit dieſen Zweig wieder in ſeinen erſten Grund pflanzen, und zurück in dis Land bringen, ia er wird ſie herrlich und groſs machen, daſs aus *dem kleinen Zweige* werde ein groſſer Baum, und aus den niedrigen Sproſſen ein ganzer Wald; quem tamen ex Iudaeis interpres Chaldaeus Ionathan, et R. D. Kimchi, nec non collatio locorum Zach. III, 8. VI, 12. Ier. XXIII, 6. XXXIII, 15. et infr. cap. XXVIII, 5. vbi *Iehoua* (Deus) *Exercituum* iisdem fere illuſtribus praedicatis eodem conſtructionis habitu deſcribitur, et expreſſe itidem a Chaldaeo de משיחא et veteribus Rabbinis apud Kimchium exponitur, in ruborem dare potuiſſent, praeſertim quum heic manifeſte *Germen Iehouae* contradiſtinguatur לפליטת ישראל *reſiduo* ſ. *reliquiis Iſraelis*, adeoque non ſunt unum idemque, vt illud de his exiguis reliquiis, aut de *eccleſia repullulante ex reliquiis Iſraelis*, als einem kleinen Zweige und geringen Hauffen, capi et exponi poſſet. Peior adhuc is eſt Grotio, qui tamen aliquid de *Chriſto*, qua ſenſum myſticum, agnoſcit in hoc ſuo gloſſemate: *Germen Iehouae ſunt primo ſenſu reliquiae exulum, quae Esdrae et Nehemiae temporibus domum reuerſae laudabilem vitam duxerunt: hae rurſus germinabunt et in priſtinam vbertatem et gloriam euehentur, ita tamen vt μυϛικῶς etiam Chriſtus et Chriſtiani intelligi poſſint.* Cuius interpolationis non vnam abſurditatem monſtrarunt Calouius *in Bibl. illuſtr. ad h. l.* et Quenſtedius in *Diſp. de Germine Iehouae et Dauidis l. C. ex Ier. XXIII, 5.* §. 6. Male etiam Io. Caluinus *comm. in h. l. Germen Iehouae* inter-

CAP. IV. pretatur de *donis Dei*, deferens in hoc veſtigia praeceptoris ſui Io. Oecolampadii. Cuius vero τρεβλότης ab ipſis diſcipulis Fr Iunio in *ſcholiis h. l.* et Dan. Pareo *in Aduerſariis ad h. l.* refellitur. Nec ſolum Meſſias nuncupatur צמח יהוה et *ἀνατολὴ ἐξ ὕψους germen ex alto* Luc. I, 78. et *γέννημα τοῦ πατρὸς*, Deus de Deo, ſed etiam פרי הארץ *fructus terrae* np. Iudaicae, *ἀνατολὴ ἐξ Ἰούδα*. Ebr. VII, 14 חטר *Virga de trunco ſucciſo liſchai*, et נצר *Surculus de vna radicum eius*, Ieſ XI, 1. et hinc צמח *Germen Dauidi* et ex filia eius Maria *germinaturum*, Ier. XXIII, 15. et צמח מתחתיו *germen ab inferioritate ſua germinans* Zach. VI, 12; adeoque *gemina* indicatur Meſſiae *origo* et *filiatio*, *diuina* et *humana*. De hocce nunc Meſſia *θεανθρώπῳ* praedicatur, quod futurus ſit לצבי ולכבוד ולגאון ולתפארת *in decus et in gloriam, in excellentiam et elegantiam.* Quibus vero? לפליטת ישראל *ex viſioni Iſraelis*, vel iuxta verſum ſeq.

verſ. 2. 2. *reliquis in Zion et Ieruſalem, omni* np. והכתוב לחיים *qui ſcriptus eſt ad vitam in Ieruſchalem*, qui vitam ſuo loco praedae deportauit, et ſicut titio ex igne ereptus eſt, propterea quod קדוש *ſanctus* et *ſeparatus* e magno reprobatorum numero, זרע קדש *ſemen ſanctum*, et *ἐκλογὴ* (coll. c. VI. 13 I, 9. et Rom. IX, 29.) *dicetur* et erit *ei.* Quando vero? ביום ההוא *in tempore illo* calamitoſo totique reipublicae Iudaicae ferali, quod hactenus graphice fuit deſcriptum, et porro in cap. ſeq. deſcribitur. Neruoſe etiam in ſubſeq verſu 3. notatur *tempus*, quo verorum Iſraelitarum in vita ſeruatorum *ſanctitas* externa promouebitur, obſtacula nim. illius remouendo, אם רחץ

verſ. 3. אדני את צאת בנות־ציון *quando* np. *lauabit Dominus ſordem* (i. e. ſordida vitia et crimina) *filiarum Zion*, ואת־דמי ירושלים ירחץ מקרבה *et reatus ſanguinum Ieruſchalem expellet ex ea*; idque ברוח משפט *per Spiritum iudicii, durch den Geiſt der richten wird*, (qui ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, *arguet, conuincet mundum de peccato, quod non credant in Dominum iſtum Meſſiam, IEſum Nazarenum*, Io. XVI, 9. ac haereditate ſua eiecerint, occiderintque Matth. XXI, 38. 39.) *et* (i. e. *vel* ſi iſto ἐλέγχῳ Spiritus S. malitioſe repugnauerint, et Chriſtum *εἰς τὰ ἴδια* venientem *οἱ ἴδιοι* non ſuſceperint Io. I, 11.) ברוח בער *Spiritu incendii, und durch den Geiſt der ein Feuer anzünden wird.* Quod *incendium* vlterius illuſtratur in verſus 4 priori pericopa; *Et creabit Iehoua ſuper omne habitaculum montis Zion, et ſuper conuocationes*

verſ. 4. *eius* (i. e. congregationem, eccleſiam Iudaeorum in ſabbathis et feſtis coll. c. I, 13.) *nubem interdiu, eamque* (coll. *Luc. Ebr. p.* 271.) *fumi, fumoſam*, et *fulgorem ignis flammantis noctu*; adeoque non talem, qualis erat *columna nubis et ignis* in deſerto, ad quam heic alluditur. Iſta enim erat ſignum praeſentiae et Schechinae Dei gratioſae, haec autem illius abſentiae et irae diuinae; illa erat lucida et viae ductrix ex anguſtia, *haec nubes fumoſa et bellica, hic ignis flam-*

mans

mans accendens, consumens, ducens in angustiam. Quam allationi diuersitatem ex connexione et indicio satis euidenti vocum עשן et להבה *fumi* et *flammae* alienantium interpretes non viderunt, quando identice exponunt pro symbolo diuinae protectionis super ecclesiam fidelium V. T. de qua potius agitur vi oppositionis in seqq. כי על־כל־כבוד חפה *sed super omnem gloriam* (abstractum pro concreto coll. c. V, 13. VIII, 7. i. e. super omnes glorioſos, *über alles vvos herrlich iſt*, quibus Messias est לכבוד *gloria*, et ex qua suam participant *gloriam* cum eleganti respectu ad vers. 1. coll. Ps. XVI, 2. vbi etiam *Sancti* dicuntur voce synonymica אדירים *magnifici, illustres, die Herrlichen*) erit *protectio* (sicuti *sponsus* et *sponsa* in thalamo obtecti sunt. Et ad illos vere spectat fructus symbolicus *columnae nubis et ignis*, hinc sequitur v. 5. Et *tugurium* (eorum vt ξένων καὶ παρεπιδήμων τὴν πατρίδα ἐπιζητούντων Ebr. XI, 13. 14. (*erit in vmbram interdiu prae aestu* (tribulationis) *et in latibulum prae inundatione et prae pluuia.* Atque sic tota pericope optime et prone cohaeret. Quodque de *gemino*, eoque diuerso Spiritus S. a Filio missi *iudicio verbali et reali* s. *poenali*, argumento pariter haut obscuro vocis רוח repetitae, dixi, in eo magis confirmor, si orationem acrem Iohannis baptistae ad Pharisaeos et Sadducaeos Matth. III, 11. 12. cum nostra Prophetae contendo. Vbi prorsus videtur Iohannes digitum oculosque illuc conuertisse, quum inquit: αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει (quod verbum significanter exprimit dictionem propheticam: Dominus רחץ *abluet sordem filiarum Zion et sanguines Ieruschalemi* ירושׁ *eluet ex illa*) ἐν (exprimit ב ebraeum) πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Quae quidem verba ex communi interpretum mente ad vnum eiusdemque generis baptismum Christi referuntur per figuram *Hendiadyn*, vertentium *Spiritu sancto igneo* i. e. ignis figura in festo Pentecostes descensuro, vel igneum efficiente, inflammante et illuminante. Verum ob immediate sequentia et scopum Iohannis rectius B. nostr. Gottfr. Olearius in *Obseruat. Philol. ad h. l.* sumit illa in sensu *disiuntiuo*, ob duplex et diuersum subiectum, q. d. se quidem in partibus hoc tantum habere, vt baptizet aqua: Christum vero baptizaturum esse *Spiritu*, eos nempe qui in nomen eius essent credituri, et *igne* h. e. *vel igne* nimirum eos, qui, vt nunc faciebant Pharisaei, ἀθετεῖν pergerent τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτούς. Atque hoc est, quod in sequentibus dicitur: Τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, qui est baptismus ignis.„ Adducit pariter Tertullianum egregie hunc verborum sensum firmantem, dum allegatis eis *in libro de Baptismo* c. 10. addit: *scil. vt quia vera et stabilis fides aqua tingitur in salutem, simulata autem et infirma tingitur in iudicium.* Miror autem, quod solertiam eius effugerit locus noster propheticus. Vidi etiam apud doctissimum Anglum Thomam Gatakerum in *Aduers. Misc.*

CAP. IV.

vers. 5.

Matth. I, II 11, 12.

CAP. IV. *Poſtb. c. 28. opp. Crit. p. 725.* ſoceri ſui Caroli Pinneri ὁμόψηφον explicationem illius *Spiritus Sancto et igne* de iudicio et vindicta, illo per Spiritum S. bonos a malis aperto diſcrimine ſeparaturum, vindicta per ignem, de impiis iudicium ſumturum eſſe; confirmantis quoque ex anteced. comm. 10. et ſubſeq. 11. Nec improbabilis certe videtur illa de *ſpiritus igne* explicatio Gatakero, cui inſuper firmandae adjicit noſtrum prophetae locum, et Tertulliani verba a D. Oleario adducta. Cui vero dein magis placet ſententia prior vulgaris. Anglo illi doctori iungi poteſt e Batauis Franc. Burmannus in *Synopſ. Theol. L. 7. c. 6. §. 13. p. 337.* et Petr. Keuchenius *Annot. in N. T. ad l. c. Matth. p. 17, ſ.* qui etiam adducit pro eodem ſenſu verba Cyrilli Alex.

CAP. V, 1.

אָשִׁירָה נָּא לִידִידִי שִׁירַת דּוֹדִי לְכַרְמוֹ Canam nunc dilecto meo canticum amici mei de vinea ſua. Heic notandum eſt cum celeb. Daſſouio *in coll. MSC. de Emph. Voc. Ebr. ſub R.* דוד, vocabula ידידי et דודי denotare vnam eandemque perſonam, nempe Filium Dei Meſſiam. Sicuti et in hemiſtichio ſequenti pro דודי (qui titulus in Canti o Canticorum eſt ſolennis) adhibetur ידידי; quique etiam a Moſe ſalutatus ידיד יהוה *dilectus Iehouae*, Deut. XXXIII, 12. nec minus a Paulo ὁ ἠγαπημένος, Eph. I, 6. Deinde pro *affixo pronominali* ponitur ſubiectum orationis nempe שירת דידי pro שירתו coll. *Luc. Ebr. p. 372.* Germanice iam expreſſius ſonabit: *Nun will ich ſingen meinem geliebteſten Seelen Freunde ſein Lied von ſeinem Weinberge.* Data igitur genuina hac verſione, non conficitur exinde, Ieſaiam eſſe Meſſiae conſanguineum, eo quod eum heic vocet *ſeinen Vetter.*

Verſ. 9.

בְּאָזְנָי יְהוָה צְבָאוֹת Vbi et c. XXII, 14. בְּאָזְנִי B. Lutherus cum LXX. legiſſe, aut legere voluiſſe, videtur *in ſtatu conſtructo* בְּאָזְנֵי, quando transtulit, *Es iſt vor den Ohren des HERRen Zebaoth*; quum tamen forma eiuscat *ſtatum affixionis*, qui obſtat, quo minus in regimine ſimpliciter vertere queas cum Dn. Prof. Franckio ex Diſp. Gieſſ. *Es iſt für meinen Ohren des HErrn der Heerſcharen.* Pro qua verſione hanc formare potuiſſet commodiorem ex ſententia Beckii *l. c. p. 292. Es iſt für meinen, des HErrn Zebaoth, Ohren.* At nec ſic venuſtati ebraiſmi, iuxta ac germaniſmi conſulitur. Id forte peruidentes alii aliam adornarunt verſionem, videlicet hanc, *in auribus meis*, vel *me* (prophetam) *audiente*, *Iehouah Zebaoth* (dixit.) *Vor meinen Ohren hat der HERR der Heerſcharen* (*geſprochen,*) vid. Tremell, Piſc, Batau, Glaſſius *Gr. S. col.* 912, et adeo-

CAP. IV.

Vitringa *b. l.* vt ita ex illorum mente *prophetae* potius, quam *ipsius Dei* haec verba sint. Quod vero interpretamenti genus haud probatur, nec admittitur in loco parallelo iam citato c. XXII. 14. istud supplementum verbi *dixit*, quod quidem nouissime etiam adhibuit Kortumius, vt tamen in verbis Dei. *Es ist in meinen Ohren, spricht Iehouah Zebaoth*; quandoquidem verbum נגלה *manifestum est* expresse ponitur, quod pariter in nostro subintelligi potest, verbum autem אמר *dixit* demum in fine hemistichii alterius ibidem exprimitur. Schmidius triplicem facit ellipsin: in *auribus meis* (est, qui sum) *Iehouah Zebaoth*. Omnium conuenientissime pro natura et παθει ebraismi repetitur idem nomen instatu constructo h. m. Est in auribus meis (*in auribus*) Iehouae (Dei qua de solenni ellipsi conf. *Luc. Ebr. p.* 351.) exercituum. Qualis repetitio locum etiam habet post *nomen construendum articulo* affectum, vid. *Luc. Ebr. p.* 319. Atque talem heic loci post nomen *cum affixo pronominali* arguit insuper accentus regius *Tiphcha* siue *Tarcha* (vid. *Luc. Accent. p.* 7.) vim quandam accentis *pausantis*, per mutationem τῦ *Patach* in *Kamez*, heic exercentis; adeoque illam *punctationem per Kamez* pro nostra expositione maiori iure vrgere possumus, quam cl. Beckius κατ' ἄνθρωπον quidem pro posteriore.

Vers. 14.

וחשש להבה ירפה. Quae verba communiter reddunt transpositis accentibus *Pascha* cum *Mahpach*, et *quis quilias* (*glumam*) *flammâ debilitat*, (*conficit, absumit*) vel *et stramen* (*gramen torridum*) *flamma deficit*. Sic et Lutherus, *und die lobe Stoppeln hinnimmt*. Qua supposita constructione etiam requireretur non *genus Masc.* sed *fem.* verbi, idque non in *Kal*, sed in *Hiphil*, תַּרְפֶּה. Iam vero quum וחשש להבה sint inuicem constructa, ideo rectius reddūntur cum Varenio ad *h. l.* et Reinbeckio in *Doctr. Accent. p.* 379. vt pars connexa et exaggerans praecedentis προτάσεως, indicio *Rhbiae* respectiui, vt seq. vers. 25. vbi recte interpretes: ita vt stipula flammae (h. e. flammans, inflammata) statim remittat s. deficiat, vel cum Gussetio *in comm. L. E. p.* 801. *a. vt id quod vstum euolat e* flamma, *sese remittat vel remissum concidat*. Germanice: *Dass das in die Höhe lodernde Strob bald nachlässet und zerstiebet*. Itaque membrum hoc cum altero ἀποδοτικῷ, *et flos eorum sicut pulvis adscendet*, optime congruit. Tertium comparationis plene hoc est; *Wie die brennenden Stoppeln das Ansehen haben, als wenn sie noch so hoch steigen wollten, die doch gar zu bald nachlassen und aus sind: also auch die Sprossen der bösen Wurzel und gottlosen Stammes steigen*

zwar

CAP. V. VI. *zuvar offt empor, aber vvie eine ſolche feurige Stoppel, oder vvie Staub der bald zerſtiebet.* Qui ſenſus elegans et patheticus e vulgari diſtinctione non exſurgit.

Verſ. 30.

צַר וְאוֹר חָשַׁךְ בְּעֲרִיפֶיהָ: In quas anguſtias heic loci interpretes redacti ſint, quamque fuit *res anguſta domi*, et omnis fere *lux* verae interpretationis ipſis *obſcurata* fuerit, diſpaleſcit ſatis ex eorum verſionibus obſcuris et contortis, quas adducere taedet. Lutherus cum Vulgato, Munſtero, Caſtalione, Anglis, Batauis, Menochio et Caluino, vocem צַר a ſequenti violenter auulſam, ad praecedentem *Sakephkaton*is ditionem traxit. Noviſſima Kortumii translatio, limitibus quidem propoſitionum non perturbatis, voces tamen צַר וְאוֹר coniunctas diſtinxit hac accentuum ſequela ſuppoſita: צַר וְאוֹר חָשַׁךְ בְּעֲרִיפֶיהָ: et hinc ope ἐλλείψεων reddit: *Denn über der Trübſabl vvird auch das Licht ſelbſt finſter ſeyn in ihren Vervvüſtungen:* Eodem modo peccat Schmidiana: *anxietas* (eſt) et *lux obtenebreſcit in ruinis eius.* Nos ſimpliciter ex illa regula ſyntactica, qua in coniunctione duorum ſubſtantiuorum alterutrum vice adiectiui venit, (vid. *Luc. Ebr. p.* 314.) explicamus h. m. Anguſta etiam lux, (quae videlicet per rimas illabitur in petras et cauernas, in quas ſe vitae ſaluandae cauſa ſe abdiderunt Iudaei. conf. cap. II, 19. 21.) obtenebrabitur in deſtructionibus eius (np. capitalibus, totalibus. Si enim conferimus locum Hoſeae X, 2. *ipſe* יערף *ingulabit altaria eorum, deuaſtabit ſtatuas ipſorum*, certe ſignificationem *deſtruendi vel diruendi* in vocis huius radice deprehendimus. *Iugulare* enim altaria eſt *deſtruere*, et qui iugulat animal, vitam eius totaliter deſtruit. Vnde vox deriuata עֲרִיפִים notat *capitales deſtructiones, ruinas.* Ita ἀνελεῖβῶς notionem verbi emphaticam monſtrauit B. D. Habichhorſtius *l. c. ad h. l.*)

CAP. VI, 1.

וְאֶרְאֶה אֶת־אֲדֹנָי יֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא רָם וְנִשָּׂא Quaeritur, quo referenda ſint adiectiua רם ונשא? Vtrum ad כסא cum magna interpretum cohorte? an vero ad אדני? R. *Accentuatio* indubitato docet, priorem conſtructionem eſſe illegitimam, quandoquidem ſic in את־אדני exigeretur *Sakephkaton*. Iam quum in illo appareat *Tiphchae* ſubordinatus minor *Ihbir*, arguitur, ſequentia in vnum orationis membrum non coire, ſed verba ישב על־כסא eſſe

CAP. VI.

ẽſſe parenthetica. Intendit igitur et vult poſteriorem conſtructionem confirmatam quoque infr. c. LVII. 15. Vertendum itaque: tum vidi Dominum ſedentem ſuper throno, altum et excelſum. Germ. *Da ſahe ich den hohen und erhabenen HErrn ſizen auf einem Stuhl.*

Verſ. 13.

וְעִיר בָּהּ עֲשִׂירִיָּה וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר כָּאֵלָה וְכָאַלּוֹן אֲשֶׁר בְּשִׁלְכָתָם מַצֶּבֶת בָּהֶם זֶרַע קֹדֶשׁ מַצֶּבְתָּהּ׃

Multum et heic peccatur in principia diacritica genuinae interpretationis. Lutheri verſio, *Doch ſoll noch das zehende Theil darinne bleiben, denn es wird weg geführet, und verheeret werden, wie eine Eiche und Linde, welche den Stamm haben, ob wohl ihre Blätter abgeſtoſſen ſind. Ein heiliger Saame wird ſolcher Stamm ſeyn,* requirit in בם *Athnachum*, et in לבער maiorem eius regem *Sakephkaton*, et in עשיריה maximum *Segoltam*. Kortumii noua, *und obgleich der zehende Theil noch darinnen ſeyn wird, ſo werden ihn doch die Feinde hinweg führen; denn er wird ausgerottet werden gleichwie eine Eiche und ſtarcker Baum* etc. *Athnachum* exigit in ושבה, adeoque minori *Tiphchae* perfectionem aſſignat diſtinctionem, quam eius domino, contra Canonem V. vid. *Luc. Accent. p.* 22. Deinde vterque ה in verbo שבה habent *pro tertia radicali Praet. Maſc. in Kal*, quod ſignificat *abducere* in *captiuitatem*, cui tamen obſtat *accentus tonicus in penultima*, qui alias collocandus fuiſſet in *vltima*. Et generi *maſculino* repugnat conſtructio cum nomine et verbo *feminino*. Eſt ergo ה *ſeruile fem.* e *Maſc.* שָׁב radicis שוב *reuerti*, quod conſtructum cum alio verbo per ſuetum ebraiſmum eleganter aduerbiaſcit. *vid. Luc. Ebr. p.* 390. Schmidii Verſio, *vix amplius in ea* (erit) *pars decima, quae reuertetur, et tamen erit ad exterminandum*, *Tiphchae* in ושבה tribuit maiorem diſtinctionem, quam *Sakephkatoni*. Proinde verſio ad interpunctionem fontis procedit h. m. Et licet adhuc in ea (terra Iudaica) decima pars (adeoque minima reſpectu nouem partium) maneat, tamen denuo erit exterminanda: Eritque ſicut quercus et vlmus, in quarum deiectione truncus (ſ *caudex infimus* ſuper radicibus, vt rectius. Seb. Schmidius h. *l.* quem ſequitur D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 893.) de eis; ſic (coll. c. V, 24.) ſemen ſanctum erit truncus eius (partis decimae.) Conf. c: I, 9.

CAP. VII.

CAP. VII, 9.

אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ׃ Tremellio, Grotio, Pfeiffero *in D. V.* et Habichhorſtio in *Diſp. Exeg. ad h. l.* placet haec verſio: *annon credetis* (promiſſis,) *quia non confirmamini*? ſc. ſigno quodam conſpicuo? Sic et Kortumius: *Weigert ihr euch denn zu glauben, weil ihr keine Bekräfftigung habt?* Nec mihi, fateor, diſpliceret, dum modo particulae אם לא non eſſent ſeparatim collocatae coll. Gen. IV, 7. Ier. XIII, 17. XXII, 5. quae alias in ſenſu iſto *interrogatiuo* ſolent *per Makkeph* coniungi, nempe אם־לא conf. infr. X, 9. bis. et Gen. XXIV, 38. Deut XXXII, 30. 2. Reg. IX, 26. Pſ. CXXXI, 2. Iob. IX, 24. XVII, 2. XXXI, 36. Excipere quidem poſſent, in aliis pariter particulis compoſitis eiusmodi diſtinctionem tam per minores quam maiores accentus vſu venire. Sed reſpondeo, id quidem eſſe verum, ita tamen vt alterutra ſequenti voci ſit agglutinata. Hinc vero non inferenda eſt prioris diſtinctio
Gen. III, 1. ſenſualis, ceu factum eſt a cl. Ruſio in illo אַף כִּי Gen. III 1. vbi אַף pro ſeparato nomine habet, vertens: *ira* (eſt) *quod dixit.* vid. *Diſp. de Serp. Seduct. p.* 66. At ſi id intenderetur, potius vitandae ambiguitatis ergo dictum fuiſſet, אַף הוּא. vel *cum Affixo*, אַפּוֹ *ira eius.* Nec tam *ira* fuiſſet quam *inuidia.* Quemadmodum obſeruauit Schmidius, pro diuerſis etiam particulis habens vertit: *Etiam* (*hoc ex inuidia eſt,*) *quod dixit.* Sic alibi etiam iſtae voculae cum diſtinctione concurrunt, vt Deut. XXXI, 27. וְאַף כִּי. 1. Sam. XIV, 30. אַף כִּי c. XXI, 6. c. XXIII, 3. add. 2. Sam. IV, 11. *quanto magis.* 1. Reg. VIII, 27. 2. Reg. VI, 18. אַף כִּי *quanto minus.* In loco autem Geneſeos aptior eſt ſignificatio, quam ei indidit Chaldaeus בקושטא, quem ſequitur Varenius, *verene*? vel quam alii *etiamne*? et Lutherus, *ia, ſolte vvohl* etc. Sic כִּי אִם *ſed* Pſ. I, 2. coll. v. 4. et Ier. VII, 32. Quod quoque minus bene in ſenſu diuiſo accipit Danzius *in Interp. Ebr. p.* 80. vertitque *Nam, Si.* Aſt deinde *p.* 350. mutata mente vertit, *ſed.* Add. Gen. XXVIII, 17. כִּי אִם c. XL, 14. כִּי אִם *ſed.* 1. Sam. XIV, 39. Ieſ. X, 22. כִּי אִם *Quodſi, etiamſi.* עַד אִם Gen. XXIV, 19. 33. et עַד כִּי c. XXVI, 13. *donec, vtq; dum*, vbi occurrunt accentus ſerui. Proinde defendimus adhuc, praeſertim etiam ob locum parallelum 2. Chr. XX, 20. verſionem communiorem: Si non credetis, certe non conſiſtetis, ſtabiliemini. Quod amplius exponitur verſ. 17. *Adducet Iehoua ſuper te, et ſuper populum tuum, et ſuper domum patris tui,* (*adducet*, inquam, quam repetitionem verbi emphaticam vult rex maximus *Segolta*) *dies, qui non venerunt, inde a die receſſionis* (quo receſſit) *Ephraim a Iuda: nempe regem Aſſyriae* addu-

(*adducet.*) Conferri potest in *h. l.* Seb. Schmidius *in coll. Bibl. Pr. p. 294. seqq.* CAP. VII.
et cl. Vitringa *h. l.*

Vers. 15.

חֶמְאָה וּדְבַשׁ יֹאכֵל לְדַעְתּוֹ מְאוֹס בָּרָע וּבְחוֹר בַּטּוֹב׃ Butyrum et mel comedet, propter scire ipsum (eo quod scit) spernere malum et eligere bonum. Explicatio Schmidiana phraseos *Butyrum et mel comedet* mystica de *donis unionis personalis*, quae acceperit Immanuel noster sec. hum. nat. *ita vt nouerit* diuina intelligentia *reprobare malum et eligere bonum*, quod ad *officium Christi propheticum* pertineat, est valde coacta, vt quiuis facile videt. Malumus nos sensum naturalem eligere cum cl. Altingio *tom. V. opp. Hept 3. Dissert. 3. th. 60.* et celeb. Wagenseilio *in Tel. Ign. Sat. p. 388. seq.* h. m. Quia voluntas ipsius (pueri Immanuelis Dominiterrae) tantum in bonum fertur, vilem vitae modum sumet, partim vt mundum conuincat vanitatis, qui pompam, lautitias et luxum miratur, partim vt in hoc etiam pauperculis fratribus similis fieret, ad subleuandam et leniendam eorum inopiam et miseriam.

Vers. 16.

כִּי בְּטֶרֶם יֵדַע הַנַּעַר מְאוֹס בָּרָע וּבְחוֹר בַּטּוֹב תֵּעָזֵב הָאַדְמָה אֲשֶׁר
אַתָּה קָץ מִפְּנֵי שְׁנֵי מְלָכֶיהָ׃

Priori promissioni *generali* et *remotae* (h: s. Quam vere Messias, vi promissionis diuinae patriarchis et Dauidi sanctissime factae, ex stirpe Dauidis a pura et illibata illa virgine, הָעַלְמָה, quae in consilio SS. Triados ab aeterno vt mater eius destinata est, in plenitudine temporis post multa demum secula nasciturus est, tam vere domus Dauidica huiusque sedes Hierosolyma a duobus regibus istis exstirpari nequit, sed potius potentissime aduersus eos protegetur. Quod si hocce signum liberationis nec dum sufficiat tollendae incredulitati et diffidentiae in Achabo et aulicis eius, en!) subnectitur iam *specialis* et *proxima*, oratioque assurgit per כִּי huic *exaggeratiuum*: Quinimo antequam sciet puer hic (quem manu gero, Schear Iaschubhus meus, coll. *vers.* 3. conf. Calouius *h. l. p.* 43. 44. Habichh. *h. l.*) spernere malum et eligere bonum, deserta erit terra ista, (Syriae et regni Israelitici. coll. c. VIII, 4. Complementum vaticinii huius habetur 2. Reg XV, 29. 30. et XVI, 9. XVII, 6.) quam tu fastidis, a duobus regibus eius. Constructioni illi Castellionis, *ob cuius duos reges tu es anxius* (approbatae etiam Thomae Gatakero *in Aduers. Misc. Posth. c. 22, opp. crit. p. 666.* ac adoptatae Lud. de Dieu et cl. Vitrin-

CAP. VIII. gae *ad h. l.* coll. Num. XXII, 3.) aduerſatur accentuatio, quae ſic depoſceret ſibi in וְאַרְמָה *Sakephkatonem*, et in קָץ *Thbirum*. Locus cit. Num. tantum indicat conſtructionem verbi קוץ cum מִפְּנֵי, quo cum etiam conſtruitur verbum noſtrum עזב infra c. XVII, 9. Ceterum ad *verſ.* 14. 15. 16. vide contra Iudaeos, praeter Io. Saubertum *de Haalma*, erudite et fuſe diſputantem Danzium *de partu virginis miraculoſo*, et in ſpecie contra Abarbanelem vindicias Altingii *tom. V. opp. hept. 3. diſſert. 3.* Et contra Lipmannum Wagenſeilii *in lib. cit.* Et nuper in nouellum interpretem plus quam Iudaicum et Grotianum, tam in his quam aliis Ieſaiae textibus de Meſſia illuſtribus, atque in N. T. ab ipſo Chriſto et Apoſtolis in ſenſu proprio, non ſaltem accommodatitio et myſtico, allegatis, Kortumium puta cl. M. Beckii Philol. et Theol. antehac Ulmenſis *ſpecimen vindic. Ieſ.*

CAP. VIII, 16.

צוֹר תְּעוּדָה חֲתוֹם תּוֹרָה בְלִמּוּדָי: In quo mandato Meſſiae ad prophetam verbum צוֹר non capiendum eſt in ſenſu *ligandi* cum Luthero et aliis, *Binde zu das Zeugniſs*, ita vt membra ſint oppoſita, et prius praediceret maius iudicium occoecationis et indurationis Iudaeorum incredulorum, *vt omnis prophetia ſit ipſis ſicut verba libri obſignati*, coll. c. XXIX, 11. vtque *audiant audiendo, ſed non intelligant, et videndo videant, ſed non cognoſcant* c. VI, 9: poſterius maiorem illuminationem ac ſalutariorem intelligentiam verbi diuini in veris diſcipulis Chriſti; verum per legem *συνονυμίας*, et vniuocum membrorum reſpectum in ſenſu *efformandi*, prout recte reddit cum Sam. Petito cl. Vitringa *h. l.* coll. 1. Reg. VII, 15. Exod. XXXII, 4. hinc צוּרָה *forma*, *typus*. Verſio itaque eſt: efforma, ἔκτυπε, *bilde ein*, [cui ex ſignificatione *ligandi* affine eſt germanicum *binde ein*] teſtimonium, obſigna (confirma, coll. Io. III. 33. fac ratam et caram) doctrinam in diſcipulis meis, coll. LIV, 13. Io. VI, 45. quibus ero לִמְקֹדָשׁ v. 14. ἁγιασμὸς *ſanctificatio* I. Cor. I, 30. qui *omnia verba mea συντηρῆσαι καὶ συμβάλλεσθαι in corde ſuo*, Luc. II, 19. Senſu pariter *exegetico* et *copulatiuo*, non *diſiunctiuo* et *antithetico* accipit cum Brentio Calouius *h. l.*

Verſ. 20.

אִם־לֹא יֹאמְרוּ כַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין־לָהֶם שָׁחַר: Vbi אם־לא Glaſius, Prüknerus, Piſcator, Sixt. Amama, a ſequentibus diuelluntur, itaque unam propoſitionem in duas diſtrahunt, ac ſi ſit permiſſio indignantis et commi-

minantis, reddentes: *Sin minus?* (h. e. si nolint legem et testimonium consulere) *dicant* (suo damno) *secundum verbum istud* (Pythonum et hariolorum s. pseudoprophetarum) *cui non est aurora* (lux vlla diuinae gratiae et solaminis.) Verum contra *constructionem per accentus*. Sic enim non *coniunctiuus* exigeretur, quem etiam vrget Noldius *in Concord. Part. p.* 988. *b.* sed *distinctiuus*, isque vi consecutionis maior *Rbbia*. Perperam autem Dorscheus ad *h. l. in Pentadec. Disp.* 1. §. 13. seruum *Mahpach* habuit pro subdist. duce *Ithibb.* vid. *Luc. Accent p.* 16. Aliis versionibus sub incudem reuocandis supersedere commodum iubeor opera disputatoria cl. Ortlobii *ad h. l. de Aurora verbi diuini non falsi*, cuius interpretatio nixa pariter auctoritate Io. Marckii *in Exercit. bibl.* et Ialkut Schimuni ad *h. l.* simplicitati literae, constructionis, et idiotismo pronominali אשר לו, aliis male diuulso, אשר vel *pleonastice*, vel *causaliter*, vel *coniunctionaliter* vel *assueratiue* capientibus, omnino est conformior, adeoque extra omnem dubitationis aleam verior, estque haec totius versiculi: Legem et testimonium (*quaerent*,) si non dicturi sint (dicere nolint) secundum verbum istud (Pythonicum,) cui non est aurora. (i. e. nihil lucis et illuminationis, nihil veritatis, nihil salutis est, atque hinc lerna malorum subsequentium v. 21. 22.) Germanico idiomate: *Nach dem Gesez und Zeugniss sollen sie fragen, wo sie nicht solche Worte reden wollen, in welchen keine Morgenröthe ist.* Vbi in membro *Athnachi* elliptico rectissime repetiit cum Seb. Schmidio verbum דרש *inquiret, consulet*, notatis etiam ex illo locis, in quibus דרש non solum cum אל et את, sed etiam cum ל construatur, sicuti pariter ante hac notauimus *in Luc. Accent. p.* 43. Deinde quamuis *lex* et *testimonium* alias *per Synonymiam* coniungantur, commode tamen cum aliis illa discreuit, vt per legem *Mosen*, per testimonium *Prophetas* intelligat. De cetero miror, cur vir clarissimus versionem Tigurinam et Tremellianam ex eo quoque culpet ac reprobet, quod אם־לא *interrogatiue* acceperint *nonne?* eiusque ἐμφάσεως fundamentum loco aliquo probatum velit? Enici illud data occasione supra ad c. VII, 9. non vno, sed pluribus. Quemadmodum enim in continuatione interrogationis affirmatiuae τὸ אם *permutat vices cum* ה, quo de omnes fere paginae sacrae loquuntur, ita et in negatiua אם־לא cum הלא. Quodsi non alia prostarent loca, sufficeret hic vnus omnium euidentissimus apud nostrum Ies. c. X, 9. vbi ἀναντιῤῥήτως אם־לא bis permutatur cum הלא, cui add. c. XL, 28. Nec sane video, quomodo heic loci aliter reddere velit, nisi velit per virtuale assueratiuum, *certe, profecto*, vel, si conditionalem rigide seruare velit, supplere cogitur *ne viuam*, cum aliis in simili *formula iurandi*, coll. Ies. V, 9; quae vero *ellipsis* de

CAP. VIII.

CAP. VIII. Deo merito *horrida et profana* audit B. Calouio *B. l. ad Num.* XXXII, 11. et *Deo indigna* B. Varenio ad Ies. l. c. conf. *Not. Sel. noſtr. in Ep. ad Ebr. p.* 22. *ſeq.* Nec facit huc quicquam auctoritas Noldii, de hac ſignificatione particulae ſilentis. Silet quippe alia accuratiora, et e contrario multa falſa ex falſa conſtructione, ac ſuperflua aduexit. Praeterea non eſt, quod in fine dicti noſtri peculiarem *ellipſin verbi ſubſt.* ſtatuat, quam illud iam reapſe inuoluatur in negatiuo אין, quod ideo cum *praeterito* et *futuro* non conſtruitur vid. *Lux Ebr. p.* 415.

Verſ. 23.

כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ כְּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבוּלֻן וְאַרְצָה
נַפְתָּלִי וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם׃

Haud probantur illi interpretes, qui in hoc verſu continuari putant et exaggeri tribulationes Iudaeorum, vid. Vulgatus, Lutheruscum Vinar. Munſterus, Pagoinus, Ar. Montanus, Gall. Angl. Tremell. Schmidius, Kortumius, contra morem prophetarum, qui comminationibus ſuis ſolent ſubſternere promiſſiones et conſolationes. Nec ſic bene conueniret inter hunc textum et immediate ſequentem cum Matthaeo collatum cap. IV, 15. 16. ſi quidem ſubiectum העם *populus ille* demonſtrat *Sebulonitas*, *Naphtalitas* et *Galilaeos*, quibus lux illa magna euangelica orta fuit. Deinde nec Lutherus, Pagn. Ar. Mont. Vatabl. Calouius, Schmidius, proportioni accentuum, *Segoltae*, ad ſequentia כעת הראשון relato, iuxta ac *Athnachi* ſatisfecerunt, ſupponentes hunc cum Vulgato; item Munſtero, Gall. Angl. Batauis, Dieuio, Calouio, verſione vet. Wormatienſi de a. 1526. et 1527. Schmidio et Kortumio in voce נפתלי. Contra probandi omnino ſunt illi, qui in his verbis *tribulationum limitationem* et *glorificationem* haberi aduerterunt, veluti Bataui, Brentius, verſio vet. Worm. Oſiander, Calouius, Varenius, Habichhorſtius, Guſſetius *comm. L. E. p.* 363 *a.* Hillerus in *Diſſert. de Aenig. Pſ. XLIX*, 15. *p.* 12. et *Inſtitut. L. S. p.* 138. et Reinbeckius in *Doctr. Accent. p.* 385. itemque D. Abichtius in *Diſp. ad h. l.* et nouiſſime cl. Vitringa *h. l.* Verſio itaque inxta veritatem et interpunctionem ebraeam ſonat h. m. Veruntamen non erit obſcuratio (omnimoda, perpetua) ei (terrae) cui eſt anguſtia; ſecundum tempus quidem prius contemtum (vilipendium) exſeruit (Deus) in terram (eſt enim ה locale) Zebulon et in terram Naphtali, ſed poſtremo (eam) glorificabit: *glorificabit*, inquam, [quae ſolennis repetitio verbi emphatica ſe et heic facile commendat, quum alias membrum *Silluki* eſſet incompletum] viam maris (Genezareth coll. Num. XXXIV, 11. Deut. XXXIII, 23. Matth. IV, 18. 19.

18. Io. XXI, 1.) trans Iordanem Galilaeam gentium (*conuenarum*, vt recte cum Grotio Vitringa *h. l.* quoniam teste Iosepho *de Bell. Iud. L 3. c. 2.* vtraque Galilaea populis extraneis fuit circumdata] q. d. Sicut olim regionem *Galilaeae* „ [quam tenuerunt duae tribus *Zebulon et Naphtali*, quam alluit *mare Gene* „ *zareth*, bellicis calamitatibus vilissime tractauit [coll. 2. Reg. XV. 29.] prae- „ tereaque vilis ipsa fuit, nec re militari, nec nobilitate, nec scientia, nec ar'i „ bus claruit; vnde illud: ex *Galilaea nullus propheta*, *nihil boni etc.* Io. VII, „ 52. I, 47. Sic nouissimis temporibus eandem Deus illustrabit, et quidem „ *magno lumine*, praesentia, habitatione, doctrina et miraculis Messiae, et „ plurimi inde erunt discipuli eius gentium doctores, vti seq. versus et colla- „ tio Matthaei euincit. Ita optime se habet paraphrasis Habichhorstiana, „ quamuis non adeo per omnia verso. Nam (α) non affecutus est ebraismum pronominalem לאשר ־לה, cuius naturam plane diuulsit hac translatione: *illi* [populo,] *cui coarctatio in illa* [terra,] altero ל in לה reddito per ב *in*, quum tamen vtrumque sit ל *dativi*. conf. Leu. XXVII, 24. Num. V, 7. *Lux Ebr. p.* 337. *seq.* et *Ebr. Etymol. p.* 163. contra coniunxit ac confudit τὸ לאשר־לה Abichtius *in Disp. cit.* reddens *ad illas* [cum relatione ad אפלה *tenebras*] (β) Membrum *Silluki* elliptice et incomplete transtulit *via* (*in* via, *per* viam ellipsis τοῦ ב) *maris trans Iordanem*, *Galilaea gentium* (populosa.) Nec versio Varenii et Reinbeckii in membro *Silluki*, affecit, inquam, honore *versus mare secus Iordanem*, *Galilaeam gentium*, proportioni *Sakephkatonis* satisfecit, quandoque ista constructio exigeret in הירדן minorem *Tbhirum*.

CAP. VIII. IX.

CAP. IX, 2.

הִרְבִּית הַגּוֹי לֹא (לוֹ) הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה In litera heic nihil occurrit dubii, nisi לא, circa quod in duas scinduntur partes. Vna habet pro *particula negante*, vertentes: *Multiplicasti gentes*, NON *magnificasti laetitiam*. Ita vulg. Lutherus, Pagn. Ar. Mont. Iun. et Trem. Tigur. vt innueretur indignatio Iudaeorum super assumtione gentilium ad ecclesiam Christi. Ab hoc diuersissimum istum ac contorsissimum sensum Iudaeorum et Iudaizantium Grotii et Kortumii de exercitu numeroso et clade regis Assyriorum Sennacheribi, et hinc laetabunda liberatione Hierosolymitanorum plane detestamur. Alii non melius expeditiusue negationi consulere rati, quam per *ellipsin* usitatam *relatiui* אשר h, m. (*quibus*) *gaudium non multiplicaueras* np. in priori sua coecitate. vid. I. B. Carpzouius *in Tug. Spr. n. V. p.* 87. *et cl.* M. Laur. Müllerus *der Erleut.* p. XXXII. p. 493. et 504. At sane decurrens πάθος orationis

CAP. IX. nis השמחה שמחו euidenter arguit continuari descriptionem *gaudii positiui* non *negatiui*, quo de satis in v. vlt. cap. praeced. et הגוי remittit ad τὸ העם vtrumque cum ה demonstratiuo ad populos praecedaneos; et insuper nexum cum seq. cogi per nouam *ellipsin* particulae et *aduersatiuae* et *temporis* ועתה *sed nunc*, illico suspectum reddit id expositionis genus. Quum vero aliis sensus *negatiuus* vix allubesceret ob nimis euidentem connexionem cum antecedente textu, et identitatem subiectorum, adeoque et praedicatorum, ideo aliam interpretationis viam ingressi, *particulae* quidem *negatiuae* formaliter seruatae indiderunt virtualem affirmationem, mediante ellipsi ה *interrogatiui*, communissimi illius asyli, vt hinc versio exsurgat: *Multiplicasti gentem* NONNE *magnificasti laetitiam?* Quominus autem sit לא *negatiuum* obstat Accentus distinctiuus *Tiphcha*, pro quo alias foret *coniunctiuus*, hac forma: לֹא הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה. Proinde altera interpretum pars, notione *negatiua* repudiata, elegerunt cum Chaldaeo, Lxx. et Syro sensum formaliter affirmantem pronominis לו in *Keri* a Masorethis indicati, ac defensi ex professo a cl. Vitringa *Obs. S. l. 3. c. 17.* conf. etiam *Comm. in h. l.* Non quidem ac si lectio haec marginalis sit correctio aut subordinatio τοῦ *Kethibh* textualis, itaq; semper prius disquisitione opus sit, *num Kethibh praeferendum sit* τῷ *Keri? aut hoc illi?* aut num in tali ambiguitate *vtrumque quoquo modo combinandum?* quod et heic nonnulli faciunt, quo certiores se reddunt: NONNE EI *magnificasti laetitiam?* sed insinuans alteram eiusdem sensus lectionem, aeque authenticam, in codicibus Esdraeanis obuiam, vti h. l לו per ו, sueta alternatione quiescentium א et ו. conf. excell. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 68. et *Luc. Ebr. p.* 19. *seq.* Versio itaque genuina est: Multiplicasti hanc gentem, EI magnificasti laetitiam. Affirmatiuam pariter elegit B. Gerh. Titius *in supr. cit. animadu. disquis.* 1. at in accentus peccantem hanc: *Multiplicasti gentem* EI (sc. *luci:*) *Du hast viel Heyden zu dem Lichte bracht, darum machestu der Freuden viel, Tiphcha* sic plus distinguente ipso *Sakephkatone.* Supponit talem interpunctionem: הִרְבִּית הַגּוֹי לֹא הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה:

Vers. 4.

כִּי כֹל־סְאוֹן סֹאֵן בְּרַעַשׁ וְשִׂמְלָה מְגוֹלָלָה בְּרָמִים וְהָיְתָה לִשְׂרֵפָה מְאֻכֶלֶת אֵשׁ:

Bifariam peccatur heic ab interpretibus, dum 1) in territorio *Sakephkatonis* voces סְאוֹן סֹאֵן per *paschiam* distinctas coniungunt, *conflictatio, pugna confligentis*, ac si talis esset כִּי כֹל־סְאוֹן סֹאֵן בְּרַעַשׁ 2.) *Athnachum* ad

ver-

verba והיתה לשרפה detrudunt, cum traiectione etiam *copulae* ו ad מאכלת. CAP. IX.
itaque praedicato ditionis *Silluki* male disrupto, et incongrue pariter ad primum subiectum, ad *pugnam*, relato. Sic enim Lutherus: *Denn aller Krieg und Vrgestüm und blutig Kleid vvird verbrannt, und mit Feuer verzehret vverden.* Versio potius distinctior et congruentior haec erit: Nam omnem pugnam (est *Infinitiuus* nominascens) pugnat quis cum commotione, (et concussione magna armorum et terrae) et vestimenta (est enim singularis collectiuus) volutantur in multo sanguine; aut (coll. *Luc. Ebr. p.* 271.) erunt in combustionem, pabulum ignis.

Vers. 5.

כי־ילד ילד־לנו בן נתן־לנו ותהי המשרה על־שכמו

Nam puer natus est nobis, filius datus est nobis; (de insigni differentia ac emphasi nominum ילד et בן, illius cum seruo *Munach*, huius cum digniore accentu *Ithibb*, in paritate licet membrorum, conferri meretur *Lux Accent. p.* 45.) et erit principatus super humerum eius i. e. *plenarie αὐτοκρατορικῶς καὶ αὐτοπροσώπως* (absque vllo vicario) *principatum et regnum suum administrabit*, coll. Matth. XXVIII, 18. perinde ac de Eliakim, vt typo Messiae Apoc. III, 7. dicit Iehoua infr. c. XXII, 22. *se clauem domus Dauid positurum esse* על־שכמו *super humerum eius*, i. e, omnem aulae regiae administrationem ipsi committere velle. Chaldaeus Ionathan, a sensu literae deflectens, pie quidem ad obedientiam Christi actiuam respiciendo interpretatur וקבל אוריתא עלוהי למטרה *et suscepit legem super se, vt seruet (impleat) eam.* Sicuti complures interpretum Christianorum ad obedientiam Christi passiuam respiciunt, principatum eius a regibus mundanis diuersum monstrantes *in portatione crucis*, oculum forte intendentes, ad spuriam istam et duram apud nonnullos interpretes et ecclesiae patres interpolationem verborum Dauidis in Ps. XCVI, 10. *Dominus regnauit* a ligno; ex pio cuiusdam glossemate in textum dein assumto enatam. Qua de conferri potest praeter Hottingerum in *Thes. Philol. p.* 188. sq. et Dorscheum in *Pentad. Disp. VI.* §. 3. erudita *disputatio* B. D. Ittigii, vna cum *Hist. Eccl. II. sec. p.* 130. et doctae *Vindiciae* D. B. H. Gebhardi Prof. Gryph. contra Pezronum *p.* 43. *seqq.* et nouissime D. Deylingii *Obs. S. P. II, p.* 213. *seqq.*

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי־עד שר־שלום׃

CAP. IX. Circa hoc membrum *Silluki* dubium subnascitur: *Num ad mentem Spiritus S signis dictionum expressam, omnes illi quinque tituli Messiae competant?* prout quidem e communi suffragio interpretum Christianorum ei tribuuntur. Ratio dubitandi est, quod sic in שמו, vi dictaminis logici, omnino et ἀναντιῤῥήτως exigeretur sensibilis distinctio maior, et quidem per repetitum *Sakephkatonem*, vt ita actus *denominationis* ipsi *denominato*, vt vnum tum orationis membrum per qaaestionem QUOMODO? constituenti (coll. *Luc. Accent. p.* 38.) contra distingueretur, vel pro coepta consecutione saltem per *Paschtae* dominum subordinatum *Tlischa gedolam*. Iam vero quum ibidem per transpositionem sit minor *Geresch*, et in פלא maior *Tlischa gedola*, indicatur, cursum orationis non paulisper sistendum esse in שמו, vt alias quidem fieret, aliaeque linguae per *colon* vel *comma* distinguere solent, sed potius in פלא, ceu vno nominatiuo verbi actiui ויקרא. Id namque requirunt leges lectionis et constructionis, vt ea eousque interrupta serie protendatur, vbi apparet accentus dominus maior territorialis. Ergo et in nostra pericope legendum et construendum est vsque ad *Sakeph Katonem*, conspicuum in גבור, vt pote cui reliqui accentus subordinantur. Solet autem ista transpositio accentuum fieri, ne regula fundamentalis *maior maius perfectiusue*, *minor minus subdistinguit*, infringatur aut confundatur. Sic Esr. V, 3. אתה עליהון תתני *venit ad eos Tattenai.* Gen. I, 12. ותוצא הארץ דשא *et produxit terra gramen*, et alibi. (vide sis *Luc. Accent. p.* 63. et *p.* 106. (3) 114. *l.*) qua ratione nil extraordinarii heic iam agnoscendum, vbi naturalis seruatur constructio. Ex quanunc pronum est colligere, et dubium decidere, quod videlicet Spiritus s. intenderit *subiectum denominans* contradistinguere *denominato*, adeoque duos vltimos solummodo titulos Messiae nato adiudicatos voluerit, indicio pariter non leui τῶν *Makkeph* inter illos solos. Hinc talis nunc prodibit versio, cum suis virgulis proportionate notata: Et vocabit nomen eius | Mirabilis | Consiliarius || Deus fortis |‖ patrem aeternitatis | principem pacis ||| Dicitur *Deus pater* פלא *mirabilis*, quum sit sine origine, ἀγένητος. Filium genuit, nec prior est genito. Nec natus suo Patre posterior. Quid mirabilius hoc Patre, qui tam mirabilem Filium sibi genuit, nobis vero dedit? inde etiam nomen *Filii* vt angeli increati vocatur פלא vel פלי (iuxta symb. text.) *mirabile*, Iud. XIII, 8. Heic vero vocatur יועץ *consiliarius*, propter חכמות *summam sapientiam* Prou. I, 20. VIII, 12 21. ὁ λόγος, qui omne consilium Dei ad salutem nobis reuelauit, et ex sinu Patris sui exposuit. Et *Spiritus S.* est אל גבור *Deus fortis*, *potens*, qui per ministerium verbi in opere regenerationis et conuersionis poten-

CAP. IX.

tenter et efficaciter se exseris. Quo pacto habemus in hoc passuko praeter *incarnationis* simul SS. *Trinitatis Mysterium.* Nec sic opus *ellipsi* nominatiui ad ויקרא *et vocauit* scil. *quilibet fidelis*, vel, quod magis pro nobis, *Deus Pater*, quum heic expresse ponatur. Dicis: *positum nominum* post קרא *vel* קרא שמן *accipi debere de denominando.* Sed regulam hanc non procedere, teste ipso Varenio ad *h. l.* non consultis accentibus, patet ex Iud. VI, 24. ויקרא־לו יהוה שלום quod sine respectu ad illos reddunt, et *vocauit illud*, *Dominus Pacis.* sic et Luth. vel *Dominus (est) pax.* Ad quem locum conf. vberius *Not. sel.* sic absque illorum consilio in Ies. c. XLV, 3. vertere quis Ies. XLV, 3. posset, *vt cognoscas*, *quod ego* sim *Ieboua*, הקורא בשמך *qui voco* te *nomine tuo Deum Israëlis.* E. Cyrus esset Deus Israëlis. Ad quod dubium respondet, sed insufficienter, Varenius: *discernat talis obiector positum nomenclaturae superioris a praesenti particulato, et patebit ignoratio elenchi.* Non enim facit ignorationem elenchi, quod heic loci קרא sit constructum cum particula ב. Siue enim dicas, *vocare aliquem nomine*, siue *vocare nomen alicuius*, perinde erit. Verbo etiam קרא ceu aliis verbis actiuis *postponi* saepissime *nominatiuum*, notissimum est. vid. praeter *l. c.* Iud. Gen. XXXI, 47. II, 19. Exod. III, 4. etc. Licet differentia saltem haec intercedat, quod in istis similibusue locis verbum קרא regat simplex nominatiuus, in nostro complexus. Praeterea nec id praetermittendum est pro autoritate expositionis nostrae, quod idem Varenius mentem Chaldaei Ionathanis contra Raymundum in *Pug. Fid P. III. dist. 3. c. 7.* ita interpretetur, vt non solum duo priora nomina פלא, יועץ, sed etiam tertium אל גבור ad Deum denominantem, contradistinctum Filio vt denominando referenda sint. Neque dubitat, quin ita intelligi suam paraphrasin Ionathan voluerit, vt etiam ille אלהא גברא sit is, a quo nomen illius *Principis*, cui *principatus in humero*, vocandum sit, siue illi *Principi nato et Filio dato* sit imponendum. Vnde si illum interpretatus fuisset *Pugio*, dixisset magis verisimilia: — atque adeo NB. *in consonantia fontium danda*, Chaldaeus ita reddendus esset: *Et vocabitur nomen eius ab admirabili Consilio, Deo forti, viuens in secula*, CHRISTVS *in cuius diebus pax super nos multiplicabitur.* Pergit: titulus *Patris aeterni* in Chaldaismo ad denominatum quidem referri„ poterat; ceterum probabile magis est, Chaldaeum vnum et vltimum in hac„ nomenclatura nomen denominato reliquisse, vt ita iuxta illum *Deus*„ *admirabilis*, *consiliarius*, *Deus fortis*, *Pater aeternus* ponatur no-„ menclator illius *Pueri et filii nati ac dati*, quem nominauerit *Principem Pa-*„

CAP. IX. „cis. Deinde ait: Equidem si iam probatus esset ille positus nomenclatoris „admirabilis, consiliarii, Dei fortis, ita vt habeat rationem subiecti, vti illud „קרא שמו praedicati, NB. *non adeo obstaret accentuatio, ita vt sola „nomina post Sakephkaton essent denominati, illa autem tria no-„minantis.* Ex quibus apparet boni Vareniani, interpretis alias oculatissimi, animus haud parum fluctuans, tametsi tandem communi sententiae adhaereat. Ita hactenus simpliciter et neruose demonstraui, quid veritas ebraica velit, intendat, indigitet? idque omnes genuini accentuationis filii, vel nullo monente, cum Varenio facile videbunt et agnoscent, adeoque neque me errasse, aut accentibus abusum esse videbunt, quando aliquot abhinc annis in *Praef. Luc. Accent.* cl. Io. Franckio Mecklenb. in *Abysso Mysteriorum et beneficiorum* beneficio τῶν טעמים istum sensum aperienti applauserim, et nunc in hac sua sede accuratius pro meo modulo explicuerim. Nec improbauit id scrutinium viri docti iudicium Facult. Theol. Rostoch. quod apponit in *Pseudophilo Abicht.* §. *XIV.* Quod si vero quidam eum necdum vident, aut videre possunt, praeiudicio autoritatis et receptae sententiae, vel ex mera ignorantia simplici, vel prauae dispositionis, per me licet, nec moror, nec mordeor ego, nec dicam ei propterea scribam aut iurgii serram reciprocabo. Nec cum laude tacendus est e Reformatis D. Godefr. Iüngst Theol. Brem. qui in *Disp. pec. ad h. l. a.* 1714. eandem nobiscum diuinae interpunctionis catenam et potestatem clare perspexit atque defendit, nisi quod in hoc differat, quod tria distincta epitheta פלא יועץ אל גבור non referat etiam ad tres distinctas Deitatis personas denominantes, sed tantum ad vnam np. *Deum Patrem.* Minime vero existimem, fore aliquem ea insciția vel malitia, vt ogganniat, expositionem nostram patrocinari Iudaeis iuxta ac Socinianis, quum nostra sane ab horum toto coelo differat. Illi quatuor titulos ad denominantem referunt, quintum demum et vltimum denominato Principi np. Hiskaie relinquunt h. m. *Et vocabit nomen eius mirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater aeternitatis: Principem pacis.* vid. Raschi, Kimchi, Abarbanel *h. l.* et R. Lipmann *in Nizach. c. 226. f. 125.* Quod vero constructionis genus manifestam vim facit interpunctioni sacrae originariae, dum minori *Tipchae* maiorem perfectioremue tribuit distinctionem, quam maiori *Sakephkatoni.* Nostra autem interpretatio de Messia *diuinitatem* eius non destruit, sed adstruit, quando dicitur אבי־עד *Pater aeternitatis, et auctor* (coll. Gen. IV, 20. Iob. XXXVIII, 18.) *vitae aeternae*, τῦ μέλλοντ⟨ος⟩ αἰῶν⟨ος⟩; vel ἄιτι⟨ος⟩ σωτηρίας αἰωνίᾳ Ebr. V, 9. *aeternae redemtionis*, Ebr. IX, 12. et aeternae iustitiae, Dan. IX, 24. quique ideo semen et progeniem fidelium habet

habet inenarrabilem Ies. LIII, 8. 10. Ecquid amplius a Iudaeis et Photinianis desideraremus, quam si talem in Christo agnoscerent? Quanquam R. Abarbanel, postquam nomina ista de Hiskia exposuerat, demum saniori mente concludit, in Hiskia non compleri שלמיות האלה *perfectiones illas*, et addit: שהן עתידין להשלם במלך המשיח *illa omnia fore adimplenda in rege Messia filio Dauid.* Kortumius cum Grotio translationem Iudaica veteri multo peiorem, et Christiano homine ne dum doctore indignam, procudens, *und man vvird ihn nennen den unvergleichlichen* (in paraph. *einen auserlesenen*) *den Rathgeber* (*Klugen*) *den unüberwindlichen Held* (*den tapfferen*) *immer Vater*, (*stets liebreichen*) *Fürst des Friedens* (*friedfertigen Fürsten*) pro merito vapulat cl. Beckio *in Specim. Vindic. Ies.* Quamuis etiam B. Lutherus cum Hieronymo. Vulg. Pagn. Ar. Mont. titulum אל גבור inuito ferue *Munach*, et loco Cap. X. 21. separauerit, approbatus licet in hoc B. Sauberto *in Pal. Th. p. 171. c. fin.*; tamen ob translationem illius *Krafft*, *Held*, iniuria *Arrianismi* insinuatur a Iesuita Forerio *in Man. Luther. P. 2. C. I. p.* 181. *seqq.* et Possenio ap. laudantem Corn. a lap. *in Comm. sup. Ies.* qui *in lib. de Atheismis haereticorum cap. 2. et 3.* inter Arianismos Lutheri et hunc retulit, quod *h. l.* paruulo nato Immanueli nomen *Deus* sustulerit. Nam quae *Tom. VIII. Ien. Germ. f.* 145. de Christi diuinitate scripta reliquit, eo eum satis abunde eximunt, vbi quoque vocabulum אל *GOtt* reddidit; eique אל *Deum* significanti parallelum esse alterum illud *Krafft* cl. Antonius Bynaeus *in Chr. crucif. p.* 449. demonstrat. Quid vero dicent pontificii de suo socienno Vatablo, qui in suis annotationibus reddit, *Heros* fortis. CAP. IX.

Vers. 6.

וּלְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין־קֵץ עַל־כִּסֵּא דָוִד וְעַל־מַמְלַכְתּוֹ לְהָכִין
אֹתָהּ וּלְסַעֲדָהּ בְּמִשְׁפָּט וּבִצְדָקָה מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם קִנְאַת יְיָ
צְבָאוֹת תַּעֲשֶׂה־זֹּאת׃

Vbi (α) circa *Mem clausum*, in media dictione למרבה quae mysteria, quae figmenta et pigmenta non in medium afferunt Iudaeorum magistri! quaeque auide arripiunt et amplexantur Christiani! at vere nubem pro Iunone. Simulac enim inspexeris excellentissimi Hilleri *Arcanum de Cethib et Keri p.* 139, certe vt solis radiis lamiae atque larvae omnia ista arcana disparebunt. Edoceberis quippe sanius, istud ם esse symbolum, quod duae priores literae ל et מ ad alterem lectionem haud pertineant, aut pars eius sint, adeoque vna lectio sit למרבה, altera רַבָּה eiusdem tenoris, h. m.

CAP. X. Amplitudini principatus, vel amplus, magnus erit principatus, (quam lectionem sequuntur LXX. μεγάλη ἐστὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆ) et paci non erit finis, super s. in throno Dauidis (*patris sui*, coll. Luc. I, 32.) et in regno suo; (non tantum supra Israelem corporalem, sed maxime spiritualem) ad firmandum et fulciendum iure et iustitia: (quae vocabula frequentissime per *Synonymiam* coniunguntur, ad docendum, improbitatem esse puniendam, et probitatem defendendam et remunerandam) a tempore praesenti vsque ad perpetuum Zelus Iehouae (Dei) exercituum, (non tantum pro familia Dauidis et regno Iudae, sed pro genere humano a tyrannide et seductione diaboli vindicando, per *Principem pacis* datum.) faciet hoc. (β) Verba מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם Lutherus, aliaeque versiones a Reinbeckio *p.* 385. *sq.* examinatae, et nouissime Kortumius cum Schmidio reiecerunt ad ditionem *Athnachi*, quum tamen per illius interpositionem manifeste indicetur, ad *Silluki* territorium ea pertinere.

Vers. 8.

וידעו׳ חעם כלו אפרים וושב שמרון Et cognoscent (experientur, *sie werdens vvohl inne vverden*, quod scil. *verbum meum* comminatorium *ceciderit in Israelem*, et *non in terram*, coll. 1 Reg. VIII, 56. 2. Reg. X, 10. *et Ebr. Etym. p.* 108; sed naturam habuerit seminis boni, in terram quidem inutiliter sparsi, et quasi perire visi, ast suo tempore viuidam suam vim pulcre exserentis) populus totus, inprimis Ephraiim et incolae Samariae. Hanc enim tribum eiusque metropolin ἐξαιρέτως meminit propheta. Vnde minus bene Lutherus, non attenta distinctione maiore *Sakephkatonis*, τὸ כלו cum אפרים construit, *dass es solle inne vverden alles Volk Ephraim*, ac si talis esset accentuum dispositio וידעו העם כלו אפרים וושב שמרון Minus etiam recte *in vers.* 10. את־צרי רצין vertit *des Rezins Kriegs-Volk*, quasi pro צרי legeretur צבא vel חיל, quum vertendum sit *des Rezins Feinde*, np. Assyrios ab Achaso conductos, coll. 2. Reg. XVI, 7. 8. 9.

CAP. X, 4.

בלתי כרע תחת אסיר ותחת הרוגים יפלו

Si non incuruabitur (coll. c. LXV, 12. sc. איש *quisque*) sub vinctis, tum sub occisis cadent, q. d. aut captiui erunt abducendi illi iustitiae

tiae corruptores, *und ungerechte Vrtheil-Fasser*, aut interficiendi. Ita rectius Varenius et Habichhorstius. Germanice: *vvird nicht (ein ieder) sich beugen und krümmen müssen (zu den Füssen des übervvinders) unter denen gebundenen (gefangenen,) so vvird er doch unter die Erschlagenen fallen.* Gussetii expositio, *qui non procubuerit*, np. ante hostem victorem se demittens, *cadet sub captiuis aut sub occisis*, in Comm. L. E. p. 129. a. coll. p. 405. a. peccat in interpunctionem ebraeam, supponens in verbo כרע regem maiorem *Sakephkatonem*, hac accentuum consecutione בלתי כרע ותחת אסיר תותח הרוגים יפלו Aliter peccat Schmidii versio: (Qui enim) *non incuruauit se*, *infra vinctum* (se incuruabit;) quae supponit in eodem verbo כרע maiorem ducem *Rbbiam*, cum tali accentuationis forma m, i. בלתי כרע תחת אסיר

CAP. X.

Vers. 5.

הוי אשור שבט אפי ומטה הוא בידם זעמי׃

Versio vulgata, *Vae Assur! virga furoris mei et baculus ipse est. In manu eius est indignatio mea*, neglecto *Athnacho* in אני eum supponit in voce seruo notata, hac accentuum facie הוי אשור שבט אפי ומטה הוא בידם זעמי׃ Germanica Lutheri, qua membr. 2. *und ihre Hand meines Grimmes Stecken ist*, posthabito *praefixo* ב in בידם, hunc vocum positum et formam desiderat; וידם מטה זעמי הוא Reinbeckius p. 388. constructioni quidem vocum conformiter reddit, *Vae Assur, qui est virga irae meae! nam baculus ipse*, qui est *in manu eorum*, est *indignatio mea*, nisi quod versio haec in memb. 2. duritiem inuoluat, et in ו in ומטה non necessario *causaliter* reddat. Sicuti enim non dicitur *Assur est ira mea*, ita nec dicendum, *baculus est indignatio mea*. Licet ita pariter dicat cum Hieronymo, Cocceio, Belgis, Lud. de Dieu, cl. Vitringa *b. l.* Proinde in correspondentiam membrorum, proque indole naturali sermonis malumus hanc, quae et Schmidii et baculus ille existens in manu eorum, est baculus indignationis meae.

Vers. 15.

האם־יתגדל החשור על־מניף בה שבט את־מרימיו כהרים מטה לא־עץ׃

Quum postremo pars difficultatem habeat haut leuem, videbimus, num leuare, si non penitus tollere, eandem queamus hoc versionis genere: Num

CAP. X. Num (אם enim in continuatione interrogationis solet cum ה interrogatiuo permutari, coll. *Luc. Ebr. p.* 276. adeoque non est heic loci conditionale *si*, vt quidem est Varenio, nec probatum accentuationi, siquidem sic repetitus *Sakephkaton* perfectiore sua haut gauderet interpunctione) magnificaret se serra contra agitatorem suum? perinde ac si agitaret virga eleuatores suos, aut quasi baculus, qui nonnisi lignum, eleuaret (sc. *agitatores suos*) Germ. *eben als vvenn ein Stab hin und her bevvegen könte die, die ihn heben und führen, oder ein Stecken, so doch nichts als ein (kraffiloses) Holtz ist, empor zu heben vermöchte die ihn führen.*

De sensu vers. 22. 23. vid. Not. sel. in Ep. ad Rom. IX. 28.

Vers. 26.

ומטהו על־הים ונשאו בדרך מצרים׃

Vbi *baculus* non est amplius Assyrii *actiuus*, vti vers. 24. quo de quidem acceperunt Schmidius et Kortumius, sed potius *actiuus Iehouae*, vt proximi subiecti contra Assyrium, על־תבלתם *super consumtione eorum* vers. 25. itaque sensus est: et baculum suum (supple *tollet pro ratione* e. m. seq.) super mare (rubrum) tollet, inquam, eum pro ratione (super) Aegyptios (Pharaonem.) Germ. *und vvird seinen Stab (aufheben vvie) über das (rothe) Meer, aufheben vvird er ihn vvie über die Egyptier:* vt ita idem bis cum pondere dicatur.

Vers. 27.

וחבל עול מפני־שמן׃ Et corrumpetur iugum propter oleum, i. e. affluentiam bonorum non tantum corporalium, sed maxime spiritualium, quibus pii Iudaei fruentur abet in redemtore Messia, vtpote qui *sine mensura vnctus est oleo Sp. S.* Ps. XLV, 8. Ies. LXI, 1. Sublimius enim quid verba nostra spirare olfecit Chaldaeus Ionathan, quando notanter ita interpretatur יתברון עממיא מן קדם משיחא *frangentur populi illi a Messia.* Illum secutus est Tremellius et Batavi. Et omnino pro sensu hoc eminentiori id facere, annotat B. Varenius, quod *oleum hoc desit vnctiuum iugi* in peculiari membro ponatur, quum iam antea in m. i. expressa fuerit ipsa *sublatio oneroſi iugi*, atque adeo opus haud fuerit emphatico positu *illius olei*; quumque iam *confractor* על סבל Cap. IX. 3. sit *Messias.* Varenio assurgit, vt solet, Habichhorstius *ad h. l.* et Noldius *in Concord. Partic. p.* 1016. *n.* 1475. exponentes *propter*

pter vnctionem i. e. *Messiam vnctum tuum*. Quibus adiungi meretur cl. Vitringa, qui tandem sensum loci planius exhaurit h. m. *Omnia imperia* regno Dei et Christi inimica et *ecclesiae grauia*, *causa regni* CHRISTI, et per virtutem *Spiritus Domini*, super ipsum recumbentis c. XI, 1. esse *abolenda* et *destruenda*, vt *regnum Christi* VNCTI Domini de omni potestate inimica triumphet, et regna mundi omnia fiant DEI et CHRISTI *eius*. Apoc. XI, 15. CAP. X. XI.

Vers. 29.

עברו׳ מעברה גבע מלון לנו. Transeunt vadum, (coll. c. XVI, 2. et 1. Sam. XVI, 4. Varenius cum Piscatore interpretatur *angustias montium*, *die Bergstrassen*, per quas eundum erat profecturis ex Ephraiim in Beniamin 1. Sam. XIII, 23. add. cap. seq. XIV, 4. 5. vbi traiectus iste describitur vt medius et angustus inter duas rupes) Gebae pernoctationem pernoctant, *in Geba halten sie ihr Nachtlager*. Ira simplicius, vt verbum neutrum amet secum, ceu alias, suum verbale. Lutherus vertens: *Sie ziehen vor unserm Lager Geba über*, transiit plenum et commodum sensum huius loci. Versio Kortumii, praeter ellipsin אשר־שם *Sie gehen über den Furth Geba, und halten (daselbst) ihr Nachtlager*, impingit in interpunctionem, minori *Tiphchae* maiorem tribuens distinguendi vim, quam maiori *Sakephkatoni*. Pro qua talis modi foret interpungendi ratio עברו׳ מעברה ׳גבע מלון לנו׳.

CAP. XI, 3.

והריחו ביראת יהוה Verbum Hiphilicum הריח heic ambiguum est, sitne reddendum transitiue s. causaliter *odorem facere*, *suffire*? vt innuatur pars officii sacerdotalis et propitiatorii Messiae *in offerendo preces et supplicationes tanquam sacrificia et thymiamata*, coll. Ebr. V, 7. sicuti volunt Lutherus in *gloss. marg.* Glassius *Rhet. S. col.* 1578. Prücknerus *in Vindic. V. T. P.* 3. *ad h. l. p.* 29. Schmidius, D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 907. et D. Buddeus *in Exercitat. de fragrantia Christi p.* 40. 41; an vero intransitiue *odorari*? ex virtute vicaria coniugationis *Kal* carentis. (carente enim *Kal* solet vices eius supplere coniug. *Piel*, aut, in defectu et huius, *Hiphil*.) Iam si in hac ambiguitate verbi nostri in *solo Hiphil* vsitati vsum biblicum sollicite attendamus, sicut omnino ad confirmandum animum attendendus est, deprehendimus, solam significationem intransitiuam, et propriam et impropriam, in eo militare, ceu cuiuis loca conferenti patebit, vt Gen. VIII, 21. de Deo, et Sam. XXVI, 19. *si Iehoua incitauit te in me*, יריח *odoretur sacrificium* tuum, 1. Sam. i. e. XXVI, 19.

CAP. XI. i e. sit tibi Iehoua placatus et propitius, nec puniat te propter hoc factum, sed potius iuuet et seruet te. Gen. XXVII, 27. de Isaaco. Iob. XXXIX, 25. de equo. Iud. XVI, 9. de filo stupeo *καταφρηγικῶς*. In quibus est constructio cum accusatiuo. Sic cum praepositione ב Leu. XXVI, 31. *Et non* אריח ברוח *odorabor in* Leu. XXVI, 31. *odorem quietis vestrum* i e. sacrificiorum expiatoriorum vestrorum. Germ. *Und ich will nicht riechen an oder auf euren süssen Geruch Am. V, 21. Et non* אריח בעצרתיכם *odorabor in maximas solennitates vestras.* Exod. XXX, 38. *Quicunque fecerit simile* (thymiama) להריח בה *vt odoretur in illud, das er daran rieche, exscindetur e populo suo.* Vulg. *vt odore eius perfruatur.* Quare ergo in nostro loco non eadem, eadem obtinente constructione, obtinebit significatio? et odorari eius erit in timorem Iehouae, *und er wird riechen* (*scharff und gewiss mercken*) *auf die Furcht des HERRN* i. e. accurate, acriter et certissime pernoscet, quis DEVM timeat nec ne? confirmante membro seq. exegetico. Non enim iudicabit ex externis, vt homines solent, *secundum adspectum oculorum et auditum aurium*, vtpote quod iudicium fallere potest, *sed ex odoratu quasi*, qui minus errori est obnoxius, *facile et infallibiliter abscondita oculis auribusque cognoscet ac diiudicabit.* vid. pro hac sententia Kimchi et Aben Esra, Iunius, Pisc. Vatabl. Sixt. Amama *Antib. Bibl. l.* 4. p. 653. Osiand. Calouius *B. l. h. l.* Frischmuth *Disp. ad h. l.* §. 16. Dassouius in *coll. MSC. de Emph. voc. Ebr. sub V.* רוח. Varenius, Habichhorstius, *ad h. l.* Vitringa *h. l.* Ceterum vt et hoc *ὡς ἐν παρέδῳ* moneamus, quod ex falsa tum interpunctione, neglecto Silluko et Soph Pasuk, tum interpretatione phraseos nostrae a Lxx. et vulg. itemque ex Ebraeis Raschio, per *et replebit eum spiritus timoris Domini*, *sex donis spiritus* super Messiam recubituris supperaddatur *septimum.* Et ad vitandam tautologiam *sextum* ויראת יהוה *et timoris Iehouae* conuertitur *pietatis.* Atque ex isto fonte erroris fluxit in hymno Pentecostali, *veni Creator Spiritus*, thesis illa: *Tu* SEPTIFORMIS *munere, du bist mit Gaben siebenfalt* etc. it. in illo: *Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum* SEPTENARIVM. Quod prius tamen postea, in aliquot cantionum libellis mutatum est in *Mannigfalt.* Quod etiam illustria et extraordinaria dona Spiritus de Messia praedicentur, fatentur pariter Chaldaeus., D. Kimchi, Raschi, et Abarbenel, qui alios refutat, de Hiskia vel Serubabel explicantes.

Vers. 6. 7. 8. 9.

Praefiguratur in hoc textu in genere per ventosam allegoriam hominum antea auersorum seque inuicem auersantium sub N. T. intima conuersio, ac ani

animorum coniunctio per communem inuicem fidem, et diuitias cognitio- CAP. XL
nis Christi. Nam sicuti per *agnos*, *haedos*, *vitulos* et *vaccas* metaphorice *homines Christiani iam conuersi et mansueti intelliguntur*, sic per *lupos*, *pardos*, *leones* et *vrsos* intelliguntur *homines ferociores*, increduli hactenus et persecutores, tam inter Iudaeos quam gentiles, sed *nunc*, quoad animum mutati et *conuersi*, *mites et humiles*. conf. Matth. X, 16. Act. I, 3. sqq. IX. 1. sqq. XXII, 4. 5. 6. 1. Tim. I, 13. Act, IX, 16. similem allegoriam habes Act. X, 10. Per *puerum paruum* et *lactentem* atque *ablactatum* intelliguntur contemti humilesque *Christi discipuli*, coram mundo *infirmi*, *ignobiles* ac *stulti* qs. pueri, coll. 1. Cor. I, 26 27. 28. Act. IV, 13. ipse etiam Saluator LXX. discipulos ex medio luporum cum triumpho reuersos diserte et notanter *infantes et lactantes* nuncupauit; qui quidem ante ascensionem eius atque Pentecostalem flaminis baptismum instar *lactentium* habebant, *quibus multa adhuc dicere habebat* Christus, *sed iam portare* (tanquam *opus adhuc habentes lacte et non firmo cibo* Ebr. V, 12.) *non valebant*, Ioh. XVI, 12. *accepta* autem *Spiritus* S. *superuenientis virtute* Act. I, 8. *ablactatorum* instar erant, solido iam cibo vescentes. Sub nominibus *serpentum* quin respectus ad *antiquum* habeatur *serpentem*, Apoc. XII, 9. nullum mihi cum B. Vareniо heic, vt alias oculatiore, eiusque sectatore D. Habichhorstio est dubium, atque ita per *aspidem* et *basiliscum* significantur illi *serpentes* et *scorpiones*, *in quos* certe *calcandos lactentibus suis discipulis potestatem dedit* Saluator, Luc. X, 19. et de quibus iidem ad eum ita referebant; *etiam daemonia nobis subiecta fuerunt*, h. e. ex obsessis excesserunt, *in nomine tuo* v. 17. Vnde et colligitur, per *foramina* et *cauernas* aspidis et basiliscі partim intelligi *spiritualiter obsessos*: hinc ipsos scribas et Pharisaeos Matth. XXIII, 2. 33. c. XII, 34. Saluator appellauit *serpentes* et *viperarum progeniem*, nec non Ioannes baptista Pharisaeos et Sadducaeos *viprarum progeniem* Matth. III, 7; partim vel maxime *corporaliter obsessos* δαιμονιζομένους, qui domus antiqui serpentis vocantur Matth XII, 44 Luc. XI, 24. super quam aspidis domum seu cauernam *lactentes* et *ablactati* Seruatoris discipuli cum שעשועים *multis oblectationibus*, ceu heic praedictum, h. e. fiducialiter in respectu ad Christum, infernalis basiliscі contritorem, in nomine eius *extenderunt manus*, et sic *aspidem* ex foramine eiecerunt, iuxta promissionem Marc. XVI, 17. et iuxta exemplum, quod cum triumpho referebant discipuli Christi l. c. Luc. X, 17. Ex quibus iam patet, *actus* hos *lactentis* et *ablactati esse ministeriales*, intrepide et confidenter mutationem *foraminis et cauernae serpentum* h. e. *obsessorum* curantes.

CAP. XI.

Vers. 9.

כְּמַיִם לַיָּם מְכַסִּים׃ Sicuti aquae mare (s. alueum maris) obtegunt. conf Hab. II, 14. vbi pro ל est עַל. Contra accentus et formam Vulg. Lutherus et Tigur. vertunt: *sicut aquis maris obtecta*, cum respectu ad *terram*, *vvie mit Wasser des Meeres bedeckt*, supponentes hanc vocum et accentuum faciem: כְּמַיִם הַיָּם מְכַסֶּה׃ Rectius Lutherus *in l. c. Wie Wasser, das das Meer bedecket.*

Vers. 10.

וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא שֹׁרֶשׁ יִשַׁי אֲשֶׁר עֹמֵד לְנֵס עַמִּים אֵלָיו גּוֹיִם יִדְרֹשׁוּ וְהָיְתָה מְנֻחָתוֹ כָּבוֹד׃

Et fiet in tempore isto, vt radicem Iischai, quae stat in signum populorum, illam, inquam, gentes inquisiturae (et consulturae) sint; *Daß nach der Wurzel Isai, die da stehet zum Panier den Völckern, daß nach der, sage ich, die Heyden fragen vverden*, (coll. c. VII, 19. Gen. XLIX, 10. Luc. II, 31.) et futura sit requies eius gloria (glorioſa.) Vbi I. recte iam notauit Habichhorstius *ad h. l.* Muſculum *in Comm. h. l.* verba initialia contra accentus reddidisse: *et erit in die illo radicis Iischai* i. e. Messiae; quum in voce הַהוּא per dominum territorialem *Sakephkatonem* lectio parumper sistatur. Pro ista constructione talis foret accentuum sequela וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא שֹׁרֶשׁ יִשַׁי

I.

II. II. Quaeritur cum eodem quo sensu Messias dicatur *radix Iischai?* et annon hoc nomine contradicatur versui 1.? vel an nomen שֹׁרֶשׁ alias *radicem* notans, heic *abusiue* pro *surculo*, qui ex radice pullulat, sumatur, vt ita *radix Iischai et surculus ex radicibus Iischai* coincidant, vt statuunt cum Kimchio Sanctius et Forerus *h. l.* Bootius *in Animadu. Sacr.* qui vltimus probat (α) ex vers. 1. (β) ex alio Ies. loco sc. c. LIII, 2. commatibus ἀντιστόιχοις, et sententia geminata. (γ) Probant etiam ex Hos. XIV, 6. suffragatur his Caluinus *comm. in h. l. Ies.* et ex eo Marloratus *h. l.* apud B. D. Habichhorstium in *Diss. Exeget. ad. h. l.* Sed sciendum cum eodem docte differente, vocem שֹׁרֶשׁ ῥίζα *radicem* varie sumi. „Praeter quam enim quod in *sensu proprio* notat *arboris* „vel *herbae extremitatem*, quae inferne np. in terra est, Am. I, 9. Iob. XIV, 8. „Ies. XXXVII, 31. XL, 24. Sumitur 1) *metaphorice* et *actiue* pro *origine* et „*causa* rei. conf. de auaritia 1. Tim. IV, 10. et falso doctore, Deut. XXIX, „18. Porro quum crescentes plantae radicem ex se in terram (vti ramos sur„sum) proiiciant, hinc eadem vox 2) *metonymice* et *passiue* sumta aliquando ipsum

ipſum notat *effectum* ſ. *conſequens* rei ſeu *ſtirpem* aut *genus* poſt aliquem reli-„ CAP. XI.
ctum. Sic. Ieſ. XI, 1, *radices Iiſchai*, ex quibus *Nezer* ſ. ſurculus h. e. Meſ-„
ſias dicitur oriundus, ſignificant *ſtirpem* ſ. *genus* Iiſchai. Non enim immedi-„
ate ex Iiſchai ſ. Dauide, ſed ex ſtirpe ſ. poſteris eius, qui *radices* ibi vocan-„
tur, *Nezer* ſ. *ſurculus* eſt egreſſus et natus. Sic Ieſ. XIV, 29. Tandem etiam„
3) ſub eadem ſignificatione *ſtirpis* nonnunquam *comparatiue* reſpectu *praero-*„
gatiuae, *radix* accipitur pro *praecipuo quodam ex ſtirpe*, qui quaſi *radix to-*„
tius ſtirpis et familiae, ex quo et poſt quem qui naſcuntur inſtar ramorum„
ſe habent. Sic. 1. Macc. I, 11. *Antiochus* dicitur *radix peccatrix*. Et Rom.„
XI, 16. Patriarchae *Abraham* etc. ex quibus populus Iſraeliticus eſt progna-„
tus, et quibuscum Deus pepigit foedus, dicuntur *radix Iudaeorum*. Quo et„
referri poſſunt loca Ieſ. XIV, 30. Mal. IV, 1. Ex his collectu iam procliue eſt,„ Apoc. V, 5.
qua ratione Meſſias *h. l. radix Iiſchai*; et Apoc. V, 5. XXI, 16. *radix Daui-*„
dis appelletur. ſcil. 1) *Metaphorice* et *actiue* ratione diuinitatis, quoniam is„
Iiſchai et Dauidis, totiusque familiae Dauidicae, *auctor*, *cauſa* et *origo* eſt, ceu„
Bernhardus *Serm.* 1. *in die Paſch.* locum paralI. Apoc. V, 5. exponit, h. m.„
Non ait, Dauid radix eius, ſed ipſe radix Dauidis, quia portat et non„
portatur. Merito Dauid ſancte, filium tuum Dominum tuum vocas,„
quia tu non radicem portas, ſed radix te, Rom. XI, 18. Licet enim Chri-„
ſtus *verſ. 1. dicatur ſurculus ex radicibus Iiſchai*, et actu naturali huma-„
nitatis vere ſit talis ſurculus et portetur; hoc tamen loco non dicitur radix *ex*„
Iiſchai, ſed radix τῦ Iiſchai: ſi quidem is non tantum actu perſonali radix„
Dauidis et Iiſchai h. e. cauſa et origo eius eſt, ſed et actu naturali humanitatis„
iuxta *verſ* 1. ex ſtirpe Iiſchai, in trunco et ramis iam areſcente, progreſſus, glo-„
rioſiſſime illam ſtirpem Iiſchaianam florere fecit; ſed et 2) *metonymice et*„
paſſiue ratione humanitatis eſt radix Iiſchai et Dauidis h. e. *ſtirps* et *genus* Ii-„
ſchai ac Dauidis, quia *filius* et *germen* eſt Dauidis, ex eodem tq. ſtirps ex radi-„
dice velut radix e ſemine ortus. Hinc Apoc. XXII, 16. *radix et genus Daui-*„
dis ſalutatur. Conf. genealogia Matth. I. et Luc. III. 3) etiam *comparatiue*„
ratione praerogatiuae ſic appellari poteſt, quum praecipuus ſit ex ſtirpe, et„
primogenitus ille Pſ. LXXXIX, 28. adeoque radix et fundamentum totius fa-„
miliae Dauidicae ſpiritualis.

III. Praedicatur de hac *radice Iiſchai*, quod *ſtet* ſ. exaltata ſit in *ſignum* III.
populorum, non equidem vti נֵס ſ. *vexillum* in caſtris Iſraelitarum Num. II.
quae habuerunt ſe vt panni ad perticam volantes, ſed vt quondam ſerpens in
ſummitate perticae in deſerto exaltatus Num. XXI, 8. 9. quum radix heic di-
catur *ſtare* h. e. erecta eſſe in *ſignum*, vid. Varenius *h. l.* *Stetit* vero non ſolum in

CAP. XI. *altatione crucis* Io. III, 14. XII, 32. vbi nec gentes c. c. centurio defuerunt; sed et cumprimis in *exaltatione Maiestatis* Phil. II, 9. et *promulgatione Euangelii*, a tempore exaltationis Christi per vniuersum orbem facta, Matth. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15. Haec enim congruit magis vaticinii complemento scil. confluxui gentium et summae populorum promtitudini Ps. CX, 3. praedicatae, et ad יום חילו *diem potentiae eius* h. e. exaltationis Christi allegatae: id quod etiam Lxx. versione loci magis ad sensum quam verba respicientes, et apostolus, ad Rom. XV, 12. eiusdem allegatione firmare videntur. Scilicet verbum עמד *stare* acceperunt in significatione *surgendi*, et vocem נס *signum* in sensu *eleuationis*, quoniam verbum eius נסס significat *eleuare*, et per *eleuationem* s. *exaltationem* significari principatum censuerunt. Officium enim Christi regium heic designatur. Nam vexillum superioritatis et dominii signum est. vid. Glass. *Rb. S. col.* 1600. Dominatur is sceptro verbi in cordibus fidelium, dominatur in medio inimicorum Ps. CX, 2. Deinde cum דרש *requirere* vel *consulere* quendam *spem certam auxilii* praesupponat, et *quaerere Deum* in scripturis tantundem valet, ac omnem spem suam in illum conferre, hinc Graeci cum iisque Apostolus verba *l. c.* non male reddiderunt, ἐπ' αὐτῷ
IV ἐλπιοῦσιν, annotante eodem Habichhorstio. IV. Per *requiem* Vulgatus, Hieronymus aliique patres intelligunt *sepulcrum*, *sepulturam*, ita vt etiam synecdochice ad *mortem Christi* extendant. Cui sententiae pariter fauet Gerhardus in *Harm. Euang.* eique accedit Forsterus *comm. ad h. l.* et nouissime D. I. A. Schmidius *in Disp. de Tumba Seruatoris* c. II. p. 41. seqq. vbi illam ex quatuor capitibus gloriosam exhibet. At vero alienae ex aequo iudicio Habichhorstii a contextu hae sententiae videntur. „Nam de vocatione et confluxu genti„um. it. de exaltatione Christi et regni eius in toto orbe per confluxum et con„uersationem gentilium gloriofo et quieto propheta h. l. agit, conf. l. c. Rom. „XV, 12. vti ergo *signum populorum stans*, ita et *requies summe glorioſa* vi con„textus respicit *vocationem gentium* confluentium. Adeoque nimis praerupta „heic videtur mortis et sepulturae mentio. Alii ergo et plerique contextum „et gentes ad Christum conuersas respicientes per *requiem* intelligunt *Eccleſi„am* populorum et gentium ad Christum conuersarum, in qua glorioſe is ha„bitat: vt *quies* idem sit ac *habitatio* vel *locus quietis ac reſidentiae*, quomo„do vox quaestionis מנוחה sumitur Mich. II. 10. ita Caluinus ad *h. l.* dicens: „*Quum propius omnia expendo, propheta per requiem Eccleſiam* ſignifi„*cat, ſicut et Pſ. CXXXII, 14. Haec requies mea ſempiterna, hic ha„bitatio etc.* cuius sententiam laudat Marloratus *h. l.* eamque dictis Io. XIV, „23. Matth. XVIII, 20. XXVIII, v. vlt. illustrat. Ita et Piscator, Glassius,

Bh. S.

Rb. S. col. 1508. Gesnerus *b. l.* Calouius *B. I. b. l.* Quenstedius *Syst. Th. P. 3. p.* 370. (quibus adde Vitringam *b. l.*) sentiunt. Alludi ergo videtur tum ad id, quod *Zion locus quietis Dei* dicitur Ps. CXXXII, 8. 14. tum ad id, quod *tabernaculum* et *templum* dicuntur *plena* fuisse gloria. CAP. XIII. XIV.

CAP. XIII, 14.

והיה כצבי מרדף Quod הוה Lutherus minus apte construxit cum הארץ *terra*, inuito etiam genere, potius vertendum cum Varenio: Et erit (hic vel ille *Babylonius*, vel ex *Babylone* profugus, vel in personaliter. *Und man vvird seyn* conf. *Luc. Ebr. p.* 413.) sicut caprea propulsa.

CAP. XIV, 6.

Vbi ex participio passiuo *Hophal* מֻרְדָּף Lutherus fecit actiuum *Piel* מְרַדֵּף mediante *ellipsi copulae* ו, *und verfolgete*, quum tamen per istud plus significetur, nempe *poena talionis*, itaque sensus totius versus fluit h. m. *Qui percutiebat populos in excandescentia plaga indesinente, qui dominabatur in ira gentibus*, is iam ipse persecutionem patitur *sine cohibitione*. *Der die Volcker schlug etc. der vvird nun selbst verfolgt (geplagt) ohne Barmherzigkeit.*

Vers. 12.

אֵיךְ נָפַלְתְּ מִשָּׁמַיִם הֵילֵל בֶּן־שָׁחַר Quomodo cecidisti de coelo phosphore fili aurorae! Tropologiam hanc insignem de rege Babylonico Belsazare bene euoluit Chaldaeus Ionathan: *Quomodo deiectus es ab altitudine, qui eras splendidus inter filios hominum, sicut stella splendidissima inter alias stellas!* Intercidit non solum παρονομασία orationis, sed etiam obstat accentuatio, si verba הילל בן־שחר in separatam propositionem transformentur tali interpolatione, *eiula fili diluculi (aurora!)* ceu cum Hieronymo *in comm.* Gussetius *in comm. L. E. sub* ילל coll. Zach. XI, 2. approbante D. Maio in *Oecon. Iud. diu. P. II p.* 505. sic enim משמים postularetur dominus territorialis maior *Sakeph katon* in hacce accentuum consecutione איך נפלת משמים הילל בן־שחר. In membro altero participium *benoni* חלש fere *actiue* reddunt, qui *infirmabas*, cum Chaldaeo *qui eras*

CAP. IX. *eras homicida in populis*, cum Luthero, *Der du die Heyden ſchvvächeteſt*, et Kortumio, *der du die Heyden bändigen vvolteſt*, neglecta tanquam *pleonaſtica* particula על, vel certe in את conuerſa, coll. Exod. XVII, 13; quum tamen vi ipſius particulae על non poſſit habere ſignificationem *actiuam*, vti *l. c.* ſed potius *intranſitiuam*, quam quoque habet Iob. XIV, 10. connotato ſimul fundamento debilitatis. Hinc vertendum: *Wie biſtu zur Erden gefället, vvie ſo entkräfftet (vvieder aufzuſtehen und zu herrſchen) über die Völcker!* vel ſi mauis in vocatiuo, *du recht ohnmächtiger (und nicht allmächtiger* coll. v. ſeqq. 13. 14.) *Herrſcher.* Ita et graecum ἀσθενὴς in verbis apo-
Rom V, 6. ſtoli Rom. V, 6. ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, et quidem ἁμαρτολῶν ex coll. v. 8. *quum eſſemus infirmi*, vel potius cum Beza *viribus deſtituti* (peccatores) *ganz ohnmächtig, entkräfftet, uns vvieder aufzuhelffen*, quod iam idem valet ac *quum eſſemus mortui*, ceu ſignificantius reddit Lud. de Dieu, ac bene obſeruat, paſſim apud Lxx. ἀσθενεῖν pro ebraeo כשל *ruere, labi*, vſurpari, etiam vbi gladio confoſſum et interemtum in terram concidere ſignificat, vt Pſ. IX, 4. Dan. XI, 19. 33. 41. Hoſ. IV, 10. Quae obſeruatio poteſt illuſtrari ex locis parall. Eph. II, 1. Col. II, 13. in quibus per νεκροὺς *mortuos* explicatur.

CAP. XV, 2.

עָלָה הַבַּיִת וְדִיבֹן הַבָּמוֹת לִבְכִי עַל־נְבוֹ וְעַל מֵידְבָא מוֹאָב
יְיֵלִיל וגו׳

Vbi 1) vrbes Moabiticas הבית וריבון Lud. de Dieu, Varenius, Schmidius et Dn. Prof. Franckius ex *Diſp. Gieſſ.* (contra quem vid. cl. Beckius *l. c. p* 299. *ſeq.*) cum Hieronymo faciunt *ſubiectum aſcenſus*; at nos cum Chaldaeo, Raſchio, Luthero, Grotio, Vitringa, aliisque facimus *obiectum* et *terminum adquem.* Equidem accentuatio vtrique ex aequo fauet. Videor tamen mihi pro hoc inueniſſe argumentum, non tam in *genere Maſc.* verbi עלה, quippe quod etiam occurrit in v. 1, quam in ה *praefixo* הבית quod ſaepe aequiualet ה *locali*, vt in ſeq. הבמות *in, ad excelſa*, הלוחות *verſus Luchith*, v. 5. et in השרה *in agrum*, Gen. XXVII, 3. et coll. *Luc. Ebr. p.* 164. tum quod ſubiectum מואב in ſeq. m. expreſſe ponatur. 2) Lutherus *Athnachi* ditionem vltra extendit vsque ad יויליל *Sakephkatonatum*, et praeterea vocum ſyntaxin interpolat, ac confundit, vocesque מידבא מואב diſtinctas coniungit h. m. *Sie geben hinauf gen Baith und Dibon zum Altären, daſs*

ſie

ſie vveinen und heulen über Nebo und Medba in Moab. Potius ita ver- CAP. XV.
tendum: Adſcendit Baitham et Dibhonem ad excelſa, (coll. c. XVI, 12)
ad fletum (vt fleat:) ſuper Nebo et Medba Moabus eiulat etc. *Man gehet hinauf gen Baith und Dibon zu den Höhen, um zu vveinen: Uber Nebo und Medba heulet Moab.*

Verſ. 5.

לִבִּי לְמוֹאָב יִזְעָק בְּרִיחָהּ עַד־צֹעַר עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה

Verum huius verſus ſenſum exſculpere difficile eſt, quum voces interciſae ſunt, ait Sam. Bothartus *in Hieroz. P. I. l. 2. c. 41. p. 410.* cui haec verſio videtur eſſe vero proxima: *Cor meum propter Moab clamat, propter fugitiuos eius vsque ad Zoar, ſicut vitula triennis.* Verum vero hanc eſſe proximam, vti et illam Vitringae, *cor meum clamat propter Moabum. Fugitiui eius vsque ad Zoarem* vagantur, boantes *vt vitula trima;* negat partim accentuatio, quoniam *Tiphchae* maiorem attribuerunt diſtinguendi vim, quam *Sakephgadoli.* Iſta talem depoſceret accentuum diſpoſitionem לִבִּי לְמוֹאָב יִזְעָק בְּרִיחָהּ עַד־צֹעַר עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה haec vero hanc, בְּרִיחָהּ עַד־צֹעַר עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה partim ſignificatio *profugi* vocis בְּרִיחִים, quae eſt propria τῷ מְבֻרָחִים Ezech. XVII, 21. Illa ſemper et vbiuis ſignificat *vectes, repagula.* Sic iterum in noſtro Ieſaia c. XLIII, 14, Ier. LI, 30. Pſ. CXLVII, 13. etc. Nihilominus iſtam magno agmine arripuerunt interpretes, quum altera loco huic non viſa fuerit accommoda. Sed ſane non video, quid nos cogat a probatiſſima ſignificatione recedere. Proinde iudicet, quaeſo, aequus lector, annon haec verſio multo fluat accommodatior? Cor meum ſuper Moabum clamat, quod ſuper repagula (munimenta regni) ſua (np. fracta, deiecta Ier. LI, 30. Ieſ. XLIII, 14. clamat vsq; ad Zoar ſicut vitula trima. *Mein Herz ſchreyet über Moab, daß er über ſeine vvohl vervvahrte Feſtungen ſchreyet biſs gen Zoar, vvie eine dreyjährige Kuh.* Vbi (α) praefixum לְ in לְמוֹאָב non valere *ad*, vt ſit *acclamatio* et excitatio ad fugam, ſed *ſuper, propter*, patet ex cap. XVI, 7. 11. et Ier. XLVIII, 31. in quo cum עַל et אֶל permutatur; adeoque notatur συμπάθεια prophetae ob calamitates Moabitarum. Atque hinc ſubintelligenda eſt particula *cauſalis* כִּי ex ſeqq. et ſic cauſae optimo nexu ſeſe inuicem excipiunt, per elegantem *anaphoram*, (adeoque illa כִּי non παρέλκυσι, vt vult Vitringa,) quarum altera, *quod in adſcenſu verſus Luchith cum fletu adſcendit, daß er den*

CAP. XV. *Steig nach Luchith mit Weinen hinauf gehet*, tertia, *quod in via versus Choronaiim clamorem fragosum excitant*, reliquae in vers. seqq. (β) Prope בריחה repetendum esse praeter ל verbum praecedens יזעק *clamat*, et non aliud, suppeditat locus parellelus Ier. XLVIII, 34. *A clamore Cheschbonis vsque ad Elale*, (et) *vsque ad Iahaz dederunt vocem suam:* (item) *a Zoar vsque ad Choronaim* (scil. *dederunt vocem suam s. clamauerunt*) sicut *vitula trima.* Ex quo euidens est, et in nostro loco ad mutuum concentum esse eundem clamorem Moabitarum, recte pariter obseruante Vitringa, et hoc supposito, cum quauis alia expositione conclamatum est. (γ) Particulam *similitudinis* כ saepe numero *deficere*, satis notum est. *vid. Luc. Ebr. p.* 416. Comparationem autem cum *iuuenca trima* heic instituti putem, ob fortiorem illius boatum, vel, si vrgeatur significatus receptus *vitulae*, et status constructus, cum *vitula triennis* sc. פרה *iuuencae*, quod malim, quam ellipticum שנה *tertii* (*anni*,) aut Ebraeorum ילידה *partus*, approbante cl. Dassouio in *soli. MSC. de Emph.* voc. *Ebr.* itidem forte erit ob *vitulae* eiusmodi validiora ossa, validioremque boatum. Haud probandum est, quod has voces implicite comparatiuas Lutherus vtrobique traiiciat, et heic suppleat praefixum מ, vertens: *ihre Flüchtigen fliehen von der dreyjährigen Kuh, bißgen Zoar.*

Vers. 7.

Hoc in versu ὡς ἐν παρόδῳ notamus, vocem וּפְקֻדָּתָם, quam Lutherus transtulit, *und das Volck das sie gerüstet haben*, quod potius diceret וּפְקִידֵיהֶם *et praefectos milites eorum*, pro punctatione sua et vsu ac in correspondentiam m. i. vertendam esse, et depositum eorum, *ihren bey Seit gelegten und vvohl vervvahrten Schatz führen sie* (*die Assyrier*) *über den VVeiden Bach.* Varenius equidem nec *torrentem* nec *salices* vult admittere, sed vertit, *super vallem Arabum exportabunt*, cum Lxx. Cocceio et Glassio *Gr. S. col.* 731. quemque sequitur D. Maius *in Oecon. Iuv. diu. P. II. p.* 539. Admittere tamen cogitur diuersam punctationem pro notione *Arabum*, nempe הָעַרְבִים 2. Chr. XXI, 16. et hanc formam הָעַרְבִיאִים 2. Chr. XVII, 1. pro הָעַרְבִים alternante א pro altero י. *Vallem* vero facile admittere possemus cum Raschio, Bocharto, Vitringa, *supra*, *trans vallem salicum*, in Assyriam s. Babyloniam, coll. Ps. CXXXVII, 2. Vt adeo ex ebraeo contra Lutherum haud tuto pronunciare queat Dn. Prof. Franckius, aduersus quem vid. Beckii *Vindic-l. c. p.* 301. Deinde in membro *Athnachi* incompleto adsciscen-

scendum est e. m. ꝙ. verbum ישאום h: m. Nam residuum (quod) fecit (quisque) exportant, *Denn das (herrliche) Gut, das sie gesammlet, (tragen sie weg.)* CAP. XV.

Vers. 9.

כִּי מֵי דִימוֹן מָלְאוּ דָם כִּי־אָשִׁית עַל־דִּימוֹן נוֹסָפוֹת לִפְלֵיטַת מוֹאָב אַרְיֵה וְלִשְׁאֵרִית אַדְמָה׃

In quibus verbis Lutherus *Athnachum* retraxit ad דם quando vertit: *denn die Wasser zu Dimon sind voll Bluts, dazu will ich etc.* Praeterea voces מואב אריה *separatas coniunxit*, mediante *ellipsi* praepositionis ב *in Moab des Löwen*, inuita pariter *forma constructa* vocis praecedentis לפליטת ad τὸ מואב pertinentis. Ex mala hac constructione, notata etiam post Varenium *h. l.* et Reinbeckium in *Doctr. Acc. p.* 393. D. Maio *in Oecon. Iud. Diu. P. II. p.* 542, non potest non inconueniens resultare sensus, qui semper conuenientior et certior prodit ex signis distinctionum rite obseruatis. Atque ita *h. l.* Nam aquae Dimon repletae erunt sanguine, (cum allusione ad nomen q. d. *denn Dimon soll ein rechter Blutstrohm werden*) quum posuero super Dimon additamenta (ex sanguine occisorum;) euasioni Moabi (i. e. euadentibus Moabitis, *denen so von den Moabitern entrinnen, in Meynung, der Straffe zu entlauffen*) erit leo (infestus, qui eum dilacerabit) itemque residuo terrae. Exemplum vid. 2. Reg. XVII, 25. et quoad poenam ipsam Deut, XXXII, 24. Leu. XXVI, 22. Ier. XV, 5. Quanquam et satis commode per *leonem* cum cl. Vitringa aliisque intelligi possit rex *Nebucadnezar*, qui, postquam Moabitae, ab Assyriis grauissima clade afflicti et imminuti, se incepissent recolligere et rempublicam suam instaurare, *reliquias gentis* daret exitio, et iudicium hoc graue, quod Assyrius inceperat, consummaret, coll. in confirmationem Ier. IV, 7. et supr. c. V, 26. 27. et Ier. V, 6.

CAP. XVI. 1.

שִׁלְחוּ־כָר מוֹשֵׁל־אֶרֶץ מִסֶּלַע מִדְבָּרָה אֶל־הַר בַּת־צִיּוֹן׃

Adduxi quidem iam istum locum secundum principia accentuatoria a Varenio, Weimaro, et Reinbeckio explicatum in *praes. Luc. Accent.* Sed quum dies diem doceat, deprehendi postmodum, maiori ἀκριβείᾳ eum iuxta eorundem normam pertractatum a D. Habichhorstio in perdocta *diss. Exeget. ad h. l. Rost.* 1697. *hab.* in qua, vt eam in nervos contraham, examinatis

CAP. XVI. natis probe omnibus versionibus, probat Iunii et Trem. Tigur. Batau. Schmidii *in bibl. lat.* et Pfeifferi *in Dub. vex.* (add. et Pagnini, et nouissime D. Maii *in Oecon. Iud. Diu. P. II. p.* 342. (qui vero dein mutata mente *p.* 543. *seq.* approbat et sequitur Varenii constructionem in *Vocatiuo*, forte quod eadem sit Lutheri,) Vitringae *h. l.* et M. Georg. Car. Petri in *dissert. Witt. VI. de vsu Accent. S. cod. Ebr.* §. 4.) in *genitiuo* reddentium: *Mittite agnum dominatoris terrae.* Quam quidem constructionem ex accentuatione oppugnare putat Varenius, quod pro *genitiuo* talis accentuum foret positus, שלחו כר מושל ארץ Recte quidem, nisi voces *makaphatae* adessent, quae pro vna voce cum vno etiam accentu stant. Quum itaque *quatuor voces* ob affectum sermonis (add. et fugam *δυσφωνίας* in collisione tonorum) in *duas* sint *copulatae*, hinc secunda vox שלחו־כר recte per *seruum Tiphchae Mercam* coniungitur cum prima מושל־ארץ. Sensus ergo est: Mittite (Moabitae in renouationem veteris submissionis et confoederationis) agnum (est sing. collectiuus, non sacrificialem, sed tributarium. conf. 2. Sam. VIII, 2. 2. Reg. III, 4.) dominatoris (non *dominatori*, Deo vel Messiae, agnorum sacrificio placando, nec *dominatorem* Messiam incarnandum, nec *o dominator* hic vel ille!) terrae (i. e. Hiskiae regis Iudae, etc. Quanquam heic malo vt conuenientius cum cl. Vitringa *dominatorem terrae* accipere *de rege Moabitarum*, praesertim quum *terminus ad quem* missionis emphatice in peculiari membro *Silluki* ponatur Germ. *Schicket die Lämmer eures Landes-Herren (die nemlich euer Landes Herr schuldig ist)* a Sela s. Petra (antea Edomaeorum metropoli, deinceps a rege Iuda Amazia expugnata, mutato nomine *Iokteel*, 2. Reg. XIV, 7. interueniente tanto temporis tractu a Moabitis, quum limitanea eis esset versus austrum, bello acquisita, adeoque tempore Iesaiae nostri Moabitarum ciuitate non postrema) vsque ad desertum (Iardenis, velut terminum septentrionalem, i. e. vniuersi Moabitae ex omnibus regionis finibus) *eosque mittite* ad montem filiae Zionis (h. e. ad regnum Iudae, cuius metropolis Ierusalem et arx regia in monte Zion erant, eiusque regem Hiskiam, qui ipsi tq. legitimo Dauidis, olim domitoris et dominatoris vestri, haeredi iure antiquo tributi loco, quod vos hactenus afflictis Iudaeorum rebus pendere desistis, debentur. Atque ita consequenter sub pio rege Hiskia Iudaicae associati ecclesiae ad beneficiorum quoque populi Dei communionem accedatis, et imminens excidium effugiaris.

Vers. 2.

Vbi vocabulum מְעֻבָּרוֹת Lutherus reddidit vt participium pl. Hiphil *trans-*

transeuntes. vvenn sie vorüber ziehen. Ast aduersatur forma, quae tum esset מַעְבִּרוֹת vel מַעְבְּרוֹת. Iam punctum (ְ) sub ב indicat nomen significans *vadi*, cuius singularis adfuit in c. X, 29. Versio et sensus totius versus est: Sed sicut est auis vagabunda, nido proiecto, coll. XXVII, 10. *Aber vvie ein Vogel herum irret, vvenn sein Nest zerstöhret ist*, ita *(vvie ein solch zerstörtes Nest)* erunt filiae (vrbes) Moabi, vada ad Arnonem. (i. e. vbi frequens antea Moabitarum erat commeatus et transitus, ibi nunc, abductis cum matre pullis, erit vacua solitudo, exponente Varenio.) CAP. XVI. et XVII.

Vers. 7.

לְאִשִּׁישֵׁי קִיר־חָרֶשֶׁת תֶּהְגֶּינָה אַךְ־נִבְאִים׃ *All euer sinnen und seufftzen vvird seyn nach den (köstlichen) Kirchareser Weinflaschen; aber ach! die sind zerbrochen* etc. (Secundum omen nominis vrbis *Scherben-Städt.* חָרֶשׁ enim notat *testam.* conf. v. 11.) Hoc pacto si interpretemur, melior erit connexio cum versu. seq. Itaque לאשישי sumitur in sensu, quo semper alibi, de *lagenis* sc. vini. Conf. Hos. III, 1. Cant. II, 5. 2. Sam. VI, 19. Atque eo sensu pariter sumunt Lud. de Dieu et Varenius *h. l.* nec non D. Maius in *Oecon. Iud. D. P. II. p.* 550, itemque cl. Vitringa *h. l.*

CAP. XVII, 10.

עַל־כֵּן תִּטְעִי נִטְעֵי נְעָמָנִים וְזִמֹּרֶת זָר תִּזְרָעֶנּוּ׃

Significatur heic quae *causa* et *occasio* fuerit, cur Israel *Dei salutis suae oblitus et petrae roboris sui non recordatus fuerit?* Propterea quod plantabas plantas amoenitatum, et palmite peregrino (vel ob St. C. *peregrini sc. populi*) plantabas (coll. *Not. Sel.* ad Deut. XXII, 9. *p.* 100.) quamlibet earum (scil plantarum.) Per *plantas amoenas* autem et *palmitem peregrinum* intelliguntur, ceu prae aliis praeclare hanc elegantem allegoriam exposuit cl. Vitringa ad *h. l.* doctrinae falsae, coll. *Matth.* XV, 13. quae delectant carnem, qualis erant statuta idololatrica et superstitiosa gentium, exstructio templorum diis alienis, statuarum. Atque has plantas (haec instituta religionum exterarum) omni die probe adolescere (coll. *Luc. Ebr. p.* 208.) et florere faciebas, vt habet vers. seq. 11. i. e. studebas promouere et disseminare. Quae vero doctrinae *in igne* tribulationis *non permanent, ceu aurum, argentum, lapidesque pretiosi*, nec penetrantem viuam v. 11.

CAP. XVIII. animae vim, lucem, ac solatium praebent, sed sicut *lignum*, *gramen* et *stipula comburentur*, coll. 1. Cor. III, 12. 13. 14. 15. Hinc sequitur נֶגֶד קָצִיר בְּיוֹם נָחְלָה וְכְאֵב אָנוּשׁ: Sed comploratio (commiseratio, commiseratione digna, coll. Ps. LXIX, 21. Ier. XLVIII, 17.) messis erit in die plagae exitialis, et aegritudo incurabilis.

CAP. XVIII, 5.

Quid obscurissimo huic capiti lucis a *Patre luminum* foenerari queamus, succincta interpretatione periclitabimur. Vbi illico prima phrasis צִלְצַל כְּנָפַיִם primariam inducit obscuritatem, quam celeb. Hillerus in dissertatione super hoc caput *de calamitate Aethiopiae* clariorem reddidisse existimem, vt צִלְצַל sit nomen constructum ex absoluto צְלָצַל Deut. XXVIII, 42. significante tristissimam frugum pestem *locustam*, quae de צֵל *umbra* appellata est, quoniam in aërem subuolans sua multitudine solem *obumbrat*, de quo Plinius et alii ap. Bochartum *Hieroz. P. II p.* 479. Igitur et Iobi XL, 26. quae dicuntur צִלְצַל דָּגִים Mercero iudice esse vasa piscatoria ex adumbrantibus ramis virgisque contexta. Singularis autem est collectiuus *locusta* pro *locustis*, vti צְפַרְדֵּעַ, *rana* pro *ranis* Exod. VIII, 2. atque illis tribuuntur *alae*, quando vocantur צִלְצַל כְּנָפַיִם *locustae alarum* siue *alatae*, quemadmodum עוֹף כָּנָף Gen. I, 21. est *auis alae*, i. e. *alata*. Per *terram* autem *locustarum* indigitari *Aethiopiam*, pluribus locustis, quam vllam terrarum refertam, et ab esu locustarum dictos *Acridophagos* ex auctoribus ap. Bochartum et Ludolphi *Hist. Aeth.* probat. Quanquam et ipsos Aethiopes heic locustarum nomine venire commodum notat, quia non tantum locustarum agmina innumera multitudine sua, sed et volandi celeritatem excursibus in hostium regiones aequabant. Multitudinem colligas ex Zerachi Aethiopum regis exercitu, qui cum copiis decies centies milium, et curribus tercenties contra Iudaeos prodiit 2. Chr. XIV, 8. Atque hinc alii כְּנָפַיִם *alas* accipiunt de *exercitu*, coll. Dan. IX, 27. Luc XXI, 20. Versio itaque versus primi est: *Vae terrae locustarum alatarum*, *quae* est עִבְרֵי *trans* et מֵעִבְרֵי *cis* (*a transitu*. Vtramque enim pro diuerso respectu significat, vti Num. XXXII, 19 XXI, 13. Iud. XI, 18. praecipue *trans* in constructione cum insequente ל Hinc Iunius, latioris sensus praepositione *secundum* exprimit.) *flumina Aethiopiae*. Conf. phrasi vltimae paralleiam Zeph. III, 10.

Vers. 2.

Iob. XL, 26.

Vers. 2. CAP. XVIII.

השולח בים צירים ובכלי־גמא על־פני מים

Qui mittit in, per, mare (rubrum s. sinum Arabicum) legatos, (nam צירים mox per clarius מלאכים explicatur, adeoque non notat heic *imagines*) et in vasis (nauibus) scirpeis s. papyraceis super aquas (np Nili. Sunt haec verba hieroglyphica pictura et descriptio regis Aegypti et Aegyptiorum. Papyraceas enim naues Aegyptiorum inuentum et instrumentum esse constat, et probat Dn. Hillerus ex Plinio, Solino, Strabone et Theophrasto. Add. Iac. Lydius *Syntagm. S. de re militari Lib. III. c. 10.* conf. Exod. II, 3.) לְכוּ מַלְאָכִים קַלִּים אֶל־גּוֹי מְמֻשָׁךְ וּמוֹרָט אֶל־עַם נוֹרָא מִן־הוּא וָהָלְאָה, ite, inquit, (verbum enim *dicendi* subintelligendum esse per se patet) nuncii celeres ad gentem longius protractam (extensam,) ac depilatam (glabram et imberbem, ob summum calorem sideris] ad populum terribilem, ex quo esse coepit et vltra גּוֹי קַו־קָו וּמְבוּסָה אֲשֶׁר־בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ: ad gentem (ite) lineae, lineae, et conculcationis (i. e. quae semper lineam perditionis ducit super terras alienas, quas supplantet. conf. de phrasi Ies. XXXIV, 11. 2. Reg. XXI. 13. Thr. II, 8.) quum diripuerunt flumina (inundationibus suis) terram eius. (Hinc propheta notanter eam descripsit, *quae sit secundum flumina* v. 1.) Germanico idiomate sonaret: *Welcher Bothschafften auf dem Meer sendet und in Meerschiffen auf dem Wasser, der sagt zwar, gehet hin, ihr schnellen Bothen zu dem weit hinausgezogenen (sich erstreckenden) und unbärtigen Volcke, zu dem Volcke, das greulich ist, gleich von seinem Anfange bisher: zu dem Volck, (gehet hin,) das gern messures nimmt über andre Länder, selbige unter seinen Fuss zu bringen, als welchem die Wasserströhme sein Land einnehmen (wegreissen, und also da dieselben sie wegtreiben, und delogiren, suchen sie, um ihren Schaden wieder beyzukommen, andre wieder zu delogiren.* Cuneum cuneus trudit.) Exinde iam, verbis et phrasibus in sua propria vi relictis et probe pensitatis, satis eclarescere puto, esse tam in hoc, quam commate finali capitis eundem sermonem de Aethiopibus, quos rex Aegyptius heic describit a suis proprietatibus, quosque tempori cedens ad suppetias sibi ferendas accersere cogitur. Athiopes quippe in confoederatis Aegyptiorum fuisse, cumque iis eandem sortem luisse, liquet ex Ezech. XXX 4. 5. Quod si vero in versu 2, haberetur descri-

CAP. XVIII. descriptio calamitatis Iudaeorum, contra Assyrios ab Aegypti et Aethiopiae regibus subleuandorum, et in versu vltimo Aethiopum sub N. T. convertendorum, denunciata prius eorum clade v. 5. 6. quanta, quaeso, conuulsio contextus, scopis dissolutis haut absimilis, existeret! Propterea ipse Spiritus S. istam ambiguitatem, et ne de alia quam Aethiopum gente versus 2. caperetur, repetitione eiusdem descriptionis, quam totidem verbis dedit rex Aegypti, in v. 7. praecauere voluisse mihi sane videtur. Quid? quod nec omnia praedicata in Iudaeos quadrent. Hinc torserunt illa in alienum sensum, vel ad diuersas Iudaeorum aetates cum Cocceio. Verba ממשך ומורט Lutherus transtulit, *das zerrissen und geplündert ist.* Kortumius prophetice, *das zerstreuet und geplündert werden soll*, quod certe verba non significant, quamuis versio vltimi qua sensum conueniat cum communi per *dipilatam*, duriore tropo de exercitus caede vel spoliatione. Nec גוי קרקו est *gens, quae aliis praescribit leges*, nec passiue cum Luthero, *ein Volck das hie und da ausgemessen ist*, sed actiue, *das andere hie und da ausmisset*, et quidem vi vocis appositae ומבוסה exegeticae *zu zertreten*, confirmante analogia phrasium *in loc. cit.* Bene quoque phrasin interpretatur Grotius, quod notet *gentem, quae paulatim protendit imperii sui terminos et superbo pede victos protrabit.* Singularissime hanc phrasin exponit cl. Hillerus de gente (Aethiopica) *strigis rugisque deformi.* Quae quidem expositio ingeniose est accita, sed a veritate non probata, nec in omnem aeternitatem probanda. Qui in super ebraismum מן־והוא והלאה ab immediate praecedentibus אל־עם נורא absciissum construit cum remotioribus *ite legati celeres*, h. m. reddens: *ab eo* scil. *loco*, quo mittimini, et *vltra.* Ast contra accentuationis קו־קו normam ac proportionem, quandoquidem sic *Tiphcha* plus perfectiusue distingueret, quam *Sakephkaton*, pro quo tum exigeretur *Thir*, et consequenter in אל־גוי *Gereseh.* Quanquam et versio communis verba initialia ditionis *Segoltae* contra accentuum קו adhuc refert ad *terram* v. 1. descriptam. Qua ratione *Segoltae* absolutior tribuitur distinguendi potestas, quam ipse *Athnacho.* Sequitur nunc apostrophe prophetae.

Vers. 3.

Omnes incolae orbis et habitatores terrae, quum attollitur signum (*pugnae*) in montibus, videte! quumque clangitur buccina, attendite! (ad tristem euentum pugnae.)

Vers. 4.

Vers. 4. CAP. XVIII.

Nam sic dixit Iehoua adme, quiescam (a concursu meo speciali) et spectabo, *ich will geruhig (demselben) mit zu sehen*, במכוני in stabili mea sede coll. Ps. XXXIII, 14. I. Reg. VIII, 39. *in meiner Festung*, *festen‖Throne*, : כְּחֹם צַח עַל־אוֹר כָּעָב טַל בְּחֹם קָצִיר sive aestus siccus *sit* super olera, (coll. 2. Reg. IV, 39. Iesa. XXVI. 19. vbi pl. אורת ab ארה *carpendo*. Sic Raschi, Tremell. Dieu, et Hillerus *h. l.*) sive nubes rorida in aestu messis. Sensus evolutior hic est: non mouebo me, non curabo, sive auxiliarii Aegypti Aethiopes belli aestu opprimantur, sive ab eo respirent ac recreentur; sive male, sive bene illis fuerit; sive uincant, sive succumbant.

Vers. 5.

כִּי־לִפְנֵי קָצִיר כְּתֹם־פֶּרַח וּבֹסֶר גֹּמֵל יִהְיֶה נָצַח Immo ante messem erit (e. m. seq.) sicut perfectio (*perfectus* abstractum pro concreto; vel vt infin *sicut perficitur*) floris, (*flos*) et vua matureſcens erit sicut (e. m. praeuio) flos. *Ia annoch vor der Erndte vvirds seyn vvie die vollkommene Blüte, und die noch unreiffe Traube vvie ihre Blüte.* (i. e. interprete Schmidio *sine discrimine omnia euersurus est*, [hostis] *sive fruges maturae sint, sive vuae matureſcentes, sive flos earum: nulli parciturus est rei.* Quae expositio vtique confirmatur per seqq. וְכָרַת הַזַּלְזַלִּים : בְּמַזְמֵרוֹת וְאֶת־הַנְּטִשׁוֹת הָסִיר הָחְ et exscindet [sc. כורת *excisor*, coll. *Luc. Ebr. p.* 413.) flagella [qs. *belluones humoris*] falcibus suis, et propagines remouebit, amputabit. (Elegans pro ipsa re *asyndeton* in ebraeo non tam eleganter sonat in versione. Perit ista elegantia, si *relatiuum* cum Hillero suppleas, *amouebit*, quas *amputauit*.] h. e. tam vtiles quam noxios, tam bonos quam malos, tam iuuenes quam senes, auferet, et abducet. conf. c. XX, 9.

Vers. 6.

Relinquentur simul (*alle zusammen*) auibus montium, et bestiis terrae, ita vt aestiuare possint super ipsis aues, et hiemare bestiae terrae. i. e. vt de cadaueribus occisorum Aethiopum aues et bestiae vel per totam aestatem et hiemem se pascere queant.

CAP. XXI.

Vers. 7.

בעת ההיא Tempore isto [non cladis Aethiopicae, sed a Deo *praestituto* N. T. et Messiae. conf de phrasi hac solenni Ier. III, 17. XXXIII, 15. Dan. XII, 1. etc.] adducetur munus Domino Iehouae (Deo) exercituum a (e. m. seq.) populo etc. (phrasis e. V. T. ad N. traducta ipsi Apostolo Rom. XV, 16. coll. XII, 1. et Iesa. XIX, 19 21.) adducetur, inquam, ad locum nominis Iehouae (Dei) exercituum, montem Zionis [vt praefigurantem ecclesiam N. T. et in ipsa Aethiopia collectam, Deo sincere seruientem. Primitias habemus in Eunucho Reginae Candaces Act. VIII, 27. seqq.

CAP. XXI, 1.

משא מדבר־ים Quem titulum obscurum non accipio cum communi interpretum sententia de *obiecto aduersus quod*, ceu alias, dirigatur משא *onus s. prophetia onerosa*, et quidem *aduersus Babel*, sed *de quo* agat, quidue portendat? vel *massam argumenti*, nempe de vel super desetto siue solitudine vasta, *von einer grossen Wüsteney oder Einöde*, eaque per Babylonios Iudaeae ac Hierosolymis inferenda, qui propterea ממדבר ex deserto, per elegantem vocabulorum lusum, venturi dicuntur, sicut procella impetuosa a plaga australi, quam similitudinem Lutheri versio optime expressit. Et vocabulum ים mare heic non in proprio, sed hieroglyphico, *magnitudinis*, *multitudinis et latitudinis* sensu vsurpatur, quemadmodum etiam Ier. LI, 42. Apoc. XVII, 1. coll. v. 15. de *multitudine populorum*. Sic παροιμιώδως *mare verborum*, *mare malorum*. Nec aliter capiunt complures, qui *Massa Babylonicum* heic haberi putant, (videntes, flumen Euphrates Babylonem interluens proprie non dici posse *mare*) *de amplitudine Babylonis et rerum opumque totius fere orbis eo confluentium copia*. Id tamen etiam fatemur, quod *Massa* hoc sit *mixtum*, primario *Iudaicum*, [quod satis euincit tum συνέχεια textus et συμπάθεια adeo emphatica prophetae v. 3. 4 non comparanda cum illa super *Massa Moabitarum* c. XV. 5. XVI, 9. 11. quia Babylonis interitus cum liberatione populi Iudaici erat coniunctus, adeoque iste potius praebuisset prophetae materiam iubili super iustitia Dei vindicatiua; tum se-
v. 5. curitas carnalis et epicureissimus Iudaeorum v. 5. *Man richtet zu den Tisch, man bestellet die Wache auf der Warte, man isset, man trinket*, coll. c. XXII, 13, mouentes prophetam, vt Zelo Dei plenus excitet iterum vti v. 2. *principes Persarum et Medorum*, regi Babylonio militantes, coll. c. XXII, 6.

(vt

(vt adeo huius breuiarium quoddam sit nostrum c. XXI. vsque ad vers. 11.) ad obsidionem atque expugnationem Hierosolymorum,) secundario autem et ex parte inuoluatur *Massa Babylonicum*, sicut hactenus *actiuum*, ita et *passiuum* vi v. 9. postquam enim המצפה speculator ille a Iesaia constitutus, (qui si definiendus est, probabilis vtique est sententia Ebraeorum, quod sit propheta *Habakukus*, in simili argumento versans de Chaldaeorum *Massa actiuo* contra Iudaeos *c. 1. et passiuo* c. II. et supplicatione pro populo suo c. III.) non solum *viderat* aduentantem cum magno apparatu bellico hostem, sed etiam *exclamarat* אריה Leonem (hostem ferocem et immanem) adesse, *Hannibal ad portas*, non statim decessit a statione super specula prophetica, sed etiam continuauit, visurus etiam, qualis tandem euentus regem Babelis, qui tot regna, vrbes et terras in deserta conuerterat, coll. c. XIV, 16. 17. maneret? quem quoque internuncii diuini, vt viri biga vecti, responsum (ita visioni apocalypticae c. XVIII, 1. 2. similius) certiorem reddit de casu Babelis, et omnium deorum eius confractorum disiectione per regem Persarum Cyrum. Quod enim visio a priori diuersa annectatur, arguit et *diuersus currus*, et continua per dies et noctes custodia, et particula intendendi הנה Ecce! Tandem obsignat speculator visionem suam geminam, partim gemino etiam (non vno, ceu alii, argumento quoque pronominis pluralis in m. seq. לכם vobis) epiphonemate allegorico, tum ad *Babel*, per dictionem actionis verius ei competentem מרשתי trituratio mea, tum ad ecclesiam Iudaeorum per alteram phrasin passiuam ובן־גרני et fili areae meae; quam Lutherus per inuersionem, non assecutus in ea venustum idiotismum, (de cuius sensu vid. *Ebr. Etym. p.* 259,) et neglecta copula ו reddit *meine liebe Tenne*, ac מרשתי cum ellipsi אשר בו *da ich aufdresche)* partim contestatione officii sui speculatorii fidelissime praestiti. Ceterum *Massa* hoc continere vastationem Iudaeae et Hierosolymorum per regem Babyloniorum Nebucadnezarem consentiunt R. Abarbanel *h. l.* Varenius *h. l.* et D. Maius in *Oecon. Temp. V. T. p.* 918. et *Iud. Diu. P. II. p.* 627.

CAP. XXI.

v. 10.

Vers. 7.

וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים רֶכֶב חֲמוֹר רֶכֶב גָּמָל Quae Lutherus confuse transtulit, *Er siehet aber Reiter reiten und fahren, auf Rossen, Eseln und Cameelen*, distinctius pro triplici genere curruum ita ex ebraeo transferenda: et vidit currus (falcatos bellatorum) cum pari s. copula equorum, currus (impedimentorum) cum asinis, currus (commeatu-

CAP. XXI. um) cum Camelis. *Under ſabe Streit-Wagen mit ein paar Pferden, Bagage-und Prouiant-Wagen mit Eſeln und Cameelen.* פרשים *h. l.* non ſignificare *equites* ſed *equos* ex coll. in primis ſeq. v. 9. et aliorum locc. nec non vſu vocis צמר iam notauimus *in P. I. Not. Sel. p.* 142. Hinc etiam minus recte comma primum reddidit Kortumius, *und er ſabe Wagen und Reiter bey*

v. 9. *paaren*, rectius in v. 9. והנה־זה באה רכב איש צמד פרשים *und ſiehe! darauf kam ein Mann auf einem Wagen mit zvveyen Pferden* Et ecce! hoc ipſo (momento) *veniebat currus viri* (in quo vir ſedebat) cum pari equorum.

Verſ. 11. 12.

Ad quaeſtionem illuſoriam ex Seir שמר מה־מלילה וגו׳ cuſtos quid de nocte (triſti et calamitoſa, quam praedixiſti) fiet? cuſtos quid de nocte? *Hüter vvas vvird aus deiner Nacht? etc.* vel *oder vvie ſtehts um die (angekündigte Trauer-) Nacht?* cum qua verſione litérali belle colludit ſenſualis Lutheri, ſubſtituta ſaltem vocula *da*, pro *bin* h. m. *Hüter iſt die Nacht ſchier da? Hüter iſt die Nacht ſchier da?* Lutherus namque ſupponit noctem iam praeſentem, quae erat adhuc futura) regerit cuſtos cum ampliori aſſeueratione אתא בקר וגם־לילה *quam vere* venit mane, *tam vere* etiam nox iſta (*veniet.*) *So gevviſs als der Morgen kommen iſt, ſo gevviſs vvird auch die Nacht kommen.* Et pergit אם־תבעיון בעיו שבו אתיו quodſi porro quaerere vultis, quaeratis, redeatis, veniatis. *Wollet ihr nun vveiter (ſo ſpöttiſch) fragen, ſo möget ihr immerhin fragen, kommen und vvieder fragen (biß euch das fragen vergehet und ſchvveigen müſſet*, cum alluſione ad nomen דומה *ſilentium*, *vvenn euch der Glaube in die Hand gethan vvird.*)

Verſ. 14.

לקראת צמא התיו מים In occurſum ſitientis (Arabis) adducite aquam. Subiectum, cui hoc conſilium datur, habetur in praeuio verſu, vtpote a quo haecce verba adhuc dependent. Qui in ſylua in Arabia commoramini, coetus commeantes, (coll. Gen. XXXVIII, 25. in ſignificatu *viae* א habet (ר) *chauph* vid. Pſ. VIII, 9. XVII, 4. Frou. I, 19. II, 8. 13. 19. 20.) Dedanaei! *O ihr reiſigen Geſellſchafften von Dedanim!*

ita

ita recte Belgae. Proinde non petendum est, praeterrecto *Athnacho*, ex ditione *Siluki*, *habitatores terrae Thema*, cum Luthero, Schmidio, et Kortumio. Hi vero illis in exemplum liberalis misericordiae sistuntur in m. a. Sicuti habitatores terrae Thema pane suo praeuenerunt (vi punctationis per [ ] sub ק est *praeteritum*, non *imperatiuus*, in quo esset (_) vagabundum. CAP. XXII.

CAP. XXII, 6.

רֹכֵב אָדָם פָּרָשִׁים Non sapit versio Lud. de Dieu et Varenii; vt ieiuna et recisa, *ad currum hominis equi sunt*; quum equi ad currum per se concipiantur. Nec Lutheri, voces רֹכֵב אָדָם coniunctas diuisim et absolute sumentis, *mit Wagen, Leuten und Reitern.* Multo minus illorum, qui ex integro membro *Athnachi* duas cum Varenio faciunt propositiones, sed diuersa ab illa distinctione contra authenticam, nempe: *Nam Elamitae gestant pharetram in curribus hominum: et equites (gestant pharetram.)* Sic enim plus perfectiusue distinguit minor *Tiphcha*, quam maior *Sakephkaton* in אַשְׁפָּה, pro quo tum exigeretur *Tbbir.* Kortumii equidem versio vnam relinquit propositionem, *und die Perser bringen Köcher auf Wagen geführet mit Menschen und Pferden*, sed alio constructionis vitio laborat, dum in voce רֹכֵב maiorem constituit distinctionem, quam in praeuia *Sakephkatonata*, hac supposita accentuum dispositione וְעֵילָם נָשָׂא אַשְׁפָּה רֹכֵב אָדָם פָּרָשִׁים Nonne versio prone comteque ita fluit? Elamitae (i. e. Persae) ferunt pharetram, vna cum curribus bellatorum et equis. *Die Perser bringen Köcher samt Streit-Wagen und Rossen.*

Vers. 17.

הִנֵּה יְהוָה מְשַׁלְטֵל טַלְטֵלָה גָּבֶר Ecce! Iehoua deportaturus est te, deportatione viri (virorum) *Siehe! Der HERR wird dich lassen wegführen, wie man Manns-Volck wegführet (ohn angesehen deiner Dignitaet.)* Vbi גֶּבֶר minus apte sumitur ἐξοχικῶς pro *deportatione virili, forti, vehementi*, ita et Lutherus, *wie ein Starcker einem wegwirfft.* Ista enim vis iam inuoluitur in coniugatione quadrata; sed est saltem nomen sexus, hinc et de embryone masculino dicitur Iob III, 3. Ier. XXXI, 22. Ex alia constructione, ebraeae vero aduersa, reddunt Bochartus

CAP. XXIII. *Hieroz. P. II. p.* 118. et Pfeifferus in *Dub. vex. p.* 699. Schmidius, D. Michaelis *in Not. Bibl. Ebr.* cum Syro, Aben-Esra, et Kimchio, Tigur. Pagn. Grotio, *Dominus deportabit te deportatione, o vir!* (*du guter Kerll*) Praeterquam enim quod in signum *Vocatiui* soleat praefigi ה demonstratiuum, vt Ps IX, 7. Iesa. XXIII, 12. Sic *Tiphchae*, ad quem quidem prouocat Bochartus, muior assignatur distinctio quam *Sakephkatoni*, ac in tali positu *Tiphcha* nonnisi distinguens oratorius est. Pro illa talis foret accentuum consecutio: חנה יהוה מטלטרך מטלטלה גבר. Quomodo iam stabit iudicium D. Maii, quo istam obseruationem Bocharti *doctam* nuncupat? *Oecon. I. D. P. II p.* 675. sequentia תעטך עטה, quae Lutherus non pro verbi proprietate reddidit, *und vvird dich zuſcharren*, sensum *deportationis* confirmant, et amicturus te amictu sc. captiuitatis, *und dich* (*auf gemeine art, Sclauen mäſsig*) *einhüllen.*

CAP. XXIII, 7.

הֲזֹאת לָכֶם עַלִּיזָה מִימֵי־קֶדֶם קַדְמָתָהּ יוֹבִלוּהָ רַגְלֶיהָ מֵרָחוֹק לָגוּר׃

Vbi Lutherus cum Vulgato et Anglis ditionem *Athnachi* extendit vsque ad vocem קדמתה *Paschtatam. Iſt das eure fröliche Stadt, die ſich ihres Alters rühmete?* Alii, ista quidem inuiolata, communiter in hemistichio *Silluki* duas faciunt propositiones, *a diebus antiquis antiquitas eius: sed ducent eam pedes eius longe ad peregrinandum.* qua ratione in קדמתה repetendus esset *Sakephkaton.* Iam quum in eo appareat eius subdistinctiuus minor *Paschta*, manifestum est, pertinere ad sequentia. Proinde accuratius ad normam accentuationis incedit haec interpretatio: Num haecce vestra exultabunda ciuitas? quam a diebus primis antiquitatis suae eo adduxerunt pedes eius, vt a longinquo (i. e. vel remotissimis) fuerit ad commorandum. Et haec germanica Varenii: *Iſt das eure Iubel-Stadt? vvelche von den erſten Tagen ihres uhralten Zuſtandes ihre Füſſe* (*ihr unabläſsige Arbeit, Mühe und Fleiſs, rennen und lauffen*) *alſo fort geholffen haben, daſs auch von ferne* (*von denen vveit abgelegenſten Oertern*) *man ſich dahin* (*des Kauff-Handels halber eine Zeitlang*) *aufzubalten begeben. Suffixum* in verbo יובלוה respicit suum relatiuum אשר, cuius *ellipſi* nihil notius, qua de *vid. Luc. Ebr. p.* 374. Ac de eleganti idiotismo, *pedes* pro multis Tyriorum

rum negotiationibus, et mercimoniorum causa susceptis peregrinationibus, CAP. XXIII.
vid. Ebr. Etym. p. 89. n. 163.

Vers. 12.

כתיים קומי עברי. Vbi כתיים con capiendum est *subiective* cum Luthero, vertente, *O Chittim mache dich auf und zeuch fort*, sed *terminative*, ad Chittaeos (Graecos) surge (quod verbum non semper supponit antegressam sessionem, sed saepe numero est עבין זרז, infert *excitationem, alacritatem*, idemque dicit, ac *sine mora et tergiuersatione*. Conf. Ios. I. 2. Gen. XIII, 17. XIX, 14 XXVII, 43 Deut. II, 13. 1 Sam. XVI, 13. etc. hinc ad acceleranionem actionis innuendam adhibetur *asyndeton*) transi, *zeuch eilends nach Chittim*. Loquitur propheta per *ironiam*, propterea addit, etiam ibi non quies erit tibi, *aber auch da wirst du nicht bleiben*.

Vers. 13.

הֵן ו אֶרֶץ כשדים זֶה העם לֹא היה אשור יסדה לציים

Conuertitur oratio a persona secunda in tertiam, tanquam ad tertium de Tyriis loqueretur propheta. Quod si simplici et natiua sermonis structura ac connexione standum est, praeualebit haut dubie hic sensus: Ecce! ad terram Chaldaeorum [sc. יעבור *transibit*, e vers. anteced.] hic qui (coll. Ps. IX, 16. X, 2.) populus non fuit, sed Assur fundauit eam (Tyrum) pro nauibus (portu naurum.) Postea erexerunt speculas s. turres exploratorias suas, (*Wachtthürne*) excitarunt palatia eius, (vrbis) quam nunc posuit (sc. Deus) in ruinam. Eadem fere mens est Lutheri et Arcularii. Interpretationem Schmidianam, *Ecce e terra Chaldaeorum! hic populus* (Tyrius) *non amplius erit, o Assur! fundauit* (i. e. constituit, decreuit, vti Esth. I, 8.) *eam* (Deus) *ad deserta*; licet *erexerint* - - - tamen *posuit eam* (Deus) *in ruinam*, premunt haec dubia, quod [α] non appareat, quid sibi velit simplex illa apostrophe ad Chaldaeos et Assyrios, quum nihil amplius de iis dicatur, et per alteram oratio impedite fluat. (β) praeteritum היה conuertat in futurum. (γ) Prae verbi יסד significatione propria et communiori eligat rariorem ex coni. *Piel* Esth. *l. c.* Quanquam nec in hoc omnem vim propriam exuit, vt Esth. I, 8.
significet simpliciter *constituit, decreuit*, sed significat *fundamentalem* (sympotii) דת *legem dederat* rex ministris suis. Qualis illa? *vt neminem ad bibendum adigerent*, potum iugiter subministrantes, *sed facerent secundum beneplacitum cuiuslibet* accumbentis. Laudabilis sane lex Persarum! Vtinam

et

CAP. XXIV. et apud multos Christianos vigeret! [δ] *Ellipsin* nominatiui faciat *Deus*, quae quidem ad verbum postremum שמה facile admittitur, tametsi et hoc *passiue* reddi queat cum Luthero, *aber sie ist gesezt.* Nec ista ellipsis adeo placuit Kortumio, vt potius ad vitandam forte tautologiam in m. seq. personam tertiam audacter mutauerit in secundam, *du Assur vvirst sie in die Verwüstung legen.* Denique (ε) צִיִּים non denotet abstracte *deserta loca*, plurali etiam heic duriore, sed concrete et metonymice *homines barbaros*, *et fera animalia auesque deserta incolentes*, vid. Ps. LXXII, 9. LXXIV, 14. Iesa. XIII, 22. Et pro isto sensu potius dictum fuisset למדבר vel לשמה. Quod autem notio *nauium* intenta fuerit, colligere licet ex epiphonemate lugubri subsequente nauium maris, quod vastata sit munitio earum, *dass ihr schöner fester Hafen, und mithin die starcke Schiffarth ruiniret ist.* Ex hisce satis constare puto, quo iure Dn. D. Maius *in Oecon. I. D. P. II. p.* 709. Schmidianam istam versionem omnibus aliis praeferendam iudicauerit.

CAP. XXIV, 15.

Quum vocabulum בָּאִרִים varie a variis reddatur, *in doctrinis* a Vulg. et Hieronymo; *in ipsis ignibus* a Iunio et Trem. *illuminationibus, ignibus lucidis accensis*, *mit Freuden-Feuer*, a Cocceio in *Lex. et Comm. h. l.* et D. Maio in *Oecon. Iud. Diu. P. II. p.* 730; in *vallibus* a Kimchio, Ben Melech, Grotio, Luthero et Bocharto *in Phaleg. l. 2. c. 4. p.* 74. ita vt etiam אור *Vr* Chaldaeorum fuerit vrbs in *valle* sita; *in cauernis* a Raschio et R. Menachem ap. eund. Sanctio et Vitringa *h. l.* et cumprimis D. Sonntagio, qui *IV. curas* Altorfi publice ventilauit *de Ecclesia subterranea*, in quarum *quartis* nostrum locum accurate pertractauit, quaeritur, quae interpretatio praeualeat? Deducere autem nos potest ad certitudinem aliquam et διάνοιαν, si principio attendamus ad praefixum ב, num accipiendum sit pro ב *instrumenti*, an vero *locali*, s. locum quendam denotante? Iam si nostrum באורים conferamus cum phrasi seq. באיי הים *in insulis maris*, euidenter colligitur, vti in באיי est *locale*, ita et per harmoniam membrorum, ab vno verbo כבדו rectorum, in באורים erit tale. Et hoc confecto, cadunt illico tres priores expositiones. Superstites ita duae *locales*, quarum vero vltima palmam in hoc praeripit penultimae, quod significationis *vallium* neque vola, neque vestigium facile occurrat; *cauernarum* autem occurrat, tum in voce collatea aucta מאורה Iesa. XI, 8. tum in Chaldaicae indolis notione cognata מבחרה Iud. VI, 2. Vult ita-

CAP. XXV.

itaque hoc προσκέλευσμα propheta excitare etiam in *cauernis* et receſſibus terrae habitantes, ſubterraneos populos, vt vnacum eccleſia Iſraelitarum piorum et gentilium conuerſorum ab *ortu* et *occaſu* digne *concelebrent maieſtatem et iuſtitiam Iehouae*, impietatem populi ſui grauiſſime vindicantis, cumque maiori, quam ille, reuerentia colant. Et ecce! προσκέλευσμα illud adeo erat efficax et fructuoſum, vt propheta cum veris ſuis Iſraelitis iam in ſpiritu audiret ab extremitate terrae pſalmodias, צבי לצדיק in honorem v. 16. decantatas iuſto illi (Meſſiae, *iuſto et Saluatori*, *Domino iuſtitiae ſuae.*) Contra propheta intonabat odam lugubrem, macies mihi, macies mihi, vae mihi eſt, coll. Pſ. CIX, 24, *Ich vergehe ganz*, *mir iſt vvehe*, nim. ob paucitatem iuſtorum, et, vt ſequitur, ob multitudinem perfidorum in populo ſuo.

CAP. XXV, 1.

יהוה אלהי אתה Quae Lutherus cum Schmidio diſtinguit, *HErr, du biſt mein GOtt.* Sed ſignificantius fons ebraeus: *O HErr, mein GOtt! Du biſts (du biſt der vvahre vvеſentliche GOtt, derſelbe König der Ehren* c. XXIV, 23.] Conf. paralleliſmus formalis 2. Chr. XIV, 10. *Ja HERR unſer GOtt! Du biſts*, (*vvorauf vvir uns verlaſſen*, *du biſt der rechte Helffer.*) Vbi vero Lutherus pronomen emphaticum אתה praetermiſit.

Verſ. 5.

חרב בצל עב זמיר ערצים יענה: Habent haec verba eandem ſimilitudinem cum praecedente, mutatis eleganter verbis, et perſona ſecunda in tertiam, ac proinde כ repetito vertenda: *ſicut*, inquam, aeſtus per vmbram denſae nubis, *ita* propago formidabilium deprimitur. Germ. *Wie die Hize, ſage ich, durch den Schatten der Wolcke, alſo vvird die Brut und Wuth der Tyrannen untergedrückt, gedämpffet.* Conf. de verbi ענה ſenſu intranſitiuo Pſ. CXIX, 67. etc. et vocis זמיר ſignificatus *rami* vel *propaginis*, qui etiam obtinet Cant. II, 12. multo eſt aptior, quam *cantus*. Et Guſſetio *humiliari ramum terribilium* eſt ἐμφατικώτερον, quia cadat in ipſos, et plus ſit, quam cantum, rem externam deprimere, *Comm. L. E.* p. 231. *b*. Lutheri translatio, *daß die Hize den Reben der Tyrannen verderbe, und die Wolcke dennoch Schatten gebe*, comparatione ſoluta ac confuſa conie-

CAP. XXV. et XXVI.

cit verba in talem ordinem et formam למען חרב זמיר עריצים יענה ברזית צל עב. Quae nihilominus approbatur Calouio *h. l.* vt tum ad pios, tum ad impios haec referantur; quod hi quidem adurantur aestu irae diuinae, illi vero recreentur vmbra nubis gratiosa. Cui menti dein conformat hanc suam interpretationem latinam: *Aestus* (inquam irae diuinae) *in vmbra nubis* (protegente fideles) *propaginem et palmitem tyrannorum humiliabit.* Vitringa quoad verba priora approbat constructionem Lud. de Dieu cum verbo praeuio תכניע, nulla accentus *Athnachi* habita ratione, h. m. *humilias* (*deprimes*) *aestum vmbra densae nubis.* At posteriorum, repudiata versione Dieuii vt infelici heic et coacta, *excisio violentorum testificabitur*, mauult hanc versionem; *cantillatio ferocium deprimitur.*

Vers. 11.

והשפיל גאותו עם ארבות ידיו: Et humiliabit (Deus) fastum eius, vna cum lacertis manuum eius. Gloria viri fortis maxime in lacertis est. Sensus itaque est: Sic deprimet superbiam cordis eius, vt etiam frangat lacertos manuum eius, quibus fidit et superbit. Ita rectius aliis Lud de Dieu *h. l.* Plerique enim *affixum* יו referunt ad Deum, et עם *cum* instrumentaliter sumunt. Sed particulam עם *instrumentum* denotare, non puto cum eodem exemplis probari posse. Germanice: *und vvird ihren Hochmuth niedrigen samt der mächtigen Stärcke ihrer Faust.*

CAP. XXVI, 3.

יצר סמוך תצר שלום שלום: Vbi vim propriam vocis יצר *figmentum* omnium optime assecutus est Seb. Schmidius, quod sit illa καινὴ κτίσις, de qua Paulus 2. Cor. V, 17. adeoque sensus est: creaturam suffultam s. innixam (Deo et promissionibus eius) custodies in pace, pace (i. e. continua, omnimoda salute.) Germ. *Die getroste* (ceu Lutherus reddit Ps. CXII, 8.) vel *die fest* (*an GOtt und seinen Verheissungen*) *haltende Creatur, vvirst du bevvahren in beständigem Friede* (*zum zeitlichen und evvigen Wohlseyn.*) Kortumii versio: *Das ist unser fester Sinn. Du leistest beständigen Frieden, etc.* peccat in accentuationem, *Athnacho* ad סמוך reiecto.

Vers. 7.

ישר מעגל צדיק הפלס: Non probatur versio ista, quae ישר in *vocati-*

catuo reddit: *Orecte* (Deus!) *orbitam iusti libras.* Nullibi enim illud ab- CAP. XXVI.
solute et vt substantiuum adhibetur de *Deo.* Hinc rectior Vitringae paraphrasis: *Rectus qui es.* Lutherus transpositе cum verbo חפלס construit, *den Steig des Gerechten machest du richtig.* Schmidius vertens, *recta* (est) *orbita iusti,* (quam) *probas,* maiorem indit distinctionem *Tiphchae,* quam *Sakephgadoli,* pro quo sic substituendus esset istius minor dux *Thbir.* Ne dicam de gemina *ellipsi.* Kortumius equidem regi maiori *Sakephgadoli* satisfacturus suppleuit verbum *facis,* et deinde copulam h. m. *(Denn) du machest gerade und vvägest ab die Gänge der Gerechten.* Nonne versio haec, quae לְ ישר *aduerbialiter* sumit, vel nomen *verbale,* mediante ב, בְּפֶלֶס subaudit, est naturalior? recte vel recta (*libra coll. Luc, Ebr. p.* 256.) orbitam iusti libras.

Vers. 11.

יֶחֱזוּ וְיֵבֹשׁוּ קִנְאַת־עָם אַף־אֵשׁ צָרֶיךָ תֹּאכְלֵם׃

Videbunt vero et pudefient ob zelum pro populo, conf. Zach. I, 14. Ps. LXIX, 10. *sie vverden aber mit Schanden sehen* (coll. *Luc. Ebr. p.* 390. *f.*) *Den Eyfer für dein Volck,* etiam ignem, qui hostes tuos consumturus est, illos, inquam. *ia eben die.* Perbelle etiam Iunius et Tremellius: *Videbunt erubescentes zelum erga populum: quin etiam ignis hostes tuos consumet.* Versio Lud. de Dieu, *Videbunt et erubescent. Zelo populi tui, etiam igne hostium tuorum comedes eos,* grauiter impingit in accentuationem, dum primo voci *Paschtatae* pleniorem assignat distinctionem quam *Sakephkatoni.* Haut secus Vitringa, *qui id sibi plane licere* opinatur, scilicet ob πρῶτον ψεῦδος *punctaturae et distinctionis Masorethicae,* quam tamen alias ut *prudentem* lubens sectatur. Secundo אַף־אֵשׁ צָרֶיךָ per *Tiphchàm* distincta coniungit in regimine. In quo a. abit Vitringa vertens: *Zelus populi, etiam ignis, hostes tuos deuorabit.* Qua vero ratione in קִנְאַת־עָם requiretur minor *Thbir.* Eodem modo qua membrum posterius peccant plures, et vernacula, et Kortumii, alio insuper hac ipsae, qua prius, verba יֶחֱזוּ וְיֵבֹשׁוּ coniuncta per *Kbbiam* separantes.

Vers. 15.

יָסַפְתָּ לַגּוֹי יְהוָה יָסַפְתָּ לַגּוֹי נִכְבָּדְתָּ רָחַקְתָּ כָּל־קַצְוֵי־אָרֶץ׃

Multiplicasti hanc gentem (Israëliticam) Iehoua! multiplicasti, inquam, hanc gentem, (et numero et dignitate et beneficiis, et inde) glo-

CAP. XXVI. riosus factus es; *attamen* (quum *multiplicarunt* peccata, ad nominis diuini *deboneſtationem* inter gentes) elongaſti eam ad omnes extremitates terrae. Senſum hunc vernacula, *aber du, HERR, fährest fort unter den Heyden, du fährest immerfort unter den Heyden. bevveiſeſt deine Herrlichkeit, und kommeſt ferne bis an der Welt Ende*, ex falſa interpunctione, qua *Athnacham* ad iteratum גוי reiecit, non aſſecuta eſt, laudata licet Caſſouio *h. l.* ipſaque verba eam vix admittent. Nec nexui cum immediate praecedentibus conuenit aduerſatiuum *Aber*, cui potius conueniret copulatiuum *und*. Kortumius verbum in *Niphal* נכבדת mutauit in *Hiphil, die du herrlich gemacht*, et *praeteritum* רחקת in *futurum*, et orationem ſimplicem in *interrogatiuam*, *vvilt du die in alle Welt zerſtreuen*? absque vllo veſtigio vel ſaltem ו *conuerſiui*. Verſio m. vlt. communior non placet Vitringae, eo quod valde hyperbolica ſit; ideo continuat beneficium Dei h. m. *longe*, *in longum dimouiſti ſ. dilataſti omnes terminos terrae* (Iudaeae,) eosque longe magis, quam olim factum fuerat ſub florentiſſimis populi regibus, ita vt heic ſancti deſcribant ſtatum rerum ſuarum ſub Io. Hircano eiusque filio Alexandro, huiusque vxore Alexandra, adductis in fidem verbis Ioſephi *Antiq. l. XIII, c. 13.* idque vi promiſſionis Obad. v. 18. ſqq. et Zach. IX, 1. ſqq. Verum quod ad *hyperbolen* num illa eſt inſolens? quid ipſi videtur de illa *Moſis* Deut. XXVIII, 64.? *Diſperget te Iehoua inter omnes populos* ab vna extremitate terrae vsque ad alteram. Nec conficiunt eius ſenſum loca adducta, potius pro ſuperiori militant immediate ſequentia.

Verſ. 19.

יחיו מתיך נבלתי יקומון — — ורנו שכני עפר כי טל אורות טלך וארץ רפאים תפיל׃

Vbi notabilem vox נבלתי inducit difficultatem, propter *affixum primae perſonae ſing.* quod pariter vidit Lutherus, ideo praetermiſit, ſubaudita praepoſitione ב, vertens, *und mit den Leichnam auferſtehen*. Nec pro ו *paragogico* venire poteſt, quum non ſit in *nomine conſtructo*. vid. *Lux Ebr. p.* 287. Prorſus autem exeſſe iubemus illos, qui *cadauer meum* explicant de *corpore Chriſti*, hoc ſenſu liberiore, *virtute corporis mei reſurgent*, vel (ſicut) *cadauer meum reſurgent*, *Conf. P. II. Not. Sel. p.* 124. Kortumius ex *ſuffixo* ſingulari facit *plurale*, *und unſere ertödtete Leiber vverden auferſtehen*, vt ſint verba eccleſiae. Dn. Daſſouio in *Diatr. de Reſurr. Mort. p.* 118. placet hic ſenſus diſtributiuus, *vnumquodque ex cadaueribus meis*, *quae ego* (*Deus*) *morti tradidi*, *reſurget*. Etſi iſte potius vice verſa per *nomen plurale et verbum ſingulare* ſoleat indicari. Nulla conuenientior apparet expoſitio, quam Va-

renii

reuiui *h. l.* qui *suffixum* sumit vt separatum mediante particula, vt נבלתי sit pro נבלתו עלי coll. *Luc. Ebr. p.* 370. suntque adeo verba consolatoria Saluatoris ad ecclesiam pressam et exulem hoc sensu: Mortui tui reuiuiscent, cadauer propter me (meique confessionem) facti (crudeli ac violenta morte propter me affecti) resurgent. Quem sensum pariter sequitur Baierus *in Comp. Th. p.* 451. In verbis extremis וארץ רפאים accentibus transpositis in regimine collocarunt Lutherus, post Lxx. Hieron, Syr. Arab. Raschium, *aber das Land der Todten wirst du stürzen*, et Schmidius in vers. *et terram Rephaim deturbabis*; (sed in *Comm. h. l.* rectius; *Et terra Rephaim ruere faciet, eiiciet.*) quum tamen per *Tiphcham* sint distincta, huius sensus: et terra mortuos eiiciat (instar mulieris abortientis.) Ita melius *imperatiuus* cum praecedente et sequente continuatur. CAP. XXVI. et XXVII.

CAP. XXVII. 4. 5.

Quum in praecedenti versu Messias promiserit ecclesiae Iudaicae sub imagine vineae, coll. cap. V, 1. 7. tutelam et indefessam curam suam, hinc concludit illa cum gloriatione felicitatis suae חמה אין לי Excandescentia (Iehouae) non est erga me. Bene Lutherus: *GOtt zürnet nicht mit mir*; optatque, vt hostes internos, hypocrisin, impietatem et scelera, per *veprem* et *sentem* notata, quae felicitati suae obstacula et causae vastationis sunt, exstirpare possit: מי־יתנני שמיר שית במלחמה אפשעה בה אציתנה יחד: vtinam detur mihi (*vid. Ebr. Etym. p.* 59.) vepres et sentis in bellum, graderer contra illam incensurus vna (veprem et sentem.) Germ. *Wolte GOtt! daſs ich mit den Hecken und Dornen* (i. e. *mit dem ärgerlichen, gottloſen Weſen*) *kriegen möchte, ſo wolte ich auf ſolches loſs gehen, und zuſammen* (*auf einen Hauffen*) *anſtecken.*

Vers. 5.

אֹו יחזק במעוזי יעשה שלום לי שלום יעשה־לי׃

Oder (*da ſolches wohl zu wünſchen, aber nicht gänzlich zu hoffen, ſondern vielmehr mit Seufftzen zu dulden iſt*) *wer* (*welcher Feind von auſſen.* מי enim *interrogatiuum* e praecedenti versu repetendum) *wird angreiffen meine Feſte* (*welche mein GOtt ſelbſt iſt*, coll. v. 3.) *dieſer wird mir ſchon Friede ſchaffen, ja Friede wird der mir ſchaffen.* (*Und wird ihnen ſchwer werden wider den Stachel zu lecken.*)

CAP. XXVII et XXVIII.

Vers. 7. 8.

הֲכִמַּת מַכֵּהוּ הֻכָּהוּ אִם־כְּהֶרֶג הֲרֻגָיו הֹרָג: בְּסַאסְאָה בְּשַׁלְחָהּ תְּרִיבֶנָּה
הָגָה בְרוּחוֹ בְּיוֹם קָדִים:

His verbis confirmat Propheta ſpem, quam eccleſia Iudaica de ſui conſeruatione, flore et propagatione conceperat v. 6. *Venturis (diebus) radices aget Iacob, egregie florebit Iſrael, et implebuntur facies orbis habitabilis prouentu* (ita vt exinde pariter fructus vberrimus de ſalutari Meſſiae notitia ad gentes ſit progerminaturus) quod vtique Deus Iſraelem non ſit exſtirpaturus vi foederis ſui. Licet enim poenis ſaepe eum coërcuerit, et valde attenuauerit, tamen non conſumſiſſe, ſed iuſtitiam diuinam clementia ſemper temperatam fuiſſe. Proinde infit: Num ſecundum percuſſionem percuſſoris eius (paſſiue, qua ille percuſſus eſt) percuſſit eum? (Iacobum et Iſraëlem?) Num ſecundum occiſionem occiſorum eius occiſus eſt? (Non. Sed) In menſura (et proportione) per dimiſſionem eius (dato libello repudii coll. c. L, 1.) iudicaturus eum (vt mulierem foedifragam et adulteram reſp. *affixi fem.*) remouit eum in zelo ſuo intolerabili in die euri. Germ. *Hat er ihn vvohl ſo geſchlagen, als er ſeine Feinde geſchlagen hat? Iſt er vvohl ervvürget, vvie ſeine Feinde ervvürget ſind? (Nein. Sondern) da er ihn mit Maſſen durch eine Scheidung (als ein ehebrecheriſches Weib) richten vvill, hat er ihn ferne vveg gethan in ſeinem ernſten (unleidlichen) Eifer am Tage des Oſtvvindes (da der Aſſyriſche Oſtvvind gevvaltig regierete.)*

v. 6.

CAP. XXVIII. 4.

כְּבִכּוּרָה בְּטֶרֶם קַיִץ אֲשֶׁר יִרְאֶה הָרֹאֶה אוֹתָהּ בְּעוֹדָהּ בְכַפּוֹ
יִבְלָעֶנָּה:

Membrum hoc comparatiuum minus bene et plene expreſſit verſione ſua Lutherus: *Gleichvvie das Reiffe vor dem Sommer, vvelches verdirbt, vvenn mans noch an ſeinem Zvveige hangen ſieht.* Melius Kortumius: *Gleichvvie eine reiffe Frucht vor dem Sommer, vvelche derienige, der ſie ſiehet, ſo roh verſchlinget, vvie ſie in ſeinen Händen iſt.* Latino idiomate ſonaret. Erit, inquam, ſicut praecox fructus ante aeſtatem, quem viſum aliquis

aliquis, et adhuc in manu sua existentem, illico deglutit, nec adeo diu cum deliciis tenet, fouet, reponit, parcit. CAP. XXVIII.

Vers. 6.

ולגבורה משיבי מלחמה שערה: Vbi Lutherus participium *Hiphil* reddidit ac si esset in *Kal* שָׁבֵי, tribuendo ei significationem *neutralem* s. *intransitiuam*, *die vvieder kommen vom Streit*, quum tamen illud habeat *actiuam s. transitiuam*, quam interdum et ipsum *Kal* habet. Proinde vertendum: et fortitudo auertentibus bellum (quod est) ad portam. *Und zur Stärcke denen, die die Krieges Macht zurück treiben vor den Thor.* Vel, quum non dicatur לשער vel לפני שער, sine ellipsi significantius cum Vitringa, ad, versus portam sc. hostium, vnde facta erat eruptio, Conf. 1. Sam. VII, 11. 2. Sam. XI, 23. et 2. Reg. XVIII, 8.

Vers. 26.

ויסרו למשפט אלהיו יורנו: Quae verba fere faciunt ἀπόδοσιν praecedentis similitudinis. Sic et Lutherus: *Also züchtiget sie auch ihr GOtt durch Recht und lehret sie.* At inuita partim *copula* ו similitudinem continuantis, cuius ἀπόδοσις demum habetur in versu vltimo, manifesto indicio vocum גם־זאת *Etiam tale a Ieboua* (Deo) *exercituum fit*; partim *accentuatione*, quae iuxta istam constructionis rationem debuisset ita formari ויסרו למשפט אלהיו יורנו:. Iam vero vult hanc distinctionem et sensum, recte Lud. de Dieu obseruatum: Et castigat illud (np. quod fatum fuit) pro iure (ad modum,) quod (quem) Deus eius docet eum. „Quid hic est castigare sementem? est triturare: et quod eius ius s. recta ratio? vtrumque docet versus seq. cuius sensus est: sicut in castigandis infantibus ius, aequitas et ratio, locum habet, neque enim sceptro ferreo, sed virga caedendi sunt; ita quoque in triturandis frugibus, *nigella* et *cymino*, non adhibetur tribula aut plaustrum, sed *virga*, aut *baculus*, quo e folliculis excutiantur." De sensu vers. 16. v. Not. sel. P. I. p. 69. et in Ep. ad Ebr. app. p. 139. c. seq.

Vers. 28.

חטים נלגל עגלתו ופרשיו לא ידקנו: Quatit quidem rota plaustri eius et equi eius (agricolae,) sed non comminuit, atterit, illud (np. triticum, hordeum et speltam, quod *ad panem comminuitur.*) *Seine Wagen-Räder und Pferde rütteln es zwar aus, aber sie*

CAP. XXIX. *ſie zermalmen es nicht.* Alii hoc membrum *Silluk* contra accentus in vnam propoſitionem contrahunt, altero verbo ſuppreſſo, ceu Lutherus. Alii duas quidem faciunt, ſed repetita negatione לא *non* ad verbum חמם, ita interſecant, ac ſi in עגלתו eſſet rex maior *Sakephkaton*, quum tamen verba vsque ad ופרשיו *Tiphchatum* inter ſe cohaereant.

CAP. XXIX, 4.

וְהִיה כְאוֹב מֵאֶרֶץ קוֹלֶךָ וּמֵעָפָר אִמְרָתְךָ תִצְפְצָף׃

In his verbis voces כאוב מארץ item ומעפר אמרתך per accentus *coniunctas* pleraeque verſiones *diuellunt*, quaſi haecce eſſet accentuum diſpoſitio: וְהִיה כְאוֹב מֵאֶרֶץ קוֹלֶךָ וּמֵעָפָר אִמְרָתְךָ תִצְפְצָף׃. Quum autem iſtae voces per ſe non habeant nexum grammaticum, ſed mediante verbo aliquo elliptico, ideo talis cum Varenio *h.l.* et Reinbeckio *in Doctr. Acc. p.* 400. formanda erit verſio: Erit enim ſicut vox Pythonis loquentis ex terra vox tua, et ex puluere exiſtente eloquio tuo pipies.

Verſ. 9.

הִתְמַהְמְהוּ וּתְמָהוּ הִשְׁתַּעֲשְׁעוּ וְשֵׁעוּ׃ Immoramini (huic euentui conſiderando) et miramini, obſtupeſcentes frequenter ad vos ipſos reſpicite et vociferamini. Germ. *Haltet euch hiebey ein vvenig auf mit Vervvundern, ſehet euch unter einander mit Erſtaunen an, und ſchreyet kläglich!* Hoc diuinum conſilium. Sequitur contrarium Iudaeorum obduratorum factum. Sed inebriati ſunt, non tamen a vino, titubant, non tamen a potu inebriante. Pro oppoſitis his propoſitionibus Lutherus continuat per *imperatiuos* diuinum conſilium, reclamante *punctatione*, quae in m. 2. indicat *praeterita*.

Verſ. 16.

הַפְכְּכֶם אִם־כְּחֹמֶר הַיּוֹצֵר יֵחָשֵׁב

Haut diffiteor, mihi iſtud verſionis genus, quod ſubiectum *Iehoua* ſubintelligit h. m. *O peruerſitatem veſtram! Num ſicut lutum figuli reputabitur* (Iehoua?) plane non placere, licet B. Varenius inſuper paraphraſi germanica adiutum eat: *Solte man den alles ſehenden, allmächtigen GOtt halten vvie ein ohnmächtiges Thon?* vel *vvird denn der HErr euer GOtt vvie das nichts ver-*

CAP. XXIX. XXX.

verſtändige Thon des Töpffers geachtet? Comparatio namque illa *Dei cum luto figuli* eſt dura, inepta et ἀντίγραφος, quandoquidem ex coll. membri ſeq. et c. XLV, 9. Ier. XVIII, 6. Rom. IX, 20. multo pro natura rei conuenientius homo illi aſſimilatur. Inconuenientiam iſtam probe perſpiciens Lutherus magis ad ſenſum, vt ſolet, quam literam et diſtinctionis ebraeae rationem adaptauit verſionem ſuam. Nec minus priori ellipticae anteponit aliam Varenius: *dummodo ſecundum lutum figuli conſideretur* (ratiocinatio inſtituatur, ipſum lutum figuli vos refutabit.) Circa quam vero de duobus recte dubitat D. Maius in *Oecon. Iud. Diu. P. II. p. 772.* 1) An particula אם commode et vſitate teddi poſſit *dummodo*; 2) An חשב habeat ſignificationem conferendi ſ. comparandi *gegen einander halten.* Neutrum probari poſſe; retinetque communem expoſitionem, idque tanto magis, quanto libentius ipſe Varenius Lutherum et Lud. de Dieu refutaturus dicit, praeſtare, *ſubiectum ex praeced. verſu repetere*, ſc. ipſum *Iehoua*, a quo illi *Scotiſtae* abſcondita eſſe voluerint ſua conſilia. Aſt *in Theol. Ieſaiana loc. 5. p. 41.* verſionem alteram Varenii ſimpliciter ſecutus eſt. Quoniam vero et vſui natiuo vocum et formae verbi paſſiui *Niphal*, Luthero cum Vulg. in actiuum *Kal* mutati, et poteſtati *Athnachi*, et coniunctioni vocabulorum כחמר היצר, Schmidio et Vitringae diſtinctorum (*ſicut lutum figulus*) ſatisfaciendum eſt, commendamus hanc interpretationem: O peruerſitatem veſtram! (infinitiuus *Kal* nominaſcens.) num (talis) vt a luto figuli cogitabitur? *O vvelche Verkehrung von euch! Solte man vvohl ſolche als vom Thon des Töpffers (vvie ihr ſeyd) gedencken?*

CAP. XXX, 6.

בארץ צרה וצוקה לביא וליש מהם אפעה ושרף מעופף
ישאו על־כתף עורים (עיריהם) וחליהם ועל־דבשת גמלים
אוצרותם על־עם לא יועילו׃

Deſcribuntur in his verbis *animalia auſtri* non ſolum muneribus *onerata*, ſed etiam *onerantes*, np. Iudaei, qui praeſtupore animali vltro in ſeruilem conditionem et vt tributarios ſe Aegyptiis pro auxilio tradere non dubitarunt. Qualis *oneratus aſinus* notatur a Moſe tribus *Iſaſchar* Gen. XLIX, 14. 15. Deſcribuntur iam h. m. In terram anguſtiae et preſſurae, vnde leones, vipera et preſter volans exſtitere, (*aus vvelchen mächtige grimmige und ſchädliche Feinde dem Iüdiſchen Lande entſtanden,*)

CAP. XXX. portant ſuper dorſum aſinorum opes ſuas, et ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos, ad populum non profuturum illis. Vbi τὸ מהם refertur ad ſuum ellipticum אשר, coll. *Luc. Ebr. p.* 378. et porro per *Syntheſin* ad praecedens ארץ. *Habet* enim Scriptura *in more poſitum, vt de populo aliquo loquens loquatur mixtim, modo de eius terra, modo de illo vt incolis eius*, ceu quoque patet e verſu ſeq. 7. ac proinde ובארץ et על־עם heic vnum eundemque reſpectum habent. Quem reſpectum ſi attendiſſet Kortumius cum Schmidio iſtud מהם non *comparatiue* accepiſſet, *prae illis*, nec hinc in *accentuationem* peccaſſet, voci *Gereſchatae* וצוקה plus virtutis diſtinctiuae tribuens, quam eidem מהם *Rhbiatae* hac ſua verſione: *in (deinem) Lande vvird Trübſahl und Angſt ſeyn, die Lövven und Parder, die Ottern und fliegende Feuer-Schlangen vverden ſie an Menge übertreffen.*

Verſ. 7.

רָהַב הֵם שָׁבֶת׃ Potentia (abſtractum emphatice pro concreto, coll. *Luc. Ebr. p.* 344. *n.* 3. i. e. *potentiſſimi*) ſunt in ſedendo vel quieſcendo: *Sie ſind groſsmächtig, vvenn ſie ſtille ſizen, daheim bleiben, ſich nicht moutren.* Sic et Guſſetius: „*Illi ſunt robur quoad quietem*, ſtrenue quie„ſcunt, dum Iſrael ſtrenue eos ſibi opem laturos ſperabunt: vim ſuam exſe„rent in quieſcendo, non in auxiliando, *in comm. L. E. p.* 829. *b.* Propter affectatam potentiam et alibi Aegyptus nomine illo illuſiuo ſolet ſalutari. vid, Ieſ. LI, 9. Pſ. LXXXVII, 4. LXXXIX, 11.

Verſ. 32.

וְהָיָה כָּל מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה אֲשֶׁר יָנִיחַ יְהוָה עָלָיו בְּתֻפִּים
וּבְכִנֹּרוֹת וּבְמִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה נִלְחַם־בָּהּ׃

Loci huius quam difficillimi verſiones XII, qua hemiſtichium prius, iam adduxit, et ad amuſſim accentuationis examinauit Reinbeckius *in Doctr. Acc. p.* 402. 403. 404. Potiores poſt Chaldaeum, Vatabli, Tremellii, Caſtal. Belg. Angl. Glaſſii *Rb. S. col.* 1965. Kortumii, territorio repetiti *Sakephkatonis* abſolutiori non ſatisfecerunt, ſed ita conſtruxerunt, ac ſi in מוסדה eſſet *Rbhia*, cum tali tum conſecutione וְהָיָה כָּל מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה verbis prioris *Sakeph* parentheſi vel duobus commatibus incluſis, h. m. *Et erit omnis tranſitus virgae fundatae, quum requieſcere faciet Iehoua ſuper eum, (cui impoſuerit Iehoua eam) in (cum) tympanis et citharis.* Sed audi valde contortam Kortumianam: *Und alle Uberhinführung des ſchvveren Stabes, vvelchen*

eben Iehoua auf ſie nieder läſſet, vvird ſeyn, (als eine Uberhinführung des Steckens) über Paucken und Säytenſpielen. Lutheri translatio non vocum proprietati et ſenſui prophetae reſpondet. Et Schmidii ſenſus ſpiritualis eſt coactior. Nec ipſa ſuppeditata expoſitio Reinbeckii cum Vareniana, *ita erit omnis tranſitus virgae fundatae, ſuper quem requieſcere faciet Dominus (populum liberatum) in tympanis et citharis*, adeo placere poteſt, quippe quae adhuc cum obſcuritate haud leui, ac ellipſi luctatur. Nos aliam et cohaerentiae et literae et accentuationi preſſe inſiſtentem tentabimus, nim. hanc: Et erit totalis tranſitus (interitus) virgae fundationis (fundatiſſimae, antiquiſſimae ſtirpis, ampliſſimaeque poteſtatis, vtpote quae alios *percutere ſolebat*, iuxta praeuium verſum 31. etc. X, 24. et *virga erat irae diuinae*, ibid. *verſ.* 5) quam quieſcere faciet Iehoua iuxta illum (Aſſyrium,) cum tympanis et citharis, (a Iudaeis liberatis, in ſignum ingentis laetitiae pulſandis;) quum (poſtquam) in bello (vno, loco multorum, hinc *pluralis* eſt emphaticus) agitationis (κατ' ἐξοχήν *manus Iehouae, quam hic agitabit ſuper illum* ex Ieſ. XI X, 16.) pugnatum fuerit contra eam, et iuxta alteram lectionem בם contra eos. (Aſſyrios.) Germ. *Und dieſe ſovvohl gegründete Ruthe vvird gänzlich vergehen, vvelche der HERR vvird neben ihm ruhen laſſen, mit Paucken und Harffen; nachdem in dem höchſt erheblichen Krieg (als vvorinne die Hand GOttes ſich ſonderlich erhoben und bevvogen,) vvider dieſelbe geſtritten iſt.* Audi nunc etiam nouam Kortumii, qua m. 2. contorſionem: *Und vvie mit Aufhebung einer bloſſen Hand zum Streit vvird er vvider ſie ſtreiten.*

CAP. XXXI.

CAP. XXXI, 2.

וגם־הוא חכם Particula גם ETIAM heic ſuam natiuam tuetur emphaſin, non praetermittendam, vt fere fit q. d. *Ihr bedüncket euch recht vveiſe zu ſeyn, daſs ihr mehr nach der Egyptier mächtiger Hülffe als eures GOttes euch umſehet, und dieſelbe der Aſſyriſchen Macht entgegen zu ſezen gedencket; aber Er (GOtt) iſt* AVCH *vveiſe, ia noch vveiſer, daſs er vveiß Böſes über euch zu bringen, das ihr nicht vviſſet, und ihr ſamt euern Helffern vverdet zu Schanden vverden.*

CAP. XXXII.

Vers. 7.

שובו לאשר העמיקו סרה בני ישראל׃

Quae verba plenius citraque *enallagen temporis* imperatiui pro praeterito, aut *personae* tiae pro 2da ita sunt efferend: Reuertimini igitur filii Israël ad eum, cui (vid. *Luc. Ebr. p.* 373.) profundarunt (sc. איש *quilibet* e versu seq.) recessionem. Germanice sonantius: *Darum kehret vvieder ihr Kinder Israel, zu dem, bey vvelchem ein ieder so tief ins Abvveichen gerathen.*

CAP. XXXII, 7.

וברבר אביון משפט׃ Quod comma Lutherus per traiectionem reddit, *vvenn er des Armen recht reden soll*; quum potius ex intentione prophetae reddendum sit: etiam quum loquitur egenus ius. *Auch vvenn der Arme redet ums Recht, vvas recht ist.* Conf Ps. XXXVII, 30.

Vers. 8.

ונדיב נדיבות יעץ והוא על־נדיבות יקום׃

Sed princeps (*ingenuus et munificus*, qui. v. 5. dicebatur שוע *nobilis*, quique habet רוח נריבה *spiritum spontaneum, ingenuum*, Ps. LI, 14. oppositus *auaro, stulto* i. e. impio) principalia (principe digna. Sic. Prou. VIII, 6. נגידים et XXII, 20. שלישים) init consilia (in oppositione *auari* זמות יעץ *scelesta voluentis in animo consilia. Abominatio* enim *regum est facere impietatem*, Prou. XVI, 12.) idemque super principalia et munifica stabit s. persistet. Ita omnium optime Lutherus: *aber die Fürsten vverden fürstliche* (vel significantius *fürstmildeste*) *Gedancken haben, und darüber halten*, vel *und darauf bestehen*, vt sc. exsecutioni dentur ad nutriendam conseruandam et tuendam ecclesiam. Quidam equidem in phrasi vlt. particulam על capiunt meritorie et excellenter, vertentes: *propter munificentias stabit, stabilietur*, vel *exsurget* sc. ad maiorem felicitatem, laudem et gloriam. Sic Rasch. Abarbanel, Ben Melech, Iudaei Amstelod. Lud. de Dieu, et Gussetius *in comm. L. E. p.* 335. Sed contra vsum particulae על cum verbo קום, qui vult *stare super aliquo*, vel *pro aliquo* tuendo; et insuper contra nexum cum antecedd. in quibus impii principes et *affectiue* et *effectiue* describuntur. Ita et in nostris verbis boni principis non tantum consilium, sed etiam eius exsecutio fidelis et constans.

Vers

Vers. 15. CAP. XXXII. XXXIII.

עַד־יֵעָרֶה עָלֵינוּ רוּחַ מִמָּרוֹם Vsque dum effundatur super nos spiritus ex alto, coll Ioel III, 1. 2. Act. II, 17. Zach. XII, 10. Egregie etiam Chaldaeus: *vsque dum venerit nobis spiritus a* Schechina eius (Maiestatica habitatione) *in coelis excelsis*! conf. Act. II, 33. Ex hac miraculosa et copiosa Spiritus S. in N. T. effusione sequetur hoc: et fiet (conuertetur) desertum in Carmel, et Carmel pro silua reputabitur, coll. supr. c. XXIX, 17. i. e. *exaequatio Iudaeorum* (per *Carmel* montem cultissimum frugibus arboribusque) *et gentilium* (per *desertum* siue incultum et siluosum *Libanum* allegorice indicatorum, qui in locum Iudaeorum incredulorum assumentur, Act. XIII, 40.) vt non sit Iudaeus et Graecus etc. vid. Gal. III, 28. et patet *ex inhabitante inter ambos iustitia euangelica* v. seq. 16. et iustitiae huius fructu, *pace interna spirituali perpetua* v. 17. coll. Rom. V, 1. et XIV, 17. et consequeoter *pace externa* v. 18.

Vers. 19.

וּבָרָד בְּרֶדֶת חֵעָר וּבִשְׁפָלָה תִּשְׁפַּל הָעִיר׃

Etsi (coll. c. seq. v. 1.) grandinauerit cum descensu (deiectione. Sic Deut. XXVIII, 54. עַד־רְדֶת *vsque ad deiectionem murorum tuorum altorum et munitorum*) et in planitiem humiliarentur (proiicerentur) ciuitates. Quam sensum recte tenet Kortumius, *Wenn es gleich hagelt, daß die Wälder niederfallen, und die Städte über einen Hauffen geworffen werden.* Ita hic textus, cum praecedente et subsequente, de protectione et securitate ecclesiae Dei agens, egregie colludit cum textu Psalmi XLVI. per tot-

CAP. XXXIII, 3.

מִקּוֹל הָמוֹן נָדְדוּ עַמִּים מֵרוֹמְמָתְךָ נָפְצוּ גוֹיִם׃

A (prae) voce streperae multitudinis (tuae, exercitus tui, coll. c. XIII, 4.) euagati sunt populi: ab exaltatione tua dispersae sunt gentes. *Wenn man nur geböret von deiner rauschenden Menge, sind die Völcker geflohen, und von deinem Erheben (zum Feldzuge) haben sich die Heyden zerstreuet.* Cohaeret hic versus et subsequens cum v. 1. de Assyrio vastatore vastando, indicio pariter *affixi secundae personae* in מֵרוֹמְמָתְךָ, etiam in הָמוֹן subintelligendi. Nam votum *versus 2di* est intercalare, in quo ob enal a- v. 2.

CAP. XXIII. gen perſonae recte animaduertente Lud. de Dieu ad h. l. eccleſia iſtius temporis precatur non tantum *pro ſe*, (*Domine miſerere noſtri*, *in te* enim *ſperamus*:) ſed etiam *pro futura eccleſia N. T.* quae cap. praeced. a verſu 15. ad finem vsque deſcripta fuit (*ſit brachium eorum ſingulo mane.* At non tantum eorum, verum etiam *ſalus* noſtra *in die anguſtiae.*)

Verſ. 4.

וְאֻסַּף שְׁלָלְכֶם אֹסֵף הֶחָסִיל כְּמְשַׁךְ גֵּבִים שָׁקַק בּוֹ׃

Et collectum eſt ſpolium veſtrum ſecundum (כ ſimilitudinis e. m. ſeq) collectionem bruchi: ſecundum diſcurſitationem locuſtarum diſcurrebat (praedator) cum illo (ſpolio.) *und habt eure Beute zuſammen vveg gerafft, nach Art der Käfer: und vvie die Heuſchrecken hin und her ſpringen, ſo lieff einer hie, der andere da, mit derſelben.* Iam potentiae rapaci Aſſyriorum opponitur in v. ſeq. ſupereminens potentia Dei vindicis. Quae oppoſitio mediante particula aduerſatiua *Sed*, *Aber*, indicanda eſt.

Verſ. 5.

נִשְׂגָּב יְהוָה כִּי שֹׁכֵן מָרוֹם מִלֵּא צִיּוֹן מִשְׁפָּט וּצְדָקָה׃

Sed Iehoua exaltatus, nam altitudinem (inexpugnabilem) inhabitat, coll. v. 16, implebit Zionem iudicio et iuſtitia. *Aber der (über alle Herren und Könige) erhabene HERR, denn er vvohnet in der Höhe, (vvohin kein Feind kommen und ihn ſtöhren kan) vvird Zion erfüllen mit Gericht und Gerechtigkeit (vvird Zion ſattſam ſehen laſſen ſeine gevvaltige Straff-Gerichte an ihren Feinden.* In eodem ſenſu vſurpat phraſin Iobus XXXVI, 17. *Et iudicio impiorum* (ſuper impios) *impleberis.* conf. *ad h. l. Not. Sel. p.* 89.

Verſ. 6.

וְהָיָה אֱמוּנַת עִתֶּיךָ חֹסֶן יְשׁוּעוֹת חָכְמַת וְדַעַת יִרְאַת יְהוָה הִיא אוֹצָרוֹ׃

Et erit (ſc. Iehoua, *qui impleuit Zionem iudicio et iuſtitia*; adeoque non refertur ad nomen ſeq. fem. alias foret הִיתָה, aut ſtatuenda enallage generis) fides et veritas temporum tuorum, (i. e. o Zion! agnoſces hiſce tuis temporibus fidelem et veracem eſſe Deum tuum) aerarium, (*eine ſichere Vervvahrung*, cuius ſynonymicum eſt τὸ אוֹצָר in m. ſeq.) omnigenae ſalutis erit ſapientia (ſubintell. nomen conſtruendum *Iehouae*, vt mox ſequi-

CAP. XXXIV.

sequitur, vel saltem pronominis *eius*. Quo ipso clarior est sensus, et euitatur *enallage* status constructi pro absoluto] et cognitio: timor Iehouae erit thesaurus eius (Zionis, cum permutatione secundae pers. cum tertia.) Complures versiones *Sakephkatone* in עתיך neglecto eum supponunt in ישועת.

Vers. 18.

אַיֵּה סֹפֵר אַיֵּה שׁוֹקֵל אַיֵּה סוֹפֵר אֶת־הַמִּגְדָּלִים׃

Vbi scriba? vbi ponderator? vbi scribens turres? De differentia et sensu horum trium titulorum, simulque pro conciliatione loci 1. Cor. I, 20. docte notat cl. Altingius *in Hist. Acad. Ebr.* quod fuerit סופר γραμματεὺς *scriba*, qui textum simpliciter interpretaretur. שוקל συζητητὴς *disputator*, qui argumentorum et rationum pondera ad veritatis trutinam examinaret. סופר את־ה מגדלים σοφὸς *sapiens*, qui altissima et abditissima mysteria perscrutaretur. Hic omnes communi nomine בעלי אסופות (Eccl. XII, 17.) *domini congregationum* dicebantur, quod plures discipulos docendo colligerent et congregarent ad corpus academicum: vel etiam (iuxta Aben Esram ad *l. c.*) quod plures et dispersas sententias in vnum systema colligerent, suisque communicarent auditoribus. 1. Cor. I, 20. Eccl. XII, 17.

Vers. 23.

נִמְשׁוּ חֲבָלַיִךְ בַּל־יְחַזְּקוּ כֵּן־תָּרִנָּם בַּל־פָּרְשׂוּ נֵס אָז חָלַק עַר־שָׁלָל מְרֻבָּה פִּסְחִים בָּזּוּ בָּז׃

Demittantur funes tui (nautici o Zion!) quum nondum firmauerint (naues hostiles coll. v. 21.) basin mali sui, nondum expanderint vexillum, tunc diuisa erit ad praedam multitudo, ita vt ipsi claudi praedaturi sint praedam. *Mache deine Thauen ab (o Zion!) denn ehe sie (die Feindl. Schiffe) den Mastbaum recht befestiget, und die Flaggen aufgesezet haben* (i. e. *ehe ihre Flotte zum auslauffen vvird fertig seyn*) *so vvird schon die Menge* (*Völcker und Güter*) *zur Beute ausgetheilet seyn, so dass auch die Lahmen vverden mit Beute machen.* Quem sensum naturalem et perspicuum non attigerunt interpretes. Lutherus (α) *affixum fem. 2. pers. in* חבליך ad Zionem respiciens mutauit *in masc. 3. pers.* cum relatione ad naues hostiles. (β) Limitibus *Athnachi* motis eum ad vocem ferui יחזקו cum Lxx. et Vulgato, cum Brentio et Osiandro reiecit. *Laß sie ihre Stricke spannen, sie vverden doch nicht halten*, aliis autem ad τὸ נס reiicientibus. (γ) כן cum Vulg. Osiandro, Brentio, Menochio, incongrue accepit *reddituue*, *Also*; quum accipiendum sit *substantiue* cum Calouio *h. l.*

Vare-

CAP. XXXIV. Varenio *h. l.* et Reinbeckio *l. c. p.* 407. vti accipitur in significatione *basis* 1. Reg VII, 29. 31. Exod. XXX, 28. quamuis et per aduerbium qualitatis *recte* cum aliis reddi queat. (δ) τὸ מרבה cum plerisque vt *adiectiuum* construit cum praeuio *substantiuo* שלל, suppositа tali accentuatione אז חלק ער־שלל מרבה. Iam ab eodem separatum arguit esse nomen *substantiuum* formae מַעֲשֶׂה, vti quoque est Ies. IX, 6. et nominatiuum verbi praecedanei חלק. Schmidius autem id pro *participio Hiphil* habens ita separauit, vt nouam et peculiarem per se formet propositionem h. m. *multiplicans* [erit quisque,] adeoque in ער־שלל requirit denuo maiorem *Sakephkatonem*.

CAP. XXXIV, 12.

חָרֶיהָ וְאֵין־שָׁם מְלוּכָה יִקְרָאוּ Nobiles eius, quum nulli erunt amplius illic, ad regnum vocabunt. *Ihr Edele. wenn keine mehr daseyn, werden sie zum Regiment beruffen wollen.* Versio vernacula, *daß ihre Herren heissen müssen Herren ohne Land*, postularet hunc positum: חָרֶיהָ אֲשֶׁר־אֵין־לָהֶם מְלוּכָה יִקְרָאוּ, *Nobiles eius, quibus non est regnum, vocabunt.* illam approbat Calouius, sequiturque Brentius. Ita et alii apud Rauppium *h. l.* τὸ מלוכה a verbo יקראו auellunt, ו neglecto, vertentes: *Principes eius, non est ibi regnum* [quia sc. nulli erunt subditi] *vocabunt* (exclamabunt. Kortumius per vocum traiectionem vertit: *Wenn man nach dem Königreich und edlen Herren fragen wird, so wird keiner da seyn.* Alio modo peccat versio Vitringae: *Ad Nobiles eius attinet: nulli adsunt quos ad regnum vocant.* vel *nulli ibi aderunt*, quando *regnum clamabunt* siue *proclamabunt*, „vt scil. regno destructo aliquem praeficiant, proximos consanguineos „ad regnum vacuum occupandum inuitantes.„Sic namque in חריה requireretur *Sakephgadol*. Deinde negligitur itidem ו.

Vers. 16.

כִּי־פִי הוּא צִוָּה וְרוּחוֹ הוּא קִבְּצָן: Nam per os meum (cum ellipsi ב) ipse praecepit, et spiritus eius ipse congregauit eas. [sc. חיות *bestias* illas immundas v. 13. 14. 15. quae et ipsae magna ex parte a Mose recensentur Leu. XI. et Deut. XIV.) Continetur his verbis ratio eius, quod modo dixerat, *vnam ex iis non defuisse*. Quod vlterius in sequentibus comparatione geometrica illustratur. Docetur itaque heic veritas comminationum diuinarum, et harmonia prophetarum cum Mose, adeoque de vno eodemque scripturae auctore primario Spiritu S. per Mosen et prophetas loquente te-

statur

ſtatur. Non vero iſtud קבצן *generice* vertendum eſt *comportauit ea*, cum relatione ad ספר יהוה *librum Iehouae*, et quae in eo ſunt, ad probandam Θεοπνευσίαν ſcripturae iuxta D. Scherzerum *in Breuic. Theol. th.* 14. et D. Maium *diſſert. III. de conſign. can. Script. S. c.* 2. §. 5. *fin.* Quam quidem ἐμμέσως et πρώτως non probat. CAP. XXXV. et XXXVIII.

CAP. XXXV. 8.

לא־יעברנו טמא והוא־למו הלך דרך ואוילים לא יתעו׃

Vbi verbum יעברנו communiter reddunt per *tranſire*, et pronomen למו referunt ad remotius, ad *coecos*, *ſurdos*, *claudos et mutos* v. 5. 6. Aſt nonne et illi ſunt *immundi*, ſaltem *ſpiritualiter?* quales hic ſumuntur. Ergo nec illi *tranſibunt* ſ. ambulabunt *eam*, neque via haec erit *pro illis*? Et qualis haec eſſet felicitas, infelix ſane, temporum N. T. et Meſſiae (vtpote de qua agit totus textus, ſubſchemate quidem et typo liberationis Iudaeorum excaptiuitate Babylonica,) ſi *immundi* a *via ſancta*, *ad eccleſiam ſanctam* ducente, et in qua per verbum et Sacramenta fieri poſſunt *ſancti et mundi*, excludantur. Proinde res ipſa arguit, dictum verbum עבר potius vertendum heic eſſe cum B. Noldio *in Concord. Part. Ebr. Ch. p.* 485. *coll. Not.* 1438. per *praeterire* h. m. Non praeteribit eam immundus, ſed illa ipſa erit pro eo (ſiue n. למו vertas vt *ſingulare*, coll. *Luc. Ebr. p.* 167. ſiue vt *plurale*, itaque diſtributiue pro *vnoquoque eorum*, perinde eſt.) Hinc ſequitur, quisquis ambulauerit viam illam (euangelicam) etiam ſtulti, (gentiles) non errabunt a vera religione; ac aeterno gaudio et ſalute, v. 10. Lutheri verſio, *und derſelbe vvird für ſie ſeyn, daß man drauf gehe, daß auch die Thoren nicht irren mögen*, requirit *Athnachum* in טמא, et in ſeq. דרך, in quo quidem et alii peccant, *Silluki* maiorem *Sakephkatonem*.

CAP. XXXVIII, 12.

דודי נסע ונגלה ממני כאהל רעי קפרתי כארג חיי מרלה יבצעני מיום עד־לילה תשלימני׃

Potiſſimum heic quaeritur, num B. Lutherus cum collegio ſuo phraſin ebraeam מרלה יבצעני legitime et bene *qua conſtructionem*, qua *vim et v. ſum*, et *qua rem ipſam* transtulerit? *Er ſauget mich dürre aus?* Et reſpon-

CAP. XXXVIII.

ſpondetur, quoad *primum* quidem negando. Quoniam haec verba per diſtinctionem maiorem *puncti* ſeparauit a praecedentibus, quibuscum tamen per ſubdiſtinctionem minorem *Paſchtam* cohaerent, plenumque comma conſtituunt, quum alias talis exigeretur diſtinctio periodica קָפַרְתִּי כָאֹרֵג וְגוֹ׳ מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי. Quoad *ſecundum* autem et *tertium* affirmando. Nam *vis* propria et radicalis vocis דלה *eſt tenuitas*, *attenuatio*, *vſu* etiam biblico comprobata. vid. 2. Reg. XXIV, 14. Ier. XL, 7. et LII, 16. vſurpatur pariter de *tenuitate capillorum*, *von zarten*, *fein geflochtenen Haaren des Haupts* Cant. VII, 5. Quo reſpexit Lutherus translatione ſua *Dürre* pro *Dünne*, cum R. Aben-Eſra *propter tenuitatem* i. e. *infirmitatem*. At quomodo translatio *ausſaugen* cum verbo בצע concordabit? id quod primo quidem intuitu difficile videri poſſet. Significationes enim vſitatae illius ſunt *quaeſtum et auaritiam exercere*, vt Ezech. XXII, 12. *praecidere*, *perficere*. Lutherus autem haud dubie intendit *primam* in ſenſu metaphorico, ſumta metaphora ab *auaro* principe ac domino, ſubditorum ſuorum facultates et vires magis magisque exhauriente ac conſumente. Sicuti deinde Deus comparatur cum *leone* exoſſante. Quoad *rem* ſane, videlicet ardentem febrim, qua pientiſſimus rex Hiſkias adeo enervatus viribusque exhauſtus viuide ſiſtitur, nulla Megalandri verſione melior, ſignificantior, iudicioſior. Proinde verſio integri verſus h. m. fluet: habitaculum meum (τὸ σκήνωμά μου 2. Petr. I, 14. ἡ ἐπίγειός μου οἰκία τοῦ σκήνους 2. Cor. V, 1. id enim vult comparatio cum ſeq. nomine אֹהֶל, et praedicata) proficiſci cogitur et transfertur (καταλυθήσεται, ἀπετέθητεται coll. *ll. cc.* ab ἔσχατῳ ἐχθρῷ 1. Cor. XV, 26.) de me (anima mea vt domino et poſſeſſore eius *in terram caliginis et vmbrae mortis*, coll. Iob. X, 21. 22. et per hanc εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς Luc. XVI, 9.) vt tentorium paſtoris: praeſcidi (i. e. *abſolui*) fere ſicut textor (*ſtamen*) vitae meae, quum prae tenuitate praeciſe perficiet me, (coll Ieſ. X, 12. Zach. IV. 9.) a die vsque ad noctem perficies me. Germ. *Meine Hütte* (*das irrdiſche Hauſs und Hütte meines Leibes*) *muſs fortvvandern* (*aufgeräumet, abgebrochen*) *und vveg gefübret vverden* (*durch den lezten Feind den Tod*) *von mir vvie eine Hirten Hütte: ich habe ſchier meinen Lebens-Faden abgeriſſen* (*zu Ende gebracht*) *vvie ein Weber, in dem er mich ſo dürre* (*mehr als zu dürre*) *ausſauget*, (*vvie ein geiziger Regent, ſo meines Guts und Bluts nicht kan ſatt vverden*,) et iuxta alteram ſignificationem, *und alſo gar fertig machet, von Morgen biſs auf den Abend vvird*

CAP. XXXVIII. Iob. VII, 6.

er mich vollends fertig machen. Alteram similitudinem de *textore*, qua fugacitas vitae humanae venuste praefiguratur, jam etiam amauit Iobus cum significantiori adhuc expressione, c. VII, 6. *Dies mei tenuiores sunt radio textoris, et consumti sunt, und sind (nunmehro) alle,* בְּאֶפֶס תִּקְוָה *in defectu texturae, da nichts mehr zu vveben (zu leben) übrig ist.* Quam significationem vocis תִּקְוָה non solum vult et exigit ratio similitudinis in mutuo membrorum respectu, verum etiam in loco Ios. II, 18. et voce collactea מִקְוֵה, *pannum s. contextum* inferente 1. Reg. X, 28. et 2. Chr. I. 16. euicit D. Abichtius *in obseru. ad R. Iesaiae comm. in Ies. p.* 5. tum ex textuum circumstantiis, tum cognata lingua Chaldaea, tum ex antiquissimo Phœnicum idiomate, ebraeo admodum conformi. Atque sic minus bene quadrat metaphorae *textoris* versio Lutheri, *und sind vergangen, daſs kein aufhalten da gevveſen iſt,* quae melius quadraret cursui fluminis rapidi aut equi ferocis; nec aliorum, *consumuntur cum fine spei,* vt sit comparatio partim similis, partim dissimilis, quum nauicula textoris circumvoluta in orbem redeat.

Vers. 13.

שִׁוִּיתִי עַד־בֹּקֶר כָּאֲרִי כֵּן יְשַׁבֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי

Proposueram adaequate (coll. Ps. XVI, 8) cum vsque ad mane sicut leonem, ita frangebat omnia ossa mea. *Ich hatte mir ihn (GOtt) biſs zum Morgen nicht anders vorgeſtellet als einen Löwen, ſo zerbrach er mir alle meine Gebeine.* מִיּוֹם עַד־לַיְלָה תַּשְׁלִימֵנִי׃ (hinc repetebam, tali ratione) a mane vsque ad vesperam perficies me. (*Da ſagte ich abermahls auf die Weiſe,*) *vvirſt du mich vom Morgen bis auf den Abend fertig machen (noch eher als ein Weber ſein Gevvebe,* coll. v. 12] Territorium l. ditionis *Athnachi* Lutherus cum plurimis interpretibus mutilate reddit, *Ich gedachte,* (cum Vulg. *sperabam* qs. legeretur קִוִּיתִי) *möchte ich biß Morgen leben, aber er zerbrach mir alle meine Gebeine, vvie ein Löwe,* voce כָּאֲרִי *Sakephhat onata* ad sequens m. relata, adeoque minori *Paschtae* maior tribuitur distinctionis vis, quam eius domino contra canonem III. *Luc. Accent. p.* 22. Qua ratione talis foret accentuum consecutio: שִׁוִּיתִי עַד־בֹּקֶר כָּאֲרִי כֵּן יְשַׁבֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי. Nec Varenius *l.* et Reinbeckius *l. c. p.* 411 distinctionis normae satisfacturi rem acu tetigerunt, h. m. vertentes: *Composui vsque ad mane* ossa mea *sicut leo: ita* omnino prout leo Deus *confregit omnia ossa mea.* Melius nobiscum versio Gallica: *Je me proposois iusq' au matin* qu' il estoit *comme un lion.* Eadem comparatione

CAP. XL. *Dei* cum *leone* vires atterente vtitur Iobus c. X, 16. conf. ibi exegesin noſtram,

Verſ. 14.

דָּלוּ עֵינַי לִמְרוֹם יְהוָה עָשְׁקָה־לִּי עָרְבֵנִי׃

Eleuabantur (ita rectius Vulg. Munſt. Pagn. Vatabl. Belgae, Schmidius) oculi mei in altum, (*et ingemiſcebam*,) Iehoua opprimit me, (ſc. מַחְלָה *morbus* propter מַשָּׁאָה *debitum*) ſponde pro me. conf. Iob. XVII, 3. et *adh. l. Not. Sel.* nec non de coniunctione verborum ob affectum *Luc. Accent. p.* 20. Lutherus verſione ſua liberiore verbi עָרְבֵנִי *lindre mirs* videtur reſpexiſſe notionem *dulcedinis*, eamque in ſignificatione tranſitiua, in qua vero non occurrit. Praetermiſit ſic multo elegantiorem ac loco huic propiorem *ſpondendi*, qua fides pientisſimi regis ſe ſolatur *officio ſatisfactorio Meſſiae.*

CAP. XL, 2.

כִּי לָקְחָה מִיַּד יְהוָה כִּפְלַיִם בְּכָל־חַטֹּאתֶיהָ׃

Vbi illud כִּפְלַיִם *duplum* communiter accipiunt cum Luthero de *duplo bono*, np. quod praecesſit de *fine militiae et remiſſione peccatorum*, adeoque foret ſynonymia, ni tautologia, pro qua vero ineptum eſt כִּי *cauſale* NAM, aptius foret *explanatiuum, quod np. acceperit etc.* Nec bene quadrat appoſitum בְּכָל־חַטֹּאתֶיהָ *in, pro, omnibus peccatis eius*, ſed ei valide obſtat, quoniam vi iuſtitiae diuinae *peccatis* debentur *poenae*, et hinc τὸ כִּפְלַיִם cum בְּכָל־חַטֹּאתֶיהָ coniungitur per accentus tq. relata ac cognata in vno membro. Proinde multo erit conuenientius, accipere cum Hieronymo, Piſcatore, Sculteto, Rauanello, et D. Gerh. Titio Theol. olim Helmſt. *in Animadu. Exeg. diſquiſ.* 3. *de duplo poenae*, non obſtante auctoritate Lutheri, hanc ſententiam iam in Hieronymo praeter fas cuipantis: quae nec reiicienda videtur Rauppio *ad h. l.* hoc ſenſu: „Sub temporibus N. T. non ita grauiter afflictum iri eccleſiam, vti ante „factum in captiuitate babylonica, et tempore Maccabaeorum, vbi *vere duplicia* „*propter peccata ſua accepiſſe* dici poteſt eccleſia Iudaica, allegatis etiam Tarnouii *Exercit. bibl. p.* 593. Vt ita ſenſus pro maiori contextus et particulae cauſalis כִּי habitudine pronior hiſit: *Loquimini ad cor Ieruſalemi* (de emphaſi huius phraſeos vide ſis *Ebr. Erym. p.* 41. *n.* 60,) *et clamate ad eam, quod impleta ſit militia eius*, (durus et moleſtus labor ſub paedagogia legis, transmutandus in mitiorem et liberiorem oeconomiam ſub euangelio, πνεῦμα δουλείας εἰς δουλίαν in πνεῦ-

πνεῦμα ὑιοθησίας καὶ παῤῥησίας,) *quod expiata sit iniquitas eius*: nam (concionis huius euangelicae illa summe est indiga, ad eamque anxia et lassabunda suspirat) accepit e manu Iehouae duplas plagas pro omnibus peccatis suis. conf. c. LI, 17. Seruus namque voluntatis Domini probe gnarus, nec tamen faciens, bis vapulat.

Vers. 3.

קוֹל קוֹרֵא מִדְבָּר פַּנּוּ דֶרֶךְ יְהוָה Vox clamat (coll. v. 6.) vel etiam clamantis est: in deserto parate viam Iehouae. *Es ist eine Stimme eines Ruffers, nemlich der da ruffet: bereitet in der Wüsten etc.* Conclamarunt fere versiones, praeter Tremellianam, in hanc distinctionem: *Vox clamantis in deserto etc.* contra Can. IV. *Luc. Accent. p.* 22, reclamante membro altero eiusdem sensus: *rectificate in solitudine semitam Dei nostri.* Id quod iam olim agnouit magnus Chemnitius *in Harm. Euang. c.* 16. iuxta istam talis foret accentuatio, קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר Recte vero nobis cum distinctionem ebraeam prensarunt Piscator, Varenius, Reinbeckius, Wasmuthius, Schmidius *in comm.* secus *in vers.* Kortumius, Carpzouius *in Conc. Ies. p.* 89. et *in Paru. bibl p.* 862, *seq.* cl. Rus *de Acc. Ebr. vsu dict. III.* qui pariter dubia, quae circa nostram constructionem, accentuationis principiis superstructam, mouit L. Thilo in *Med. Th. ad h. l.* ex Calou. *B. I.* et Gussetius in *comm. L. E. f.* 737. *a.* diluit. Vitringa בַּמִּדְבָּר aeque ad *prius* ac ad *posterius* referendum putat.

Vers. 10.

Post annunciationem euangelicam de aduentu regni Christi הִנֵּה אֱלֹהֵיכֶם *Ecce Deus vester!* quod pulcre expressit Chaldaeus אִתְגְּלִית מַלְכוּתָא דֵאלָהְכוֹן *reuelatum est regnum Dei vestri*, coll. Matth. III, 2. IV, 17. et 23. annectit etiam propheta causam finalem geminam illius aduentus: *Ecce Dominus Iehoua Deus* בְּחָזָק יָבוֹא contra robustum (τὸν ἰσχυρὸν ὁ ἰσχυρότερος Luc. XI, 21. 22. vt dissoluat opera diaboli 1. Io. III, 8.) venit. Ita namque verto cum Iun. Pisc. Batauis, Altingio *tom. V. opp. l. 2. c. 8. p. 31. a.* Vitringa, Varenio *b. l.* et D. Maio *Oecon. Temp. V. T. p.* 946. *fin.* De significatione praefixi ב per *contra* vid. *Luc. Ebr. p.* 273. *n. f.* B. Lutherus בְּחָזָק accepit vt periphrasin aduerbii reddens *gewaltiglich*, quae vero efferretur per substantiuum בְּחֹזֶק, sicut Lxx. μετ' ἰσχύος, et Vulg. cum *fortitudine.* Kortumius et in hoc capite iudaizans pro ב substituit כ *similitudinis*, *als ein starcker Held*, וּזְרֹעוֹ מֹשְׁלָה לוֹ et brachium suum dominatur sibi.

CAP. XL. (לו est datiuus *commodi*, Luthero aliisque omissus.) *und sein (göttlicher) Arm vvird herrschen ihm zu gut.* (לעשות חיל vt *reportet victoriam* Ps. CXVIII, 15.16.)

Vers. 13.

מי־תכן את־רוח יהוה ואיש עצתו יודיענו׃

Quis expendit (ponderauit, *vver hat abgevvogen*) spiritum (mentem) Iehouae? et quis vir consilii eius scire fecit (docuit) eum? Hanc verborum constructionem esse indubiam, nos cum plerisque non dubitare sinit et contextus et approbatio diuina versionis graecae Rom. XI, 34. Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; et insuper, si heic praeualeret, auctoritas duorum MSC. Erffurt. in cod. Hal. Nihilominus istum concentum prophetae et apostoli dissonum nobis reddere vultB. Varenius, quem sequitur, vt solet Reinbeckius in *Acc. Doctr. p.* 418. inductus accentuum positu, quo את־רוח יהוה per *Tiphcham* sunt distincta, proinde ita vertit: *Quis direxit spiritum? Iehoua: et virum consilii sui* (Mosen coll. Ps. 103, 7. *nosse fecit* (vniuersum) *illud.* Prouocat pariter qua constructionem m. 1. ad consensum Chaldaei, Aben Esrae, Kimchii et Raschii. Speciem etiam habet ex Prou. XVI, 2. coll. c. XXI, 2. :ותכן רוחות יהוה. *et expendit spiritus (mentes) Iehoua.* Sed esse vtrobique diuersum conceptum mentis, facile patebit conferenti. Nec scripturae est insolens regimen vocum disiungere. vid. Num. V. 29. VI, 13. Iud. IV, 5. Ier. XXV, 30. Pl. LXXIV, 7. etsi non sine emphatica repetitione nominis regentis, vti inprimis h. l. Spiritum, et quidem *Spiritum* Iehouae. Deinde per phrasin איש עצתו *passiue* sumtam, non qui *dat*, sed qui *accipit consilium*, intelligere *Mosen*, nimis longe et impertinenter ex psalmis petitum est. Dissuadet etiam tota συναφείας in nostro loco ratio. Praeterea istum respectum reddit suspectum relatio *affixi* ו ad hoc vniuersum, reclamante versu seq. in quo idem cum eiusdem verbi forma, et cum expolitione synonymica recurrit. Nec fauet sensui m. 2 assertiuo interrogationis continuatio, adeoque oratio impedite flueret. Munsterus, Castellio, et Pagninus ebraismum איש עצתו male diuellunt, accentibus transpositis, hoc versionis genere, *et quis vir consilium suum scire fecit eum*, vel *indicauit ei?* Eodem modo non solum peccat Kortumius, sed etiam verbum *Hiphilicum* in *Kal* transmutat, ac si diceretur יֵדָעֵנּוּ *und vver erkennet seinem Raht?*

CAP.

CAP. XLI, 2.

מִי הֵעִיר מִמִּזְרָח צֶדֶק יִקְרָאֵהוּ לְרַגְלוֹ יִתֵּן לְפָנָיו גּוֹיִם
וּמְלָכִים יֹרִד יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ כְּקַשׁ נִדָּף קַשְׁתּוֹ׃

Versio est: Quis excitauit (איש aliquem) ex oriente, quem iustitia (Dei populum suum in libertatem assertura) vocabit ad pedem suum? (i. e. ad studiosam et fidelem sui sequelam. vid. *Ebr. Etym. p.* 90). dabit coram eo gentes in fugam, (haec enim est vis ebraismi *p.* 51. coll. Deut. XXIII, 15. et XXVIII, 7. 25. vbi explicare additur נִגָּפִים *percussos*. Itaque congruit cum loco parallelo, XLV, 1. לְרַד *ad prosternendum coram eo gentes*. confirmat quoque initiale seq. v. 3 יִרְדְּפֵם. *persequetur eos*) et regibus dominari faciet eum; ponet eos (reges gentium) sicut puluerem gladio suo, sicut stipulam propulsam arcu suo. Germanice: *Wer hat einen erwecket vom Morgen, den die Gerechtigkeit ruffen wird, ihr auf den Fuss zu folgen?* Conf. 1. Sam. XXV, 42. *Die vor ihm die Völcker flüchtig, und ihn zum Beherscher derer Könige machen wird; er wird sie machen wie (den flüchtigen) Staub durch sein Schwert, wie zerstreuete Stoppeln durch seinen Bogen.* Malo ita τὸ צֶדֶק sumere *subiectiue*, sensu ἐμφατικωτέρῳ, quam cum aliis cum ellipsi ב *aduerbialiter, iuste*, nec non nomina זַרְבּוֹ et קַשְׁתּוֹ *in ablatiuo*, quam in *datiuo*, aut cum Varenio in *nominatiuo*, quum huic obstet genus masc. verbi יִתֵּן: et phrasis vltima geminata, pathetica similitudine vestita, idem dicit, quae praecedens *dabit ante eum in fugam*. conf. v. 15. 16. 25. Lutheri versio bis peccat in interpunctionem, dum, virtute distinguendi maiore *Sakephkatonis* non attenta, ipsi minorem tribuit quam *Tiphchae*, in voce צֶדֶק concrete accepta, cum Lxx, Vulgato, Piscatore et Belgis, *wer hat den Gerechten vom Aufgang erwecket?* cui constructioni accentum distinctiuum obstare, etiam notauit B. Glassius *Gr. S. col.* 937. et Calouius *h. l.* Deinde וּמְלָכִים יֹרִד vt peculiare comma cohaerens diuellit, quod quidem sensui nihil officit, *wer gab die Heyden und Könige vor ihm, dass er ihrer mächtig ward?* De quonam vero heic et v. 25. indefinite loquitur textus? Lutherus, Brentius, Calouius, multique alii, intelligunt *Abrahamum*, vel *Iudaicum populum ex oriente suscitatum et vocatum in Abrahamo*. Nos cum Aben Esra, Gatackero *in Aduers. Misc. Posth. c.* 21. *Opp. Crit. p.* 649. Varenio et Vitringa *Cyrum*, cuius nomen proprium reseruа-

CAP. XLIV, XLV. seruatur futurae reuelationi c. XLV, praesertim etiam ob continuationem *futurorum*.

Vers. 25.

הֵעִירוֹתִי מִצָּפוֹן וַיֵּאֶת מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ יִקְרָא בִשְׁמִי וַיָּבֹא סְגָנִים
כְּמוֹ־חֹמֶר וְכַמּוֹ יוֹצֵר יִרְמָס־טִיט׃

Vbi in m. 1. itidem Lutherus cum Lxx et Vulgato, Munsterus, Tremellius, Belgae, Tirinus, peccant in interpunctionem, dum מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ construunt antecedenter, quod deberent consequenter, itaque *Tiphchae* maiorem assignant distinguendi valorem, quam *Sakephkatoni*. In m. 2. post verbum וַיָּבֹא e territorio finali adsciscitur יִרְמָס cum Chald. Ionathane, Tremellio et Gatakero *Aduers. Misc Posth. c. 21. Opp. Crit. p. 655.* Proinde versio totius versus haec est: Excitaui (aliquem) ab aquilone, et veniet; ab oriente solis praedicabit de nomine meo: Veniet (inquam, *conculcaturus*) antistites sicuti lutum, et sicut figulus, qui conculcat coenum.

CAP. XLV, 9.

וּפְעָלְךָ אֵין־יָדַיִם לוֹ׃ Quae verba, repetito etiam ad maius πάθος χλευασμῷ pronom. interrogatiuo מַה, potius et concinnius adhuc litigantium esse reor, quam mutato orationis habitu prophetae, hs. Et quid opus tuum, cui plane non adsunt manus? Germ. *Und vvas ist dein Werck, (vvenn es auch noch so gut gemachet ist,) vvenn du ihm gar nicht (vveiter) hilffst? (dich um dasselbe nicht vveiter bekümmerst, ob es ihm vvohl oder übel gehe? und also demselben deiner kräfftigen Vorsorge nicht geniessen lässest?* Proxime venit versio Lutheri, *du bevveiset deine Hände nicht an deinen Wercke*, nisi quod וְ copulatiuum et affixum לוֹ praetermiserit.

Vers. 19.

Non dixi ad semen Iacobi בַּקְשׁוּנִי תֹהוּ frustra (inaniter, inani et fallaci spe delusi) quaeretis me, *ihr vverdet mich vergeblich (und mit leerer Hülffe) suchen.* Lutherus vocem תֹהוּ, hoc loci ponderosam, et oracula ethnicorum perstringentem, a suo verbo, per seruum *Munach* ei coniunctam, auulsit, et antecedenter cum verbo אָמַרְתִּי construxit, *Ich habe nicht zum Saamen Iacob vergeblich gesagt: Suchet mich.*

CAP.

CAP. XLVIII, 16.

CAP. XLIIX et XLIX.

ועתה אדני יהוה (יהוה אלהים) שלחני ורוחו׃

Et nunc Dominus Iehoua Deus misit me et Spiritus eius. Esse haec verba ipsius Messiae Filii Dei, non Iesaiae, euincunt vel sola immediate praecedentia: *Accedite ad me et audite hoc*, quod *non ab initio* (seculi) in *occulto* (vt solent oracula gentilium obscurissime, ambigue et fallacissime) *locutus sum* (coll. c. XLV, 19. et Io. XVIII, 20.) *a tempore fiendi* (quo fiebat) *illud*, (tam coelum et terra v. 13. quam, quod sequitur, decretum missionis) ibi ego (aderam.) Et Messiam, qua hominem, heic dici *missum* pariter *a Spiritu* S. edocet non tantum absentia notae obiecti את in constructionibus dubiis necessariae, aliasque praesentis, verum etiam interpunctionis s. ratio. Si namque רוחו simul foret persona missa, itaque in *accusatiuo* efferendum, tum cum verbo שלחני coniungendum fuisset, hac accentuum sequela: ועתה אדני יהוה שלחני ורוחו׃ confirmat etiam c. LXI, 1. coll. cum Luc. IV, 18. vbi dicitur ab eodem *vnctus* et *missus* expressioribus quidem verbis, ab eoque ἀχθεὶς, Matth IV, 1. Luc. IV, 1, ἐκβληθεὶς Marc. I, 12. et ἐν δυνάμει τῷ πνεύματος ὑποστρέψας Luc. IV, 14. Plura de *h. l.* ex professo egerunt duae disputationes inaugurales, vna Rostochiensis sub praes. D. Habichhorstii *de Iesaia* SS. *Trinitatis Praecone*, altera Gryphica sub praes. D. I. F. Mayeri *de Quaest. Theol. vtrum Filius a Spiritu* S. *fuerit missus?* §. 9. *seqq.*

CAP. XLIX, 3.

Et dixit (Deus Pater) *ad me* עבדי־אתה seruus meus tu es: ישראל אשר־בך אתפאר׃ *tu* es Israel (verus *Princeps Dei*, de quo dixi, in te benedicentur omnes populi, qui que missus es ad deperditas oues domus Israel, coll. v. 5. et Matth. XV, 24.) in quo (de ebraismo hoc vid. *Luc. Ebr. p.* 377.) glorioſum me praebebo. Lutherus cum Lxx et Schmidio verba עבדי־אתה ישראל per *Athnachum* disterminata coniunxit, *du bist mein Knecht Israel*, itaque duas propositiones turbauit. *Athnachtam* etiam vrget B. Glasius *Gr.* S. *col.* 1176. et Vitringa *h. l.*

Vers. 5.

לשובביעקב אליו וישראל לא (לו) יאסף Vt conuertam Iacobum ad ipsum, et Israel ad ipsum congregetur. Ecquis non videt,

CAP.LXIX. heic esse sententiam geminatam, mutatis eleganter verbis? vnde לא non posse esse *negatiuum*, nisi vis orationi inferatur, sed esse pronomen, א cum ו permutabili. vid. *Luc. Ebr. p.* 19. et *Hill. Arc. K. et K. p.* 57-70. Obseruetur etiam *variata Syntaxis*, infinitiui commutatio cum tempore finito.

Vers. 7.

לבזה־נפש רמתעב גוי לעבד משלים Quae verba Dei Patris vt *sancti et redemtoris Israelis* ad Messiam, non ad Iesaiam, nec populum Iudaicum, mire videbis interpolata, literae ebraismi haud conformia. Cumprimis exercet interpretes infinitiuus לבזה, quem conuertunt in participium, vel *paül*, *contemto*, vel *benoni* cum ellipsi pronominis, *ei quem contemnit*; quandoquidem scire iuuat, *infinitiuum absolute positum cum praefixo* ל perapte exprimere *gerundium* vel *participium pass. fut.* latinorum, nec adeo haec verba *obiectiue* esse concipienda, sed h. m. contemnenda est vita pro abominante (te) gente, pro seruo dominantium: (Assyriorum ac Chaldaeorum coll. c. LII, 4. 5.) ita vt haec mors Christi non sit futura absque ingenti fructu, cum conversione multorum regum et principum coll. v. 23, vt Cyri, Ahasueri, Artaxerxis etc. eaque futura propter promissionum diuinarum veritatem, vt sequitur. Consonam fere menti nostrae deprehendo interpretationem priorem Lud. de Dieu: *Spernere oportet animam* (*vitam*) *pro eo, quem abominatur* (למתעב pro לאשר מתעב) *gens, pro seruo dominantium.* Vt sensus sit: „oportette, quem constitui in lucem gentium, et in salutem vsque ad ex„trema terrae, animam tuam parui pendere pro iis, qui et populi exosi et „ magnatibus mancipati sunt. *Id quum videbunt reges, principesque, cogentur surgere et adorare te.*

Vers. 8.

כה ׳ אמר יהוה בעת רצון עניתיך וביום ישועה עזרתיך

Heic dicit Deus Pater, quod Messiam Filium suum *exaudiuerit*. *Exaudire* autem praesupponit preces et vota, quibus innuuntur non tantum omnes preces, quas Christus in diebus carnis suae ad Patrem fudit, sed etiam summa promtitudo eius, qua se Deo Patri in aeterno decreto redemtorem generis humani stitit ac spopondit. conf. Ps. XL, 8. cum Ebr. X, 7. 9. et Ps. LXIX, 14. Atque illud Messiae opus redemptionis quoquo modo se *adiuuisse* pergit Deus Pater: *Exaudiui et adiuui te*, et quidem *in tempore beneplaciti*, *et in die salutis*, i. e. tum tempore decreti et praefigurationis efficacissimae redemtionis Christi, quod *tempus* est *V. T.* tum tempore actualis praestationis, quod *tempus N. T.* Ceterum ad vberiorem huius loci et paralleli 2. Cor. VI, 2. 3. illustrationem adiri potest disp. D. Fechtii *de Termino gratiae diuinae*.

CAP.

CAP. LI, 6.

Et incolae eius כמוֹ־כֵן secundum similitudinem morientur, i. e. *similiter* morte peribunt, quemadmodum coeli terraeque, seu recte Dn. Danzius reddit *interpr. Ebr. ch. p.* 189. post Glassium pariter notantem *Gr. S. col.* 1019. Illud כמוֹ־כֵן Lud de Dieu *h. l.* reddit ridicule *tanquam pediculus morientur.* Licet hic singularis alibi non inueniatur, nisi in plur. Exod. VIII, 16. 17. 18. quia np. vsu non veniebat de vno *pediculo* agere. In cuius sententiam, quod miror, *promtus admodum pronusque pede vtroque* concedit Gataker*us Aduers. Misc. Posth. c.* 23. *fin. et. c.* 43 *Opp. Crit. p.* 686. *et* 886. itemque Vitringa *h. l.* Lutherus, Forsterus *in Lex p.* 372. Flacius *in clau Sc.* Osiander, Schmidius et Kortumius, vertunt, *vvie das*, approbatum quoque B. Calouio *h. l.* et B. Carpzouio *in Conc. Ies. P. I. et Bibl. Paru. p.* 954. retento כֵּן aduerbialiter *sicut sic*, cum respectu ad gestum crepitationis digitorum, vel qs. pilum aut floccum ostendat propheta. At quis non videt inepte ei competere *τὸ mori*?

CAP. LII, 2.

קוּמִי שְׁבִי Surge, sede, *stehe auf und seze dich* עַל כִּסֵּי יְקָרֵךְ *auf deinen Ehren Thron*, ceu optime addit Chaldaeus. Lutherus שְׁבִי *τὸ* sun it nominaliter, *stehe auf du gefangene Ierusalem*, repugnante tum gen. masc. pro quo sic esse deberet שְׁבִיִּי, vt sequitur, tum accentuatione, quae hos imperatiuos arcte connectit. quod si alterum nomen? cum יְרוּשָׁלִַם per seruum *Munach* cohaerere debuisset.

Vers. 6.

לָכֵן יֵדַע עַמִּי שְׁמִי לָכֵן בַּיּוֹם הַהוּא כִּי־אֲנִי־הוּא הַמְדַבֵּר הִנֵּנִי׃

B. Lutheri versio, *darum soll mein Volck meinen Nahmen kennen zu derselben Zeit: Denn siehe ich vvill selbst reden*, cum Vulgato *Athnachum* a sua sede ad הַהוּא detrusit, et לָכֵן altera vice emphatice iteratum praetermisit; nec vltima verba, *magnam asseuerandi vim continentia*, bene aduertente Seb. Schmidio *h. l.* satis exhausit. Proinde sensus ex pathologia fontis ita fluit: Propterea cognoscet populus meus nomen meum; propterea, inquam, in tempore hoc (cognoscet,) quod, quam vere iam hoc loquor, tam vere tum adfuturus sim. *Darum soll mein Volck mei-*

CAP. LII. *nen Nahmen kennen, ia eben darum zu derſelben Zeit (ſoll es erkennen,) daſs, ſo vvahr ich izund hier rede, ſo gevviſslich daſeyn vverde, (mein Volck aus ihren Drangſahl, und meinen Nahmen aus der Läſterung zu erretten.)*

Verſ. 14.

כאשר שממו עליך רבים כן־משחת מאיש מראהו ותארן מבני אדם׃

Vbi interpretes communiter in eo hallucinantur, quod voculam כן illico faciant ἀποδοτικὴν, (ita vt comparatio inſtituatur inter eccleſiam Iudaicam in captiuitate babylonica et Meſſiam patientem, et hinc contemtibilem vtriusque formam, prout cum Caluino, Muſculo, Marlorato, Tirino, L'Empereurio, etiam ex noſtratibus exponunt Tarnouius, Schmidius, et noviſſime B. Werenbergius Sup. Lüneb. *in Expoſ. Germ. c. LIII. Ieſ. p.* 12. quum tamen captiuitatis illius nullum praecedat veſtigium, deque eccleſia potius continuatum fuiſſet *affixum fem.* np. עָלַיִךְ) refragante et accentuum proportione, quae tum *Athnachum* requireret in רבים, ceu quoque vrget Danzius *l. c. p.* 190, et ipſo ſenſu. Quae dubia forte perſpiciens B. Lutherus, oratione comparatiua miſſa, de commodiore ſenſus analogia cogitauit, vſui licet particularum כאשר et כן difformi, dum illam vertit *coniunctionaliter Daß*, hanc *cauſaliter*, *vveil*. כן potius *redditiuum* eſt illud initiale verſ. ſeq. initiali πρότασεως כאשר h. v. reſpondens, agnoſcente pariter Grotio, et Forſtero *in Lex.* niſi quod hic reddat: *Quanto magis - - - tanto magis* etc. Deinde non attenderunt, propoſitionem alteram *Silluki* eſſe conciſam ac incompletam, ex praecedenti integrandam: nec oppoſitionem emphaticam vocum איש et בני אדם, qua de *confer. Lux Ebr. p.* 336. Denique occurrit aliqua conſtructionis *Synchyſis* pro משחת מראהו מאיש, coll. *Lux. Ebr. p.* 363. cuius naturalis et ſimplex poſitus attenditur in membro ſeq. Proinde verſio ad conſilium fontis exactior haec eſt: Quemadmodum obſtupeſcent (quod Lutherus per eius conſequens *ſich ärgern* optime expreſsit) ſuper te (mutatio perſonae pro עליו *ſuper eo*, vt eſt v. ſeq.) multi) על *ſuper*) veritatem (coll. Eccl. VIII, 10. וּבְכֵן *et in veritate*, cui nominali notioni fauet h. l. *Makkeph* arcte cum nomine copulans.) corruptionis aſpectus eius prae viro praeſtanti (i. e. ſuper vere corruptum aſpectum eius, magis quam vlli viro praeſtanti dignum:) quin (*ſuper corruptionem*) formae eius prae filiis hominum (i. e. magis quam hominum plebeiorum) ſc. *obſtupe-*

ſtupeſcent.) Germ. *Gleichwie ſich viele über die aus Erſtaunen ärgern* CAP. LIII.
werden, daſs ſein Anſehen recht häſslich iſt mehr als von einen wackern Mann zu vermuthen: Ja daſs ſeine Geſtalt viel häſslicher iſt, als gemeiner Leute. כֵּן יזֶּה גּוֹיִם רַבִּים וגו׳ Sic (in tam deformi forma ferui) v. 15.
adſperget (pretioſo et diuino ſanguine ſuo, quod verbum de effuſione et adſperſione ſanguinis ſacrificiorum vſurpatum eſt. Leu. IV. V. VII. VIII. quod merito *b. l.* vt typus cum veritate confertur, annotante Seb. Schmidio *b. l.* coll. 1. Petr. I, 2. conf. etiam L. Werenberg *l. c. p.* 17. *ſ.* et Vitringa *b. l.*) gentes multas (in remiſſionem peccatorum, et ſubmiſſam obedientiam, vt ſequitur) etc.

CAP. LIII, 7.

נִגַּשׂ וְהוּא נֶעְנָה Quae iuxta emphaſin ſuam hoc dicunt, Exigebatur (propter *impoſitam omnium noſtrum* עָוֹן *iniquitatem* eiusque ſatisfactionem) idemque affligebatur (humiliabatur.) *Er ward* (*desvvegen als der gröſte Schuldner*) *ſcharff getrieben, gedränget, exequiret, und eben er muſte auch* (*dafür*) *leiden* (*und ſich aufs äuſerſte demüthigen.*)

Verſ. 8.

Poſteaquam vates meminerat, Chriſtum *ex coarctatione* ſ. *clauſura* mortis (*aus dem Angſt-Kercker*) et *iudicio* (quod pro nobis ſuſtulerit) *ſuſceptum eſſe* in gloriam, vel (prout Lucas ex Lxx ſenum verſione Act. VIII, 33. effatur,) Act. VIII, 33.
ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ τὴν κρίσιν αὐτοῦ ἠρθῆναι *cum ſtatu humiliationis iudicium eius ſublatum eſſe*, meminit pariter filiorum et haeredum eius, quos poſt ſe reliquit, et Pater ei promiſerat v. 10. eosque non aliquos, non multos, ſed multitudinem inenarrabilem, his verbis וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ et generationem (τὴν γενεὰν) eius quis eloquetur? De generatione tam aeterna quam temporali, vtraque licet ineffabili, heic non eſt ſermo, nec de vita infinite duratura Chriſti, ſed de ſobole credentium numeroſa, et amplitudine eccleſiae exponunt Gatack. *Aduerſ. Miſc. l. I. c. 5. opp. Crit. p.* 207. Buxtorfius *in Catalect. Philol. Th. tm.* 79. *p.* 86. Calouius *in Bibl. Illuſt. ad h. l.* M. Köppen *in diſp. Gryph. Faſciculus Myrrhae ſ. obſeruat. Philol. in c. LIII. Ieſ. inſcripta p.* 36. et Geierus *diſp. in h. l.* § 13. *Opuſc. Philol. p.* 347. vbi ponit hanc regulam: *ſi voci* דּוֹר *apponitur affixum, ibi ſemper, et quidem per 40*

CAP. LIII *et aliquot locos, designat posteritatem a certo communique stemmate oriundam.* Sic Clouius *p.* 265. *a.* Vbi *simpliciter* דור ponitur, *perpetuo et vbique notat generationem, liberos, genus, familiam, posteritatem*, nusquam autem sumitur *pro duratione et aeternitate.* Atque sic in examine omnium locorum, quae in concordantiis occurrunt, deprehendisse fatetur, adductis saltem in exemplum XLI. locis.

Vers. 9.

וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת־עָשִׁיר בְּמֹתָיו עַל לֹא־חָמָס עָשָׂה
וְלֹא מִרְמָה בְּפִיהוּ׃

Bone Deus! quot et quantas circa hunc locum sepulturae Christi sibi non fingunt cruces interpretes et homiletae! adeo vt fere dicerent cum sollicitis istis mulierculis *τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; ἦσι γὰρ μέγας σφόδρα*, Marc. XVI, 3. 4. Quod si enim illuc mentis suae oculos recte conuertissent, vidissent, lapidem istum magnum a propheta esse deuolutum, et aditum ad interiora eius recluſum. Nobis sane vt omnium simplicissima mentique Spiritus S. affinior se dudum approbauit haec interpretatio: Dederat equidem (dare constituerat coll. *Luc. Ebr. p.* 380. (γ) np. populus Iudaicus eiusque proceres) vel impersonaliter Dabatur equidem (coll. *Luc. Ebr. p.* 413.) cum improbis sepulcrum eius, sed (*τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοῦ κρεῖττόν τι προβλεψαμένου*) cum diuite (Ioseph Arimathaeo) in morte sua diriſſima (vi pluralis coll. *Luc. Ebr. p.* 345.) sc *dabatur*: (quod verbum *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum, pro aliorum *fuit*:) eo quod (cum ellipsi אשר vel כי, et sic Ps. CXIX, 136. Iob. XVI. 17. XXXII, 3. adeoque על non significat, *quamuis*) non violentiam fecerat, (cum eiusmodi latronibus) nec dolus fuerat in ore eius. Germ. *Man vvolte zvvar sein Grab bey den gottlosen (Mördern) geben, aber (nach dem Willen GOttes) bekam ers bey einem Reichen in seinem höchst-schmälichen Tode: Darum daß er etc.* adeoque summa innocentia Christi honorificam merebatur sepulturam. Qua ratione textus optime cohaeret. Dixerat paulo ante diuinus vates, vadem Messiam ex carcere, solutis mortis funibus, a creditore liberum cum gloria dimissum, spissam piorum assectarum habere nubem, addita hac ratione, *quia* (non *quando*, vel *quamuis*,) non *propter* suam, sed *sui populi praeuaricationem plaga fuerit ipsi*, et *ex terra hac viuentium violenter excisus*, (vt arbor vitae, coll. Ps. LXXXVIII, 6. Thr. III, 54. Ier. XI, 19. vt nos, qui natura aridae

dae et emortuae arbores sumus Eph. II. 1. ipsi inseri, et succum vitae ex eo trahere possimus Io. XV, 1 8.) adeoque eos in passione Christi satisfactoria omnem habere pacem, iustitiam ac salutem. Iam vero in nostris verbis aperit propheta pessimam Iudaeorum incredulorum intentionem, qua hanc Saluatoris innocentissimam ac meritoriam mortem coram vniuerso mundo prostituere ac pessundare infami etiam sepultura moliebantur, nisi admiranda Dei Patris prouidentia intercurrisset atque interuertisset. Cui interpretationi nihil habet, quod obiiciat Dn. Opitius in *Disp. Th. de sepultura Messiae*, nisi (α) quod *subiectum* statuatur *populus Iudaicus*, *cuius tamen nulla in praecedd. facta fuerit mentio §. 19.* Miror sane ἀβλεψίαν. Nonne enim in versu immediate praecedente praecedit, quem propheta vocat עמו *populum suum*? (β) *Quod particula* את *in tota scriptura post verbum actiuum, quale h. l.* נתן, *nunquam pro praepositione* CVM *accipiatur, sed semper nota accusatiui sit* §§. 13 17. 19. Id itidem miror, quod non in contrarium viderit saltem loca Gen. VI, 13. IX, 9. XVII, 21. Iud. VIII, 7. et in ipso cap. nostr. v. 12. conf. *Luc. Ebr.* §. 61. *n. m. p.* 339. Qui vero post recensitas et expensas aliorum explicationes tandem §. 25. suppeditat hanc suam: *Et dedit vel apposuit* sc. Deus Pater *impios* sc. *milites sepulcro eius*, et *diuitem* sc. ab Arimathia in *mortibus eius* sc. *dedit* vel *constituit*. Qui in hoc tantum a Wasmuthio *in disp. inaug. controu. IV.* abit, quod hic subiectum fecerit *Messiam*, et במתיו verterit per *excelsa*. Vtrumque, praeter vltimum hocce, pariter sequitur cl. M. Köppen in *disp. cit p.* 51. 52. 53. Verum constructioni nostrae magis fauet proximum subiectum *Iudaei*. Istam a.vt duram ita suspectam reddit *hysterologia*. Nec probabile est, milites sepulcri custodes dici adeo absolute רשעים *impios*. Nonne vero multo probabilius, homines maleficos et latrones dici *impios*? qui menti legentium facilius se ingerent. Nonne porro exacerbissimis Iudaeorum animis in Iesum Nazarenum propius congruentiusue, eos eum, quem seductorem et rebellem criminabantur, quemque ab ipso Deo percussum et afflictum ob propria crimina aestimabant, vti infami cum latronibus supplicio, ita et infami cum iisdem sepultura voluisse affectum, totamque eius memoriam deletam? nisi Deus aliter gubernasset. Et haecce tam memorabilis sepulturae circumstantia reticeri deberet? Iudicet velim ipse aequus lector. Sed quorsum tendit versio Lutheri germanica? commodius eam conciliari posse cum illorum sententia putem, qui ad fructum mortis et sepulturae Christi respiciunt. *Si* namque *Christus dedit* s. *posuit impietates* (concretum pro abstracto, cum Gerhardo *Harm. Eu. Pass. c.* 19. Wellero in *Disp. pec.* Walthero *Misc. Th. qu.* 69. Glassio, et Clotzio *in tr. de dolor. An. Chr, consid. XVIII. th. 1. p.* 173.) vel (retento concreto

CAP. LIII.

CAP. LIII. creto cum Brentio, Calouio et Seb. Schmidio) *impios in sepulcro suo*, vtique *sepultus est sicut impius*: *sique dedit diuitias*, vel (cum Schmidio, Calouio, Brentio, Pfeiffero, ipsoque Luthero) *diuites* (singularis collectiuus) rapaces et iniquos *in morte sua*, vtique *mortuus est sicut diues*, coll. Rom. VI, 4. 2. Cor. V, 15. Eph. I, 18. II, 7. 2. Cor. VIII, 9.

Vers. 10.

Q. Num phrasis יאריך ימים pertineat ad subiectum proximum זרע *semen?* an vero ad remotius *Messiam*, qui *visurus sit semen*, ceu plerique cum Luthero construunt, *so wird er Saamen haben, und in die Länge leben?* Resp. Per signa diacritica accentuum arguitur, construendum esse cum זרע, quum verba, quae accentum maiorem cuiuscunque dignitatis, vt h. l. regem *Sakephkaton*, sequuntur, semper vt vnum orationis membrum s. maius s. minus cohaereant, adeoque vertenda: videbit semen prolongaturum dies, *so wird er Saamen haben, der in die Länge leben wird.* Vt ita indicetur, *semen* illud fidele et innumerabile coll. v. 5. fore haud πρόσκαιρον, sed perpetuum, et cum aeterno patre, redemtore ac pastore suo etiam in aeternum victurum, ceu quoque iis sancte promisit Io. X, 8. 11. 28. XII, 32. XVII, 24. add. 1. Pet. I, 5. Constructionem illam pariter sequitur Vulgatus, Vatablus, Brentius.

Vers. 12.

לכן אחלק־לו ברבים ואת־עצומים יחלק שלל

Quod si proprietati constructionis verbi חלק cum ל et ב prosse inhaerendum est, et harmonia ineunda cum Iob. XXXIX, 17. ולא־חלק לה Iob. XXXIX, 17. בבינה et *nihil* (coll. *Luc. Ebr. p.* 421.) *partitus est ei de intelligentia*, *und hat ihm nichts vom Verstande mitgetheilet*, versio haec erit: Propterea partiar ei de multis illis, (i. e. *omnibus, quibus iustus seruus meus acquisiuit et per notitiam sui applicauit* יצדיק לרבים, vtrobique cum virtuali ה *demonstratiuo*, et *quorum iniquitates ipse portauit*, vt sint sua hereditas, suum peculium, coll. v. 8. 10. et c. VIII, 18. Ps. II, 8.) et cum numerosis illis (vi radicis eius, significantis *praeualere s. validum esse robore* vel *numero*) partietur spolium. (i. e. victoriam, quam reportauit a peccato, diabolo, inferno, morte et mundo. Germ. *Darum will ich ihm mittheilen von den vielen* (*erworbenen Seelen,*) *und er wird mit denen zahlreichen* (*Gläubigen*) *den Raub theilen,* (*sie seines Sieges und Verdienstes theilhafftig machen.*)

CAP.

CAP. LIV, 1.

Per שוממה desolatam, et, vt prius dicitur, עקרה sterilem, quae non peperit, nec cum dolore parturiuit, *die noch keine Kindes-Wehe gehabt*, intelligitur *vera Iudaeorum ecclesia*, fide promissionem amplexa, sed pressa, sed variis tribulationibus probata, sed *sicut vxor repudiata et acerba spiritu*, (v. 6. coll. c. XLIX, 21. seqq. sunt enim textus paralleli, et vtrobique eadem promissio) itaque *patienti Christo* (vi connexionis cum cap. praeced.) בועליה *marito suo* v. 5. conformior. Cui iam propinatur consolatio, *quod habitura sit plures filios*, per accessionem gentium conuersarum sub temporibus N. T. et *Christi patientis ac triumphantis*, *prae filiis* בעולה maritatae, i. e. *Synagogae Iudaicae*, prout cultui Mosaico adhuc pro statu V. T. affixa erat, et sub tempora N. T. et Christi in carne praedicantis variis erroribus in doctrina, praesertim iustitia legali, et vita corruptissima erat. Haec comparatur *mulieri maritatae*.

Vers. 8.

Vbi duntaxatat vocabulum *μοναδικὸν* שֶׁצֶף notandum venit, quae vulgo redditur vt vox temporis *paululum, momentum*. Ast quum hic significatus euadit ineptus et tautologicus propter expresse appositum רֶגַע *momentum*, *im Augenblick des Zorns ein wenig*, potius ex *περιεσάσῃ* textus quam lexicis petenda est vocis illius significatio. Proinde facimus cum Seb. Schmidio, quod שצף idem sit, quod שטף, licet literae צ et ט non quidem sint permutabiles ratione organi, tamen illa commutatio fieri facile potuit, per paronomasiam cum seq. קֶצֶף, praesertim quum et שטף coniungatur cum אף Prou. XXVII, 4. Vt adeo sensus aptior hic prodeat: in inundatione irae *abscondidi faciem meam in momento a te*. Conuenit in sensu R. Menachem ap. Raschium et Kimchium exponens per בחרי אף *in aestu irae*, itemque Syrus *in ira magna*, et cl. Albertus Schultens in *animadu. philol. ad h. l. p.* 383. ex arabismo *in vehementia irae*.

Vers. 15.

הֵן גָּור יָגוּר אֲפֶס מֵאוֹתִי מִי־גָר אִתָּךְ עָלַיִךְ יִפּוֹל׃

Quanquam hic locus maxime fauorabilis sit significatui *conueniendi*, *congregandi*, verbi גור, quemque proinde communiter heic tenent, quem vero alibi (np. *P. I. Not. Sel. p.* 121, *c. fin.*) cum cl. Gussetio *rectius expungi* iudicauimus; nihilominus nos nondum poenitet huius iudicii, vt locum hunc ei

CAP. LIV. demus: ſicuti nec dedit Seb. Schmidius, qui praetulit notionem *timendi* hoc ſenſu: *Ecce* (ſi quis) *timendo timebit, non erit ex me; quisquis timidus fuerit tecum* (apud te) *ſuper te cadet* (i. e. offendet in te et interibit.) Aſt verſio haec qua m. I. *non eſt ex* accentuatione, ideoque *propter ipſam cadet.* Tribuit namque *Thbiro* maiorem diſtinctionem, quam eius domino *Tiphchae.* Qua ratione talis foret interpunctionis forma הֵן גָּוֹר יָגוּר אֶפֶס מֵאוֹתִי vel הֵן גָּוֹר יָגוּר אֶפֶס מֵאוֹתִי. Eundem diſtinctionis errorem errat Kortumius: *Siehe, vvelche ſich (vvider dich) verſammlen, ſollen zu nichte gemacht vverden von mir.* Nec modo eundem nouiſſime cl. Vitringa, ſed etiam alium in m. 2. h. m. *Ecce congregando congregabitur; non ex me: quitecum*, (i. e. dum tecum eſt et viuit,) *ſe congregauerit contra te; cadet.* hac ſuppoſita interpunctione m. 2. : מוּ־גָר אִתָּךְ עָלַיִךְ יִפּוֹל Doctiſſimus Guſſetius vt ſeruet ſignificationem verbi גור magis propriam h. m. transfert: *Ecce qui habitat vt alienigena non* amplius exiſtet, idque fiet *per me: quisquis vt alienigena habitat apud te transfugiet ad te* (in tua caſtra transibit quoad religionem.) *Comm. L. E. p.* 174. *b.* At coactionem per iſtam *ellipſin*, et מֵאוֹתִי in בִּי, clamitat ipſa translatio, vt ne de ſenſu minus bene cohaerente dicamus. Verſio Lutheri ita per traiectionem vocum poſitum ordinauit הֵן מוּ־גָר אִתָּךְ וְעָלַיִךְ יָגוּר אֲבָל־גָּוֹר יִפּוֹל אֶפֶס מֵאוֹתִי: *Siehe, vver vvill ſich vvider dich rotten, und dich überfallen, ſo ſie ſich ohne mich rotten?* Nos continuamus ſenſum *timoris*, qui immediate praecedit, quique adeo et heic intendi valde fit probabile, etiam ob conſtructionem cum praepoſitione מ. Itaque verba ſe invicem amice excipiunt h. m. *Procul eſto ab oppreſſione, quia nullam timebis, etiam a terrore* procul eſto, *quia non appropinquabit ad te.* Iam inſequitur Ecce! timendo timebit quis (vel paſſiue timebitur) nihil a me, *Siehe von mir vvird man ſich gar nichts, (feindliches) zu befürchten haben*, et quis apud te timeret te invaſurum, *und vver hat ſich bey dir zu fürchten vor einem, der dich überfallen ſolte?* quoniam nullus hoſtis ſine me, meaque gubernatione tibi nocere aut perdere te audet: *ego creo perdentem* ſed לְחַבֵּל *rurſus ad perdendum, ita vt rurſus perdere poſſim* eum, vti in ſequentibus docetur.

Verſ. 17.

In quo verſu nihil occurrit notandum, niſi quod לְמִשְׁפָּט Lutherus coniungat cum verbo ſeq. תַּרְשִׁיעִי *die ſolt du im Gericht verdammen*; nec aliter Kortumius, *die vvirſt du nach dem Gericht verdammen*, quum tamen ab illo

per

per *Tiphcham* sit distinctum, et proinde potius ita verba sint construenda: *et omnis lingua insurrectura tecum* ad, in, iudicium, *condemnabis*, *und alle Zunge, so sich unternimmt mit dir zu baddern, wirst du verdammen, und vor ihr recht behalten.* CAP. LVI.

CAP. LVI, 9.

כָּל חַיְתוֹ שָׂדָי אִתֵּין לֶאֱכָל כָּל־חַיְתוֹ בְיָעַר׃

Complures heic duas fabricantur propositiones eiusdem tenoris, altera concisa, vti post vulgatum Lutherus, *Alle Thiere auf dem Felde kommt und fresset, ia alle Thiere im Walde.* Sic et Vatablus, Gallus, Angli et Belgae. Qui interpretes grauiter impingunt in interpunctionem diuinam, *Athnachum* propellentes vsque ad לֶאֱכָל, et regem maiorem *Sakephgadol* pro seruo habentes, hac supposita consecutione כָּל חַיְתוֹ שָׂדָי אִתֵּין לֶאֱכָל כָּל־חַיְתוֹ בְיָעַר׃. Nec aliter qua sensum Pagninus cum Ar. Mont. Tremellius et Iunius, licet aliquid potestati *Athnachi* dedisse per ὑποστιγμὴν videri velint. Verum distinctio fontis vnam tantum innuit propositionem, cuius subiectum emphatice contradistinguitur praedicato h. m. Omnes bestiae agri, venite ad deuorandum omnem bestiam in silua. Ita bestia opponitur bestiae in *accusatiuo* ideo reddendae, ceu recte quoque prae aliis Munsterus et Schmidius reddidere. Sed qualis, quaeso, sensus? Seb. Schmidius venatur *mysticum*, dum per *bestias agri* intelligit congregatos per Christum „ Iudaeos, qui pridem fuerint in agro domini i. e. populus Domini: per *bestias* „ autem in *silua* gentiles ad illos aggregandos. Dici istis, vt *hos comedant*, lua- „ui sc. et spirituali comestione, qua scil. ecclesia absorbeat quasi in medium sui „ gentes, et in sinum suum recipiat.„ Id vero expositionis genus se vix alicui propter duritiem approbabit. Nullibi enim in Scripturis pii et fideles vocantur bestiae, sed potius ferae et barbarae gentes extra ecclesiam, nec non impii in illa. Conf. Ier. XII, 9. Ps. LXVIII, 11. 31. et *Not. Sel.* illic. Nec sic bene cohaererent sequentia. Propter quae ego potius hunc apprehendo sensum, vt Iudaeorum hostes Assyrii, Babylonii, et Romani inuitentur, ad absumendum impios ex populo Iudaico, quippe qui tanquam bruta pecora sine vlla religione et timore Dei viuebant, abdomini belluinisque cupiditatibus solummodo inseruientes.

CAP. LVII.

CAP. LVII, 11.

הֲלֹא אֲנִי מחשׁה זמעולם וְאוֹתִי לֹא תִירָאִי׃

Quorum priora verba Lutherus transtulit in futuro, et ומעולם conuertit nude in לעולם, *Mein ſtu du ich vverde allevvege ſchvveigen*, conuertenda potius: Nonne quia ego ſileo, et quidem (coll. *Luc. Ebr. p.* 271.) a longo tempore, ideo me non times? *Siehe!* (coll. *Luc. Ebr. p.* 267.††) *vveil ich ſchvveige (und nicht alſo bald mit der Straffe hinter dir her bin) und zvvar von ſo langer Zeit her, darum fürchteſt du mich nicht.*

Verſ. 16.

בִּי־רוּחַ מִלְּפָנַי יַעְטֹף וּנְשָׁמוֹת אֲנִי עָשִׂיתִי׃

Verba haec ſolennia ſunt homiletis in feſto pentecoſtes, quando ex iis elíciunt effuſionem Spiritus S. in corda hominum, pios motus, nouamque vitam in iis excitantis, inducti verſione Lxx virali, πνεῦμα παρ' ἐμοῦ ἐξελύσεται, vt Io. XV, 26. et Vulgata: *nam ſpiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam*, et germanica Lutheri: *Denn es ſoll ein Geiſt von meinem Angeſichte vveben, und ich vvill Odem machen*, approbata etiam B. Glaſſio *Rh. S. col.* 1622. et Calouio *h. l.* quum tamen id minime dicant, totaque exegeſis ſit *illata* non *innata*, ceu indubie patet ex vi genuina et vſu perpetuo verbi עטף, quod nunquam ſignificat *egredi*, *agitare*. conf. *Not. Sel.* ad Iob. XXIII, 9. *p.* 55. Mens potius intenta Spiritus S. haec eſt: quia ſpiritus (hominis) a facie mea (irati) obrueretur ſ. deficeret, (ſicut in diluuio factum,) et animae, (quas) ego feci. *Weilen ſonſt ihr (ohnmächtiger) Geiſt vergehen vvürde, und die Seelen, vvelche ich geſchaffen habe.* Quem ſenſum recte etiam apprehenderunt poſt Aben-Eſram Iunius, Piſc. Belgae, Angli, Rauppius cum Forſtero, Varenius et Seb. Schmidius, D. Michaelis *in Not. Bibl. Ebr.* Vitringa *h. l.* itemque Kortumius, niſi quod hic τὸ מלפני cum verbo יעטף per ſeruum *Munach* conſtructum conſtruat cum רוח, hac quaſi diſtinctionis facie בי־רוח מלפני יעטף, *vveil ſonſt ihr Geiſt, der von meinem Angeſichte kommen, vvürde unterdrücket vverden.* Non obſtante veriore hac exegeſi, nihilominus priori adhaerere maluit D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 977. ita interpretans: *quia Spiritus ſanctus* paracletus *a me egreditur, et ad animas* illas contritas quod attinet, *ego reficiam*, quia ſanguine meo redemi et acquiſiui.

CAP.

CAP. LX. LXII. LXIII.

CAP. LX. 7.

יַעֲלוּ עַל־רָצוֹן מִזְבְּחִי Quae verba Lutherus reddidit, *Sie ſollen auf meinem angenehmen Altar geopffert vverden*, ac ſi nomen רָצוֹן cum מִזְבְּחִי eſſet conſtructum, repugnante forma illius abſoluta, et accentu diſtinctiuo *Paſchta*, ac proinde ita reddenda: adſcendent iuxta beneplacitum (meum) altare meum, *ſie ſollen zu meinem Wohlgefallen (zum vvohlgefälligen Opffer) auf meinem Altar geopffert vverden.* CAP. LIX. 18. De ſenſu h. v. emphat. vide Praef. Luc. Accent. c. med.

CAP. LXII, 6.

הַמַּזְכִּירִים אֶת־יְהוָה אַל־דֳּמִי לָכֶם׃ Quae quidem verba Lutherus ita diuiſit, vt duo priora adhuc ad ditionem *Athnachi* pertineant, *puncto* clauſam, duo autem reliqua ditioni *Silluki* cedant. Nec aliter Schmidius. *Sed quae Deus per accentus coniunxit, interpres ne ſeparet!* ideoconiunctim ita interpretanda ſunt: Quia commemoratis (praedicatis) Iehouam, ne ſilentium (*ſit*, vel *detis* c. v. ſeq.) vobis. Ita recte Kortumius: *Ihr die ihr des Iehouah gedencket, ſchvveiget nicht ſtille.* Et membr. 1. verſus ſeq. 7. וְאַל־תִּתְּנוּ דֳמִי לוֹ Lutherus vertit, *und ihr von ihm nicht ſchvveiget*, nec aliter Kortumius, *ſchvveiget nicht ſtille von ihm*, ſumentes לוֹ, *pro* בּוֹ, potius vertendum: Neque detis ſilentium, vel quietem ei np. Deo, i. e. ne ceſſate precibus eum defatigare. Rectiſſime etiam hanc phraſin patheticam, et melioribus ſcriptoribus vſu receptiſſimam vrget cl. Vitringa contra Belgas ſuos interpretes: *Et ne ſilete coram eo.*

CAP. LXIII, 1.2.3.4.5.

מִי־זֶה בָּא מֵאֱדוֹם וגו׳ Quis iſte veniens ab Edom? etc. Repraeſentatur in hoc theatro ſacri ſpiritus prophetico perſona ſub habitu victoris *rubicundi quoad veſtimentum ſuum, ſicut calcantis* (vuas rubras) *in torculari.* Quae qualis ſit? confidenter interrogat eccleſia militans, vel nomine eius ipſe Ieſaias more aliorum prophetarum, vt Danielis et Zachariae, ex cuius reſponſo magnifico ſatis relucet character non mere humanus, *vt Iudae Maccabaei*, iuxta profanam Grotii mentem, ſed vere diuinus, videlicet *Meſſiae*, quo de etiam cordatiores inter interpretes chriſtianos, nec minus antiquiores Iudaeos teſte R. Aben Eſra ad *h. l.* nulli dubitant. *Subiecto* igitur *pro-*

CAP. LXIII. *phetiae* cognito, atque extra controuersiae aleam posito, inquirere iuuat in *materiam* illius *circa quam* siue *obiectum*, quod secundam literam non esse *cladem Edomaeorum*, vel *Chaldaeorum*, vel *Synagogae Iudaicae*, aut sub typo Edomaeorum in genere *stragem hostium ecclesiae corporalium*, euidenter probatur 1) ex συναφείᾳ immediate antecedentium, quae continent illustre vaticinium de ingressu Christi in vrbem Hierosolymorum ad passionem satisfactoriam ac meritoriam in verbis; *ecce salus tua* (saluator tuus) o Zion, *venit, ecce merces eius cum eo, et opus eius coram ipso*, et amplioribus apud Zach. IX, 9. cuius complementum monstrat euangelista Matthaeus Cap. XXI, 5. quin ascendendo per capp. LXII. LXI LX. et finem c. LIX in continua serie exhibentur beneficia Christi Goelis spiritualia sub temporibus N. T. Non igitur video, cur ab illis Spiritus S. descenderet, aut relaberetur ad bonum aliquod ecclesiae Iudaicae V. T. corporale et particulare, per victoriam np. Messiae ab Edomaeis hostibus eius reportatam, praesertim quum stragem Edomaeorum iam supra c. XXXIV. graphico viuidoque schemate descripserit propheta. 2) Ex parallelismo visionis Ioanneae Apoc. XIX, 11-15. Vbi ἀναντιῤῥήτως pugna et victoria illa Christi ad N. T. spectat, et quod maxime notandum, omnium grauissima et spiritualis praecesserit corporalem; quandoquidem *vestis Messiae in sanguine tincta* praefiguratur, antequam suos suorumque hostes aggrederetur v. 13. 20. 21. Quum vero in dramate Iesaiano sistatur Messias *in rubra veste post luctam*, colligitur, quod in passione sua acerbissima depugnauerit cum hostibus suis spiritualibus. 3) Ex ipsa phraseologia, quae longe est augustior, quam vt stragem corporalem designare possit, et quidem (α) Ego sum qui loquor צדקה de iustitia illa N. T. futura, (de qua prolixe hactenus Messias concionatus fuerat in praecedd. capp. inpr. c. LXI, 1. 2 3. 10. 11. LXII, 1. 2. et de qua gloriantur fideles vtriusque testamenti, quod *Iehoua Messias sit iustitia sua*, coll. Ier. XXIII, 5. Iesai. XLV 24. 25. LIII, 11. 1. Cor. I, 30 2 Cor. V, 21.) רב להושיע Magister ad saluandum et seruandum, vi officii sui sacerdotalis et regii. Conf. Matth. I, 21. (β) Torcular calcaui SOLVS et EX POPVLIS NVLLVS ERAT VIR (i. e. nullus homo, siue mas siue mulier) MECVM. Quid clarius heic dici posset ad remouendam omnem ex animis legentium pugnam corporalem? Nam de clade Edomaeorum, Chaldaeorum et Iudaeorum id reuera dici nequit. Nec sufficit dicere, excludi saltem causas socias, non vero instrumenta et praesidia humana, ar-

Deut. XXXII, 12. gumento loci Deut. XXXII, 12. *Iehoua* SOLVS *ducebat eum* (populum Israeliticum in deserto) et NVLLVS CVM *ipso* ERAT *Deus alienus*. Qui quidem locus expresse excludit causas socias, deos alienos, sed etiam omne praesidium

sidium humanum, ita vt Ieboua Filius Dei proprie et vere dicere posſit, quod CAP. LXIII.
SOLVS et *in columna nubis et ignis*, ac ſicut *aquila* Iſraelem, ipſumque eius ductorem Moſen, in tam vaſto et horrendo deſerto duxerit. Conf. Exod. XIV, 19. XXIII, 20. 23. Deut. I. 30. 33. Ieſ. LXIII, 9. 11. 12. Nam Moſis praeſidium heic nimis imbecillo et imbelle, immo nullum erat, adeoque haud ſufficienter probat, quod debet. In pugna autem Meſſiae Ieſaiana non tantum *nullus Deus populorum*, quum alias dicendum fuiſſet ומאלהי עמים, ſed etiam *nullus plane vir ex populis* (τὸ אין enim vniuerſaliter negat coll. *Luc. Ebr. p. 416. fuit cum eo.* Vt adeo ipſa litera (ni velis ei vim inferre) tam clara tamque euidens omnia omnino inſtrumenta et praeſidia humana in hoc negotio, vtpote omnes omnium hominum vires excedente, excludat. Quae excluſio amplius exaggeratur in *verſu* 5. Quum enim *circumſpiceret* Meſſias, ante initum verſ. 5. certamen, ad aliquod auxilium inter coelites et terrenos, *tunc plane nullus erat auxiliator, quumque obſtupeſceret, quod nullus eſſet ſuſtentator* (in ipſo certamine, *der ihn unterſtüzte in ſeinem höchſten Kampff*) *tum auxilium ac ſalutem ipſi brachium eius praeſtare debebat*, (*ſo muſte ſeine göttliche Macht* רב כחו v. 1. *das Beſte hiebey thun*) *et excandeſcentia eius* (*ſein gerechter göttlicher Eyfer, das menſchliche Geſchlecht aus der Macht und Gewalt des Satans herauszureiſſen*) *illa* (*ia eben der*) *ſuſtentabat eum*, (*erhielt und unterſtüzte ihn, daſs er das hohe Erlöſungs-Werck glücklich konte vollführen.*) Qua quidem phraſi etiam vtitur Meſſias, quando praefiguratur vt heros armatus contra hoſtes ſuos Iudaeos procedens, quum enim *nullus eſſet vir* (iuris iuſtitiaeque amans) וישתומם *et obſtupeſceret*, (ἀνθρωποπαθῶς) *quod* (conſequenter) *nullus eſſet interceſſor* (qui virgam Ieſ. LIX, 16. eius ferream auerteret vel ſuſpenderet) ותושע לו זרעו *ideo ſalutem parabit ei* 17. 18. *brachium eius, darum wird ſein göttlicher Arm ihm ſelbſt rechtſchaffen*, וצדקתו היא סמכתהו *et iuſtitia eius*, (qua impietatem non poteſt non punire, ac pietatem defendere atque remunerari,) *illa ſuſtentabit eum.* Ieſ. LIX, 16. 17. 18. Quodque victoria iſta Meſſiae ſit non modo virtutis mere diuinae, ſed etiam fructus vniuerſalis, non particularis Iudaeorum, comprobat egregium iſtud ἐπινίκιον euangelizantium Ieſ. LII 10. חשף *Denudauit Ieboua brachium ſanctitatis ſuae* (*der HErr Meſſias hat ſeine heilige göttliche Macht offenbahrlich angewandt*) *coram oculis* OMNIVM *gentium, vt videant* OMNES *extremitates terrae ſalutem Dei noſtri.* Conf. Pſ. XCVIII, 2. 3. Patebit iam ex hactenus probatis, quod heic ſermo non ſit de clade Edomaeorum, vel alia mundana. Pro qua equidem obiici maximeque vrgeri poteſt id dubii e *verſu* 3. *et* 6. quod Ieſ. LII, 10.

mentio

CAP. LXIII. mentio fiat *populorum* deuictorum, et ם֫ם֫ *roboris* i. e. *sanguinis* (coll. Apoc. XIX, 19. quum *robur hominis sanguis sit*, agnoscentibus etiam Kimchio, Ben Melech, Raschio, et Aben Esra) *eorum*, quo *vestes Messiae adspersae ac contaminatae fuerint.* At vero sciendum est, quod tota phrasis desumta sita praelio corporali et victoria completa, quae non sine profusione multi sanguinis reportari solet, ita vt saepe victoris vestes deuictorum sanguine adspergantur et polluantur; praeterea vti in typis et parabolis, ita nec in emblemate et allegoria reali, qualis est nostra, omnis litera nimis vexanda sit, quum nonnulla soleant admisceri ad orationis lumen et δεινότητα, quemadmodum ad descriptionem consummatae victoriae vtique etiam pertinet sanguis hostium profusus. Proinde non placet expositio vt coacta Seb. Schmidii ad *h. l.* quod sanguis quidem, quo conspersus est Messias, *physice* fuerit ipse *Messiae* sanguis, at *moraliter* et *iuxta imputationem* s. aestimationem sit *sanguis populorum*, pro quibus effusus est. Contra rectior Varenii *h. l.* *Repraesentari Christum velut illum, qui bellum cum spiritualibus potestatibus iniuerit, et plenam de illis victoriam reportauerit, quod illis signis explicatur, quae alii victores ex hostibus, magno numero et ingenti clade sua manu concisis reportare solent, quae inter est chlamis vel paludamentum imperatoris adspersum hostili sanguine, glorioſum ipsi spectaculum.* Quid vero? si dicatur, Vaticinium nostrum *literaliter* agere de victoria super Edomaeos, sed *mystice* de victoria Christi spirituali? Sed quis nescit distinctioni huic ὑπαλόν τι subesse, eaque passim ludere, et imprudentibus fucum facere Grotiana ingenia, dum accipiunt sensum *mysticum* saltem pro *accommodatitio*, *analogico*, *ac anagogico*, quemadmodum et multi patres studio allegorizandi nimium indulserunt, itaque duplex sensus scripturae inferretur; quum tamen nonnisi *vnus* vnius loci per verba immediate intendatur a Spiritu S. *sensus*, isq; vel *proprius* vel *figuratus*; adeoque nonnisi *mysticus*, *allegoricus*, *emblematicus*, saepe per verba et literam immediate intenditur. Si iam quaeritur in nostro textu, vter sensus per verba et literam sit immediate intentus? Si dicitur, literalis proprius de caede Idumaeorum. Ergo non simul potest obtinere *mysticus*. Sin hic? Ergo expirabit alius literalis. Relinquitur itaque, quod in sermone Iesaiae figurato et emblematico vnice et immediate adumbretur destructio hostium spiritualium, *diaboli*, *peccati*, *mortis et inferni*, cum omni sua caterua, np. Antichristo et hostibus ecclesiae corporalibus, qui vna regnum diaboli constituunt et propagant. Atque hinc est, quod phrases aliquae speciatim dirigantur ad hostes corporales, vt est sanguinis profusio. Hi igitur hostes tanquam *vuae* conculcati sunt a Christo *in torculari* irae diuinae, coll. Apoc. XIX, 15. Num vero

etiam

etiam alibi scriptura assolet pugnam spiritualem cum diabolo et cohorte eius de- CAP. LXIII.
scribere phrasibus a pugna ac debellatione hostium mundanorum depromtis? Quis illud negaret, nisi hospes in scripturis? Conf. inpr. in Ies. nostro cap. XL, 9. 10. *Super montem excelsum adscende tibi euangelizatrix Zion, eleua cum vi vocem tuam euangelizatrix Ierusalem, eleua*, inquam, *sine timore, dic vrbibus Iudae*, ecce Deus vester, Messias incarnatus! Ecce! Dominus Iehoua Deus contra robustum venit, et brachium suum dominatur sibi: (coll. ibid. *Not. Sel.*) *ecce! merces eius est cum ipso, et opus eius coram ipso.* Si iam verba haec valde pathetica conferantur cum ante memoratis verbis c. LXII, 11. et cum textu nostro c. LXIII. apparebit, quam amice hi textus se inuicem respiciant. Conf porro schematismus in paradiso *de serpentis illius antiqui poena damni et sensus, deque summae potentiae diabolicae destructione* Gen. III, 14. 15. coll. *Not. Sel. ibid.* Add. Hos. XIII, 14. et 1. Cor. XV, 54. *Absorpta est mors in victoriam. Vbi tuus, o mors, stimulus? Vbi tua, o status mortuorum, victoria?* Col. II, 15. *Exutos principatus traduxit publice, et triumphauit de illis per seipsum.* Vbi probe notetur nexus huius spoliationis et triumphationis cum morte crucis Christi et deletione chirographi legalis et debitorum nostrorum v. 14. Apoc. V, 5. *Ecce! vicit leo ille de tribu Iuda et radix Dauidis* (de phrasi ult. vid. *Not. Sel.* ad Ies. XI, 10.) et c. XII, 9. *Satanas cum angelis suis proiecti sunt in terram*, coll. v. 7. Sic etiam fidelibus Christi membris promittitur, quod super *aspidem et basiliscum calcaturi, leonem et draconem conculcaturi sint*, Ps XLI, 14. Quaeris autem cur destructio regni diabolici et tenebrarum proponatur sub imagine potius *Edomaeorum* deuictorum? Nulla sane imago V. T. aptior significantiorue videbatur. Sicut enim Edomaei erant Iudaeorum hostes omnium infensissimi, ita diabolus cum sua cauda Christi et Christianorum est perpetuo iuratissimus hostis, vtpote cui optime congruit nomen *Edomaei*, cuius metropolis est *Bozra*, i. e. *infernus, munimentum* illud firmissimum. Proinde quum Messias in cruenta sua passione et morte deuicerit principem tenebrarum, recte dicitur, *venire ab Edom et Bozra.* Quemadmodum et ipse Spiritus S. ciuitatem Antichristi appellat πνευματικῶς *Sodomam* et *Aegyptum*, Apoc. XI, 8. it. *Babylon* XVI, 19. XVII, 5. 18. Vnde autem indubitato certi sumus, quod Christus per passionem et mortem suam regnum diaboli, inferni et peccati destruxerit? Resp. ex ipsa triumphante resurrectione, ex qua Paulus tot ponderosa fidei consectaria deducit 1. Cor. XV. Quare nondum sat graues videmus causas, illustre vaticinium Iesaiae nostri de *Christo patiente et tri-*

CAP.LXIII. *umphante* deferendi, quod hactenus pro virili defendere ac vlterius confirmare in meae ipsius fidei βεβαίωσιν, allaboraui.

Vers. 14.

כבהמה בבקעה תרד רוח יהוה תניחנו כן נהגת עמך

Interpretatio horum verborum congruentior omnino est illa Varenii, qui *affixum masc.* in תניחנו absque vlla enallage generis cum Chaldaeo, Lxx, et interpp. Rabb. Hieron. et Vulg. refert ad *populum*. Durum etiam, illud רוח heic explicare de *vento*, quod supra aliquoties explicandum fuit de ipso Sp. S. Nec obstat particula כן, quippe quae ad membrum pariter primum adsciscenda dabit ἀπόδοσιν specialem, vti in m. r. generalem, hoc sensu: Sicut pecus descendit in vallem, ita Spiritus Iehouae quiete ducebat eum (verbo נוח colludente in significatione cum נחה) ita, inquam, duxisti populum tuum etc. Conf. Ps. LXXX, 2. *Gleichwie das Vieh (allmählich) ins Thal hinabgehet, also hat der Geist des HERREN sie sanfft geführet; ja also hastu dein Volck geleitet.* Nec aliter Kortumius, et Vitringa.

Vers. 16.

גאלנו מעולם שמך Vbi vocabulum temporis מעולם communiter cum Luthero et Schmidio cum sequente nomine construunt, *redemtor noster, a seculo est nomen tuum, und unser Erlöser, von Alters her ist das dein Nahme*; quum tamen distinctiuus *Tiphcha* id velit constructum cum praecedente, redemtor noster ab aeterno, est *nomen tuum, unser ewiger Erlöser ist dein Nahme.*

Vers. 19.

היינו מעולם לא־משלת בם Vbi Lutheri versio, *wir sind gleich wie vorhin, da du nicht über uns herrschetest etc.* cum Vulgato et Hieronymo ad *h. l.* voci *Paschitae* מעולם plus tribuit distinctionis, quam maiori *Rbbiae*, per quem vero seruo paulisper sistendus hoc modo: Sumus (sicut ii, quibus coll. *Luc. Ebr. p.* 375.) nunquam dominatus esses, *wir sind als solche, über welche du nie geherrschet hättest, und die nie nach deinem Nahmen genennet worden.* Sic etiam recte Pagninus, Schmidius, Kortumiusque. it. Vitringa.

CAP.

CAP. LXIV, 1.

כִּקְדַּח אֵשׁ מַסִּים מַיִם תִּבְעַר־אֵשׁ Lutherus haec minus diſtincte reddit, duabus propoſitionibus in vnam contractis, *vvie ein heiß Waſſer vom befftigen Feuer verſeudet*, potius reddenda: Sicut exurit ignis quisquilias, et aquam ebullire facit ignis, *vvie das Feuer Stoppeln anzündet, und das Waſſer ſiedend machet, (oder vom Feuer ſiedet.)* Subſequitur iam ἀπόδοσις, Luthero non attenta, verba haec conſtruenti cum praecedentibus, neglecta poteſtate abſoluta *Silluki et Sophpaſuk*, לְהוֹדִיעַ שִׁמְךָ לְצָרֶיךָ מִפָּנֶיךָ גּוֹיִם יִרְגָּזוּ: Sic, vt notum facias nomen tuum hoſtibus tuis, a facie tua (ceu igne conſumente) gentes contremiſcent. *Alſo, um deinen Nahmen deinen Feinden bekand zu machen, müſſen die Heyden vor deinem (feurigen) Angeſichte zittern.* Metatheſis aliqua facta eſt, bene annotante Seb. Schmidio, vt ſequens verſus facilius connecteretur. Cui tamen quodammodo mederi poſſunt duo commata in virtutem parentheſeos.

Verſ. 3.

Quo in verſu verba זוּלָתְךָ אֱלֹהִים minus bene duobus commatibus includunt, *hat auch kein Auge geſehen, ohne dich GOtt, vvas denen geſchicht, die auf ihn harren*, conuerſo hinc verbo actiuo יעשה in paſſiuum, vel tertia perſona in ſecundam, *vvas du thun vvirſt.* * Rectius oratio naturaliter, plane minusque implicate ita decurrit: *nec oculus vidit* Deum talem praeter te, qui *facit* ita, *expectanti in illum. Hat auch kein Auge geſehen einen ſolchen GOtt auſſer dich, der ſo thut dem, der auf ihn harret.*

Verſ. 4.

הֵן־אַתָּה קָצַפְתָּ וְנֶחֱטָא בָהֶם עוֹלָם וְנִוָּשֵׁעַ:

Difficultatem heic pepererunt interpretibus verba בָהֶם עוֹלָם, quae quum per ſeruum *Mercam* cohaereant, nec tamen immediate nexu grammatico, ſed mediante verbo aliquo, hinc varii varium quaeſiuerunt, ita vt neque ſenſui, neque accentuationi, per omnia ſatisfecerint. Lutheri verſio, *Siehe, du zürneteſt vvohl, da vvir ſündigten, und lange drinnen blieben, uns vvard aber dennoch geholffen*, poſtulat hanc accentuum diſpoſitionem הֵן־אַתָּה קָצַפְתָּ וְנֶחֱטָא בָהֶם עוֹלָם וְנִוָּשֵׁעַ: Nos quidem ſimplicius cum Luthero aliisque ſupplemus verbum ſubſtantiuum, ſed alia conſtructione *affixi* in בָהֶם, non cum verbali חַטָּאִים *peccatis* in proximo וְנֶחֱטָא

CAP. LXIV. latente, sed cum remotiori בדרכיך *in viis tuis*, hoc sensu; Ecce! tu (iusse) efferbuisti, quum, postquam, peccauerāmus, si vero in illis fuissemus, mansissemus, perpetuo, tunc seruati fuerimus. *Siehe, du hast sehr gezürnet, nachdem wir gesündiget haben, wären wir aber in ienen (deinen Wegen) immer (beständig) geblieben, so würde uns geholffen seyn.* Haud secus Varenius post versionem Iunio-Tremellianam et Gallicam. Itemque Grotius: *si in in ipsis* (illorum viis) *fuissemus semper, etiam* nos *salui fuissemus.* Eandem quidem constructionem בהם תצ tetigit Lud. de Dieu, sed non eundem sensum, *in iis est aeternitas, vt seruemur.* Sic et Batavi, et D. Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 982. nec non D. Michaëlis *in Not. Bibl. Ebr.* Nec ab ista deflexit Kortumius, licet duobus modis ab accentuatione, quae tum huius foret conditionis הן־אתה קצפת ונחטא בהם עולם ונושע: *Siehe! du bist erzürnet vvorden über uns, vveil vvir davon abgeirret sind von längst her, und vvie solte uns dabey geholffen vverden können?* Aliam equidem affert post Cocceium doctissimus Vitringa versionem, *Ecce! tu efferbuisti, postquam peccassemus, in* eos (i. e. nos maioresque nostros) *longum tempus, et tamen adhuc salui sumus.* Quae vero; licet in ea multum sibi placeat, ob constructionis *synchysin*, et duram heic *enallagen* personae, sese lectori parum approbabit.

CAP. LXV, 3.

העם המכעסים אתי על־פני תמיד Versio vernacula, *Ein Volck, das mich entrüstet, ist immer vor meinem Angesicht*, heic subdistinctiuo minori *Thbiro* maiorem attribuit interpunctionis valorem, quam eius domino *Tiphchae.* Qua ratione talis foret accentuum confecutio העם המכעסים אתי על־פני תמיד. Iam versio hoc modo erit adornanda: *Ad* (אל enim subaudiendum est e versu praeced. coll. v. 19. quia et hoc העם cum emphasi reassumtum, vti amplius describatur, dependet a phrasi *expandi manus meas.*) populum illum, qui exacerbant me in faciem meam iugiter. *Zu einem solchen Volck, das mich immer vor meinem Angesicht (ungescheuet ins Angesichte) entrüstet.*

CAP. LXVI, 5.

אמרו אחיכם שנאיכם מנדיכם למען שמי יכבד יהוה
ונראה בשמחתכם והם יבשו:

Communiter heic peccatum ab interpretibus in interpunctionis diui-

nae

nae περιτροπή, dum verba לְמַעַן שְׁמִי adhuc rapiunt ad ditionem *Rhbiae*, CAP. LXVI.
Paſchia ſic plus diſtinguentes p ae illo, ac ſi talis eſſet conſecutio אִמְרוּ אֲחֵיכֶם שׂנְאֵיכֶם מְנַדֵּיכֶם לְמַעַן שְׁמִי יִכָּבֵד יְהוָה, adeoque dum coniungenda diuellunt, non mirum eſt, quod genuinum ſenſum non plane aſſecuti ſint, quem B. Lutherus iuuare voluit per inſertum *laſſet ſehen*. Schmidii verſio, iſta conſtructione quidem ſalua, peccat tamen in ſeq. m. *Tiphcha* plus perfectiusque diſtinguente, quam *Sakephkatone*, adeoque inſigniter diuellenda coniungit h. m. *propter nomen meum glorificabitur Iehoua, et videbimus gaudium veſtrum*: *Sed etc.* Qua ratione talis foret accentuum diſpoſitio: לְמַעַן שְׁמִי יִכָּבֵד יְהוָה וְנִרְאֶה בְשִׂמְחַתְכֶם Ad authenticam vero legitime ſuam conformauit interpretationem cl. Vitringa *h. l.* ac proinde ſenſus haud dubie hic eſt: Dixerunt equidem fratres veſtri (hypocritae, peſſimi ſacrificatores, de quibus v. 3. non *gentiles* iam per fidem in euangelium fratres Iudaeorum facti, vt vult Seb. Schmidius *h. l.* quales quidem deſignantur in v. 20.) oſores veſtri ſegregantes (excommunicantes) vos, (ob religioſitatem veſtram) propter nomen meum (i. e. per meum Dei cultum ſecundum ritus Moſaicos inſtitutum, coll. de hoc vſu vocis שֵׁם pro cultu nominis diuini ſ. religione Mich. IV, 5. Zach. XIV, 9. Act. XV, 14.) glorificatur Iehoua; ſed apparebit (Iehoua) cum gaudio veſtro, quum iſti (fratres impii) pudefient. Quae confuſio per παροξυσμὸν Hieroſolymitanam in v. ſeq. 6. vlterius explicatur. Vt ita territorium vltimum ſiſtat verba conſolatoria prophetae ad pios, verbumque Dei reuerentes Iudaeos. Quae conſolatio porro in verſibus 7. 8 9 deducitur per aggregationem gentium ad eos, in locum Iudaeorum reiectorum.

Verſ. 8.

הֲיוּחַל אֶרֶץ בְּיוֹם אֶחָד אִם־יִוָּלֵד גּוֹי פַּעַם אֶחָת

Senſus diſtinctior paulo et clarior hic eſt. Num dolore partus afficitur (tota) terra in die vno? num naſcuntur (tot) gentes vna vice? *Kan vvohl ein (ganzes) Land auf einen Tag die Geburths-Wehen kriegen? kan vvohl auf einmahl ſo viel Volck gebohren vverden?* כִּי־חָלָה גַּם־יָלְדָה צִיּוֹן אֶת־בָּנֶיהָ Atqui parturiuit ſimul etiam peperit Zion filios ſuos (ſc. *vno tempore*, quod ſubintelligendum, vtpote in quo nervus argumenti conſiſtit.) *Nun hat doch ia Zion mit den Wehen auch zugleich gebohren ihre (viele) Kinder (auf eine Zeit.)* Huius rei

CAP. LXVI. luculentum commentarium habemus in Act. Apoll. imprimis in concione Petrina.

Vers. 17.

המתקדשים והמטהרים אל־הגנות אחר אחד (אחת) בתוך

Missis aliorum variis explicationibns, ni verius implicationibus, eligemus simpliciorem, ac vtrique lectioni in *Ctith et Kri* conformiorem, videlicet: Qui se praeparant (s. consecrant) et se purificant (lustrant) adhortos, (sacra hortorum, *zum Garten-Fest*) sequentes vnam (np. נפש *animam*, id namque nomen vtriusque est generis coll. *Luc. Ebr. p.* 133. et Hilleri *Arc. K. et K. p.* 78. ceu ducem et antistitem, ad cuius praescripta cultus rationem componunt) in iis (hortis.) Prostat *in h. l. Disp. gemina* M. Theoph. Grabneri et M. I. F. Wichmanshausen *de sacris Iudaeorum peregrino in hortis ritu factis, Witteb.* 1710. *habita.*

Vers. 18.

ואנכי מעשיהם ומחשבתיהם באה לקבץ את־כל־הגוים והלשנות

Et in hoc vltimo loco Iesaiano valide turbantur et confunduntur tum signa accentuum hermeneutica, construentes verbum באה, immo Lutherus etiam לקבץ seruo *Merca* notatum, antecedenter, quum deberent consequenter, et iam in repetito maiore *Sakephkatone* primam propositionem terminare: tum ipsa vocum structura et forma. Id vero potissimum inde, quod ad pronomen אנכי, absolute sine verbo collocatum, idoneum quaesiuerunt verbum. Lutheri versio, *denn ich vvill kommen und sammlen ihre Wercke und Gedancken, etc.* hunc vocum positum desiderat ואנכי בא לקבץ מעשיהם ומחשבתיהם וגו׳. Kortumii vero, *denn ich bins, zu dem alle ihre Wercke und Gedancken kommen*, huncce ואנכי אשר־באו אלי מעשיהם ומחשבתיהם. B. Carpzouius *in Conc. Ies. p.* 313. *et Bibl. Part. p.* 1068. approbatae prius versioni Lutheri superaddit hanc constructioni ebraeae propiorem: *Und ich ihre Werke und Gedancken?* (*das ist, und ich solte ihre Wercke und Gedancken so lange übersehen und vertragen?*) באה *es komme die Zeit zu sammlen alle Heyden und Zungen.* Nos ad τὸ אנכי accimus e versu 16. נשפט, vel e proximo יכפו *particip. praef.* סף, et sermonis compagem sartam tectam relinquentes ita presse interpretamur: Et ego (*iudicaturus sum* s. *con-*

consumturus) opera eorum et cogitationes eorum, veniente (sc. עת *tempore*, ceu bene Aben Esra, seu neutraliter, *vvenn es nun dahin kommen vvird*) vt colligas omnes gentes et linguas. CAP. I.

IEREMIAS.

CAP. I, 17.

אל־תחת מפניהם פן־אחתך לפניהם׃

Lutheri equidem versio: *Fürchte dich nicht vor ihnen, als solte ich dich abschrecken*, vsum verbi חתת metaphoricum *frangi animo, consternari*, vtrobique in *Niphal* et *Hiphil* bene expressit, minus autem istius *paronomasian*, minusque particulam פן, exuta eius notione naturali per *als ob*. Dum autem versio Franckiana vernaculae Lutheri opposita, *damit ich dich nicht verderbe für ihrem Angesicht*, proprietati particulae plus deseruire studuit, proprietate verbi אחתך (generalius translati *verderben*, quod diceret אשחיתך, vel אשמידך,) simulque gratia excidit. conf. cl. Beckius *l. c. p.* 319, qui pariter notat quendam, (puta Seb. Schmidium) *paronomasiam* latine exprimere conantem, *ne* consterneris *propter eos*, *ne* prosternam te *coram illis*; sed ita „ mutari cum *tropo* etiam significationem, quum tamen in ebraeo non ipsa „ verbi *notio*, sed solum genus varietur, *passiuum* nempe in *actiuum*: dein „ inde nimis durum videri, Deum ob solum timorem in primo prophetiae „ tirocinio praesentissimam statim Ieremiae minitari mortem.„ Qua omissionem vocabuli vltimi לפניהם, et nudam repetitionem phraseos *für ihnen*, Lutherus aliquid gratiori in vernacula nostra sono dedisse videtur. Ceterum quod communiter פן reddunt in aequipollentia cum praeuio אל, itaque vt verba Dei comminatoria, in id non consentimus, suntque potius nobis promissoria, timidum prophetae animum erigentia ac confirmantia, quae in sequentibus maiori adhuc pondere expoliuntur, hoc sensu: Ne consterneris propter eos, non (coll. Gen. XXXVIII, 23. Prou. V, 6. in quo mox per לא declaratur) consternari te sinam (coll. *Luc. Ebr. p.* 281. *s*) coram eis. Germ. *Erschrick nur nicht vor ihnen, ich lasse dich nicht erschrecken vor eben ihnen (sie mögen seyn vver sie vvollen, so gross, so vornehm, so mächtig und reich, als sie vvollen.)* Quem sensum promissorium iam recte apprehendit Vulgatus; *Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.*

CAP.

CAP. II.

CAP. II, 2.

זָכַרְתִּי לָךְ חֶסֶד נְעוּרַיִךְ אַהֲבַת כְּלוּלֹתָיִךְ

Versio Lutheri, *Ich gedencke, da du eine freundliche iunge Dirne und eine liebe Braut vvareſt*, ſupponit ellipſin infinitiui הָיוֹת *eſſe* ante לָךְ. In Franckiana autem ex ebraeo ei adlatus poſita, *Ich erinnere mich dir (zu gut) der Güte deiner Iugend*, deſideratur, quod לָךְ *non* poſſit eſſe in ſermone hoc exprobratorio *dativus commodi*, vt quidem alias eſt in tali conſtructione verbi זכר cum gemino casu, vid. Pſ. XCVIII, 3. CXIX, 49. CXXXII, 1; ſed potius incommodi et ignominiae, vt inuertendum ſit, *dir (zur Schande und Schaden)* recte opponente Backio *l. c. p.* 321. Nec bene Seb. Schmidius לָךְ exponit *in te* pro בָּךְ, itemque praedicata *bonitatis* et *amoris* de Deo, ita vt *bonitas* vel *miſericordia iuuentutis tuae*, *amor deſponſationum tuarum*, idem ſit, ac bonitas adoleſcentiae tuae a me exhibita: amor, quo te in deſponſatione tui complexus ſum. Quem ſequitur B. Ittigius *in Conc. Ier. ſup. h. l.* Nec ſtatim iſta acceptio paſſiua menti lectoris vel auditoris illabitur. Nec commode quadrat ad ſequentia, imprimis verſ. 5. Proinde ita ſimpliciter vertendum: *Ich gedencke dir an die Güte (vvie du ſo gut und hübſch gevveſen*, coll. Ieſ. XL, 6.) *deiner Iugend, und an die (aufrichtige, kerzliche) Liebe bey deiner Verlobung*, quum ſcil. foedus tecum ad montem Sinai ſancirem, et in populum peculii eligerem, rectius exponente Schmidio *h. l.* Conf. Exod. XIX, 5. 6. 8. Hoſ. II, 17. XI, 1. *Da du mir ſo fein folgeteſt etc.* vt ſequitur.

Verſ. 20.

כִּי מֵעוֹלָם שִׁבַּרְתִּי עֻלֵּךְ נִתַּקְתִּי מוֹסְרוֹתַיִךְ וַתֹּאמְרִי לֹא אֶעֱבֹר

Lutherus poſt Lxx et Vulgatum, deſerta litera *primae perſonae*, conuertit illam in *ſecundam* cum paragogico, coll. *Luc. Ebr. p.* 286. et fractionem iugi gratioſam in *refractariam*, qualis c. V, 5. cui vero conuerſioni obſtat vel ſolum לְעוֹלָם. Vertendum itaque: Quum a longo tempore (*vor Zeiten*) fregiſſem iugum tuum, rupiſſem vincula tua, (in captiuitate Aegyptiaca, coll. Leu. XXVI, 13.) tum dicebas, non amplius ſeruiam, *ich vvill nicht mehr ſo dienen, und ein Sclaue ſeyn*, ſc. neque hominibus neque diis alienis; vel ſecundum alteram lectionem אעבור non amplius tranſibo, *ich vvill nicht mehr ſo überlauffen*, ſc. a te et mandatis tuis ad deos alienos.

v. 33. de ſenſu phraſeos final. vid. Ebr. Etym. p. 211.

CAP.

CAP. III, 6.

וארא כי על־כל־אדות אשר נאפה משבה ישראל שלחתיה
ואתן את־ספר כריתתיה אליה

In hac verſus pericope nimiae interpretandi licentiae indulſit B. Lutherus, ita vt *verſio eius excuſari vix poſſit*, annotante heic Seb. Schmidio, quae vero ad literam ebraeam h. m. reuocatur: Et videbam ego, (cum reſpectu ad praecedens ותרא vel ותראה *quod videbat* praeuaricatrix ſoror eius Iuda) ita vt propter omnes cauſas, quibus adulterata eſt auerſa Iſrael, dimiſerim eam, et dederim libellum repudii eius illi. *Und ich ſahe es, ſo daſs ich um aller derer Urſachen vvillen, vvodurch die abtrünnige Iſrael Ehebruch getrieben, ſie verſtoſſen habe, und ihr ihren Scheide-Brief, (der ihr geböret, und den ſie verdienet*, quam emphaſin vult *affixum*) *gegeben.*

Verſ. 14.

ולקחתי אתכם אחד מעיר ושנים ממשפחה

Et haec verba Lutherus paulo liberius transtulit, *und vvill euch holen, daß einer eine ganze Stadt, und zvveen ein ganz Land führen ſollen*; praeterueĉta genuina praepoſitione מ, et inuecta ellipſi verbi *ducere*, refragante etiam accentuatione, quae ſic depoſceret transpoſitionem accentus maioris *Rbhiae* in אתכם, et minoris *Gereſchi* in מעיר, adeoque mens eius euangelica de recollectione Iſraelis inter gentes diſperſi ad regnum ſpirituale Meſſiae, accipiens illas *vrbes* et *familias* cum R. Kimchio non de *Iudaicis*, ſed *gentilibus*, heic non intenditur et probatur. Literam nobis merito prementibus, et ſumam vos vnum ex vrbe, et duos ex familia, arridet magiscum cl. Beckio *l. c. p.* 326. *fin.* expoſitio B. Friſchmuthii in *diſp. de non ſperanda Arcae foed. reſtitutione Cap.* 2. §. 5. et D. Michaelis in *Not. Bibl. Ebr. ad h. l.* nec non B. Ittigii in *conc. I r. Jup. h. l.* de paucitate ex Iudaeis refractariis in eccleſiam chriſtianam aſſumendorum, coll. Iſ. I, 9. X, 22 Rom. IX, 27-29. et XI, 5. De ſenſu phraſeos membri prioris בערתי בכם vide ſis *Not. Sel. in Ep. ad Ebr. p.* 61. *c. fin.*

Verſ. 25.

נשכבה בבשתנו ותכסנו כלמתנו Nec minus in his multum a litera deflexit vernacula Lutheri, *denn darauf vvir uns verlieſſen, das iſt uns izt eitel Schande, und des vvir uns tröſteten, des müſſen vvir uns izt ſchämen, quae quomodo excuſari poſſit? vix videt* Seb. Schmidius *h. l. niſi quod bo-*

CAP. IV. *num ſenſum tamen faciat*; quum tamen literalis verſio ſponte et emphatice ſit fluens: iacemus (vt ſuppreſſi coll. Pſ. XXXVIII, 5) in opprobrio noſtro, et operit nos ignominia noſtra. *Wir liegen (ganz darnieder) in unſerer Schande, und unſer Schmach verdeckt uns, daſs wvir uns vor Scham nicht öffentlich ſehen laſſen*, coll. Pſ. XLIV, 16. et *Ebr. Etym. p.* 185.

CAP. IV, 15.

כִּי קוֹל מַגִּיד מִדָּן וּמַשְׁמִיעַ אָוֶן מֵהַר אֶפְרָיִם׃

Vbi vnum membrum ex altero ſupplendum eſt, in priori *obiectum* ſiue *caſus accuſatiuus* אָוֶן, in poſteriori *ſubiectum* קוֹל, recte obſeruante Schmidio, vt ſenſus hic emergat: Nam vox indicat *iniquitatem* ex Dan, et *vox* audire facit (clamat) iniquitatem ex monte Ephraim (i. e. Bethel.) Per אָוֶן intelligitur cum eodem interprete *iniquitas* vitulorum Ieroboami, in Dane et Bethele poſitorum, coll. 1. Reg. XII, 29. 30. in cuius iniquitatis idololatricae communionem venerat tribus Iuda, adeoque vox iſtius iniquitatis adhuc (licet iam diu loca iſta idololatrica per zelum Ioſiae deſtructa fuerint 2. Reg. XXIII, 15. 19.) ad Deum clamabat de vindicta. Sumitur ita תֵּ֣ אָוֶן pro *iniquitate idololatriae*, prorſus vt in verſ. praeced. et alias, adeoque non ſignificat heic *moleſtiam* aduentantis hoſtis, ſicuti accepit Lutherus, Hülſemannus, Ittigius, et alii. Iſta enim et cauſa huius aduentus, de quo in verſu ſeq. quemque etiam Deus vult intimori *gentibus* circa Iudaeam; vt et iis innoteſcat iuſtitia Dei vindicatrix. Ceterum male Lutherus verba verſus 16. initialia הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם ad praecedentia retulit, neglecto *Seph paſuk*, et praefixo ל in לַגּוֹיִם, itaque ex obiecto fecit ſubiectum et ex imperatiuo praeteritum hac verſione: *vvie die Heyden rühmen.* v. 16.

Verſ. 19.

Nam ſonum tubae שָׁמַעְתִּי נַפְשִׁי audis anima mea. Symbolum enim שָׁמַעְתִּי repraeſentat vnam lectionem marginalem שָׁמַעַתְּ, et alteram cum י paragogico שָׁמַעְתִּי coll. *Luc. Ebr. p.* 286. et Hilleri *Arc. K. et K. p.* 380-387. *et* 317. adeoque eſt *ſecunda perſona F.* non *tertia*, in qua quidem vertit Schmidius (at rectius in *verſ. Bibl.* ſeruat 2dam) cum Vulg. Luthero, aliisque, confuſa cum forma participiali f. cum י paragog. שָׁמַעְתִּי coll. *Luc. Ebr. p.* 203. *et* 287; nec *prima S.* vt Grotius.

Verſ. 29.

מִקּוֹל פָּרָשׁ וְרַמַּת קָשֶׁת Notamus ſaltem haec verba propter

Seb.

Sch. Schmidium, qui in *Comm. p. l.* ex forma participiali וְרֹמֵחַ fabricauit nomen substantiuum, quasi legisset רֹמַח *hastae*, et hinc *ellipsin* copulae ו, h. m. *prae voce equitis, et hastae* (ac) *arcus*; quum tamen participium constructum vel nominascens cum praeuio nomine facilius conueniat, nempe prae voce equitis et iaculantis arcu, vel iaculatoris arcus. At rectius in nou. vers. Bibl. *sagittariorum*. CAP. V.

CAP. V, 8.

סוּסִים מוּזָנִים מַשְׁכִּים הָיוּ Sicut equi saginati, (bene pasti,) matutinantes sunt. Vbi מַשְׁכִּים est per *crasin* pro מַשְׁכִּימִים, vti תַּנִּים pro תַּנִּינִים *dracones*, in eodem propheta nostro c. IX, 10. al. 11. et XV, 6. eiusque hic verbum praegnans, *matutinantes* וְצַהֲלִים *et hinnientes*, vel *iam mane hinnientes*, e m. seq. coll. *Luc. Ebr. p.* 407. *c. fin.* Germ. *Sie vviehern schon von früh an, vvie die vollen* (*vvohlgefütterten*) *Hengste*. Vt ita tertium comparationis adulterorum cum equis bene pastis indeque lasciuientibus, *die der Haber sticht*, sit aptius imo et plenius, dicatque, quod adulteros aestus libidinis semper pungat atque exagitet, vt a tempore matutino in seram vsque noctem occasioni explendi eius inhient. Lutherus equidem literam ד משכים non expressit, sed pro meliore analogia liberius reddere voluit, *müßige*, adeoque quarem et sensum multo vtique est melior versione ista Franckiana, ex praelectionibus Dassouianis hausta, *vvie die Hengste*, *die gefüttert sind in der Frühstunde*. Impingere namque hanc in ipsam interpunctionem textus ebraei, quam tamen Dn. Franckius alias magnopere commendare ac versioni Lutheri opponere solet, iam notauit B. Beckius *l. c. p.* 329. quod nempe, si תּוֹ משכים ad *saginationem* pertineret, talis tum accentuum foret sequela: סוּסִים מוּזָנִים מַשְׁכִּים הָיוּ Ceterum symbolum textuale מְזֻנִּים insinuat duas lectiones, vnam marginalem in *Pûal* מְזוּנִים, alteram in *Hophal* מוּזָנִים conf. Hallerus *l. c. p.* 94, et 145.

Vers. 17.

יאכלו בניך ובנותיך Quaeritur, num haec quoque verba peculiare et absolutum orationis membrum constituant, idemque maneat subiectum, nempe *hostis*, vt vertendum sit cum Chald. Lxx, Hieronymo, Luthero, Hülsemanno, Schmidio, *Sie vverden deine Söhne und Töchter fressen?* an vero vna cum praecedentibus, mediante *ellipsi* (qua nulla frequentior coll. *Lus. Ebr. p.* 374. 2) relatiui אשר, plenum demum comma forment? Et re-

CAP. V. VI. ſpondetur, praeferendum eſſe poſterius priori. Nam in indicium diuerſi ſubiecti videtur propheta ſtudio mutaſſe numerum ſingularem verbi, quem *ter* in vna ditione de *hoſte* adhibuit, conſequente etiam in altera verbo ſingulari, in pluralem. Deinde idem verbum אכל ſumeretur in vna pericope proprie et improprie ſ. tropice. Et quod praecipuum, accentuum ſubordinatio membrorum etiam ſubordinationem ac coadunitionem importat, dum *Rbbia* in voce praevia ולחמך eſt dominus ſubdiſtinguens in via ad *Sakephk tonem*, propoſitionem demum terminantem, ceu in ſubſeq. ובקרך. Recte proinde verba *coniunctim* ac *relatiue* reddiderunt R. Abarbenel, Tremellius, Piſcator, cum iisque Dn. Prof. Franckius h. m. et edet meſſem tuam et panem tuum, quem filii tui et filiae tuae edere debebant.

Verſ. 24.

שבעת חקות קציר ישמר־לנו: Q. num praeualeat heic in vocabulo שבעות ſignificatus *iuramenti*? an vero *ſeptimanarum*? Iſtum reſpexit B. Lutherus verſione liberiore *treulich*, cuius mentem planius expromit, et ad literam ebraeam efformat Beckius, q. d. *iuramenta ſtatutorum meſſis ſeruat nobis*, i. e. *iurata ſtatuta meſſis*, coll. Gen. VIII. v. vlt. *Er hält die ſo betheurlich zugeſagte Erndte treulich*; et quia *ſtatutum meſſis* tempus ex ordinatione diuina *annuum* eſt, ideo vertiſſe *iährlich*, *l. c. p.* 334. Sed praeualere poſteriorem aſſerimus. Aſſerit equidem Beckius formam iſtam *Schuatam* in notione hac eſſe ἄγραφον, *Kamezatam* vero ἔγγραφον, Ezech. XXI, 28. Hab. III, 9. adeoque diuerſis punctis diuerſa etiam ſignificata ſcripturam intendere, per שָׁבֻעוֹת, et שָׁבֻעִים *hebdomades*, per שְׁבוּעוֹת et שְׁבוּעִים *iuramenta*, *iurati*. Verum ſi contuliſſet Ezech. XLV, 21. id non aſſeruiſſet, nec differentiam exinde perpetuam exſtruxiſſet, praeſertim quum in noſtro loco et Ezech. ſint formae *conſtructae*, in quibus *Kamez* antepenultimum analogice perit. Et tamen vt dubius alteram interpunctionem de *ſeptimanis* non plane reiiciendam putat. Vertimus itaque: Septimanas ſtatutorum meſſis curate ſeruat nobis, *der uns die Wochen zur beſtimmten Erndte-Zeit (ſorglich, treulich) erhält.*

Verſ. 28 de ſenſu phraſeos עברו דברי־רע vid. Ebr. Etym. d. 217. ſeq.

CAP. VI. 2,

חַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה Q. ae Lutherus transtulit, *vvie eine ſchöne und luſtige Aue.* At ex collatione verſ. ſeq. 3. vbi aduentantes hoſtes eleganter aſſimilantur *paſtoribus cum gregibus ſuis*, *tentoria ſua circum filiam Zionis*,

Ieru-

CAP. VI.

Ierusalemum, *figentibus*, adeoque *ex natura relatorum* existimo potius cum Seb. Schmidio, quod Zion comparetur *puellae pastoritiae*, quae dicatur נוה *habitans in caulis*, נות, et per additum התענגת status eius plenius describatur, quod habitet in caulis bona cum pace et securitate, vt delicate et in voluptatibus viuere possit. Germanice reddas, *eine sichere und frölliche Schäfferin.*

V. 8. de sensu phraseos emphaticae פן־תקע נפשי ממך vid. Ebr. Etym. p. 213, s.

Vers. 18.

וּרְעִי עֵדָה אֶת־אֲשֶׁר־בָּהֶם: Haut probamus sententiam interpretum communem Schmidio notatam et adoptatam, quae in his verbis diuersum a *gentili* supponit *auditorium Iudaicum*, ita vt עדה *coetus* κατ' ἐξοχήν in scriptura *coetus Israelis* s. *congregatio populi Dei* vocetur. Quanquam non memini, absolute et ἐξοχικῶς ita in scripturis nuncupari, et Iudaei interpretes eo ipso suam innatam produnt arrogantiam, quasi sua gens sola mereatur salutari coetus bene ordinatus et sanctus. Nec probamus interpretationem Schmidianam: *et cognosce coetus* (Israel) *cum iis, qui inter eas* (gentes) *sunt*, vtpote quae vere impeditius fluit, propter verbum actiuum *cognoscere*, suo casu accusatiuo et obiecto cognoscibili priuatum, atque את a naturali sua notione et nota in praepositionem *cum* conuersum. Probamus potius in hoc B. Lutherum, quod vnum idemque *auditorium gentile* intelligat; minus autem in versione, *und mercket jami euren Leuten*, qua τὸ את itidem vertit per *cum*, et *affixum tertiae personae* בם in *secundam*, ac si legisset בכם *in vobis*. Nos simplicius et in proniore nexu vertimus: *Propterea* (propter tantam proteruiam, ac obstinatam malitiam gentis Iudaicae *audire* renuentis) *audite gentes*! et cognosce cohors congregata (vi iustitiae meae gubernantis aduersus hos סרי סוררים *contumaces contumacium*, *Erz-vviderspenstige*, *chalybeos et ferreos*, v. 28) illud (רעה *mali*, *illam malitiam* e vers. seq.) quod (*quae*) est in illis. (Iudaeis.) Vel germ. *und erkenne doch du versammlete* (*Heyden*-) *Schaar, vvas an ihnen ist.* Nam particula את aliaue non respicit אשר, sed pronomen demonstratiuum, vel nomen sensuale coll. *Luc. Ebr. p.* 373. vti *h. l.* רעה, vt ita *malum criminale* iure insequatur *malum poenale*, quo de vers. seq. 19.

Vers. 21.

וְכָשְׁלוּ בָם אָבוֹת וּבָנִים יַחְדָּו שָׁכֵן וְרֵעֵהוּ יֹאבֵדוּ:

Q. Vtra interpunctio horum verborum sit rectior, illane τῶν Lxx, Lutheri, Munsteri, Castellionis, Pagnini cum Ar. Mont. Anglorum? *Et corruent in iis patres et filii pariter*, (*vna*,) *vicinus et proximus* (*amicus*, *socius*)

CAP. VI. *eius peribunt. Daran ſich beyde Väter und Kinder mit einander ſtoſſen, und ein Nachbar mit dem andern umkommen ſollen.* An haec Vulgati, Tremellii, Gallica, Belgica, Schmidiana? *Et ruent in iis (in quae offendent) patres et filii ſimul, vicinus et proximus; et peribunt?* Reſp. Vtraque recte ſe habet. Illa vi ſymboli textualis וְיָבְרוּ ſequitur lectionem ſecundum literas, et conſequenter has diſtinctionum notulas וּבְשִׁלּוּ בְּתֹךְ אבוֹת וּבָנִים יַחְדָּו שָׁכֵן וְרֵעַ יִאבָֽדוּ׃. Haec alteram ſec. vocales וְעָבְרוּ, et hinc illam accentuum conſecutionem in textu ſignatam. Ergo haec illi non ita ſimpliciter praeferri debebat a Reinbeckio *in Doctr. Acc. p.* 431. De iſto ſymbolo vide ſis Hilieri *Arc. K. et K. p.* 99. *et* 363.

Verſ. 27.

בָּחוֹן נְתַתִּיךָ בְעַמִּי מִבְצָר Lutherus vocem vltimam מִבְצָר conſtruxit cum propiore vt praedicatum populi, *ich habe dich zum Schmelzer geſezet unter mein Volck, das ſo hart iſt.* Aſt non tantum contra c. I, 18. ſed et interpunctionis ebraeae rationem, quae tum talis fuiſſet בָּחוֹן נְתַתִּיךָ בְעַמִּי מִבְצָר. De vocabulo autem primo בחן, quod recentiores plerique transferre malunt *ſpeculam* vel *ſpeculatorem*, quo magis perpendo verbi ſequentis בחן ſignificatum proprium *probare*, *explorare*, ac vſum metaphoricum *probare inſtar conflatoris aurifabri*, coll. c. IX, 6. Zach. XIII, 9. eamque metaphoram in noſtro textu vlterius cum emphaſi deductam, eo magis propendo in partes Lutheri, Lxx, Vulgati, Calouii, aliorumque transferentium *probatorem*, *Schmelzer*. Verto itaque: Probatorem poſui te in populo meo in vrbemunita (ab aduerſariis tuis inexpugnabili, coll. c. cit. I, 18. Vbi prae aliorum copula ו malo praefixum commodius ב, iuxta aliud facile ſubaudiendum) *vt cognoſcas* וּבְחַנְתָּ *et probes eorum viuendi rationem*, num conformis ſit לאבן בחן *lapidi probanti* ſ. *probatori* τῷ ζῶντι Chriſto (Ieſ. XXVIII, 16. et 1. Petr. II, 4.) numque *ſe vt lapides viuos ad domum ſpiritualem parari et aptari ſinant?* (l. c. Petri et Eph. IV, 12.) numque ex *plumbo et argento reprobato* poſſint fieri argentum probum, nec ne?

Verſ. 28.

Vbi vocabula נחשת וברזל ad ſequentia rapuit Lutherus, poteſtate *Athnachi* inſuper habita, per quam vero diſtinctius ira efferenda, *chalybs et ferrum* (i. e. duri et intractabiles) ſunt, *omnes illi homines perditiſſimi ſunt. Erz und Eiſen ſind ſie, alle böchſt-verderbte Leute*, vel *die es alle ſehr verdorben haben.* Conf. Ieſ. I, 4.

CAP.

CAP. VII, 4.

Heic finale הֵמָּה ſcrupulum aliquem iniicit, quomodo dextre explicandum ſit? Lutherus reddit vt aduerbium loci *heic*, *hie iſt des Herren Tempel*, quod diceret הֲנָה vel פֹּה, הַלֵּזוּ. At praeſtat pronomen perſonale, vt eſt, ſeruare, etſi in ſenſu parum abludet, idque referre ad falſos prophetas et ſacerdotes, דברי השקר *verba mendacii* (falſas et inanes promiſſiones ac conſolationes) Iudaeis praedicantes, et, vt maiorem auctoritatem et fidem ſibi ſuisque dictis conciliarent, iactantes, ſe ipſos eſſe templum Iehouae, *der rechte Tempel des HErrn* (*die vvahre Kirche*) *vvären ſie, oder vväre bey ihnen*, perinde ac hodie Papa et Praelati dicuntur eccleſia, infallibiles, nec errare poſſe. Idem pronomen eodem nobiscum retulit B. Seb. Schmidius, ſed non vt gloriatio ſit ipſorum, ſed populi de illis. Cui vero relationi obſtat accentuatio, vtpote per quam לאמר *dicendo* cum דברי השקר *verbis mendacii* in vno orationis membro combinantur; quum pro iſta haec foret interpunctionis facies אל־תבטחו לכם אל־דברי השקר לאמר

Verſ. 10.

לְמַעַן עֲשׂוֹת אֶת־כָּל־הַתּוֹעֵבָה הָאֵלֶּה: Quae verba Lutherus et Cocceius minus commode adhuc retulerunt ad ſermonem Iudaeorum hypocritarum, *es hat keine Noth mit uns*, *vveil vvir ſolche Greuel thun*, vel vt Cocceius, *euaſimus*, *vt impune peccemus*; quum tamen illum *Athnach* ſeparat et terminat a verbis prophetae, adeoque diſtinctior ſenſus hic eſt: נִצַּלְנוּ erepti ſumus, *vvir ſind auſſer aller Gefahr*, vel vti Lutherus, *es hat keine Noth mit uns*. *Denn* לוא הוא *ein ſolcher iſt GOtt nicht, vvie ihn uns ſeine Propheten abmahlen, daſs er ſo ſehr über uns zürne, und uns gevvaltig ſtraffen vvolle, ſo übel vvird es uns nicht gehen* (ſupr. c. V, 12.) *vvir machen bey ihm durch unſer fleiſiges Tempelgehen und Opffern alles vvieder gut. Eben vvie unſre heutige Heuchel- und Maul-Chriſten an dem opere operato hängen bleiben, und meynen, damit ſey alles vvohl und ausgemacht, im übrigen vverde es GOtt mit ihnen ſo genau nicht nehmen; und ſich alſo einen falſchen GOtt einbilden, der nur allein fromm, gerecht, gütig und barmherzig, aber nicht eyfrig und gerecht ſey, der das Böſe haſſe und ſtraffe.* Iam conſequitur iudicium prophetae, *daſs ihr alſo* (*immerhin ſicher, ohne rechte Buſſe und Aenderung*

des

CAP. VII. aes Herzens) *treibet alle ſolche Greuel.* Conf. inſignis locus Eccl. IV, 17.
Eccl. IV, 17. *Sie haben kein rechtes (göttliches) Erkänntniſs (von ihren Opffern, befleiſſigen ſich auch deſſelbigen nicht)* לעשות רע *auf daſs ſie immerhin Böſes thun.* vid. *in h. l. Not. Sel.*

Verſ. 11.

גַּם אֲנִי הִנֵּה רָאִיתִי Quae verba Dei Lutherus effert, *Siehe! ich ſehe es wohl*, male neglecta heic particula emphatica et concesſiua גם. Alii putant, eſſe locutionem conciſam, ita ex ſenſu integrandam: *etiam ego ecce vidi* ſc. quid mihi faciendum ſit. Aſt omnium optima ſimulque ſimpliciſſima ideo emphaſi loci eſt verſio Schmidiana: *Haltet ihr denn diſs mein Hauſs für eine Mörder-Grube? wohlan, ſo will ichs auch dafür anſehen, und als eine Mörder-Grube von meinen Angeſichte verwerffen*, coll. v. 14. 15. 1. Reg. IX, 7.

Verſ. 21.

וְאִכְלוּ בָשָׂר Cuius phraſeos *ἐνέργειαν* recte etiam perſpexit Schmidius, quod opponatur iſta comeſtio oblationi, q. d. Pecora veſtra holocauſtis et aliis ſacrificiis deſtinata, nolite mihi offerre, potius ipſi deuorate ea„ Germ. *freſſet euer Fleiſch ſelber, ihr dürfft mirs nicht geben.* Ita loquun-„ tur, qui cum indignatione repudiant.„ Hinc et in ſeq verſ. 22. negatiuum לא non *abſolute* accipiendum eſt, ſed *comparate* cum eodem et Flacio *P. II. clau. tr.* 4. §. 5. *p.* 275. h. i. m. de holocauſtis et ſacrificiis eiusmodi, qualia vos mihi offertis ſine contritione et fide, i. e. de nuda carne, qſ. delectarer deuorandis carnibus: num carnibus opus habeo?

Verſ. 25.

לְמִן־הַיּוֹם וגו׳ Aduertens heic B. Lutherus prius hemiſtichium incompletum noluit illud cum Lxx, Vulgato, Munſtero, aliisque, adeo nude ac incomplete ſecundum diſtinctionem ebraeam exprimere, ſed maluit, ſenſui completiori ſubſeruiens, verba totius verſiculi in vnam conſtructionem redigere ope ו pleonaſtici in ואשלח h. m. *Ja, von dem Tage an, da ich eure Väter aus Egyptenland geführet habe, bis auf dieſen Tag, habe ich ſtets zu euch geſandt alle meine Knechte die Propheten.* Illum ſequuti ſunt Vatablus et Angli. Quum a. iſtud in ſenſu dependeat a praecedentibus, ac tempus pertinacis inobedientiae per eiusmodi diſtractionem emphatice deſcribat, ſaluo ſic ו officio ſuo *copulandi*, hinc facile mediante particula connexiua et relatiua, *et quidem*, plenius effor mari poterit.

CAP.

CAP. VIII, 13. CAP. VIII.

וְאֶתֵּן לָהֶם יעברום: Lutheri versio, *und was ich ihnen gegeben habe, das soll ihnen genommen werden*, huic congruit cum versione Pagnini, cum mente Kimchi et Abarbanelis, nisi quod יעברום verterit per *futurum*, quod illi per *praeteritum*. Sed quum per formam illius verbi magis intendatur coniugatio *Kal* quam *Hiphil*, ideo malumus cum B. Schmidio illud accipere de *transitu hostili* prosternente et conculcante, itaque vertere: Et dabo seu permittam (vid. *Luc. Ebr. p.* 381. *c.*) illis (cum respectu ad לְאַחֲרִים *alios*, i. e. hostibus c. v. 10.) vt transeant eos nempe Iudaeos. Quomodo iam altera pars consumtionis erit. Conf. illustris commentarii vice Iesaiae LI, 23. vbi iste sensus viuidius ac ponderosius effertur. Hinc et illa desperantium Iudaeorum, et vltimum refugium exigua licet spe tentantium verba v. sq. 14. qualia omnino ex vi phrasium et circumstantiis textus existimamus cum Schmidio, h. l. Ad quid nos sedemus, *was sitzen wir hier noch lange*, sc. in agris et villis nostris, hostium direptionibus ac trucidationibus expositis, congregate vos et veniamus in vrbes munitionis, et ibi in silentio finem nostrum expectemus, *last uns zusammen in die festen Städte fliehen, und allda in der Stille unsers Endes erwarten:* (Sic significationes verbi דמם *silere*, *exspectare*, *exscindi*, in quibus interpretes dissident, apte combinantur, ad magis exhauriendum sensum) *nam Iehoua Deus noster exscidit nos, et potauit nos aquis fellis*, coll. c. IX, 14. XXIII, 15. *Denn der HERR unser GOTT hat uns doch das Garaus zugedacht, und uns einen tödtlichen und bittern Gallen-Tranck zugebracht, quia peccauimus grauiter in Dominum Iehoua.* v. 15. Exspectare pacem (a doctoribus nostris iactatam coll. v. 11.) etiam non est bonum, *exspectare* tempus sanationis, ecce etiam est terror. *Hoffen auf Friede ist auch nicht gut, hoffen auf bessere Zeiten, siehe auch das macht Angst und Zagen.* v. 14. v. 15.

Vers. 18.

מַבְלִיגִיתִי יָגוֹן עָלַי לִבִּי דָוֶי: Refocillatio mea est (sc. ex consideratione iustissimae Dei irae v. 19. et malitiae ineffabilis atque intolerabilis populi c. IX, 1.) iuxta moerorem, apud me corde meo existente languido (propter tristissimam populi mei captiuitatem v. 19) *bey meiner Betrübniss, und wenn mein Herz (öffters) in meinem Leibe kranck ist,*

CAP. IX. *(über den miſerablen Zuſtand meines Volcks) erhole ich mich wieder (an der gerechteſten Sache und Gerichten meines GOttes, bey der übermachten Boſsheit des Volcks.)* Conf. Seb. Schmidius *h. l.*

CAP. IX, 2.

וידרכו את־לשונם קשתם שקר Senſum equidem huius phraſeos ſatis bene expreſſit verſio Lutheri, *Sie ſchieſſen mit ihren Zungen eitel Lügen.* Aſt accuratius literam preſſit Schmidius, obſeruans, vtriusque membri eundem eſſe ſenſum e more ſcripturae ſ. ſimilitudinem quoque eandem; at cum prudentium vocum permutatione. Non enim dici: Lingua eorum eſt arcus, et mendacium eſt arcus, ſed linguam ſuam intendunt, et arcus eorum eſt mendacium. Intelligitur lingua mendax, et mendacium cum lingua ſumitur, quum ſine lingua non poſſit commode dici arcus, ſed telum potius. (add. et *ſagitta polita* v. 7.) Germanus ſic commode redderet: *Sie ſpannen ihre Zungen, und das verlogne Maul iſt ihr Bogen.*

Verſ. 4.

העוה נלאו: Praue agere laborant ad laſſitudinem vsque, *ſie laſſen ſichs recht ſauer werden Böſes zu thun (und die Hölle zu verdienen.)* quemadmodum illi viri Sodomitici ילאו *defatigabantur inuenire oſtium pii Lothi*, Gen. XIX, 11. Dumque nequiſſimi homines prae defatigatione non poſſunt ſemper omnem ſuam nequitiam exſerere, ac fine ſuo ſaepe fruſtrantur, ideo Lutherus genium iſtorum graphice expreſſit verſione hac paraphraſtica: *und iſt ihnen leid, daſs ſie es nicht ärger machen können.* Vtinam omnes pii Deumque timentes id boni diſcerent a malis hiſce, vt tantopere tamque indefeſſo molimine in ſtadio et ſtudio virtutum viaque coeleſti deſudent; quantopere illi manibus pedibusque obnixe laborant, vt orcum demereantur.

Verſ. 6.

כי־איך אעשה מפני בת־עמי: Nam quomodo faciam aliter propter faciem (מרמה *fraudis* ſiue *hypocriticam*) filiae populi mei? *Denn wie kan ich anders thun, in Anſehung oder von wegen der Tochter meines Volcks?* ſcil. quam vt *conflatoris inſtar probem eam* in fornace tribulationum grauiſſimarum, vt ſcoriae hypocriſeos et impietatis detegantur ac conſumantur. Vocula מפני ſingularem heic prae ſe fert emphaſin, quam ſi nude vertas, *propter*, *wegen*, cum Dn. Franckio, *denn wie ſoll ich thun wegen*

gen der Tochter meines Volcks? non tantum non ſenſui ſatis fit, ſed etiam omnis venuſtas alluſionis ad filiam perit. Quam B. Lutherus iudicioſius attendens ſolum praefixum מ ſumſit *cauſaliter*, et פני proprie de *externa ſpecie* et *facie* fucata, ſimulata, hinc ſubnata ipſi eſt concinna haec paraphraſis: *Denn vvas ſollich ſonſt thun, vveil ſich mein Volck (als eine hübſche Jgfr. Tochter) ſo zieret (und ſchön von auſſen gleiſſet vvie feines Silber, vvill für fromm und ehrlich angeſehen ſeyn, ſo kan ich vvohl anders nicht, als ihr durch vvackeres ſchmelzen und leutern in dem Ofen des Elends zeigen, vvas eigentlich an ihr ſey?* ex coll. m. praeced. et ſupr. c. VI, 27. 29. 30. et Iſ. I, 25. vid. etiam cl. Beckius *l. c. p.* 348. CAP. XI.

CAP. XI, 15.

מַה לִידִידִי בְּבֵיתִי עֲשׂתָהּ הַמְזִמָּתֵהּ הָרַבִּים וּבְשַׂר־קֹדֶשׁ
יַעֲבְרוּ מֵעָלַיִךְ

Tantae interpretibus non ſuffuſae fuiſſent tenebrae, nec tantus inde diſſenſus, ſi ad lucem literae preſſe inceſſiſſent, neque τὸ לִידִידִי *dilecto meo* de *populo Iudaico* intellexiſſent. Quo iure enim is a Domino Deo ſalutari merebatur *dilectus eius*, qui eum malitioſe deſeruerat, totusque ſceleribus et idololatriae immerſus erat, adeo vt etiam prophetae ſupplicem pro eo, vtpote iam poenis iuſtiſſimis deuoto, interceſſionem interdiceret Dominus. Hinc alii cum Luthero in gl. marg. *ironice* accipiunt, coll. Matth. XXVI, 50 XXII, 12. Maiori ſane iure ipſe Filius Dei audit יְדִידוֹ *dilectus eius*, ὁ ἠγαπημένος conf. Deut. XXXIII, 12. Iſ. V, 1. Et vtrobique *Not. Sel.*) Eph. I, 6. quem rectius heic viderunt Diodatus, et Seb. Schmidius *h. l.* ita vt Deus Pater de eo heic loquatur: Quid dilecto meo amplius eſt in domo mea? dum faciunt illud, illud np. grande ſcelus (coll. *Luc. Ebr. p.* 281. *c. fin.*) ipſi etiam principes, (tam politici quam eccleſiaſtici) vt carnes ſanctae (ſingularis collectiuus) tranſeant (vel ſi mauis in *Hiphil* ad formam וַיַּרְכֵּן c. IX, 2. vt carnem ſanctam tranſire faciant, auferant, non repugno, perinde enim heic erit.) a te (Ieruſalem ad aras idololatricas verſ. 13) Germ. *Was hat nun noch mein Geliebter in meinem Hauſe? da auch die Groſſen ſo groſſe Schandthat begehen, daſs das heilige (Opffer) Fleiſch muſs vveggehen von dir (Ieruſalem, zu den Altären des Baals, und mithin vveggehen das durch ſelbiges ſchön vorgebildete Verſohnungs-Blut und Tod*

CAP. XII. *des Messiae, meines Sohnes, und also mit demselben alle Gerechtigkeit, Vergebung der Sünden, Leben und Seeligkeit Und dannenhero hat mein Sohn nichts mehr in meinem Hause.* Subsequitur iam membrum alterum sic bene cohaerens: כי רעתכי אן תעלזי quodque *dum perpetras illam* (עשותה hic enim infinitiuus gerundiascens, *faciendo*, vtique repetendus cum Kimchio, Luthero, Geneu. Diod. Schmidio) malitiam tuam, tum exultas, *so bist du guter Dinge drüber, so hüpffst und springest du alsdenn.*

CAP. XII, 6.

גם־המה קראו אחריך מלא. Heic vox מלא dubiae est interpretationis. Lutherus in translatione sua, *und schrien Zetter über dich*, accepit eam aduerbialiter *plene*, vt idem sit ac *pleno gutture*, quod Piscator habet *mit voller Käble*, בגרון ex Ies. LVIII, 1. Iam vero clamor istiusmodi *mit vollem Halse* Germanis audit *ein Zetter-Geschrey*, ceu mentem eius exponit Beckius *l. c. p.* 356. putatque fauere ei locum parallelum c. IV, 5. At si inter nostrum et illum parallelismum esse deberet, etiam vi istius idiotismi in nostro talis fuisset positus קראו מלאו אחריך *clamant, implent* (i. e. *plene* coll. *Luc. Ebr. p.* 393) *post te.* Nec fauet ex opinione eius *accentuatio*, siquidem מלא cum verbo קראו si construendum esset, in גם־המה non ponendus fuisset subordinatus *Tiphchae* minor *Tbbir*, sed *Athnachi* rex maior *Sakephgadol*, disterminans subiectum a praedicato. Frustra Proinde ei succurritur per insertum *idque*, (idque) *plene*. Eiusdem sortis deberet esse accentuatio pro interpretamento Franckiano, *sie ruffen hinter dir zusammen eine grosse Menge*, sumto insolenter τῷ מלא substantiue pro *multitudine*, ac si diceretur מְלֹא. Tametsi et hoc nunquam vsurpetur *absolute*, sed semper *constructe* cum alio substantiuo, vt Ies. XXXI, 4. מְלֹא רעים *plenitudo pastorum*. Nulla expositio accentuationi est conformior, quam Schmidiana: etiam illi clamant post te, plenus est, cuius np. tempus occidendi venit impletumque est. Germ. *Er ist zeitig*. Sic Ier. IV, 11. מלא ימים *plenus dierum* h. e. qui iam impleuit dies suos. Confirmatur illa ex cap. praeced. XI, 19. vbi sanguinariae popularium prophetae cogitationes exprimuntur: *perdamus arborem cum fructu suo* (coll. Deut. XX, 19.) *et exscindamus eum* (Ieremiam) *ex terra viuentium, vt nomen eius non commemoretur amplius*, coll. v. 21. Praeterea illud repetitum גם־המה non est sine emphasi, Luthero non attentum, q. d. *Auch die, welche dich am meisten lieben, welche*

che

CAP. XII. XIII. XV.

che es am beſten mit dir meinen, und dein Heil ſuchen ſolten, ia eben die ſinds, die dich am meiſten haſſen, und dir nach dem Leben ſtehen.

Verſ. 13.

נחלו לא יועלו Dolore ſ. aegritudine affecti ſunt, (bonae ſpe meſſis) *et tamen* (eſt ellipſis ו) nihil profecerunt. *Sie haben ſich gekräncket, (ſich viele ſchmerzliche Sorgen, Mühe uud Kummer gemacht, über der Hoffnung einer guten Erndte und glücklichen Ausſchlages) und doch haben ſie nichts ausgerichtet.* Pro נָחֲלוּ *praet. Niph* coll. Am. VI, 6. verbi חָלָה, Lutherus male ſubſtituit aliam punctationem נָחֲלוּ, vt ſit *praeteritum Kal*, ex נָחַל, hinc transtulit, *vnd vvas ſie gevvinnen, et quod haereditant.*

CAP. XIII, 21.

ואת למדת(י) אתם עליך אלפים לראש

Quae verba communiter cum Luthero ita conſtruunt, ac ſi extrema vocabula *cauſam finalem* reddant, mediante ל, ad prius etiam adſciſcendo, et copula ו ad poſterius, hoc ſenſu: *quum, quoniam, tu docuiſti eos aduerſus te*, vt eſſent *duces*, et *in caput*. *Denn du haſt ſie ſo gevvöhnet vvider dich, daſs ſie Fürſten und Häupter ſeyn vvollen.* Qua vero ratione in עליך requiretur *Sakephkaton*. Aliter peccat conſtructio *Bibl. Hal. in Not.* per quem plus diſtinguit *vicarius Merca* ipſo *Tbhiro*, vt: *Tu* ipſa *enim adſueſeciſti eos*, ſc. Babylonios, eſſe *ſuper te duces in caput*. Ita ſane in אותם exigeretur *Sakephkaton*. Iam vero quum iſtud habeat *Tiphchae* ſubordinatum minorem *Tbhir*, e hoc *vicarium* duntaxat ſubdiſtinguentem, innuitur, neque in iſto, neq; in hoc, ſed in domino eorum maiore *Tiphcha* demum ſiſtendum eſſe conſtructionem, adeoque ita verſionem formandam: quum tu docueris eos aduerſus te, principes np. (Chaldaeos) in caput. Germ. *Da du* (*durch deine üble Regierung* coll. v. 21. 25. 27.) *ſie, die Fürſten nemlich, (in Babel) haſt angefübret vvider dich ſelbſt, zu herrſchen* (*über dich und deine herrliche Heerde* coll. v. 20.)

CAP. XV, 8.

הבאתי להם על־אם בחור שדד בצהרים

In quibus verbis Lutherus cum Chaldaeo, Ben Melech, Munſtero, Vatablo, Iſid. Clario, Caſtalione, Grotio, Hulſemanno, Ittigio, et Schmi-

CAP. XV. dio, voces אם־בחור על inuicem conſtruxit, *ich vvill über die Mutter der iungen Mannſchafft kommen laſſen einen offenbarlichen Verderber*; quum tamen ab inuicem per accentum *Tbhirum* ſint ſeparatae. Deinde צהרים τὸ ſumſit pro periphraſi adiectiui *manifeſtus*, deſerta ſic ſignificatione eius propria, heic ſane emphatica, vtpote quae deſcribit tempus inopinati aduentus et deuaſtationis. Nam meridies non erat tempus bellandi ob nimium aeſtum in iſtis regionibus. Stratagema autem erat, ſi id fieret. vid. de Achab. I. Reg. XX, 16. add. Ier. VI, 4. bene annotante Schmidio *ad h. l.* Verſio itaque legitima haec erit: Adducam illis (i. e. in damnum eorum coll. *Luc. Ebr. p* 376.) ſuper matrem, (np. metropolin Ieruſalemum) electum iuuenem, vaſtaturum in meridie. *Ich vvill ihnen (zu ihrem Unglück) über die Mutter (die Haupt-Stadt Ieruſalem) kommen laſſen einen auserveehlten Held, einen Verwüſter im Mittage (da ſie ſichs am wenigſten verſehen)* Sequitur membrum vltimum: הפלתי עליה פתאם עיר ובהלות quod quantas cruces fixerit interpretibus propter vnicum עיר, vix dici poteſt. Viderunt namque ſignificatum famoſiorem *vrbis*, ni velis vocum formis et ſyntaxi vim inferre cum Luthero, non quadrare. Quid enim eſſet, *cadere faciam vrbem ſuper Ieruſchalem*? Et ſi vel maxime ſumſeris *Hieroſolyma* pro incolis eius, et *vrbem* pro moenibus et aedificiis, tamen nec dum adeſt conuenientia vocabulorum, eſſetque ſimul ὕστερον πρότερον. Nulla, fateor, maior conuenientia apparet, quam in interpretatione Lud. de Dieu per *cruciatum*, ex colluſione alias familiari filiae Chaldaeae cum matre Ebraea permutantis ebraeum צ in ע, vt עיר ſit pro ציר, vnde plur. צירים ex צור, praeſertim quum et ipſa mater aemulatione filiae ex eodem themate *octies* vſurpet עָר *hoſtis*, annotante Maſora ad Mich. V, 14, vid. *Lux Chald. p.* 3. *c. fin.* atque mox v. 11. et Iob. XXXVII, 3. verbum chaldaeum שרה ſuum faciat, vt ita integer ſenſus ſit: et cadere faciam ſuper eam repetente cruciatum et terrores. *Und vvill über ſie plözlich fallen laſſen Angſt und Schrecken.*

verſ. 9. de ſenſu phraſeos בא שמשה בער יומם vid. Ebr. Etym. ad h. l.

Vers. 11.

אָמַר יְהוָה אִם־לֹא שְׁרִיתְךָ לְטוֹב אִם־לֹא הִפְגַּעְתִּי בְךָ בְּעֵת רָעָה וּבְעֵת צָרָה אֶת־הָאוֹיֵב׃

Eſt haec reſponſio Dei conſolatoria ad querelas Ieremiae de contemtu ſuo et maledictionibus populi, quas praenunciationi calamitatum grauiſſimarum in primis ſuper Ieruſalem interſerit, v. 10. Non autem haec oratio eſt mutilanda, aut

CAP.XV.

aut ita disiungenda, vt in hem stichio priori fiat apostrophe tantum ad prophetam, in posteriori vero ad populum Iudaicum, sicuti cum Kimchio sentiunt Rauppius et Seb. Schmidius *ad h. l.* eoque pacto omnem tolli difficultatem. Verum minime tolli existimem. Praeterquam enim quod diuersa ista apostrophe in vno versiculo sit dura, manente eodem orationis habitu, subinnuit repetitum לא־אם, ad idem illud subiectum respicere, ad quod prius. Praesertim aduersatur isti sententiae determinatio temporis emphatica *in tempore mali et in tempore angustiae*, si phrasis והפגעתי בך את־האויב vertatur hostiliter, *incurrere faciam in te ipsum hostem*, coll. Ies. LIII, 6. Siquidem *inuasio hostilis* est iam ipsum *tempus infortunii et angustiae*, siue causa ipsius. Melius proinde eam phrasin in sensum bonum accepit, ac promissionis continuationem animaduertit B. Lutherus, tametsi in hoc non probandus, quod contra proprium et natiuum eius vsum verterit, *und vvill euch zu Hülffe kommen*, neq; in hoc, quod את־האויב constructum per accentus cum verbo והפגעתי indicio pariter *notae accusatiui et obiecti* את, construxerit cum *tempore mali et angustiae, in der Noth u Angst unter den Feinden*. Sic enim in בך non requireretur regis *Tiphchae* subordinatus dux *Rbhia*, sed absolutior dominus *Sakephkaton*; neq; in hoc, quod vtrumque versus membrum de *populo* exposuerit, inductus verbo שריתך, quod *nominaliter* cum Buxtorffio *in lex.* aliisque accepit pro שארית, quod praecessit in vers. 9, א implicite quiescente, ceu occurrit, 1. Chr. XII, 38. coll, *Luc. Ebr. p.* 23. *obs.* hinc vertit, *ich vvill euer etliche übrig behalten*, לטוב, *denen es soll vvieder vvohl gehen*, ad lit. *reliquiae tuae* erunt *in bonum*. Cui vero suppositioni valide refragatur non modo punctum *Chirek* ante affixum ך, quod tum deberet esse *Schva*, vel, si hoc statueretur mutatum ob accentum, *Segol*; sed etiam versus 9, vbi *reliquiis* populi (ex vrbe Ierusalem expugnata cum rege Zedekia effugientibus) praedicitur *malum*, (np. trucidatio in fuga, vt etiam impletum est) in nostro autem *bonum*: adeoque pugna inter eos esset: nec minus cum sequentibus, vbi in praedictione malorum pergitur. Hinc Lutherus cohaerentiam cum v. 13. talem instituere cogitur: *Ich vvill aber zuvor euer Gut und Schätze in die Rappuse geben etc.* Quae vero oppositio et limitatio se illico reddit suspectam. Quare potius promittit Deus prophetae in calamitate publica exemtionem ac admirandam ipsius regis Nebucadnezaris pro eo intercessionem h. m. Dixit Iehoua; nonne (i. e. certe, ecce!) solui, emisi, te (coll. Iob. XXXVII, 3. estque praeteritum propheticum pro futuro *emittam te*, videlicet tam a rixis et exsecrationibus populi, quam excidio vrbis) in bonum, ad bene esse? nonne (certe ecce!) intercedere feci (faciam) pro

CAP. XV. pro te in tempore mali et in tempore anguſtiae ipſum hoſtem? Implementum habes infr. c. XXXIX, 11. 12. Nil clarius ſane eſſe poteſt.

Verſ. 12.

הירע ברזל ברזל מצפון ונחשת: Hic verſus ac ſequentes 13. et 14, praecedentibus duobus 10 et 11 parentheticis, optime cohaerent cum fine verſ. 9. vbi dicitur, et *reliquias eorum gladio dabo coram hoſtibus eorum.* Iam adducitur potentia eius inuincibilis: Num (enim) franget quis ferrum, ferrum, inquam, e ſeptentrione, et chalybem? Germ. *Kan einer vvohl das mitternächtliche (Babyloniſche) Eiſen und Stahl zerbrechen? (der Babyloniſchen Macht vvieder ſtehen?)* Lutherus ſenſu contrario, licet pro ſua mente bono, transtulit: *Meineſt du nicht, daß etvvan ein Eiſen ſey, vvelches könte das Eiſen und Erz von Mitternacht zerſchlagen?* Latine ad literam: *Nonne* (ה ſumto negatiue pro הלא, vti quidem interdum ſignificat, coll. *Luc. Ebr. p.* 274. heic vero non eſt neceſſe.) *franget ferrum* aliquod *ferrum ex aquilone et aes?* Atque ſic inuitis accentibus. Sic namque prius ברזל vt ſubiectum contradiſtinguendum eſſet *obiecto* complexo per accentum maiorem *Rbbiam*, vel *Sakephkatonem.* Idem ſentiendum eſt de propoſitione Tremellii inuerſa, per prius *ferrum* Chaldaeos, per poſterius *ferrum ab aquilone et chalybem* Iehouam ipſum intelligentis. Nunc porro in v. ſeq. 13 et 14. habetur potentiae babylonicae irreſiſtibilis effectus, cum ſueta enallage perſonae tertiae in ſecundam, *opes tuas et theſauros tuos in praedam dabo etc.*

v. 13. de phraſi אל־ארץ אשר תקחני vid. Ebr. Etym. p. 210.

Verſ. 16.

נמצאו דבריך ואכלם ויהי דברך (דבריך) לי לששון
ולשמחת לבבי

Cuius loci ſenſum ab interpretibus nimis vexatum absque vlla vexatione iam occuparunt et demonſtrarunt duo celeberrimi exegetae, videlicet Seb. Schmidius, qua quidem ſcopum et paraphraſin in *Comment. h. l.* nec non Carpzouius accuratius paulo in *pec. Diſp. in h. l. quae in Vol. Diſpp. Acad. eſt XIII.* eſtque genuinus et indubius hic: Si inuenta fuerint (praeſto fuerint coll. Deut. XXI, 17. in poſterum) verba (mandata cuiuscunque generis) tua, vt comedam ea, vel (vt) ſit pro אשר, vt ſaepe alias, coll. *Luc. Ebr. p.* 271. et Eccl. VI, 12. ויעשם *quos tranſegit*) quae comedere debeo, (coll. *Luc. Ebr. p.* 80. β) tuam fiat verbum tuum (vnumquodque verborum tuorum, propter pluralem alterius lectionis) mihi (non amplius in *opprobrium*

brium et *maledictionem*. sed) in gaudium et laetitiam (coll de synonymia hac emphat. Ies. XXII, 13. XXXV, 10. LI, 3. 11. Ier. VII, 34 XVI, 9. XXV, 10. XXXIII, 11.) cordis mei (per promtum obsequium et conuersionem populi, et hinc auersionem omnium malorum.) Germanice: *Wenn sich (vveiter) deine Worte (und Befehle) finden, die ich soll einnehmen, (und dem Volcke verkündigen,) so lass alsdenn dein (gepredigtes) Wort mir vverden (nicht ferner zur Schmach, Spott und Fluch, sondern) zur Freude und Wonne meines Herzens.* Petit itaque propheta sibi a Deo meliora in officio fata, feliciorem praedicationis suae effectum ac euentum. Et phrasis si *inueniantur verba tua ad comedendum* idem dicit cum illa c. I, 9. et Ies. LI, 16. q. d. *Wenn es dir, o Iehova, o GOtt der Heerscharen, vveiter gefallen möchte, dich meines Dienstes zu gebrauchen, und deine Worte in meinen Mund zu legen, ach so gieb, dass ich solchen mit freudigern Aufthun meines Mundes, und mit gröss rm Nachdruck und Segen, bey erfolgter Busse und Besserung deines Volcks, auch folglich Abvvendung der angedreueten Straffen, verkündigen möge, zu deines eigenen Nahmens, als vvonach ich genennet bin (dein Diener und Prophete heisse und bin) Ruhm u. Ehre.* Orationem *implicite conditionalem*, qualis est in membro priori, etiam alibi in scripturis esse obuiam, nemo negabit, conf. saltem 2. Reg. V, 13. VII, 2. Deut. XXX. 8. Ps. CXIX, 52. adeoque hanc Ieremiae supplicationem distinguendam esse in *antecedens* et *consequens*, hoc quidem non incipiendo a verbo ואכלם, sed ויהי, arguit proportio accentuum, quam pariter commodum vrget B. Carpzouius §. 13. ad concessam B. Schmidii expositionem conditionalem verbi נמצאו, hoc autem modo, *si inuenta fuerint verba tua, tum comedam ea*, h. e. *fac talia sint, vt cum iucunditate amplectar.* Obstare nempe ei accentuationem, quae voces illas נמצאו דבריך cum ואכלם „per accentum *Paschta* ita coniungit, vt talis interpunctio locum non habe „at, qualis in oratione conditionali inter antecedens et consequens requiritur, „quum demum per accentum *Sakephkaton* in voce ואכלם fiat interpunctio.„ *Sed quomodo concilianda erit versio Lutheri cum fonte? I. quoad literam?* De conuersione quidem verbi 3. *plur. praet. Niph.* נמצאו in 1. *pl. fut. Kal.* נִמְצָא facile aliquid dari posset, siue enim dicatur, *vvenn deine Wort gefunden vverden, oder sich finden*, vel *vvenn vvirs kriegen*, sensui nihil decedet. Ast circa verbum ואכלם difficilior erit conciliationis via. Schmidius aperte fatetur, *sibi ne quidem constare, quomodo B. Lutherus h. l. legerit?* Carpzouius conciliat §. 4. h. m. *Si inuenta fuerint verba tua, vvenn vvir dein Wort kriegen,*

CAP. XV.

CAP. XV. *fac vt comedamus ea, ſo laſſ uns deſſelben genieſſen*, vel explicatius paulo, *ſo erhalt es uns, daßvvir deſſ n genieſſen können.* Ita vt *conſeruatio verbi* lateat in verbo ואכלם. Bene quidem, ſi verſio Lutheri haberet, *indes erhalte uns dein Wort*, vt quoque ad mentem eius exponit B. Calouius in *Germ. Bibl. paraphraſi*, et non potius *indes erhalte uns dein Wort.* Cui proinde affinior eſt conciliatio cl. Beckii *l. c. p.* 370. „Maluit B. Lutherus ſcopum et conſequens „illius *comeſtionis* metaphoricae, vel *ſalutaris fruitionis* exprimere verſione „ſua *ſuſtentationem* nempe, q. d. ſicut hactenus ingeſtis et comeſtis verbis tuis me ſuſtenſtaui, ita vt inpoſterum me, piosque omnes, ſuſtentent illa. Vt adeo nullus dubitet, germanica illa, *enthalte uns dein Wort*, ita accipienda eſſe, *ſuſtentet nos verbum tuum*, coll. Pſ. LI, 14. in germ. quae idem iam ſonarent cum illis cantionis eccleſiaſticae verbis, *dein Wort mein Speiß|laß allvveg ſeyn, damit meine Seel zu nähren etc.* Verum quomodo ad hunc conceptum mentis, ad *ſuſtentationem* verbi, deuenerit Lutherus? id adhuc dicendum erat. Vbi quidem nos exiſtamus, eum ſeruatis iisdem literis ואכלם ſubſtituiſſe alia puncta, quam libertatem et alibi non raro ſibi ſumſit, pro erronea ſua, qua ſemel imbutus erat, hypotheſi, de *nouitate punctorum*, nempe haec וַאֲכָלֵם, adeoque non formaſſe ex אכל *comedere*, ſed ex כול in praet. Hiph. *ſuſtinere, ſuſtentare*, coll. c. VI, 11. permutato א cum ה, auctoritate ipſius Ieremiae c. XXV, 3. in אַשְׁכִּים vid. ſimilia in *Luc. Ebr. p.* 18. II. *Quoad ſenſum?* In quo quidem ei cum Schmidio et Carpzouio non aſſurgimus, quod vbiuis *pluralem* adhibuerit, ac ſi Ieremias has preces non ſuo, ſed populi, in captiuitate babylonica conſtituti, nomine fudiſſe putauerit, refragante etiam verſu ſubſequente 17. et cum primis *reſponſione Dei* v. 19. ſeqq. quae ad vnam prophetae perſonam directa toti populo nulla ratione applicari poteſt, coll. etiam v. 10. cum c. I, 18.

Verſ. 19.

אם־תָּשׁוּב ואשיבך לפָנַי תעמֹד In oratione hac conditionali Lutheri verſio *conſequens* iam ponit in ואשיבך, *vvo du dich zu mir hälteſt*, (pr. *dich zu mir kehreſt*,) *vvill ich mich zu dir halten* (*oder, ſo vvill ich mich zu dir kehren.*) Cui vero repugnat accentus ſeruus *Mahpach*, vtrumque verbum coniungens, quum contra *conſequens antecedenti* per accentum dominum contradiſtinguendum foret, praeſertim etiam ob diuerſa ſubiecta. Proinde non obſtat c. XXXI, 18. vbi idem manet ſubiectum, quanquam ו reddi poſſit per *vt*. Nec fert iſtum ſenſum reciprocum coniugatio *Hiphil*, pro quo reiterandum eſſet K*al*, et affixum ךָ reſoluendum in אליך coll. c. IV, 1. Zach. I, 3. Mal. III, 7; nec abſentia ו *copulatiui* in לפני, *und ſolt mein Prediger ſeyn.*

CAP. XV. XVII.

seyn. Ne dicam de *ellipsi* affixorum diuersae personae. Schmidius in *Vers. Bibl.* qua distinctionem conuenit cum Luthero, si *reuerteris*, *reducam te*; at in *Comm.* accentuationi conformius τὸ ואשיבך facit *limitatiuum* conuersionis prophetae ad Iudaeos, *si conuersus fueris* et *conuerti te fecero* scil. אליהם *ad illos*, e fine versus q. d. si conuersus fueris ad illos, ita, vt ego tibi man-„ dem, non vt pro arbitrio et sine iussu meo facias;„ sed non sermonis δεινότητι ac legitimae consequentiae. Si namque Deus conuerti et loqui faceret Ieremiam ad populum, tum iam reapse esset eius propheta et internuncius. E. non dicendum esset, *minister et propheta meus eris* s. *manebis*. Et potius hoc ipso animus prophetae suspensus cum quadam ironia relinqueretur, num ministeserio eius amplius vti vellet Deus? Pro isto igitur sensu aptius quis et clarius eloqueretur: *vvenn ich vvill vvieder dem Volcke predigen lassen. so solteſt du mein Prediger seyn, und also kein ander*, quam *vvenn ich dich* etc. Quare ita malim vertere: Si conuertis quos conuerti te iubeo, porro ministrabis mihi, coll. *Ebr. Etym. p. 87. fin.* Germ. *Wenn du bekehreſt (mit gleicher Treue, Fleiſs und Sorgfalt zu bekehren ſucheſt) vvelche ich dich bekehren heiſſe, ſo ſolt du mein Prediger bleiben.* Verbum שוב in Kal saepe etiam significationem habere *transitiuam*, et praefixum ו vim relatiui אשר satis constat. vid. de hoc *Luc. Ebr. p. 271.* De phrasi seq. *Si eduxeris pretiosum a vili* vid. *in Ebr. Etym. p. 220.*

CAP. XVII, 2.

כזכר בניהם׳ מזבחותם ואשריהם על־עץ רענן על גבעות הגבהות׃

Lutheri versio, *daſs ihre Kinder gedencken ſollen derſelben Altäre und Haynen, bey den grünen Bäumen auf den hohen Bergen*, desiderat (α) ad indicium causae finalis ל gerundiale pro כ, לזכר *ad recordandum*, vt *recordentur*. (β) in בניהם accentum maiorem *Sakephkaton*, vt nominatiuus s. subiectum agens contradistinguatur obiecto, et (γ) in ואשריהם *Athnachum*. Melius Seb. Schmidius cum quibusdam Ebraeis ap. Kimchium et Ben Melech *b. l.* τὸ בניהם ad *obiectum* etiam refert, et causam agentis facit Deum; quumque autem obiectum sit τετράχωλον, medium eius recte intersecat *Sakephkaton*. Deinde prius על minus apte vertitur *penes*, *apud*, quoniam luci constant ex ipsis arboribus viridibus. Ac membrum *Silluki*, quod repetitione verbi כזכר oratoria, et participio praet. pass. verbi *sum* complendum, habet se ad

CAP. XVII. prius vt *generale* ad *speciale*, adeoque maxime per *Athnachum* distinguitur. vid. *Luc. Accent. p.* 39. *c. fin.* Versio itaque secundum veritatem ebraeam haec erit: Quemadmodum recordor, *wie ich denn gedencke*, (vel etiam impersonaliter, *wie man denn gedencket*) filiorum eorum, (np. *Baalis Molecho oblatorum*, coll. c. VII, 31. XIX, 5. et XXXII, 35) altarium eorum, etiam lucorum eorum, vna cum (coll. Gen. XLIX, 26. Exod. XII. 8. 9. XXXV, 22. Num. IX, 11: 1. Sam. XIV, 32. coll. cum Deut. XII, 23. vbi cum עם permutatur. Leu. XXIII, 18. 20.) arboribus viridibus: *quemadmodum*, inquam, *recordor* factorum super collibus altis. Iam consequitur poena in *vers.* 3. quam Deus per apostrophen patheticam intimat *collibus* illis *altis*, nefanda idololatria contaminatis, quos generaliori vocabulo appellat הָרַי בַּשָּׂדֶה o montanum in agro! *o du Gebirge im Gefilde!* opes tuas omnesque thesauros tuos in praedam dabo: etiam בָּמֹתֶיךָ excelsa tua *in praedam dabo*, propter peccatum in omnibus terminis tuis existens, s. factum, coll. c. XV, 13. Ita natu. alis verborum situs et structura seruatur. Vt adeo non sit necessum, vocabulum בָּמֹתֶיךָ *excelsa tua* violenter traiicere ad initium versus cum Luthero, et consequenter *ellipsin* praefixi ב statuere ante הָרַי, et copulae ו in בַּשָּׂדֶה Quid enim familiarius, quam in sermone concisio dictionem aliquam vel ex praecedentibus, vel subsequentibus ad maius ϖάϑος repetere.

v. 3.

Vers. 4.

וְשָׁמַטְתָּה וּבְךָ מִנַּחֲלָתְךָ וְגוֹ׳ Et intermissionem facies (cessabis, cum resp. ad Deut. XV, 1. 3. Exod. XXIII, 11. coll. Leu. XXVI, 34. 35.) etiam quoad te (Iuda) ab haereditate tua, vt scilicet non cogatur tibi sedem et habitationem dare. *Und solt feyren (Erlass-Iahre haben) auch vvas dich betrifft, von deinem Erbe etc.* Vbi tantum notandum cum Schmidio, quod ב in וּבְךָ sit *specificatiuum*.

Vers. 9.

עָקֹב הַלֵּב מִכֹּל וְאָנֻשׁ הוּא Fraudulentum est cor prae omni re, et desperate morbidum est. *Es ist das Herz ein überaus betrügliches (darauf man nicht gewiss fussen kan*, coll. Iesa. XL, 4.) *und verzweifelt böses* (coll. c. XXX, 12. 15. vbi Lutherus optime emphasin huius vocabuli expressit.) *Ding*, ita recte Schmidius.

Vers 12.

Verſ. 12. CAP. XVII.

כִּסֵּא כָבוֹד מָרוֹם מֵרִאשׁוֹן מְקוֹם מִקְדָּשֵׁנוּ: Hic verſus emphatice interſecat praedicatum et ſubiectum, hoc ſenſu: Thronus gloriae, *thronus* altitudinis ab initio, talis, inquam, eſt locus ſanctuarii noſtri. *Aber die Städte unſers Heiligthums iſt der Thron göttlicher Ehre, ein hoher, (und daher feſter) Thron allezeit (von Anfang her) geblieben.* Lutherus praedicatum mutilat, dum primam eius partem כסא כבוד ſubiecto per epexeſin apponit. verſ. 13. de phraſi *in terra ſcribentur* v. Ebr. Etym. p. 222.

Verſ. 16.

וְאָנֹכִי לֹא־אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ, Verba haec, quae interpretum ingenia valde הֵאִיצוּ *vrſerunt*, vt tamen non nimium eos *feſtinare* fuerint, quaeque ſiſtunt *exceptionem* prophetae ad ſermonem empectarum antecedentem, menti ſuae et connexioni propius reddi exiſtimem cum Schmidio et Beckio *l. c. p.* 378. Atqui non feſtinaui, praecipitaui me (affectu timoris vel odii etc.) quo minus eſſem paſtor (ſic enim reſoluendum in מהיות רעה coll. *Luc. Ebr. p.* 389) poſt te. Germ. *Nun aber habe ich mich ja nicht übereilet, (im reden und predigen,) daſs ich nicht ein Hirte und Lehrer in deiner Nachfolge hätte ſeyn mögen. (Daß ich nicht deinen Worten genau vväre nachgekommen, oder davon abgevvichen vväre, ſondern ich habe alles geprediget vor deinem Angeſichte*, vt ſe exponit in membro vlt.) *Habui omnino et protuli verbum non meum*, ſed *tuum*, non affectibus abreptus, ſed reuelationem tuam adeptus, ingeſſi ipſis, quae tu ſuggeſiſti. Lutheri verſio, *Aber ich bin darum nicht von dir geflohen, mein Hirte*, voces מרעה אחריך per accentum *Munach* coniunctas dirimit, et inſuper praefixum מ translocat ad אחריך. Pergit propheta וְיוֹם אָנוֹשׁ לֹא הִתְאַוִּיתִי et diem deſperatum non concupiui, *und den verzvveifelt-böſen* (coll. v. 9. et 17. 18) *Tag (da die ganze jüdiſche Republicq höchſt-gefährlich kranck darnieder liegt*, coll. Ieſ. I, 5. 6.) *habe ich mir nie gelüſten laſſen, (und iſt mir ſelbſt keine Freude, ſolches ihnen zu verkündigen*, coll. c. XVIII, 20.) Quibus verbis propheta omnem praeſcindit populo cauſam obtrectandi ipſum, quum quicquid dixerit, non ſuo, ſed Dei ſui nomine dixerit. Lutherus cum Lxx et Vulgato prò אָנוֹשׁ legit אֱנוֹשׁ, hinc vertit, *ſo habe ich Menſchen-Tage nicht begehret.*

CAP. XVIII. XXII. et XXIII.

CAP. XVIII, 14.

הֲיֵעָזֵב מִצּוּר שַׁדִּי שֶׂלַג לְבָנוֹן אִם־יֻנְתְּשׁוּ מַיִם זָרִים קָרִים נוֹזָלִים׃

Verissimum est iudicium B. Seb. Schmidii de versione huius loci germanica Lutheri, quod *omnibus versionibus et interpretationibus*, ab ipso adductis, *melioremsensum fecerit*, qui ad literam ebraeam si restringatur, ita flueret: Num dimittitur (coll Exod. XXIII, 5. Ier. XLIX, 25. np. tam cito) a lapidibus (singularis collectiuus) in agris (cum ellipsi sueta praefixi ב, qua terminationem vid. *Luc. Ebr. p.* 143. β) nix Libani? num auelluntur, exstirpantur (tam cito) aquae peregrinae frigidae (np. e niue et pluuiis enatae) a fluentis? Praefixum enim מ pro aequipollentia membrorum heic repetendum est. Nam נוזלים respondet מצור שׂדי. Germ. *Wird vvohl der Schnee Libanons (so bald) vveggelassen von den Steinen auf dem Felde? Wird vvohl das Regen- und Schnee-Wasser (so bald) vveggerissen (und verschlungen) von den Flüssen? (oder verscheust vvohl solches so bald von den Flüssen?)*

CAP. XXII, 6.

גִּלְעָד אַתָּה לִי רֹאשׁ הַלְּבָנוֹן Gilead tu eris mihi, praestantia Libani, (*tu mihi eris.*) *Du solst mir seyn Gilead, die Hobeit Libanons.* i. e. magnifice exstructa es partim nobilissimis quercubus ex celebri Gileade, (in qua erat regnum Baschan) partim selectissimis cedris ex summitate Libani allatis, coll. v. 20. et 7. 14. 15. 23. bene interpretante Schmidio *h. l.* Lutheri versio cum vulgata latina, *Gilead, du bist mir das Haupt im Libanon*, male distinxit vocem גלעד per seruum *Merca* coniunctam, quae postularet in eo dominum *Sakephgadol.* Nec sensus est commodus. Non enim loquitur Deus de Gileade, sed domo seu palatio regio; neque Gilead est caput Libani.

CAP. XXIII, 26. 27.

עַד־מָתַי הֵישׁ בְּלֶב הַנְּבִיאִים Quousque יש *erit*? (sc. hoc eorum dicere, et meum tolerare?) num est in corde prophetarum horum

rum? etc. Vers 17. החשבים Num cogitant (priori phrasi emphatice et exegetice reassumta) *obliu sci facere populum meum nomen meum?* Germ. *Wie lange solls währen? (solch ihr sagen und mein dulden?) gedencken denn diese Propheten, die etc. vers. 27. gedencken, sage ich, diese, mein Volck (ganz und gar) vergessen zu machen meines Nahmens?* Hoc modo hi duo versiculi cohaerent, ceu recte etiam construxeruut Seb. Schmidius et Lud. de Dieu *h. l.* At Lutherus mutuum istum respectum non adeo clare ac distincte expressit, non attenta etiam *δύναμει τῆ* עַר־מָתַי absolute positi, et ה *interrogatiuo* in הַיֵּשׁ neglecto. CAP. XXIII. et XXV.

Vers. 39.

לָכֵן הִנְנִי וְנָשִׂיתִי אֶתְכֶם נָשֹׂא Vbi Lutherus (α) neglexit particulam causalem. (β) Accentui *Sakephkaton* in הִנְנִי non suam dedit *δύναμιν* heic commaticam, argumento etiam *affixi* et seq. *copulae* ו. (γ) Pro שׂ *Schin* legit שׁ *Sin*, cum alia insuper forma וְנָשָׂאתִי, secutus et heic Vulgatum. Hinc vertit: *Siehe so will ich euch hinweg nehmen.* Rectius vim *Sakephkatonis* attendit Schmidius, insimulque *ellipsin* aliquam np. עליכם *contra vos*, quae maxime probabilis fit ex v. 30. 31. 32. Ac proinde versio erit talis: Propterea ecce ego *ero contra vos*, et obliuiscar vestri obliuiscendo, *und will euer ganz und gar vergessen.* Quanquam proximorum si rationem habere malimus, possumus exinde supplere אומר, vt fiat elegans oppositio, q. d. Quia vos noluistis obliuisci, sed continue in ore habuistis et *verbum Iehouae* malitiose *dixistis onus Iehouae*, propterea ecce ego *dico*, quod vos obliuioni penitus traditurus sim. et in fine v. 40. dicitur, *opprobrium et ignominia eorum* non obliuioni tradetur.

CAP. XXV, 14.

כִּי עָבְרוּ־בָם גַּם־הֵמָּה גּוֹיִם רַבִּים וּמְלָכִים גְּדוֹלִים

Verba haec praeter fas interpretes intricarunt, quae accentuum ministerio sunt plana ac expedita, hoc sensu: Nam seruis vtentur eis, etiam eis, (coll. *Luc. Ebr. p.* 371.) gentes magnae, etiam reges magni. Confirmatur quoque etiam hic sensus ex c. XXVII, 7. exacte parallelo. Lutheri versioni, *und sie sollen auch dienen, ob sie gleich grosse Völcker und grosse Könige sind*, obstat tum neglectus voculae בם, quum verbum עבר cum ב constructum, non

CAP. XXIX XXX. non dicat *seruire alicui*, sed *seruiliter tractare*, *seruo vti aliquo*, *Leibeigen halten*, ceu Lutherus optime reddidit c. XXXIV, 9. 10; tum accentuatio, quae pro illa aliter disponi debuisset, ac in גם־המה poni rex maior *Sakephkaton*, in tali consecutione כי עברו־בם גם־המה גוים רבים ומלכים גדולים Non igitur video, quomodo ex sententia cl. Beckii *l. c. p.* 391. interpunctio textualis faueat vernaculae versioni magis, quam Piscatorianae, quae cum nostra coincidit, praesertim collato accentuationis parallelismo *l. c.* Aliter peccat interpolatio Franckiana, *vveil sie dieselbe (nemlich die Iuden) zu dienen gezvvungen haben, die doch auch selbst ein mächtiges Volck und grosse Könige vvaren*, vtpote quae in vocula בם, arcte per seruum, vicarium heic Gereschi, *Mahpach* cum seq. גם־המה cohaerente, posceret subdistinctiuum maiorem *Rbbiam*; quaeque *contorta* recte audit Beckio *l. c.* vel hoc solo nomine, quod Iudaei non nisi *vnus sub vno rege fuerint populus*, adeoque infelici molimine subornatur vernaculae Lutheri.

CAP. XXIX, 3.

Vox בבלה iuxta dispositionem accentuum non est *terminus ad quem* legatorum regis Hiskiae, e constructione Lutheri, quippe qui iam satis indicatus est verbis ad *Nebucadnezarem regem Babelis*, sed epistolae ad Ieremiam missae. Alias in מלך־יהודה non ponendus fuisset *Tiphchae* subordinatus *Rbbia*, sed territorialis *Sakephkaton*.

CAP. XXX, 21.

והקרבתיו ונגש אלי Et accedere faciam eum, et accedet iugiter ad me. Quae verba Dei cum sequentibus refert Seb. Schmidius ad *Iacobum*, *quem Deus per Christum sibi in ecclesia appropinquauerit*. Ast quum vtrumque verbum strictiori sensu ad sacerdotale munus spectet, Num. XVI, 5. Ezech. XLIV, 15. seq. coll. v. 13. XL, 46. XLV, 4. XLII, 13. XLIII, 19. Exod. XIX, 22. Ebr. V, 1. et strictissimo ad summum sacerdotem, Leu. XVI, 2. hinc de ipso sacerdote Messia melius accepit Iac. Altingius *Tom. V. opp. Hept. III. Dissert. VI. th. 17. seqq. et Hept. IV. dissert. VI. th. 37. et tom. II. P. IV. f.* 131. *seq.* nec non Io. d'Outreinius *in dissert. ad h. l. quae prima est in Bibl. Brem. Hist. Phil. Th. cl. I. fasc.* 1. itemque e nostris Osiander, Calouius, Ittigius ad *h. l.* Maius *in Oecon. Temp. V. T. p.* 1013 Messias namque *vt magnificus Iacobi, et dominator eius, e medio eius exiturus*, coll. Deut. XVIII, 15. 18. Ioh. IV, 22. est primarium subiectum, in quem pariter meliore iure quadrant sequentia

tia εὐφατικώτερα כי מי הוא־זה ערב את־לבו: Nam quis vllus est alius, qui spopondit animam suam (tanquam sponsor melioris testamenti Ebr. VII, 22.) ad accedendum ad me? Itaque officium Christi mediatorium et intercessio heic viuide adumbratur. CAP. XXX. XXXIII.

CAP. XXXI, 2.

חלוך להרגיעו ישראל: Harmoniae membrorum et accentuationi magis fauet ista constructio Vulgati, Lutheri, aliorumque, quae vocem ישראל facit *nominatiuum*, dum iret ad quietem suam Israel, quam *accusatiuum* in appositione, vtpote pro quo potius et certius requireretur accentuum *Tiphchae* et *Mercae* transpositio. Vt ita τὸ *Israel* exponat, quis sit ille *populus superstes a gladio* Assyriorum, simulque in hoc vlt. m. connotetur tempus, quo *inuenerit gratiam* in oculis Dei, quo np. *ibat ad quietem suam*, terram Canaan, eamque iam *suam* vi promissionum diuinarum, itaque vtrobique vnum sit subiectum.

CAP. XXXIII, 16.

וזה אשר־יקרא־לה יהוה צדקנו: Vbi Lutherus cum Vulgato pro pronomine fem. לה substituit masc. לו, *et vocabunt* EVM, *und man vvird ihn nennen*. Ast rectius omnino absque vllius mutationis aut corruptionis vmbra pro tenore literae redditur: Et hoc est, quod pro-ac-clamabit, praedicabit (sc. קורא *clamans*, *praedicans*, vel impersonaliter *proclamabitur*, *praedicabitur*, coll. *Luc. Ebr. p.* 413.) ei (Iudae et Ierusalem:) Iehoua est Iustitia nostra. *Und das ists, das man ihr zuruffen oder predigen vvird, der HERR* (*Messias*) *ist unsere Gerechtigkeit*. Sic in loco parallelo c. XXIII, 5. Et hoc erit nomen eius, quod proclamabit, praedicabit, Iehoua est iustitia nostra. conf. I. Cor. I, 30. Ies. XLV, 24. Qua ratione manet ל *datiui*, quocum, simulque *casu accusatiuo*, et alibi verbum קרא in significatione *proclamandi*, *acclamandi* constituitur. vid. Ier. XXXIV, 8. 17. 15. Iud. VI, 24. (et ad *h. l. Not. Sel. p.* 113. 124. 125.) XXI, 13. Leu. XXV, 10. De cetero quum iam amplissima commentationum et vindiciarum messis in *h. l.* illustrem prostet, nos nihil amplius addimus, ne actum agamus. Videri possunt contra Iudaeos praeter Helui- c. XXIII, 5.

CAP. XL. ci *Elench. Iud. p. m.* 20. *seqq.* 59. 182. Ezardi *conspectus antiq. Iud cum explicat. Christian. in h. l.* Friſchmuthi diſp. in *h. l.* Hauemannus *in der Wegeleuchte. a. p.* 469-476. *Dassouii Disp. I. et II. de Rabbinismo Philologiae* S. *ancillante, in vaticinio Ier. XXIII*, 5. *et* 6. M. Chr. Bened. Michaelis *diſp. de Nominibus Chriſti ex antiq. Iud.* §. 6-12. et Caſp. a Liiien *diſſert.* S. *Philol. th.* 1. Abeat itaque R. Gaon Saadias, qui in hoc illuſtri Meſſiae nomine *fallaciam diuiſionis* committit, quem etiam ab ipſo contribule R. Aben-Eſra ex accentibus erroris conuictum dedimus, in *praef. Luc. Acc.* Abeat R. Abarbanel cum contorta ſua conſtructione et ellipſi in oratione ſimplici et plana, quando in *comm. ad Ier. XXIII.* verba v. 6. ita exponit: *Et hoc* (ſc. *germen iuſtum* ex v. 5.) *erit nomen eius, quo vocabit eum Dominus Deus exercituum, qui eſt iuſtitia noſtra.* Contra Papiſtas cumprimis Hundiaeum vid. Glaſſii *Philol. S. col.* 156. Hottingeri *Theſ. Phil. p.* 171. Contra Grotium Calouius *B. I.* vtrobique.

CAP. XL, 5.

וְעֹדֶנּוּ לֹא־יָשׁוּב Pauca quidem verba, at multae obſcuritatis. Lutherus transtulit, *denn vveiter hinaus vvird kein Wiederkehren ſeyn*, q. d. latine, *nam amplius ille* (populus captiuus,) *non reuertetur, non erit reuerſio illius*, np. ad terram ſedemque patriam. Pro qua translatione Dn. Franckius ebraei idiomatis expreſſiorem commendauit hanc, *oder, vveil er* (*der Gedalia*) *noch nicht vvieder zurück kommen, ſo magſt du kehren zu Gedalia etc.* Aſt quis non videt, hunc ſenſum non eſſe πιθανὸν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον? Fecit cum plerisque *perſonam* ſubiectum, qua de in antecedd. nec vola neque veſtigium. Concinnior eſt relatio Schmidiana ad *locum* placentem, itaque melior eſt connexionis ratio, praeterquam quod non placet mutatio *futuri* in ſtilo hiſtorico in *praeteritum*, *quod ſi nondum reuerſus eſt*, et duro vtique tropo, ceu recte iam monet Beckius *l. c. p.* 419. dicatur *locus reuerti, pro incolis in eum reuerſis.* Melius quadrabit in *locum* ſignificatio *conuertendi. Conuerti* namque poteſt *locus* aliquis bonus in malum, et rurſus malus in bonum. Iam *locus*, qui *bonus et rectus* eſſe poterat Ieremiae, vt forte *dulce ſolum patriae*, per inuaſiones et vaſtationes Chaldaeorum *conuerſus erat* in deteriorem, adeoque Nebuſaradan excipere poterat: Etſi adhuc ille (locus, qui tibi forte placet) non (tam cito) conuertetur, *da aber derſelbige* (*beliebige Ort*) *noch nicht* (*ſo balde*) *vvird vvieder in beſſern Stand kommen, ſo vvende dich lieber zu Gedalia.*

CAP.

CAP. XLVI, 18. CAP. XLVI.

כִּי כְתָבוֹר בֶּהָרִים וְכַכַּרְמֶל בַּיָּם יָבוֹא׃ Vbi Lutherus verba יָבוֹא בַּיָּם per ſeruum *Mercam* coniuncta non ſolum dirimit, ſed etiam יָבוֹא per traiectionem ditioni *Silluki* eximit, hac verſione: *Er wird daher ziehen ſo hoch, wie der Berg Tabor unter den Bergen iſt, und wie der Carmel am Meer iſt.* Schmidiana vocum diſpoſitio, quae comparationis ἀπόδοσιν incipit in בַּיָּם, poſtulat hanc accentuum diſpoſitionem: כִּי כְתָבוֹר בֶּהָרִים וְכַכַּרְמֶל בַּיָּם יָבוֹא׃ *Sicut Thabor inter montes et ſicut Carmel, ita in mare deſcendet* (ſc Pharao.) Chaldaeus autem interpres, cum eoque Raſchius, ἀπόδοσιν ordiuntur in voce vltima יָבוֹא, ellipſi adiutam, h. ſ. *Quemadmodum verum eſt, quod Thabor ſtabilitus eſt in montibus, et mons Carmel ad mare,* כֵּן יֵתִי תִּבְרִיחַ *ſic veniet confractio eius*; vel כֵּן בְּאֶמֶת יָבוֹא הַדָּבָר הַזֶּה עַל מִצְרַיִם *Sic vere veniet verbum hoc ſuper Aegyptum.* Quae conſtructio requirit hos accentus: כִּי כְתָבוֹר בֶּהָרִים וְכַכַּרְמֶל בַּיָּם יָבוֹא׃. Aliam affert expoſitionem R. Ioſeph Kimchi apud filium Dauidem, vna cum varia ellipſi in πρωτάσει, et totali ἀποδόσεως, h. m. *Sicuti Thabor inter montes appropriatus eſt ad expandendum ibi retia, ad venandas aues*, coll. Hoſ. V, 1. *ſic venabuntur eos: et ſicuti ligna Carmeli deducunt per mare, ſic ducent eos in captiuitatem.* Quem ſequitur qua m. vlt. Glaſius *Rh. S. col.* 1462. vt ſit *metonymia continentis pro contento*, Carmel mons pro arboribus eius. Tremellius pariter ἀπόδοσιν ſubaudit: *quamuis vt Thabor in montes, et vt Carmel in mare procedat, (tamen haec futura ſunt.)* Nos iuxta normam accentuariam ſimpliciter ita reddimus: quodſi fuerit ſicut Thabor inter montes, tamen ſicut Carmel in mare veniet. q. d. quam excelſum fuerit regnum, quanta potentia et gloria Pharaonis, tam profunda erit humiliatio eius; vel verbis Schmidii: *quam altus fuit Pharao in throno regni ſui, vt cum altis montibus Thabor et Carmel comparari potuerit; tam alte infra thronum ſuum deiicietur, vt quaſi in profundum maris deſcendiſſe videatur.* Vt ita per montes *Carmel* et *Thabor* inſinuetur non tantum regni Aegyptii excellentia et opulentia, ſed et per *Carmel* ſimul periculoſitas, proximusque interitus. *Carmel* enim licet montoſus, inſimulque fertiliſſimus eſſet tractus, tamen mari erat finitimus, a quo erat periculum, ne quando ab eius ſaeuitia et crebris inundationibus obrueretur,

CAP. LI.

CAP. LI, 55

ואבר ממנה קול גדול — — נתן שאון קולם׃

Vbi Lutherus vltima verba cum prioribus combinauit, *er verderbet sie mit solchen grossen Geschrey und Getümmel*, metu *contradictionis* cuiusdam, apparentis licet, si litera nude ita efferretur cum Piscatore, *und vvird aus ihr vertilgen das grosse Gethön - - und das Geräusche ihrer Stimme vvird erhaben.* Vt tamen et literae et sensui satisfiat vertendum: et perdet ex ea vocem magnam (laetitiae et triumphorum, *das Grosssprechen und Pralerey*) - - et dabitur (fiet magna catastrophe) strepitus (vastationis et eiulationis magnae) vox eorum. Germ. *und vvird von ihr abthun das grosse (Iubel-) Geschrey, so dass solches zu einem (Klag-) Getümmel vverden vvird, und ihre (Unglücks-) Wellen vverden brausen vvie die grossen Wasser.* conf. Schmidius *h. l.* et Beckius *l. c. p.* 458.

יחזקאל

EZECHIEL.

CAP. I, 11.

ופניהם וכנפיהם פרדות מלמעלה׃

Vbi תּוֹ ופניהם reddunt vt coniunctum cum תּוֹ וכנפיהם, *et facies eorum et alae eorum erant separatae superne*, supposita tali accentuatione ופניהם וכנפיהם פרדות מלמעלה, eaque parallela v. 8. m. 2. quum vero in hoc versu subiectum ופניהם ab altero וכנפיהם insigniter per regem *Sakephgadol* sit distinctum, distincte etiam et absolute erit capiendum h. m. Atque hae erunt facies eorum; porro alae eorum etc. Quam interpunctionis vim pariter attenderunt Piscator et Vatablus.

CAP. V, 7.

וכמשפטי הגוים אשר סביבותיכם לא עשיתם׃

Quae verba si *negatiue* verteres, *sed secundum mores gentium, quae circum vos, non feciſtis*, versio prodiret praecedenti membro et parallelo c. XI, 12. plane contraria, actioque bona, non culpanda. Hinc B. Lutherus ad har-

harmoniam faciendam לא praetermiſit, vti et c. III, 6. Quoniam vero talis harmonia ſ. literae praeiudicat, ac temeritatis notam incurrit, quam etiam Maſora ſollicite cauit, ideo alii enunciationem formaliter negatiuam per *interrogationem* in *virtualiter affirmantem* conuertere ſatius rati, non recte attenderunt, illud commune aſylum heic in verſione coniuncta non habere locum, ſed valde effici implicatam et ineptam in textu adhuc pendente h. m. *Quia plura patratis (vveil ihrs mehr machet) quam gentes, quae circum vos ſunt, in ſtatutis meis* NON *ambulatis, et iura mea* NON *facitis, ſed ſecundum iura (mores) gentium, quae circum vos ſunt,* NONNE *facitis? propterea ita dicit Dominus etc.* aut parentheſi ſermo intercipiendus (*nam ſecundum mores gentium circumiacentium* NONNE *facitis?*) *propterea etc.* Nec fauent iſti לא *interrogatiuo* pro הלא duo לא *negatiua* praecedentia. Alii itaque negatione continuata *ellipſin* integri membri in ſubſidium vocant, *non facitis, quae* ſc. *non mutant Deos ſuos, aut quae viuunt iuxta legem, cordibus earum inſcriptam.* De *comparatione imparium* NON, pro NEQVIDEM cum Iunio ac Tremellio, itemque Schmidio accepit etiam Glaſſius *Phil. S. col.* 157. 158. Ego ſaltem לא *ſubſtnatiue* ſumo, coll. *Luc. Ebr. p.* 411. ita ſimplicius verto: Sed ſecundum mores gentium, quae circum vos ſunt, NIHIL (np. de ſtatutis et iuribus meis) feciſtis. CAP. V. XIII,

CAP. XII, 25.

CAP. VII, 17. vid. in Ebr. Etym. p. 230. CAP. XI, 3. v. explicatum in Ebr. Etym ad h. l. p. 231.

כִּי | אֲנִי יְהוָה אֲדַבֵּר אֶת אֲשֶׁר אֲדַבֵּר דָּבָר וְיֵעָשֶׂה

Bene obſeruarunt Iunius et Tremellius quod verbis initialibus magna inſit aſſeuerationis vis, *nam vt ſum ego Iehoua*; ſed in conſequentibus defecerunt, dum iis *Paſchta* primus in דָּבָר maius diſtinguit, quam alter remotior in אֲדַבֵּר vim commatis iam habens, hinc etiam obſcura, quin tautologica naſcitur haec verſio, *eloquar quodcunque verbum elocuturus ſum et fiet.* Contra Vatablo et Schmidio plus diſtinguit *Paſchta* repetitus in אֲדַבֵּר, quam ipſe *Rbbia* in יְהוָה, ita vertentibus, *quia ego Iehoua loquar*: ſuppoſita hac accentuum conſecutione כִּי אֲנִי יְהוָה אֲדַבֵּר, et in ſeqq. ו in וְיֵעָשֶׂה ſ. formaliter ſ. virtualiter παρελκόντι, *quod loquar verbum, fiet.* Schmidius *quod fiet.* Lutherus alterum אֲדַבֵּר omiſit, *vvas ich rede, das ſoll geſchehen.* Textus iuxta ſuam emphaſin plene et plane h. m. ſonat: Nam quam vere ſum Iehoua, tam vere loquor, illud quod loquor verbum, etiam fiet. *Denn ſo vvahr ich der HErr bin, ſo vvahr rede ich; und vvas ich rede, das ſoll auch geſchehen.* conf. Iſ. LII, 6. et *Lux Accent. p.* 36.

CAP. XVI. XVII.

CAP. XVI, 19.

ויהי Id verbi Lutherus cum aliis conſtruxit cum verſu ſeq. 20. *Ia es kam dahin, ſpricht der HErr HErr, daß du nahmeſt etc.* *Tiphcha* ſic plus diſtinguente quam *Athnach*, ipſoque *Silluk* cum *Soph Paſuk*, contra *Can. V. Luc. Accent p.* 22. Potius vsque ad hanc vocem *Athnachatam* protendenda eſt propoſitio prima h. m. et ita factum eſt, euenit. *Und ſo iſts geſchehen, ergangen,* cuius ego ſum teſtis oculatus; vel vti exponit cl. M. Fr. Wokenius *in Meditat. Th. Philol. Philoſ. Crit. Medit. XX, p.* 128. poſtquam alias verſiones ex accentibus recte refellit: *et factum eſt* (me permittente effectui id etiam dediſti,) *es iſt dir auch dieſes dein Fürnehmen gelungen.*

v. 15. Sic illud לו־ויהי verſ. 15. conuerſum quidem Luthero cum Vulgato in perſ. 2dam fem. תהי *vt eius fieres, und thäteſt ſeinen Willen*, iuxta formam maſc. ad praeuium nomen יפיך *pulcritudo tua* referendam, et proportionem accentuum et defectum copulae in connexione reddendum: *quumque effunderes ſcortationem tuam quamlibet* (coll. *Luc. Ebr. p.* 173.) *ſuper (erga) omnem tranſeuntem*, eius fiebat (*ei cedebat.*) Germ. *und da du ſo ſehr erſoffen (entbrannt) vvareſt in der Hurerey (Abgötterey) gegen einen ieglichen, der vorübergieng, vvard ſie ihm aufgeopffert.* Id iam verſus ſequentes vlterius exponunt.

CAP. XVII, 22. 23. 24.

Sic dixit Dominus Ieboua Deus: ולקחתי אני מצמרת הארז הרמה ונתתי וגו׳ ſed ſumam ego de ſurculo ſummo cedri altae, quem (ו habet heic vim relatiui אשר coll *Luc. Ebr. p.* 271) dabo (dare decreui ab aeterno, Quod ונתתי male Lutherus praetermiſit) etc.

Quod oraculum illuſtre eſt de *Meſſia*, deſcripto (α) ratione *ortus* ſub allegoria *rami ſummi et teneri* (agnoſcentibus pariter antiquis Ebraeis, teſte D. Kimchio, qui quidem de Serubabele inepte exponit, nec non Abarbanele, quanquam pro hypotheſi Iudaica, et inprimis Raſchio) *ex cedro alta* ſiue *arbore elata et vegeta* quidem, ſed etiam *humiliata et arefacta* verſ. 24. i. e. e familia regia quidem Dauidis, ſed tandem tempeſtate β. virginis Mariae eousque depauperata, vt illa inde ſata et nata fabro lignario nupſerit. Eodem reſpectu eademque metaphora et Ieſ. c. XI, 1. nuncupatur חטר מגזע ישי

fur-

surculus e trunco succijo Ischai, et infra c. LIII, 2. יונק, ceu *b. l.* v. 22. m. 2. Ast per repullulantem illum *surculum* rursus mirifice *eleuauit et florentem reddidit* illam arborem Deus, *agnoscentibus omnibus arboribus agri* i. e Dauidis filiis spiritualibus et Christianis N. T. (β) Ratione *plantationis in montibus Israelis*, vbi vt *prophetia* euangelium publice et clare docuit, vt summus *sacerdos* passus et mortuus fuit, atque vt *rex* praesertim post resurrectionem et in statu exaltationis instar *cedri magnificae* sceptro verbi sui in omnium, illud reuerenter suscipientium, cordibus regnauit, et vsque ad finem mundi ecclesiam suam ceu Ierusalem spiritualem reget, *vmbra* alarum suarum proteget, et *fructu* meriti sui eam beabit, atque ex regno gratiae in regnum gloriae deducet. CAP. XVII. XVIII. XX.

CAP. XVIII, 21.

Heic tantummodo monemus, quod verba אשר עשה Lutherus et interpretes tantum non omnes ad praecedentia referant, quae fecit, referenda potius ad sequentia vi accentuationis, qua *accentus repetitus*, sicut heic *Sakephkaton*, *quo remotior est a domino suo, eo plus et perfectius distinguit*, ita vt ab hinc *modus conuersionis ad quem* inchoetur, ita vt faciat, *et cum cura obseruet omnia statuta mea etc.* De hoc etiam vsu relatiui אשר pro particula coniunctionali vid. *Luc. Ebr. p.* 158. † et Gen. XI, 7. XXIV, 3. 1. Reg. III, 13. 2. Chr. I, 11. Esth. II, 10.

CAP. XX, 25. 26.

וְגַם־אֲנִי נָתַתִּי לָהֶם חֻקִּים לֹא טוֹבִים וּמִשְׁפָּטִים לֹא יִחְיוּ בָהֶם׃ וַאֲטַמֵּא אוֹתָם בְּמַתְּנוֹתָם בְּהַעֲבִיר כָּל־פֶּטֶר רֶחֶם לְמַעַן אֲשַׁמֵּם לְמַעַן אֲשֶׁר יֵדְעוּ אֲשֶׁר אֲנִי יְהוָה׃

Hoc vnicum Ezechielis oraculum de *statutis Israelitarum non bonis* valde est controuersum, de eoque duae inprimis sententiae magna animorum contentione sunt agitatae, vna pro *legibus diuinis ceremonialibus*, ceu ex professo disp. inaug. Rost. Dn. de Krakevitz sub praes. D. Habichhorstii; altera pro *humanis electitiis* et πάτροπαρ αδότοις coll. v. 18. 21. 24. pugnante. Circa priorem vt mentem meam expromam, fateor, id me nec dum posse conquere, quod leges illae dicendae sint לא טובים *non bonae*, attento insuper ebraismo, per quem *negatio saepe affirmat contrarium cum emphasi*, coll. Prou. XVI, 29. Iesa. LXV, 2. et *Luc. Ebr. p.* 423. *c. med.* vi cuius *leges non bonae* sunt *malae*

CAP. XX. *malae* et *perniciosae*, sicuti infr. c. XXXVI, 31, הרעים cum לא טובים synonymice commutatur, *et non viuere* est *mori*. Nec sufficit, dici ita *comparate*, quod *non viuere et iustificari potuerint per illas homines*: dici alias ζυγὸν
Act. XV, 10. ἀβάστακτον Act. XV, 10. Ast in se durum et onerosum, comparate quidem, respectu liberioris oeconomiae sub Christo in N. T. non est statim moraliter
Zach. IX, 11. malum: dici *puteum*, *in quo non est aqua*, Zach. IX, 11. At heic loci non intelligitur *lex ceremonialis*, sed *status peccati et damnationis*, ex cuius vinculis per sanguinem foederalem Christi sumus dimissi, coll. *Luc. p.* 181. 182: dici
Gal. IV, 9. *elementa egena et infirma* Gal. IV, 9. Quod verum, si nude et in se considerentur, vt vmbrae sine corpore, sine fide in Christum, quem illae pulcre praefigurabant. Absque quo respectu et nucleo recte *legi ceremoniali* τὸ ἀσθενὲς
Ebr. VII, 16. καὶ ἀνωφελὲς apostolus tribuit, Ebr. VII, 18: dici denique *mandatum carnale*, Ebr. VII, 16. Quod itidem verum, quia reuera circa *carnalia* versabantur, *posita* quippe in *cibis et potionibus*, *diuersisque lotionibus et carnalibus institutis vsque ad tempus correctionis* s. melioris rerum status sub Christo, vt idem loquitur c. IX, 10. Nihilominus instituta haec carnalia *figuram rerum spiritualium et futurorum bonorum habebant*, Ebr. X, 1. eaque rectis cultoribus conferebant. Quare ista omnia nondum sane conficiunt, aut stabiliunt sensum *comparatiuum* vt ea propter *leges ceremoniales* dici debeant *non bonae*. Quomodo enim eae dici possunt *non bonae*? quas tamen non aliorsum quam ad Christum repraesentandum praecipue spectasse, in sua ad Ebraeos epistola aperte apostolus docet Capp. VII. VIII. et virtute illius, fideque in illum sacrificia V. T. vim expiandi et remittendi peccata habebant. Atque hinc fideles V. T. in sacrificiis contra conscientiae accusationem peccatorumque sordes maximum quaebant solatium, eoque se efferebant et magno gaudio perfundebantur. conf. Ps. XXVI, 6. 7. 8. XLII, 2. 3. Quumque ergo habuerint gratiae diuinae significationem, eoque nomine ad euangelium pertinuerint, non possunt dici *non bonae*, quodque in poenam μοσχοποιίας a Deo fuerint institutae. Quippe summa et praecipua legis ceremonialis capita iam ante illam sancita fuerunt, vt ex Exod. XXIV. XXV. et seqq. c. vsq; ad XXX. patet, in quibus structura vniuersa tabernaculi, et ratio sacerdotii V. T. luculenter describitur, et tam demum cap. XXXII defectio populi Israelitici et μοσχολατρεία refertur. Conferri meretur celeb. Buddei *Exercit. de praerogatiuis fidelium N. T. prae fidelibus V. T.* §§ 18. 19 20. Suffragamur itaque posteriori sententiae cum Luthero, Vinar. Osiand. Friedlibio, Hackspanio, Vatablo, Grotio, Dn. D. Buddeo *l. c.* aliisque, quamque vetus interpres Chaldaeus ita significanter παραφράζει: *mentem ipsis ademi, ita, vt meis legibus contemtis, ipsi sibi leges facerent duras*

ras atque mortiferas. In phrasi autem בהעביר כל־פטר רחם non idem sentio. Non enim infarciendum ei putem τὸ באש *quum transire facerent omnem primogenitum* (*per ignem*, sc. Molocho) id quod demum dicitur v. 31. de Israelitis in terram Canaan introductis, non vero in deserto adhuc oberrantibus, de quibus in nostro versu 26. Nec phrasis haec explicanda est cum D. Krakeviz *disp. cit. Sect.* 1. *memb.* 3. §. 2. *et m.* 4. §. 4. et D. Zeltnero *in disp. ad h. l.* §. 16 itemque D. Devlingio *P. II. Obs. Sacr. p.* 242. postquam priorem phrasin חקים לא טובים explicauerat *de decretis et iudiciis Dei seueriſsimis* cum Glassio *Rh. S. col* 2004. ex Exod. XIII, 12. vt significet *separationem s. oblationem primogenitorae.* Differentia enim manifesta intercedit. Ibi additur *subiectum Cui* siue *terminus ad quem* separationis seu transitus, np. ליהוה *ad Dominum Iehouam*, quemadmodum et in locis a Zeltnero allegatis Gen. XLVII, 21. Num. XXVII, 7. heic a. fine eo, adeoque verbum עבר quum absolute ponatur, absolute etiam capiatur, seruata eius notione consueta *transire*, quae et illic militare potest; *separare* autem, germ. *ausſezen*, nullibi, quod memini, absolute positum significat, nec quadrat in loco 2. Chr. XXXV, 23. vbi rex saucius Iosias ad seruos suos העבירוני *transire facite me*, *führet, ſchaffet mich vveg*, non, *ſezet michaus.* Denn *vvie vväre er ſonſt fortgekommen aus der Schlacht?* Nec subiectum agens sunt Israelitae, sed Iehoua, vt adeo *transire facere omnem aperturam vuluae* nihil aliud sit, quam *relicere primogenitos Israelitarum*, sicuti recte exposuit Wittichius *ad c.* VII, 18. *Ep. ad Ebr p.* 192. Reiecit autem eos surrogando in locum eorum Leuitas. vid. Num. III, 12. 41. 45. VIII, 16. 18. Versio proinde totius oraculi ita ad literam est adornanda: Ideo etiam ego tradidi, permisi, illis statuta non bona, et iura (ritus) per quae (quos) non viuere possunt. *Darum habe auch ich ihnen dahin gegeben*, (*gelaſſen*) *ihre Geſeze, die nicht gut ſind, und ſolche Verordnungen, dadurch ſie nicht leben können*, (*ſondern ſterben müſſen.*) Vers. 26. Et impuros declaraui eos (coll. *Luc. Ebr. p.* 382.) cum oblationibus suis, transire faciendo omnes primogenitos eorum, vt desolarem (contristarem) eos, vtque agnoscerent, quod ego sim Iehoua, *und ſie vervvorffen* (*als unreine*) *mit ihrem Opffer, mit Weglaſſung* (*Wegſchaffung*) *aller Erſtgeburt, daß ich ſie verſtöhrtes Sinnes machen möchte*, (*in rechte Traurigkeit und Scham bringen, vvegen ihres ſchändlichen Ungehorſams und Abgötterey*) *daß ſie erkenneten, ich ſey der HERR.* Aliud quidem nouumque prorsus expositionis genus aduexit ante memoratus D. Zeltnerus, quum et ipsi *praecepta DEI*, CAP. XX. v. 26.

CAP. XX

non bona sint σκληρὰ δικαιώματα, eitque hoc in §. XXI. *und hätte ich auch ihnen böse Gesetze gegeben, und solche Verordnungen, dadurch sie sterben sollen (dadurch mir mit ihrem Tode gedienet gewesen;) so hätte ich sie ja mit ihren Gaben für unrein erkläret (und aus meiner Gemein abgethan, oder gar vertilget, wie mit den völlig unreinen Sachen geschehen,) da sie ihre Erstgeburt (statt der Aegyptischen) ausgesezet und abgesondert, (solches aber hätte ich ja also mit Fug und nach dem scharffen Recht thun können,) daß ich sie alle (wie die Aegyptische) getödtet, und die Eltern ihrer Kinder beraubet, um zu weisen, daß ich der HErr sey; (der, ob er wohl Fug und Recht habe zu tödten die Menschen, doch an ihrem Blut vergiessen und Verderben nicht, sondern an ihrem Leben, Lust habe, welchem also kindlicher Gehorsam mit aller Lust solte erwiesen werden,)* Enimuero circa hancce interpretationem, quam quidem liquido patere putat, non vnum mihi subnatum est dubium. (α) Non sit probabile, prophetam intendisse orationem *conditionalem*, verbo נתתי in *plusquamperfectum coniunctiui* conuerso, *dedissem*, quum in oratione *assertiua* plura *praeterita* hactenus cumulauerit, interque ea ipsum נתתי v. 12. Nec sic bene textus cohaeret, qui certe melius, vbi poena poenae subnectitur, interuentu causarum meritoriarum, vti dispersioni interras gentilium v. 23. emancipatio etiam ad illorum pessimos et damnabiles mores ac instituta, itaque נתתי in paulo aliam, quam in v. 12. significationem per elegantem *antanaclasin* deflectit, ibi est *dare gratiae*, heic *summae indignationis et irae*. (β) Nec *Silluko* sua datur absoluta distinguendi potestas, absque vrgente causa textusque certo indicio. (γ) *Athnach* in v. 26. sic ponendus fuisset non in רח֑ם, sed in אשם֑, quum tamen ille argumento sit, geminum finem bonum ac salutarem intendi, et ideo in vna ditione combinari, et repetitum cum emphasi למען esse filiam prioris, adeoque amicum mutuumque inter ea respectum. Nec (δ) verbum שמם significat *necare*, sed proprie *desolare*, et metaphorice *desolatae s. perturbate mentis esse* ob *desolationem* terrae, vrbis, ob necem, resque aduersas alias. vid. in *Hiph.* ap. ipsum prophetam nostrum c. III, 15. Iob. XVI, 7. XXI, 5. et in *Piel* Esr. IX, 3. 4. אַשְׁמֵם autem non est *infinitiuus Hiph.* א alternante pro ה e dialecto Chaldaica, sicut in adductis exemplis §. XIX. Gen. XLI, 43. Ier. XXV, 3. Iesa. LXIII, 3. sed est ex puro ebraismo 1. *pers. fut. Hiphil.*

CAP.

CAP. XXI, 15.

אוֹ נָשׂוּשׂ שֵׁבֶט בְּנִי מְאַסְתּ כָּל־עֵץ׃

O, ah, heu gaudebimus! *Ach ſolten wir vvohl können frölich ſeyn!* (*coll. Luc. Ebr. p.* 18.) virga filii mei ſpernente omne lignum ſ. arborem. Longe maioris a priori difficultatis eſt hocce Ezechielis effatum, circa etiam quod interpretes maiorem in modum ſe torquent ac deſudant. B. Lutherus mire verba confudit, in quas autem formas ea transfuderit, vt exinde hanc ſuam verſionem, *vvenn er gleich alle Bäume zu ruthen machte über die böſen Kinder*, efformare potuerit, nemo facile diuinauerit. Quod ſi et meam ſententiam pro intelligentia a patre luminum mihi heic conceſſa profari debeam, vtque ſit harmonia cum v. 18, exiſtimo, verba eſſe eccleſiae veae Iudaicae adverſus *gladium* hoſtis *ſtrictum, exacutum et fulgurantem*. gementis et querulantis, coll. v. 11. 12. quippe qui *iuſtum et impium* trucidare debebat v. 8. 9. quem heic vocat שֵׁבֶט *virgam*, eamq; ferream e ſeptentrione aduentantem, et talem, quae ſit *Filii ſui Meſſiae*, coll. Pſ. II, 9. Apoc. XIX. 15. ex tribu Iudae oriundi, *Filii et Domini Dauidis, cui pater dedit omne iudicium.* Sic Meſſias coeleſtis Salomo appellat ſynagogam Iudaicam *matrem ſuam*, Cant. III, 11. et vnamquamque animam voluntatem Dei facientem, Marc. III, 31. Per *filium* autem heic intelligere velle cum aliis *populum iudaicum*, plane incongruum eſt, vtpote qui intelligitur per metaphoram *omnis ligni* ſ. *arboris*, ex coll. v. 3. Quam inepte enim et tautologice diceres, *virga populi mei ſpernit, vel percutit omnem populum meum.* Praeterea dicitur Iſrael quidem *Filius Dei primogenitus*, Exod. IV, 22; ſed nusquam abſolute et ſingulariter *filius*, potius *populus Dei*, vti v. 17. expreſſe. Nullus igitur alius per *filium* in ſingulari facilius menti illabitur, quam *Filius Dei*, qui eſt cauſa efficiens principalis *virgae et gladii* in manu occiſoris Nebucadnezaris, coll. v. 16. et Iſ. X. 5 ſpernentis (i. e. non curantis et rationem habentis) omnes arbores tam proceras quam humiles, tam magnas quam paruas, i. e. principem, magnates et plebeios, qualis erat in deportatione Ioiachini) et confirmante v. ſeq 16. vbi ſic verbum actiuum וַיִּתֵּן et *dedit* ſuum habet nominatiuum et ſubiectum agens, itaque non opus eſt mutare in paſſiuum. Iam verba verſus 18.

כִּי בֹחַן וּמָה אַם־גַּם־שֵׁבֶט מְאַסְתְּ לֹא יִהְיֶה ob affectum irae v. 18.

conciſa et abrupta hunc ſuggerunt ſenſum: Nam (quod gladium hoſtilem venire faciam, *et aduerſus quem ingens apud populum meum eſt formido*, (מְגוֹרֵי nom. ſubſt. pl. C. a. גּוֹר, non Part. Païl a מגר *detruſi* iuxta Buxtorfium in *Lex.* et Luth. *congregati*, apparenter quidem ex גּוֹר, at ſine forma, quod adver-

CAP. XXIII. uersatur genio syntaxeos ebraeae) sat habeo causae) probatio hactenus fuit, sed quid profuit? Si etiam virga non curans (*nec parcens vlli arbori*) nihil proderit. Germ. *Denn man hat sie offt gezüchtiget, aber vvas hats geholffen, so auch die nichts schonende Ruthe nicht einmahl vvas helffen vvird.* *Ideo duplicabitur* s. aggrauabitur *gladius*, vt sequitur, nempe sub rebelle Zedekia.

CAP. XXIII, 42.

Verba versus huius, quorum intermedia Lutherus confudit, neglecta etiam copula ו in ואל, et voce סובאים conuersa in סובבים *allenthalben*, et *affixis* fem. הן conuersis in masc. הם, ex vi literae, naturalis syntaxeos, et interpunctionis ita reddenda sunt fere cum Piscatore? Quumque vox s. strepitus multitudinis (multorum virorum ad concubitum inuitatorum coll. v, 40.) ttanquillus esset in illo (lecto,) tunc (*miserunt* e v. 40. repetendum) ad viros e multitudine hominum, (e plebiis,) et adducti fuerunt ebriosi (cum duplici forma סוֹבְאִים et סֹבְאִים vid. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 235.) ex deserto; qui dederunt armillas ad manus earum, et coronam ornamenti super capita earum (np Oholae et Oholibae.) Germ. *Da nun das grosse Bubl-Getümmel gestillet vvar (diese ihre Lust völlig gebüsset, und derselben müde vvaren, so hatten die geilen Weiber doch noch nicht genung, sondern) so schickten sie nach Männern aus dem gemeinen Hauffen, da denn (in der Hurerey) ersoffene herzu geführet vvurden aus der Wüsten, vvelche ihnen gaben Geschmeide an ihre Arme, und schöne Kronen auf ihre Häupter.*

Vers. 43.

ואמר לבלה נאפים עתה) יזנו יזנו(ה) תזנותיה והיא׃

Et hic versus ex ebraeo ita efferendus est: Et dixi, (cogitaui,) inueteratae (np. Oholae בָּלוּ *inueterata erunt.* Hoc enim verbum potentia latet in nomine) adulteria; sed nunc scortantur (promiscue ceu impudici mares, ob genus verbi masc.) scortationes suas, inprimis (coll. *Luc. Ebr p.* 271. *r.*) illa. Germ. *Und ich dachte, der Alten vvird der Ehebruch schon vvas altes seyn, (und also selben nicht mehr aestimiren und nachhängen) aber (dessen ungeacht) treiben sie izt ihre Hurerey (nach vvie vor) vornemlich*

lich die. Interpretatio ista m. 1. *Et dixi* (*indicaui*) *inueteratae adulteria* CAP.
sua, aduersatur interpunctioni ebraeae, ita tum formandae ואֹמַר לִבְלָה XXXIV.
נאֻפֶיהָם

CAP. XXXIV, 16.

Quod si pro fontium diuinorum puritate ac integritate standum sit, vti omnino standum est, non possumus non cum ipsis Theologis Vinariensibus heic a Lathero, eiusque heic defensore Franzio *in tr. de Interpr. Sc. s. orac.* 54. discedere, verbum אַשְׁמִיד *perdam* vertente, *vvill ich behüten*, auctoritate Lxx senum Φυλάξω, Hieronymi et Vulgati *custodiam*, Grotii *seruabo* in bona valetudine, quasi legissent אֶשְׁמֹר, quum tamen lectionem authenticam *perdendi* confirmet membrum sequens exegeticum, *pascam illam* (quamlibet earum) *iudicio* irae et poenae, ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ coll. Apoc. XIX, 15. II, 27. et Ps. II, 9. idque vice talionis, quod pastores mali *dominabantur ouibus dure et tyrannice* v. 4. nec non v. 17. vbi *iudicium poenale pecudis* petulcae ac refractariae, quae statim per subiunctam appositionem et ἐπεξήγησιν dicuntur *arietes et hirci*, vti in nostro versu *fortes* et *pingues* in oppositione ouium praecedentium. Ceterum quum hunc locum iam satis vindicauerint Glassius in *Philol. S. col.* 159. 160. 161. et Waltherus *in Harm. Bibl. p.* 647. nihil amplius addimus.

Vers. 21.

יען בְּצַד וּבְכָתֵף תְּהָדֹּפוּ Quae Lutherus a litera remotius reddidit, *darum daß ihr lecket mit den Füssen*, propius pressiusque reddenda: Propterea quod in latere vno et latere altero (Num. XXXIV, 11. Ezech. XLI, 1.) propellitis, *darum daß ihr sie auf beyden Seiten zur rechten und zur lincken vvegstosset.*

Vers. 31.

וְאַתֶּן צֹאנִי צֹאן מַרְעִיתִי אָדָם אַתֶּם׃

Vos vero grex meus, grex pascui mei, homines estis (non bruta pecora, adeoque etiam vt homines sapite, et τὴν λογικὴν λατρείαν exhibete.) Lutheri versio *Ja ihr Menschen solt die Heerde meiner Weyde seyn*, requirit hunc positum inuersum וְאַתֶּם אָדָם צֹאנִי צֹאן מַרְעִיתִי אַתֶּם. Paulo alium Rauppii cum mente Lutheri וְאַתֶּן צֹאנִי אַתֶּם אָדָם צֹאן מַרְעִיתִי *Vos itaque grex meus, vos*, inquam, *homines, grex pascui mei* estis.

CAP. IV.

HOSEAS.

CAP. IV, 2.

Vbi Lutherus cum τοῖς ὁ et Vulgato terminos *Athnachi* mouit, et in verbo demum פֹּרֵצוּ constituit, ratus praedicatum esse praecedd. subiectorum, *sondern GOttesläſtern, lügen, morden, ſtehlen und ehebrechen hat über Hand genommen.* Nec aliter Tremellius, Piscator, Angli et Io. Marckius *b. l. p.* 144. Id forte mouit Seb. Schmidium, vt *Athnachi* et *Silluki* limitibus non confusis, significationem verbi a Luthero adoptatam desereret, et meliorem putaret hanc, *latrocinantur*, vti etiam Reinbeckius in *Doctr. Acc. p.* 441. et Dn. Franckius ex *Diſp. Gieſſ. ſie treiben Rauberey* (aduersus quem vid. Beckius *l. c. p.* 451 *seqq.*) sensu prioris membri ab antecedd. dependente. Quoniam autem ista iam virtualiter comprehenditur sub verbis רָצֹחַ וְגָנֹב *occidere et furari*, et significatio, quam Lutherus ei dedit, ipsi rei optime conuenit, coll. Gen. XXVIII, 4. XXX, 30. Exod. I, 12. Iesa. LIV, 3. et ipso cap. nostr. v. 10. adhuc dum eam praeferimus, dummodo ad consilium sontium versio formetur, vt oratio eleganter assurgat: *(Sondern) Gottesläſtern (Schweren,) Lügen, Morden, Steblen und Ehebrechen (iſt im Lande:) ia dieſes alles hat über Hand genommen, (iſt mit Macht heraus gebrochen,) und kommt eine Blutſchuld nach der andern.* Immo ne illo quidem supplemento *eſt in terra, iſt im Lande*, a Belgis etiam recte attento, explicite non est opus, modo oratoria grauitate membrum terminetur.

Vers. 3.

עַל־כֵּן | תֶּאֱבַל הָאָרֶץ וְאֻמְלַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ בְּחַיַּת הַשָּׂדֶה
וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם וְגַם־דְּגֵי הַיָּם יֵאָסֵפוּ׃

In hoc versu per se satis claro saltem studiosi accentuationis obseruent, quod versio vernacula, quae in priore ditionem *Athnachi* prolongauerat, heic decurtauerit, translocato illo ab הַשָּׁמַיִם ad בָּהּ τὸ *Sakephkatonatum*, et sequentia fecerit subiecta verbi *Silluki* יֵאָסֵפוּ, posthabito praefixo בְּ propo עוֹף, ac suppleta particula causali: *Denn es werden auch die Thiere auf dem Felde, und die Vögel unter dem Himmel, und die Fiſche im Meer weggeraffet werden.* Et licet haecce translatio sensui nihil officiat, efficit tamen talis interpunctio, qualis Spiritui S. placuit, vt *animantibus in terra et aëre* em-

pha-

CAP. IV.

phatice contra distinguantur *pisces*, (ne putaretur, hos a iudicio illo poenali, vt quidem in diluuio, coll. Gen. VII, 22. fore exemtos, itaque praedilluuianis exaggeretur impietas hominum) versionem significantiorem, h. m. Propterea lugebit terra, et languescet (*ita deficiet et contabescet, vt diu anima agatur, donec tandem misere exeat, quae lenta est et miserrima mors*, ceu vim verbi exponit Seb. Schmidius *h. l.*) omnis incola in ea, vna cum bestia agri et volatili coeli (vtpote dominio et vsui hominis subiectis:) quin etiam pisces maris colligentur (ad auferendum, ad mortem.) *darum wird das Land iämmerlich ſtehen, und allen Einwohnern übel gehen, nebſt den Thieren des Feldes und Vögeln unter dem Himmel: Ja auch die Fiſche im Meer werden weggerafft werden.*

Vers. 4.

אַךְ אִישׁ אַל־יָרֶב וְאַל־יוֹכַח אִישׁ וְעַמְּךָ כְּמְרִיבֵי כֹהֵן׃

Hemistichium prius Lutheri versio bene reddit, *doch darff man nicht ſchelten* (*nicht rechten, contendere, litigare*, coram tribunali conscientiae) *noch iemand ſtraffen* (*überzeuglich davon reden*, coll. Ies. II, 4. et *Not. Sel. ad h. l.*) in posteriori pro ו *causali* et כ *similitudinis* in כמריבי, *denn dein Volck iſt wie die, ſo die Prieſter ſchelten*, malim ו *copulativum et Caph Veritatis*, coll. *Luc. Ebr. p.* 272. et pro meliore connexione cum seqq. vbi *sacerdotium* eiusdem cum populo iudicii reum sistitur, ita reddere: *und dein Volck* (*lieber Hoſea*) *möchte wohl mit recht den Prieſter* (*ſowohl Hohen als Niedrigen*) *ſchelten*, vel *rechte Prieſter-Zäncker ſeyn, eo quod multum peccare eius amabant, vt eo plura caperent et carperent sacrificia*, v. 8. quodque sic plus auaritiae suae ac cuticulae curandae inhiabant, quam eius saluti, quodque per illud opus operatum sacrificiorum securitatem populi carnalem magis, quam veram contritionem ac fidem promouebant. A naturali vocum structura et simpliciori sensu recessit Seb. Schmidius *h. l.* quando, vt כ *exaequationis* faciat transponit verba, h. m. ככהנים מריבי *sicut sacerdotes contendentes* nimirum cum veris prophetis, in quem sensum etiam accipit Lxx ὡς ἱερεὺς ἀντιλεγόμενος *sicut sacerdos contradicens.*

Vers. 10.

וְחַזְנוּ וְלֹא יִפְרָצוּ

Vbi verbum יִפְרָצוּ Lutherus heic loci generalius exprimere maluit *gelingen*, missa interim specialiori notione, in *multitudinem erumpere, ausbrechen, ausbreiten, etc.* ceu alibi, pressus forte cum aliis hac difficulta-

te

CAP. IV. te, quod *scortationis finis non sit sobolis procreatio, nedum numerosae*, et tamen animaduertens, denegari Israelitis et sacerdotibus aliquid, quod *scortando* quidem assequi intenderent. sed frustra. vid. Beckius *l. c. p.* 454. Quanquam non male fecerit Dn. P. Franckius, quod versionem Lutheri fecerit paraphrasticam, *und soll ihnen nicht gelingen, daß sie sich mehren.* Vt ne vero lector ad sensum haesitet, dilucidandus ille est ex annotationibus Seb. Schmidii ad *h. l. Sacerdotes cum Israelitis sacra veneris scortando celebrant, vt ab impudica Dea impetrarent sobolis multiplicationem. Sic enim apud gentes etiam quae steriles erant mulieres, veneri pudicitiam suam prostituebant, vt sobolem impetrarent. Deus itaque comminatur, facturum se, vt iustum finem suum non obtineant; sed potius videant, venerem Deam non esse, nec sobolem dare posse.* Vt adeo sensus hic sit: *Etiamsi illi scortabuntur in sacris veneris, vt ab hac propitia multiplicationem sobolis obtineant; ego tamen contra faciam, vt non multiplicentur, sed sterilescant potius, vel liberos, antequam adolescant, amittant.* Grotius exponit: *scortati sunt et non pepererunt* i. e, venerem in mares exercuere, vnde partus nullus sequi posset, coll. v. 14.

Vers. 14.

לא־אפקוד על־בנותיכם כי תזנינה ועל־כלותיכם כי תנאפנה
כי־הם עם־הזנות יפרדו ועם־הקדשות יזבחו ועם לא־יבין
ילבט׃

Verba territorio 1. *Sakephkatonis* subiacentia B. Lutherus vertens neglecto על, et verbis *actiuis Kal et Piel* conuersis in *passiua Niphal, und ich wills auch nicht vvehren, vvenn eure Töchter und Bräute geschändet und zu Huren vverden*, supponit hunc positum לא־אֶפְקֹד בְּנוֹתֵיכֶם תִּשְׁכַּבְנָה וְכִי כַלּוֹתֵיכֶם תִּנָּאַפְנָה; itaque intelligit *de conflupratione inuoluntaria et violenta hostium*, eaque impuni, et a Deo iusto alias scelerum vindice non inhibenda vel vindicanda, vt adeo per poenam talionis *voluntariae fornicationes* v. praeced. compensentur *his inuoluntariis.* Quanquam postmodum mutauerit mentem, dum notante etiam cl. Beckio *l. c. p.* 455. *fin. in Comm. lat. a.* 1545, adeoq; demum post reuisam anno 1541. versionem conscripto, de fornicatione *non poenali* sed *criminali* interpretatur: h. m. *futurum est, vt fornicationem hanc dominus non visitet*, h. e. *vt permittat eos ferri sua voluntate, et poenis non cohibeat errantem populum.* Quam sententiam postremam

mam suam pariter fecit Io. Tarnouius et Io. Schmidius *adh. l.* Verum rectius vidit in versione sua B. vir, haberi heic poenam, siue talem impudicum cultum veneris non impune relicturum esse Deum, confirmante membro vltimo *Silluki. Denn das thörichte Volck vvill (ia) geschlagen seyn*, coll. Prou. X, 8. 10. Quare praeferimus cum Piscatore, Seb. Schmidio, Marckio, aliisque pronam lectionem textus *interrogatiuam*: an non visitauero super filias vestras quod scortentur, et nurus vestras, quod adulterentur? In territorio *Athnachi* verbum Pielicum יִפְרֹז dubiae est interpretationis. Seb Schmidius vt notionem eius actiuam tutetur, *elliptice* capit, et exponit de diuisione seu partitione, participatione *Sacrificiorum*, vi locorum 1. Sam. I, 4. seqq. IX, 23. XVI, 5. in conuiuiis sacrificialibus, in quibus Israelitae scorta et prostibula adhibuerint, vt deinde cum iis scortarentur, venerique sic litarent. Sensus quidem versioni illustrandae accommodus. Quoniam autem in *ll. cc.* verbum nostrum פָּרַז non occurrit, nec dictio similis *absolute*, sed cum expresso *casu obiecti* vsurpatur, simplicior adhuc et in auribus germanorum sonantior est versio Lutheri, verbum absolute positum absolute etiam accipientis, continuata quoq; maioris perspicuitatis ergo *persona secunda*; quanquam si rigorose *tertia* seruanda est, poterit illa saltem ellipsi verbi subst. et relatiui אֲשֶׁר satis trita iuuari. Non tamen in eo ei assurgimus, quod alterum כִּי fecerit *causale* praeuii commatis, quum sit *coniunctionale* cum priore, idemque dependet a verbis לֹא אֶפְקֹד *annon visitarem?* adeoque duae causae subordinentur, quae Deum ad vindictam prouocant. Versio nunc erit talis: quodque sitis illi, qui cum scortis separationem (separatissimum) faciunt, *dass ihr solche seyd*, die *mit den Huren einen besondern Gottesdienst anrichten, und mit den Bübinnen opffern.* CAP. IV.

Vers. 18.

סָר סִבְאָם הִזְנֶה הִזְנוּ אָהֲבוּ הָבוּ קָלוֹן מָגִנֶּיהָ׃

Vbi 1) verbum *Kal* סָר conuertitur in *Hiphil*, *retrocedere fecit eos mustum eorum*, cum gemina *ellipsi* et *pronominis* accusatiui casus, et *termini a quo* recessus *a Deo suo*. Ita Tarnouius *h. l.* ac si diceretur הֲסִירָם מֵאֱלֹהָיו Nec aliter quam transitiue redditur Piscatori, a סרר deriuanti, *refractarium est* i. e *refractarios reddit* mustum eorum. Pagnino autem ex aliena nec probata significatione, *putidum est*, *foetuit* vinum eorum. Cui fauent Friedlibius, Io. Schmidius et Polyc. Lyserus. Rectius versio Lutheri coniugationi et significationi *Kal* inhaeret, nisi quod ellipsin faciat praepositionis

CAP. IV. אל vel ל designantis *terminum ad quem. Sie habenſich in die Schvvelgegerey und Hurerey begeben*, quod latine dicerit, *receſſerunt ad ingurgitationem ſuam et ſcortationem.* 2) Verbum Hiphilicum חזנו החנה a Lutheroad membrum *Athnachi* reiectum Seb. Schmidius accepit tranſitiue, *ſcortando ſcortari faciunt.* Quoniam vero abſolute ſine caſu ponitur, videtur intendi notio *intranſitiua*, in qua iam adfuit v. 10. et redit cap. ſeq. V, 3. 3) Verbum הבו reddunt in *imperatiuo*, deriuantes a themate יהב *dedit* hoc ſenſu totius commatis: *amant date (o! prob ignominiam!* vel *ad ignominiam) principes eorum; ihre HErren lieben das Date (den Datiuum, Gifft und Gaben) o der Schande! oder vvelches eine Schande iſt.* Aſt quum heic *imperatiuus* reſoluendus eſſet in *infinitiuum* vi ebraiſmi, coll. *Luc. Ebr. p.* 391, ſeq. itaque ſenſus exurgeret aequiuocus et contrarius, nempe *dare ſubiectiuum*, non *obiectiuum*, quod *principes libenter dent*; quumque de crimine φιλοφαγίας in antecedd. et ſubſeqq. ἐδὲν γρὺ, nec id argumento prophetae adeo quadrat, ideo cl. Beckius *l. c. p.* 458. mauult in gratiam Lutheri aliam *aphaereſin* et *anomalicam punctationem agnoſcere*, vt הָבוּ ſit pro אֲהֵבוּ ex אָהֵב, quaſi iterato diceretur אָהֵבוּ אֲהֵבוּ *diligunt, diligunt*, i. e. valde amant, prout Lutherus, *punctis teneri nolens, in comm.* transtulit: vehementer delectantur *confuſione*, i. e. vt ſtatim addit, *idololatria, quam ignominia et confuſio tandem certo ſequitur.* Seb. contra Schmidius licet *muneris* pariter nihil cum Abarbanele agnoſcat, agnoſcit tamen radicem יהב, vertitque in compoſita verbi forma, *dilexerunt*, addiderunt *ignominiam clypei eorum.* Nos contextu probe penſitato, et per adductas iam rationes הבו prae *imperatiui* notione communi quam quoq; tenet *Lux Ebraea p.* 241. (in illo enim potius amatur forma הָבִי ex הַב vid. *p. cit.* et 99.) praeſerimus etiam cum Io. Marckio *praeteritum*. Non quippe inſolens eſſet forma defectiua in *praeterito Kal* verborum פ״י, ceu in דַּר et שַׁבְתִּי vid. p. 240. a) quibus iam accenſendum foret exemplum hoc *μοναδικὸν* 3. *perſ. pl. num.* הָבוּ ex הָב (_) manere poteſt vi *Reg. III. p.* 83. Amauit itaque ludere Hoſeas duobis his verbis, quum alias pro notione *addendi* vſitatius adhibere potuiſſet יסף. Senſum autem ſimpliciorem hunc efformo vi connexionis. Dixerat propheta ad Deum, approbando iudicium eius v. 17. Verum eſt, mi Deus, *aſſociatus eſt, idolis Ephraim*, ſed ne Zelotypia adeo exardeſcas, הנח־לו permitte, linque ei id, *laß ihm ſeinen Willen*, eadem formula, qua Dauid vtebatur, 2. Sam. XVI, 11. לו הניחו *permittite ei, laſt ihm doch ſeine Weiſe, ſeinen Muthvvillen*, quam Lutherus expreſſit ex idiomate inferioris Saxoniae, *laſt ihn bezämen.* At in noſtro loco,

2. Sam. XVI, 11.

ſo

CAP. VI.

ſo laß ihn hinfahren, quomodo et Seb. Schmidius: *dimitte illum ſc. in latitudinem ſicut agnum.* In quem vero ſenſum potius diceretur הנח אותו vel הַנִּיחֵהוּ, it. שַׁלְּחֵהוּ conf. etiam Exod. XXXII, 10. vbi Deus ad Moſen: Et nunc חניחה־לי *laß mich.* Pergit iam propheta verſ. 18. Recedet temulentia (ſpiritualis) eorum. *Die Trunckenheit, der Rauſch wird ihnen ſchon vergehen (wenn nemlich der groſſe Wind von Aſſyrien ihnen wacker unter die Augen gehen, und ſie eiligſt wegführen wird, alsdenn werden ſie mit Schanden beſtehen, und ſich ſchämen wegen ihrer Abgötterey*, ſicut ſequitur verſ. 19.) ſcortando ſcortentur, ament, addant, cultum ignominioſum principes eorum. *Mögen alſo immerhin Hurerey treiben, immer mehr und mehr nachhängen dem ſchandbahren Gottesdienſt auch ihre Herren.*

CAP. VI, 4.

מָה אֶעֱשֶׂה־לְּךָ אֶפְרַיִם מָה אֶעֱשֶׂה־לָּךְ יְהוּדָה וְחַסְדְּכֶם
כְּעַנַן־בֹּקֶר וְכַטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ׃

Haec verba non eſſe ampliius promiſſoria, ſed potius elenchtica, propter falſam et hypocriticam Iſraelis et Iudae ſanctitatem huius tenoris: Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? quum bonitas vel ſanctitas veſtra eſt ſicut nubes matutina (i. e. aurorae et rorida) et ſicut ros matutinus, abiens. *Da alle eure Güte* (coll Iſ. XL, 6. Ier. II, 2.) *iſt wie eine Morgen-Wolcke, und wie ein früher (frühfallender) Thau, ſo bald vergehet*, omnino cum Polyc. Lyſero, Io. nec non Seb. Schmidiis, et Marckio, eaq; probat tum ſimplicitas literae, tum debita connexionis ratio per particulam cauſae finalis על־כן *propterea*, tum oppoſitio huius חסד et illius חסר v. 6. tum operis operati repudiatio, peccatorumque enormium exprobratio, tum denique; parallelismus formalis c. XIII, 3. cuius ſola euidentia ipſum etiam Lutherum [*in comm. lat. adh. l.* permouit, vt ipſi *videatur aptius, ſi etiam ſimilitudo de rore et nube coniungatur cum palea et fumo. Nam prophetam hoc in loco reſpicere* non *vt ſupra, np.* c. VI, ad humectationem, *quae ſitientem terram et ſolis ardoribus pene exhauſtam recreat*, ſed ad ſubitam mutationem. *Etſi enim*, ceu egregie παραφράζει, nubes mane ſurgens *videatur totum coelum occupatura, tamen paulatim et breui temporis ſpatio ſic a ſole hauritur, vt nullum vsquam relinquatur eius veſtigium. Idem in rore videmus, qui etſi*

CAP. VI. et VII.

late campos et agros occupet, tamen paulatim absumitur a sole. Ita minatur, regnum quoque Israel periturum subito, nec vlla vel potentia vel consilio hoc malum auerti posse ostendit. Quin b. vir in ipso cap. nostro prius reddiderat, *denn die Güte, so euch gebühret, ist vvie eine Morgen-Wolcke, und vvie ein Thau der früh Morgens dahin fähret.* Quemadmodum etiam priora: *Was sollich dir doch thun, Ephraim?* Vid. Calouius *in Bibl. Illust. ad h. l. p.* 731. b. Pro qua versione postmodum per *curas posteriores* heic *non sapientiores* substituit hanc, *vvie vvill ich dir so vvohl thun etc. Denn die Gnade so ich euch erzeigen vvill etc.*

Vers. 11.

גם־יהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ בְּשׁוּבִי שְׁבוּת עַמִּי׃

Sensum huius versus interpretibus adeo intricati pleniorem, vi particulae גם, quam quidem Lutherus transmutauit in aduersatiuam *Aber*, quum tamen pro natura sua semper dicat *augmentum*, notante pariter Kimchio גם כל לרבות ad Ios. VII, 11. vbi quinquies occurrit; nec minus pro vsu phraseos scripturae solenni שוב שבות de populo Dei, h. l. m. reddimus: Etiam Iuda (sc. *contaminatur*,) positurus tamen (pro semente mala seductionis, coll. c. IV, 15.) messem (bonam, salutiferam) tibi (Israel et Ephraiim, cum enallage personae 3tiae in 2dam) quum conuertam captiuitatem (spiritualem, seu miseriam criminalem, et consequenter poenalem, conf. *Not. Sel. ad* Ps. XIV, 6, *p.* 119) populi mei (np. per Messiam, ישועת ישראל *salutare* Israelis ex Iuda oriundum.) Germ. *Auch Iuda (vvird verunreiniget,) das doch dir (Israel und Ephraim) eine (gute und heilsame) Erndte machen vvird, vvenn ich meines Volckes Gefängniß (geistliches und leibliches Elend) vvenden vverde (durch das Heyl und Heyland Israelis.)*

CAP. VII, 16.

יָשׁוּבוּ | לֹא עַל Quorum verborum versionem Seb. Schmidius *forte omnium optimam* censet hanc: *Reuertuntur* sc. ad vomitum suum ex 2. Petr. II, v. vlt. ideo *excelsus* i. e. rex *non* erit. Cui vero opponimus e vestigio accentuationem, qua quippe inuita *Rbbiae* subdistinctiuo comiti minimo *Psik Munachato*, maiorem ac commaticam tribuit distinctionem, ope quidem *ellipseos*, adeoque vnum incisum coëgit in duo: deinde certo meliorem simpliciorem ue hanc: conuertunt se non ad excelsum, altissimum, coll. c. XI, 7. et

Eccl.

Eccl. VIII, 2. et qui ad illum se non conuertunt, illi vtique *non conuertunt se recte*, CAP. VIII.
die bekehren sich nicht recht, ceu Lutherus qua sensum non male liberius transtulit, licet in *comm. lat. h. l.* priorem pariter literae exhibeat.

CAP. VIII, 1.

אל־חכך שפר כנשר על־בית יהוה

Ad palatum tuum tubam (admoue,) *geschwind die Posaune ans Maul*, *fort posaune* (apostrophe non ad *hostem*, vt vult Schmidius, sed ad *prophetam* vt speculatorem spiritualem, coll. Ezech. III, 17. XXXIII, 3. Ies. LVIII, 1. XXI, 6. Hab. II, 1.) *aduolare hostem* coll. v. 3. sicut aquilam (coll. Ier. XLVIII, 40) super domum Iehouae, i. e. populum Israel, qui *transgressi sunt foedus Iehouae*, vt seq. *er komme schon daher wie ein Adler über das Hauß des HErren.* *Aposiopesis* sermonis et actionis praecipitantiae belle conueniens.

Vers. 10.

גם כי־יתנו בגוים עתה אקבצם ויחלו מעט ממשא מלך שרים׃

Etiamsi (coll c. IX, 16. Ies. I, 15.) mercede (qs. meretricia coll. c. IX, 1.) conduxerint (conciliauerint sc. אהביהם *amores* e. v. praeced.) inter gentes, (inpr. Aegypti, ad impetranda auxilia) tamen nunc congregabo eas, (contra eos Israelitas) et incipient (להיות *esse* coll. Gen. IX, 20. cum X. 8. et Luc. Ebr. p. 411.) pauciſſimi ab onere regis (Assyrii) et principum eius. Germ. *Und ob sie gleich viel Liebe erkauffen (sich durch Geld beliebt machen) bey den Heyden, (gleich wie bey Huren, um Hülffe zu erlangen,) so will ich doch dieselben nun (wider sie) versammlen, daß ihrer sollen sehr wenig werden von der Last des Königes und der Fürsten.* Lutherus (α) verba initialia גם כי־יתנו בגוים resecta, neglecto *Soph Pasuk*, priori adhuc versiculo attexuit. (β) Particulam compositam גם־כי praeter indolem eius *copulatiue* reddidit. (γ) Verbo יחלו indens notionem *defatigationis* respexit ad thema חול, eiusque significatum *dolere*, ad quod pariter Io Schmidius, Lyserus et Marckius *h. l.* cum Abarbanele, nec non Seb. Schmidius, qui vero ad significationem *manendi*, *permanendi*, hinc vertit, et *remanebunt pauci*, nobiscum quidem in sensu conueni-

CAP. IX. uenienter, quum tamen ל *Dageſchatum* velit thema חלל in *Hiphil* ſignificans *incipere*. Cl. Io. Marckii verſio, qua membrum 2dum, *Et dolebunt breui ab onere rex et principes*, grauiter aduerſatur ſacrae interpunctioni, ſupponens talem: וְיָחֵלוּ מְעַט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים: vel וְיָחֵלוּ מְעַט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים: Nec minus altera, *et tolebunt breui et onus regis (regi incumbens) principes*, talem: וְחָלוּ מְעַט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים

CAP. IX, 4.

לֹא־יִסְכּוּ לַיהוָה יַיִן וְלֹא יַעַרְבוּ־לוֹ

Non libabunt Domino Iehouae (ſc. נְסָכִי *libamina*, quod nomen verbale includitur in ſuo verbo, idque reſpicit ſequens verbum) vini, et (ſi vel maxime offerrent) non ſuauia erunt ei. Nonnulli ad hoc verbum ſupplent ſequens nomen זִבְחֵיהֶם *ſacrificia eorum*. Aſt partim contra mutuum reſpectum et ſubordinationem membrorum, partim interpunctionem regis maximi *Segoltae*, per quem id nominis ab eo diremtum eſt. Lutherus actiue et generalius transtulit *gratisſimum facient, noch etwas zu Gefallen thun können*. At praeter vſum verbi, coll. Ier. VI, 20. Significatur ſynecdochice, illos exercitio diuini cultus iri priuatum.

Verſ. 10.

וַיִּהְיוּ שִׁקּוּצִים כְּאָהֳבָם:

Translatio Lutheri, *und vvurden ia ſo greulich als ihre Bublen*. (α) τὸ שִׁקּוּצִים accepit *perſonaliter*. (β) כְּ in כְּאָהֳבָם fecit *Caph exaequationis*, praeeunte R. Ioſ. Kimchio, notante filio D. K. *comm. ad h. l.* (γ) Mutauit formam *infinitiui Kal in participium Benoni*, nempe אָהֳבָם ex אָהַב coll. *Luc. Ebr. p.* 184. 3) aliis punctis in אֲהֵבָם. Eum in duobus prioribus ſectatus eſt Dan. Feſſelius *in Aduerſ. S. l.* 10. *c.* 1. *p.* 419. ita exponens illud „*ſecundum amare eos*; tanto odio eos nunc perſequor, quanto prius amore „proſequebar. Particula enim *ſecundum* notat magnitudinem odii et abomi„nationis, ſimilem magnitudini amoris. Dixit enim Deus in praecedentibus, „quam impenſe Iſraelitas dilexerit, tam nim ſibi charos fuiſſe, quam ſunt *vuae* „maturae aut *fructus praecoces* viatoribus deſerti h. e. itinere feſſis: addidit, „quã turpiter ipſi defecerint, et Deo vero derelicto ſe idolo Moabitarum iunxe„rint: propterea ſe nunc adeo deteſtari eos, prout ante dilexerat. „Enimuero qua *primum* τὸ שִׁקּוּצִים *abominationes* de *rebus* abominabilibus et *idolis* vſurpatur, non

non de *personis* humanis: quare de ipsis Israelitis accipere, nimis durum est, anim- CAP. IX.
aduertente Seb. Schmidio ad *h. l.* Qua *secundum* non obseruatum est doctis illis interpretibus, in tali *aequalitate* requiri duo *Caph*, coll. *Luc. Ebr. p.* 432. *c. fin.* adeoque vnum adhuc ante שקוציהם. Vertimus proinde cum Schmidio: et fuerunt (*ipsis*) abominationes s. idola iuxta amare suum, h. e. prout variarunt in amando. Quomodo multiplicatio et variatio idolorum et cultuum idololatricorum exprobratur. Ceterum et aduersus Schmidium notandum quod in antecedd. pronomen relatiuum המה nolit referri ad *Israelitas* et *patres eorum*, quoniam *Israel* heic nomen patriarchae Iacobi sit, inclusa familia, et patres Abraham et Isaac sint, sed ad suffixum כם *vestros* in אבותיכם *patres vestros*, sitque mutatio personae pro *vos venistis* etc. Qualis quidem *enallage* heic coactior, duriorue apparet.

Vers. 13.

אפרים כאשר־ראיתי לצור שתולה בנוה

Versio et sensus hic, Ephraim, quando video s. contempler eam (pro ראיתיה h. e. terram eius omnem) vsque ad Tyrum (h. e. terminos extremos eius) plantata est in pulcro vel pulcherrime, h. e. tota est florentissima, plantata vt arbor, abundans opibus et filiis: sed quam mox, Deus bone! mutabitur ab illa etc.] recte Seb. Schmidio audit *expeditissimus*, quem quoque accentus lectori solerti ingenerant, quum contra versio vernacula, *Ephraim, als ich es ansehe, ist gepflanzet und hübsch wie Tyrus*, voces כאשר־ראיתי לצור per seruum *Mercam* coniunctas separat, hac supposita accentuum facie אפרים כאשר ראיתי לצור שתולה בנוה, praefixum insuper ל conuertit in כ *similitudinis*], לצור in כצור.

Vers. 15.

כירעתם בגלגל כי־שם שנאתים

Vbi interpretes iam tum in voce בגלגל cursum orationis pro termino primae propositionis sistunt, qui tamen per subordinatum minorem *Paschtam* decurrit vsque ad suum dominum *Sakephkaton*; quum alioquin in illa denuo repetendus fuisset *Sakephkaton*, aut potius, praesertim secundum Schmidianam enallagen personae loquentis, prophetae quidem, vsq; ad בגלגל, Dei in sequentibus, *Segolta*. Quod autem in istam distinctionem adeo contenserint, in causa fuit particula בי pro *causali* habita, quam nos pro *affirmatiua* habemus, et ab initio etiam supplemus e membro posteriori particulam על, vt ita duae afferantur causae odii et reiectionis diuinae, quumque verba initialia immediate non cohaereant, sed mediante verbo sensuali, proinde accentuationi con-

for-

CAP. X. formiorem ſuppeditamus verſionem: *Propter* omnem malitiam eorum (*factam*) in Gilgal, certe ibi (inquam, *factam*) odio habui eos. Germ. *Um aller ihrer Boßheit willen in Gilgal (verübet,) ia eben daſelbſt (verübet,) bin ich ihnen feind.*

CAP. X, 1.

גֶּפֶן בוקֵק ישראל פֵּרִי ישוה־לוֹ

Quae verba, quum aliorum interpretationes non ſint ad palatum, ita interpretari malim: Vitem itaque euacuaturus (ſc. אלהי *Deus meus* e verſu praeced.) *Vitem* np. Iſraelis, fructum pariter proponit adaequatum (vi radicis coll. Ieſ. XXXVIII, 13. Pſ. XVI, 8.) ei. *Da er (mein GOtt) nun rein ableſen wird* (coll. Nah. II, 3.) *den Weinſtock Iſraels, ſo legt er ihm auch für ſeine (loſe und ihm ganz gleiche) Frucht.*

Verſ. 9. 10.

כימי הגבעה חטאת ישראל שם עמדו לא־תשיגם בגבעה מלחמה על־בני עולה: באותי ואסרם ואספו עליהם עמים באסרם לשתי עינתם:

Quos duos verſus, cum ſua difficultate luctantes, ita interpretatum imus: Prae diebus Gibeae peccaſti Iſrael; quum a ibi (nempe in *peccando* tam diu per Dei gratiam ad poenitentiam ducentem) ſteterint, (adeoque non protinus, vt meruerant, per iuſtitiam Dei vindicatricem *ceciderint*, ſicuti et Pharaonem obduratum העמיד *ſtare ſinebat*, Exod. IX, 16.) non apprehendet eos tale bellum, quale in Gibea geſtum contra filios iniquitatis. (flagitioſisſimos Beniaminitas Iud. XIX. idque a reliquis tribubus Iſraelis באותו *pro beneplacito ſuo.* Illi enim in duobus prioribus praeliis ſuperiores euadebant, et tandem ſexcenti illorum in gratiam recipiebantur. Atqui tali, vult Deus dicere, fortuna non mactabuntur Iſraelitae, ſed) pro bene placito meo, *ſo wie mirs gefällt*, etiam caſtigabo eos, et colligentur contra eos populi, vinciendo eos (vt verbum praegnans, ita vt vinctos abducturi ſint eos) ad duo habitacula eorum. (Reſpicitur ad geminam diuerſis temporibus abductionem Iſraelitarum ſ. decem tribuum in captiuitatem Aſſyriacam, primum a rege Tiglath Pileſere ſub Pekah, 2. Reg. XV, 29. deinde a Salmanaſſare ſub Hoſea, 2. Reg. XVII. adeoque funditus euerſum eſt regnum

regnum Iſraeliticum.) Vbi 1) מ in מימי facimus cum Aben Eſra, Abarbanele, et Riueto *comparatiuum*, ſiquidem iam comparationem ſimplicem fecerat propheta *cum diebus Gibeae profunde corruptis* c. IX, 9. itaque illa rurſus aſſumta plus dici exiſtimem, confirmante pariter ſatis ſuperque 2. Reg. XVII, vbi catalogus peccatorum enormium ac ſummorum obſignatur hac phraſi compendiaria, quod Iſraelitae *ſe vendiderint* (*plane vt mancipia*) *ad perpetrandum malum in oculis Iehouae ad irritandum eum*, v. 17. 2) Particula שם non eſt *loci* ſed *rei*. conf. *Not. Sel. in Iob. p.* 84. 3) Verbum עמרו Lutherus cum Ebraeis Raſchio, Aben Eſra et Abarbanele, interpretatus eſt de *peccati conſortio*, quod nos de *conſeruatione*. Pro iſto *Athnachus* ibidem poſtularetur. Eſtque praeterea notanda mutatio perſonae, *ſteterunt*, pro *ſtetiſtis* etc. 4) Symbolica ſcriptio vocis עינתם inſinuat vnam lectionem cum fulcro ו, עונתם, alteram ſine eo עגתם vid. Hilleri *Arc. K. et K. p.* 253. idque vocabulum aliis frequentius occurrit cum מ initiali *heemantico*.

CAP. X, XI

Verſ. 14.

כשד שלמן בית ארבאל Vbi שַׁלְמַן communitur explicatur vt nomen proprium de *Salmanaſſare*. Aſt cl. Hillerus non ſine ratione ab ea ſententia diſſentit, nomenque appellatiue ſumit, vertens: ſecundum vaſtationem TALIONIS domus Arbel, (i. e. quae facta in *talionem* ſcelerum domus Arbeliticae.) et exiſtimat, domum hanc fuiſſe *Baëſae* Iſraelitarum regis exciſam a Zimrio familiam. In hanc enim examuſſim quadrare, quicquid de Arbalitica excidione ſcriptum, accurate monſtrat *in pec. diſſert. in h. l. p.* 8. et 9. Add. etiam *Onom. S. p.* 922. In exemplum nunc triſtiſſimae internecionis Baëſanae ſiſtitur ille *rex Iſraelis*, qui propter violatum *Bethele* Numinis cultum *in aurora* i. e. ſub regni primordia *a populoribus ſuis in ſubito tumultu exſçindendus, matre vna cum filiis altiſſa*, praedicitur, isq; nullus videtur alius, conſpirantibus omnibus circumſtantiis, quam *Pekachia*, Menachemi filius, quippe qui a *Pekacho* et complicibus *cum locuſta et leone* i. e. minimis maximisque *interemtus eſt*, 2. Reg. XV, 25. vid. idem *diſp. cit. p.* 9. 10.

CAP. XI, 1.

ומצרים קראתי לבני: Quem locum vi et euidentia allegationis euangelicae Matth. II, 15. omnino literaliter de *Chriſto Filio Dei* accipimus cum Tarnouio, Io. Schmidio, Riueto, Calouio, Pfeiffero, Carpzouio, Seb. Schmidio, Lyſero, Dorſcheo, et inprimis D. Grünenbergio, cuius tres proſtant in *h. l.* exaſciatae diſputationes, quarum primam vt Magiſter, et

CAP. XI. secundum pro Licentia, vtramque sub praesidio D. Habichorstii, ac tertiam pragmaticam, vt D. et Prof. sub suo ipsius praesidio habuit *Rost. a.* 1698. et 1699 qui dicti huius genuinum *in disp. 2da* §. 9. aperit sensum. *Namque* (etsi pro כי causali, quum nihil probet, malumus cum Luthero, Schmidio, aliisque coniunctionaliter Quum reddere) Israel fuit (esset) puer, *Da Israel jung war*, in Aegypto, nec dum respublica, vix populus appellandus, imbecillis, vt iuuare se non posset, pressus exercitusque multis laboribus et aerumnis; non contemnens alios, sed ipse contemtus, patiens pro necessitate, et obediens pro vi, nominis cultusque mei non satis sciens, informationis tamen capax, tractabilis, et duci se regique permittens, non obsistens spiritui per malitiam, prophetamque meum non reiiciens:) et (tum) dilexi (diligebam) illum (eo tempore, non ex ipsius merito, sed ex mea gratia, ex meo promisso, ex mea misericordia: *dilexi illum pro* foedere, et pro memoria dilectorum mihi, Abrahami, Isaaci, Iacobi: *dilexi illum*, non equidem, quia non resistebat, sed quando non resistebat; quin potius et mihi et in me credebat, nec dum idololatriae, malitiae, luxuriae, scortationi, operam dabat:) et (vel potius cum Kimchio, Tarnouio, Riueto ideoque i.e. ומאהבתו *et ob amorem eius* singularem) ex Aegypto vocaui Filium meum, (i.e. reditum decreui, destinaui Filio meo) *Darum* (*aus Liebe zu ihm*) *rieff ich meinem Sohn aus Egypten* (*beschloß und verordnete ich, daß mein Sohn aus Egypten kommen solte.*)

Vers. 3. de vero sensu vid. Luc. Ebr. p. 212 214. *Vocationem* autem *Christi ex Aegypto* totum opus redemtionis, ab incarnatione Christi vsque ad mortem eius, complecti, bene notat Seb. Schmidius *ad h. l.*

Vers. 4.

וְאָנֹכִי אִלַּיִן אוֹכִיל׃

Lutherus haecce verba in bonum accepit sensum, ita vt continuent beneficia Dei Israeli exhibita, et vocabulum אוכיל reddit *substantiue* cum Buxtorfio *cibum*. Necaliter Marckius, et Io. Schmidius *h. l.* Qua vero ratione iuxta proportionem διχοτομίας *Athnachus* medium inter propositiones locum in אהבה sibi vindicaret. Deinde neglecta potestate absoluta *Silluki* cum *Soph Pasuk* subsequentis versus *Athnacho* absolutiorem assignauit, quam illi: *und gab ihnen Futter, daß er sich ja nicht wieder solt in Egyptenland kehren.* Aliter adhuc exponit Seb. Schmidius אוכיל sumens *verbaliter*, vt fut. Hiphil. ex יכל, ita ope *αλλείψεως* in meliorem conformitatem suae expositionis immediate praecedentium verborum (*sed fui illis* h.e. habitus sum ab illis ingratissimis hominibus. *sicut attollentes, imponentes, iugum super maxillas eorum*) reddendo: *Ergone inclinabo me* vel *misericordiam meam* diutius *ad eum*, et eum seu

eius

eius malitiam et ingratitudinem erga me semper *sustinebo*, et impunitatem relinquam? Nequaquam: sed faciam, vt non amplius reuertantur in Aegyptum etc. Ast huic coactae nimis expositioni nemo facile assurget, quum nec verbum יכל in *Hiphil* sit in vsu, vti nec forma nominalis. Quapropter integrum versum plenius ita reddendum existimem: *funibus hominis* (vt homines decet, non ritu bestiarum) *trahebam eos, funibus densis amoris, eramque ipsis sicut attollentes* (eleuantes) *iugum super maxillas eorum.* Lutherus hactenus optime: *Ich ließ sie ein menschlich Joch ziehen, und in Seilen der Liebe gehen, und half ihnen das Joch an ihrem Halse tragen.* ולא־ידעו *sed non agnouerunt, aber sie erkannten es nicht*, quae formula in reassumta exprobratione beneficiorum diuinorum et heic subaudienda est. Cui nunc subnectitur poena: ideo inclinabo ad eos comestorem. Vt adeo אוכיל cum Lud. de Dieu sit *participium benoni Kal.* vid. similes formae alternantis [ ] cum ( ) in *Luc. Ebr. p.* 121. *fin.* Quis autem futurus sit ille *comestor* et *consumtor*? docet seq. versus, nempe *rex Assyrius*, qui intra ventrem terrae suae *Ephraim* s. decem tribus Israelis plene absorpturus sit, absqae vlla spe restitutionis, et reditus in patriam. Eaque propter eorum captiuitatem duriorem quam tribus Iudae iam praedixit Hoseas verbis metaphoricis in cap. praeced. v. 11. *Equitare faciam* (per Assyrium) *Ephraimum, ich will ihn in den Pflug spannen, und dazu den Reuter tragen lassen, Iuda und Iacob soll* לו *ihm* (*hinter ihm*) *pflügen und eggen.* Iam *post aratrum incedere et occare* vtique est tolerabilius, quam *aratrum trahere, simulque inequitari*, praesertim a sessore rigido. Sicuti etiam tribus Iuda soluta captiuitate Babylonica in patriam reuersa est, remque publicam restaurauit. CAP. XI. c. IX, 11.

Vers. 7.

ועמי תלואים למשובתי ואל־על יקראהו יחד לא ירומם׃

Quod si glossema istud Lutheri ad hunc versum, *diesen Vers soll niemand verstehen, auch im Ebräischen nicht*, adeo crude et nude, adeo illimitate capiendum esset, certe nos aliosque non tantum ab vlteriore solidioris sensus scrutinio absterrere et auocare valeret, verum etiam ipsummet, hermeneuticis licet adminiculis instructum, inde auocasset. Quoniam autem ipse suopte exemplo cum collegis suis eum interpretari aggressus est, colligitur exinde, eum locutum esse non ἁπλῶς, sed κατά τί, h. s. *diesen Vers soll niemand so leicht und sobald, auch im Ebraischen nicht verstehen.* Atque sic tale signum

CAP. XI. crucis non huic modo, sed aliis etiam locis aeque obscurioribus apponi mereretur. Tantum igitur abest, vt hoc suo effato beatus vir scripturae interpretibus otia fecerit, aut desidiae eorum velificatus fuerit, vt potius solertiam tanto magis accenderit, et quisque τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ἀναζωπυρῇ et circa hunc locum vexatissimum. Nobis heic, quum alii prolixiores fuerint, licet esse breuioribus, et discussa probe litera et contextu saltem notamus: (α) vocabulum תלואים rad. תלה non posse fere aliter, quam de *suspensione animi*, qua dubius quis haeret, quid agat, quoue se vertat? accipi, sicuti pariter transfertur ad vitam hominis Deut. XXVIII, 66. Nec phrasis latina *suspensi haerent* non potest germanice reddi cum Piscatore per *bleibet hangen* (*an der Abkehrung von mir*,) id enim diceret רובקים במשובתי. B. Lutherus in vers. germ. respexit ad rad. לאה *lassum esse*, *defatigari*, vt ת sit seruile hebraicum, sicut in deriuatiuo eius תְּלָאָה *defatigatio*. Sed priorem deriuationem, vt formae propiorem, cum sensu *dubitandi* elegit in versione latina *Comment.* ad *h. l. Populus meus dubitat*, *an velit redire ad me*. Interim illa duo, *lassum* et *dubium* in aliquo esse negotio, optime conciliari, notat cl. Beckius *l. c. p.* 480. (β) משובה sumimus etiam pro *auersione*, non *conuersione* cum Luth. at non subiectiua et actiua Dei cum R. Abarbanele, quum τὸ משובה e perpetuo scripturae vsu vsurpetur לגנאי *ignominiose* s. in malam partem, ceu recte Aben-Esra, pro *auersione a* DEO ad malum. Vide sis loca Prou. I, 32. Ier. II, 19. III, 6. 8. 11. 12. 22. V, 6. VIII, 5. XIV, 7. Hos. XV, 5. itaque *affixum* exponendum est *obiectiue* et *passiue*, idque vt separatum cum praepositione q. d. ממני למשובה, coll. *Luc. Ebr. p.* 371. (γ) על heic *nominalem*, argumento insuper constructionis cum praepositione אל, induit notionem *excelsi*, *altissimi*, vti supr. c. VII, 16. et Eccl. VIII, 2. it. 2. Sam. XXIII, 1. vbi *Kamezatum* ob accentum maiorem. Nec aliter Lutherus in vers. lat. *cum vocarent eum prophetae* ad altissimum. Videtur equidem in vernacula primo intuitu integra dictio אל־על ab ipso praetermissa, *und vvie man ihnen prediget*. Sed voculam comparatiuam *vvie intensiue* heic vsurpatam idem dicere velle quod *ad supra*, *ad summum*, *vvie sehr*, vel *vvie man man ihnen aufs Höchste prediget*, monet Beckius *l. c.* (δ) יחד לא *simul*, *coniunctim non* εὐφατικώτερον et elegantius sonat, si reddatur cum Luthero, *ne vnus quidem erat*, *qui se exigeret*, *so richtet sich keiner auf*, cum Aberbanele, *non est inter vniuersos illos*, *qui etc.* Male autem aduerbium יחד Chaldaeus, Vulgatus et Syrus, antecedenter, inuito *Sakephkatone*, construxerunt. Verbum *Pielicum* ירומם vi notionis suae actiuae requirit casum obiecti ex antecedd. facile subaudiendi על *excelsum*, *altissimum*. Lutherus vero reddit

cum

cum Abarbanele intransitive *erigit se*, *richtet sich auf*, et Lud. de Dieu cum respectu ad עַל aduerbiale hac paraphrasi, *manent cordibus infixi terrae, neque volunt se sursum eleuare, quamuis eo vocentur.* Etsi pro sensu intransitiuo et reciproco potius diceretur in *Hithpael* יִתְרוֹמֵם. Placet igitur adhuc dum haecce versio: Tum (in euersione terrae vrbiumque suarum) populus meus dubius haerebit (vi comminationis diuinae in l. c. Deut. propter auersionem a me, (et hinc discessum meum ab illis coll. c. IX, 12.) quumque ad excelsum reuocant eum (reuocantes, prophetae,) tamen ad vnum omnes non extollunt (*eum*, vt עַל *altissimum*, humillima sui conuersione ad eum, et agnitione iustorum iudiciorum eius.) Germ. *Alsdann vvird mein Volck nicht vvissen (vor Angst) vvas es machen soll, vveil es mir den Rücken zugevvand, (und ich vviederum von ihnen gevvichen bin, mit meinem Schuz, Hülffe und Trost in ihren grossen Drangsahlen) und ob man es gleich zu dem Höchsten rufft, so vvill doch keiner (ihn) erheben, (und ihm die Ehre geben, durch demüthige Wiederkehr und Bekäntniß, HErr, du bist gerecht, und deine Gerichte sind recht.)* Nec possum quin simul lectori propinem singularissimum expositionis genus ante laudati D. Grünenbergii, qui τὸ תְּלוּאִים proprie accipit, et illustre vaticinium de *crucis morte Christi* heic haberi putat, quando in *supr. cit. disp.* §. 44. h. m. interpretatur: *Et populus meus suspensi* (quidem erunt) *ad auersionem meam; et versus supra* (sursum tamen) *inuocabunt eum*, (qui) *pariter se exaltabit. Und mein Volck vvird zvvar gröstentheils gehencket vverden zu meinem Abscheu, aber sie vverden in die Höhe schreyen zu dem, der sich eben also erhöhen vvird.* Quibus statim subdit: לֹא pro לוֹ *nihil nos moratur.* Id ipsum vero, vt alia taceamus, maxime nos, et quem non? moratur: nec dicere iuuat, quod tacitam sub„innuat negationem, *eine Erhöhung ohne Erhöhung*, qualis illa pistorum prae„fecti Gen. XL, 9; et qualem *exaltandi* vocem propheticam Christus de sua„morte praefatus vsurparit, Jo. III, 14. et XII, 32. 33. 34. Neque video, quomodo quoue fundamento verba versus 5. *non reuertetur in Aegyptum*, de Filio Dei facilius multo et verius, quam de populo Israelitico exponi possint? ibid. §. 43.

CAP. XI.

Vers. 9.

וְלֹא אָבוֹא בָּעִיר: Et non amplius veniam in (certam aliquam) vrbem, (tq. proprium locum *Schechinae meae*, sicut hactenus fuit Ierusalem, *in qua focus meus et ignis*, Jes. XXX, 9.) *und vvill nicht mehr in eine (gevvis-*

CAP. XII. *se*) *Stadt kommen, oder mich an dieſe und jene binden.* Sic enim το בעיר vertendum eſt indefinite, non definite, *in die Stadt*, cum Luthero. Nec ו in ולא eſt *aduerſatiuum* iuxta eundem, ſed manet *copulatiuum*. Notari ita ſimul ſtatum N. T. in quo Euangelium non intra Hieroſolymam coarctandum ſit, ſed in vniuerſum orbem exiturum inter gentes, recte annotat ad *h. l.* Seb. Schmidius. Adiungi meretur accuratior adhuc expoſitio Lud. de Dieu *h. l.* „Sicut ergo, inquientis, in primo membro opponuntur אל et איש, ſicut in „altero בקרבך et בעיר qſ. dicat, hominis eſt, non Dei, certo adſtrictum „eſſe loco. Haſtenus, dum libuit, electa mihi fuit ciuitas, quam ingreſſus „ſum, in qua habitaui. Nolite exiſtimare, me ea hominis inſtar contineri, ac ne„ceſſe habere, vt penitus vos diſperdam, quia vos a ciuitate remoueo. Tem„pus erit, quo eam deſeram, et nec eam, nec aliam vllam amplius ingrediar. „Sed templum meum, quod inhabitaturus ingrediar, erit vbicunque futura „eſt eccleſia mea. Tum et *in tui medio* habitabo, o Ephraim, nulla ha„bita ciuitatis ratione.

CAP. XII. 9.

כל־יגיעי לא ימצאו־לי עון אשר־חטא׃

Quae verba doctiſſimus Jo. Druſius ex Raſchio ita interpretatur: *omnes labores mei* (i. e. opes labore partae) *non ſufficiunt mihi: iniquitas haec eſt, quae ſit peccatum*, i. e. idololatria. Non incommodus audit Riueto ad *h. l.* hic ſenſus. Incommoditatem autem illico arguit diuina accentuatio, dum regi minori *Tiphchae* maiori inditur diſtinguendi vis quam maiori *Sakephgadoli*. Pari modo peccat cl. Alethaei verſio nouiſſima P. XXV. *der Erleut.* p. 30. *vvas mein Thun und Laſſen betrifft, da vvird mir niemand nichts finden: die Straffe trifft den, der unrecht thut, oder ſündiget.* Omnia enim, quae poſt accentum maiorem reſpectiuum ſequuntur, vt vnum orationis membrum indiuulſim cohaerent, vt h. l vnum praedicatum. Pro tali ſenſu talis foret conſecutio maioratus: כל־יגיעי לא ימצאו־לי עון אשר־חטא׃ Conſtructionem autem vocum fieri mediante relatiuo אשר, explicito vel implicito, ex accentuationis praxi conſtat. Commodiorem contra interpunctio textualis ſuggerit hunc ſenſum: Quantum ad omnes labores meos, non inuenietur mihi iniquitas, quae ſit peccatum (cum epitaſi *enorme*. Alias non ita ditatus fuiſſem.) Depingitur his verbis laxa mercatorum conſcientia, ſimulque Ephraim gloriatur de opibus ſuis ac proſperis ſucceſſibus, tanquam de approbationis Dei argumento.

Verſ

Vers. 12. CAP. XII. XIII.

אם־גלעד און אך־שוא היו

Continent haec verba *interrogationem* admirationis et *responsionem*, recte obseruante Seb. Schmidio, et *Bethel* per nomen *Auen* h. l. denotari cum eodem existimem, ob *iniquitatem* idololatriae ibi exercitae, ita vt inter hanc vrbem *Bethel* sedem idololatriae et *Gilead*, pari idololatria occupatam, comparatio instituatur, indicio etiam verbi plur. היו, vtque inter hanc et *Bethel* nullum fere sit discrimen. Hinc prodit versio haec. Num Gilead est vel facta est Bethel, quae merito *Auen* dicitur? vtique vanitas factae sunt, sc. Gilead et Auen. Lutherus interrogationem resoluit in virtualem affirmationem, et τὸ און appellatiue cum aliis sumsit, particula אך, heic asseuerativa, praetermissa, et voce שוא ad sequens membrum traiecta, et denique verbo plurali in singulare conuerso. Sic namque habet versio: *In Gilead ists Abgötterey, und in Gilgal opffern sie Ochsen vergeblich.* Cl. Io. Marckius verba אך־שוא היו a praecedentibus, quibuscum per accentus sunt concatenata, diuellit, et potius cum sequentibus ceu *subiecto* construit, hoc versionis genere: *Si Gilead est iniquitas, vtique vanitas sunt, qui in Gilgal boues immolant.* Qua ratione plus distinguit subordinatus minor *Pashta*, quam eius dominus *Sakephkaton*. Pro tali sensu postularetur in τὸ און denuo maior *Sakephkaton*.

CAP. XIII, 1.

כדבר אפרים רתת נשא הוא בישראל ויאשם בבעל וימת׃

Prae aliorum expositionibus omnium simplicissime ac conuenientissime sensum huius loci ex historia dilucidasse videtur Rauppius *comm. Synopt. ad h. l.* Quum loqueretur Ephraiim, (Ieroboamus cum tribu sua Ephraiim) tremorem, (i. e. quum tremefacturi regem Rehabeamum defectionem minarentur) efferebat ipse (Ieroboamus iam rex constitutus) se s. caput in Israel: quum, postquam, a. deliquit in Baale (s. cultu *Baalis*) tunc mortuus est. (tunc reges Israelitici tragicis casibus interire coeperunt, vt constat ex comminatione Achiae prophetae 1. Reg XIV, 9. seqq. Iam enim tum Israelitas in cultu Baalis occupatos fuisse, colligitur e vers. 15. item ex caede Nadabi XV, 27. Baesae XVI, 2. 3. seqq. Elae XVI, 10. seqq. Simri v. 18. Achabi

CAP. XIII. bi etc. Atque sic ויכות manet in proprietate sua, vt non opus sit improprie et latius accipere cum Tarnouio, Jo. et Seb. Schmidiis, aliisque h. l. *amisit auctoritatem, in varias calamitates incidit, quibus paulatim consumebatur, ac tandem penitus delebatur, pro mortuo est habitus, nullius pretii, nullarum virium.*

Vers. 9.

שחתך ישראל כי־בי בעזרך׃

Miror sane, cur duo loca verbum *perditionis* a fronte exhibentia tot interpretum ingeniis fuerint quasi fatalia, et vere scopuli ac syrtes *perditionis*, ad quos naufragium veri sensus fecerunt, videlicet Deut. XXXII, 5. et noster. De illo iam suo loco in *Not. Sel.* egimus, de hoc nunc agemus. Vbi quidem ope variae *ellipseos et pleonasmi* se iuuare annisi sunt. At in cassum et superuacanee. In tuto nauigare potuissent, si simplicem literam dextre excutiissent. Siue a. τὸ שחת *nominaliter* (ad formam דבר *locutio*, Hos. I, 2. Ier. IV, 13 שלם *retributio* Deut. XXXII, 35. קשר *suffitus* Ier. XLIV, 21. add. Ex. IV, 11) tuae *verbaliter* sumseris, perinde erit, sensusque sponte sua, subaudito saltem verbo subst. quippe quo nihil tritius, nihil facilius, se ingeret h. m. Perdit te, Perditio tua est, o Israel, quod contra me, contra auxilium tuum es. *Es verdirbt dich, es ist dein Verderben (dein Vnglück) o Israel, daß du wider mich, wider deine Hülffe bist.* Sic particula כי manet *coniunctionalis*, vnaque propositio. De significatione praefixi ב per *contra* vide plura loca in *Luc. Ebr. p.* 173. *f.*) Eundem fere sensum tenent Pareus, Riuetus, Tarnouius, vterque Schmidius, post Raschium, nisi quod hic ex tertia persona plane *ἀνομάλως* fecerit secundam, חבלת עצמך *corrupisti te ipsum*, cui pollicem premit Seb Schmidius, et supplementum faciant *rebellasti, rebellio fuit.* Seb. autem Schmidius repetendo *perdidisti te.* Nouissime pressius nobiscum cl. Alethaeus *in der gründlichen Erleut. P. XVI. p.* 228. *seqq.* Nec leue argumentum et pondus huius versionis pono in appositione vocis בעזרך, et in connexione cum praecedd. et conseqq. q. d. cogites velim ipse o Israel! quam ingratum, quamque absurdum sit, te mihi, qui fui *tuum*, vnicum et potentissimum et praesentissimum *auxilium*, quum nullus *rex*, *princeps* vel *iudex* sine me, *contra hostes tuos*, *auxiliari* tibi valeat, manu elata opponere, vt cogar tibi, aduersario meo, *sicut leo, pardus et vrsus occurrere, teque perdere*, ac simul *regem tuum* בעברתי *in excandescentia mea auferre.* Praeterea sic melior pleniorque est nexus poenae et causae efficientis, vtpote quae connotatur, et iam significantissime in antecedd. exprimitur, iuxta interpretationem b. D. Varenii *comm. in Ies. P. II. p.* 280. *ed. V.*

et

et *in Eccl. ſ. Gemmis Salom. p.* 69. quae alias qua ſimplicitatem cum priore certare poteſt, ſumta particula כי pro *aſſeueratiua* h. m. *Perditio tua, o Iſrael!* eſt *certe in me auxilio tuo* i. e. „ego poſſem te quidem ſeruare, nec praeter me, habes ſeruatorem: ceterum nunc, qui alias tuus ſum ſeruator, tuus ero deſtructor, et adeo בעברתי v. 11. perdam te.„ Hanc ſuam pariter fecit cl. Herm. Chr. Engelcken *in pec. diſp. ſuper h. l. Roſt.* 1709. *hab.* praeterquam quod vtrumque ב reddere maluerit per *a*, *a me*, *np. auxilio tuo.* Quumque in iſta vbertim et *ἐκπερισσῶς* collectanea quoad philologiam ac theologiam excuſſa, et ſententiarum diuortia in x. claſſes digeſta et diiudicata legantur, pluribus heic adducendis ſupersedeo. Superaddam tamen ſingulariſſimam expoſitionem cl. Guſſetii *in Comm. L. E. p.* 367. *a.* quae xi. claſſem conſtitueret, כי ſumentis nominaliter pro *vſtione*, h. ſ. *deſtruxit te vſtio in me exiſtens*, *in eo qui eſt auxilium tuum.* παθετικῶς ſane! addit. „Illi ſuis peccatis Deum, in quo auxilium eorum erat, ſibi verterunt in hoſtem ardentem tq. ignem conſumentem.„ Sed notio כי nominalis nondum eſt probata, et gratis ſupponitur in Ieſ. III, 24. vbi conf. *Not. noſtr. Sel.* Nec vti illic, ita heic admittit illam accentuatio, et *Makkeph* cum particula affixi בי. Exemplum ex Gen. II, 8. גן־ערן non eſt ad rhombum. Pro notione nominis et ſubiecti foret talis accentuatio: שחתך ישראל כי בי בעזרך CAP. XIII.

Verſ. 13.

כי־עת לא־יעמד במשבר בנים׃

Neſcio in quas ſalebras et heic incidant interpretes, quum ad harmoniam membri primi metaphorici, *dolores parturientes venient ipſi*, Ephraimo, et ob conſtructionem vocum כי־עת לא־יעמד per accentus, ſenſus ſimplex et planus hic prodeat: *ille* eſt *filius non ſapiens*, (qui non vult ſapere et agnoſcere,) quod tempus non amplius ſit ſubſiſtendi in matrice filiorum. *Daß er nunmehr reif wird zu der Geburth* (*ſeines Unglücks und Elendes*)

AMOS.

CAP. V, 26.

ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם׃

ACT. VII, 43.

Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν, Ῥεμφὰν τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς.

Exhibui coniunctim vtrumque textum, vt eo melius appareat vtriusque conuenientia et discrepantia, et quomodo instituenda sit conciliatio. Quam memorabile autem est hocce ὑπερβάλλον μέγ, quod ad historiam idololatriae nefandae ac stupendae Israelitarum in deserto adiecit propheta Amos, idque recoluit protomartyr Stephanus, tam disceptabile euasit doctis interpretibus, num 1) peractum fuerit tale quid *realiter*, an potius *mentaliter* atque *interpretatiue*? praesertim quum α) Moses id silentii peplo minime inuoluisset. Sed a diserta adeo et simplici litera vt declinemus, non cogit aut sufficit silentium Mosis. Moses quippe et alia silet v. g. nomina magorum Aegyptiorum *Iannes* et *Iambres*, quae Paulus notat 2. Tim. III, 8. Silet, quod *in deserto Israelitarum oculi secuti sint abominationes, et Deos stercoreos Aegyptiorum*, quae annotauit Ezechiel c. XX, 7. 8. 24. Non enim Spiritus S. tenetur historiam aliquam secundum omnes et singulas circumstantias semper opera vnius scriptoris sacri pertextam dare, sed placuit ei nonnunquam per alium, apud quem non praesumsisses aut quaesiuisses, vnam alteramue particulam haut lenis momenti eidem attexere, vt ita sollicite legerentur omnes. (β) Ob praesentiam auctoritatemque Mosis tantae idolomaniae specimen edere haut ausi fuissent. Sed qui ausi sunt in faciem Mosis toties murmurare, grauiter obiurgare atque rebellare, adeo vt ipse *lapidationem* timeret, Exod. XVII, 4. eaque reapse inferuta fuisset, nisi maiestas Dei se interposuisset, Num XIV, 10: qui ausi sunt praesente Mose turpissimo Baal-Peoris cultui se agglutinare, Num. XXV. Quid? quod ipsi Deo eiusque mandatis elata manu se opponere minime veriti sint, vt erat genius populi durae ceruicis et perfrictae frontis, meliora licet edocti, et conuicti tot ac tantis miraculis atque beneficiis; illi haud dubie nihil in idololatriae [ad quam quippe erat nimis procliuis] genere reliquerunt inausum. Num 2) nomina סִכּוּת, מֶלֶךְ vel *μολὸχ* et כִּיּוּן sint propria an appellatiua? *Appellatiua* esse duo priora, posterius *proprium*, contendunt melioris farinae Criti i. Quantum ad ista duo, idem ambabus largior, quod nempe סכות dicat vi radicis suae, interprete Stephano cum τοῖς ὁ σκηνὴν *tabernaculum*, *vaῖδιον aeliculum, casulam, thensam*: quod *Meleh* siue *Moloch*, quemadmodum et *Molech, Milcom et Malcam*, itemque *Baal*, fuerit nomen diis omnibus commune, indicio etiam haut obscuro affixi כֶם *vester*, et sequentis nominis generici צַלְמֵיכֶם *imaginum vestrarum*, sub eoque *sol* diuerso saltem penes diuersas gentes ritu cultus. Verum circa vltimum כִּיּוּן, in quo controuersiae

arx

arx posita est, ab iis sectionem facio. Vt nomen namque *proprium* duri- CAP. V.
tiem infert constructioni et versioni, siue vertas *Kiiun imaginum vestrarum*, siue *imagines vestras*. Atque sic pro plurali adhibendus fuisset singularis. Id ipsum peruidentes Lxx. senes constructionem dissoluerunt et traiecerunt, nomenque כיון fecerunt explanatiuum et determinatiuum τὸ κοκκ אלהיכם *stellae Dei vestri*, quum vtique certa quaedam stella innuatur, in eiusque locum in gratiam Aegyptiorum substituerunt Aegyptiacum ῥεμφὰν siue ῥαιφὰν, ῥεφὰν. Non quidem ac si ipsum vocabulum ebraeum כיון corrupissent in ריון *Kaiuan*, mutato saltem כ in ר, aut ita in codice suo inuenissent; sed quod nomen proprium (si tale esset) Ebraeorum Aegyptiis ignotum in notius ipsis, quo *Saturnum* denominant, conuertissent, in quo quidem non culpandi, sed potius laudandi essent, vtpote officio boni interpretis defuncti. Quoniam autem nulli interpretum integrum est, syntaxin vocum, qualis allubuit Spiritui S. luxare et confundere, confusis simul distinctionum authenticarum limitibus, et, ea sarta tecta, τὸ כיון non potest esse nomen proprium, sed appellatiuum seu commune, ideo reddendum putem vi radicis suae כון *aptationem imaginum vestrarum* siue *aptatas imagunculas vestras*, cum Philol. et Th. Gryphico D. Brand. Henr. Gebhardi *in Vindic. adu. Pezronum p. 76.* et Iudaeis Amstel: *die Form ihrer Bilder*: vel potius e συνονυμίας lege, quum τὸ כיון צלמיכם respondeat illi סכות מלככם, aptum loculamentum, siue dispositorium imaginum vestrarum. Atque tales aediculas *ναΐδια· οἰκήματα*, in quibus simulacra effigies deorum suorum tutelarium apte loca ta et disposita fuere, circumtulisse Israelitas, refert fide diuina Amosus. Tales fortasse exstiterunt illi *ναοὶ ἀργυροῖ Ἀρτέμιδος*, quos Demetrius aurifex fabricauit, Act. XIX, 24. et tales domunculas adhuc in papatu, quarumuis superstitionum sentina, affatim videre licet, quibus hostiam consecratam includunt, et publice ad pompam et adorationem circumgestant, ac in altaribus templorum tanquam suum אלוה מעזים *Deum munitionum* Dan. XI, 38 collocant. Iam in membro altero repetendum est verbum ונשאתם *etiam portastis* stellam Dei vestri, quam feceratis vobis. Vbi finem intellectu per se facilem Stephanus expressit supplet προσκυνεῖν לחשתחות *ad adorandum*. Qualis autem fuerit stella illa, siue stella *Mercurii* ῥεμφὰν, ceu volunt seniores graeci, et Stephanus ex traditione seruauit, siue alia fuerit, tacente propheta etiam nos tacemus. Sufficit, quod nouum et peculiare extiterit idololatriae genus.

CAP. II.

MICHA.

CAP. II, 2.

וְחָמְדוּ שָׂדוֹת וְגָזָלוּ וּבָתִּים וְנָשָׂאוּ׃

Quae verba Lutherus praeter necesſitatem per traiectionem reddidit, duoque ו in verbis וגזלו, ונשאו vt otioſa praetermiſit, h. m. *Sie reiſſen zu ſich Aecker, und nehmen Häuſer, vvelche ſie gelüſtet*; quum tamen verſio literae plenum ac planum ſuppeditet ſenſum literalem, videlicet: Quum, ſi, deſiderant agros, tum diripiunt; ſi domos, tum auferunt. *Gelüſtet ihnen nach Aecker, ſo reiſſen ſie dieſelbe zu ſich, oder nach Häuſer, ſo nehmen ſie ſie vveg.* Ad haec commodum notat Io. Druſius in repetitis iſtis copulis praeter concupiſcentiae coniunctionem cum raptu etiam celerrimam prauorum deſideriorum aſſecutionem q. d. *Simulac concupiuerunt, diripiunt, vsque adeo ſunt manu prompti ac temerarii ad exſequendum, quod ſemel deliberarunt.*

Verſ. 4.

אֵיךְ יָמִישׁ לִי לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יֻחָלֵק׃

Quae Lutherus turbato conſtructionis habitu transtulit, *vvenn vvird er er uns die Aecker vvieder zu theilen, die er uns genommen hat?* quaſi talis eſſet poſitus: מָתַי יָשׁוּבֵב לִי יְחֻלַּק לָנוּ אֲשֶׁר יָמִישׁ I. alterutro verbo ſuppreſſo. Vertenda potius in connexione cum membro praeuio, *haereditatem populi mei commutabit* (Deus, transferendo ab Iſraele ad Aſſyrios, coll. 2. Reg. XV. et XVII. optime Lutherus: *Meines Volcks Land kriegt einen fremden Herren.*) heu quomodo recedere facies (eam) mihi! vt auertat agros noſtros, diſtribuet (*ei*, hoſti, domino peregrino.) *o vvvie läſt er mirs abgehen! ia unſre Aecker gar zu entvvenden, vvird er ſie* (*ihm*) *austheilen, Preiß geben.* Alii accentuum diſpoſitioni contrariam formant verſionem, *Quomodo remouebit mihi* (ſc. omnem ſpem) *ad reſtituendum agros noſtros!* quomodo *diuiſit!* ſc. inter hoſtes. Sic minori *Tiphchae* attribuitur maior diſtinguendi poteſtas, quam *Sakeph Katoni.* Qua ratione talis foret accentuatio אֵיךְ יָמִישׁ לִי לְשׁוֹבֵב. שָׂדֵינוּ יֻחָלֵק׃ Alio modo peccat b. Lyſeri ad *h. l.* verſio; *Quomodo auſe-*

ret

CAP. II.

ret a me ad reſtituendum? (quia) agros noſtros diuidet ſcil. Aſſyrius hoſtis, maius diſtinguendo verbum לשובב ſeruo *Merca* affectum, quod ſic depoſceret *Sakeph Katon*, cum conſequente eius minore *Paſchta* in לי. Ne dicam de *ellipſi* cauſalis כי. In verſu ſeq. particula לכן non eſt cauſalis, quum nihil probet, ſed aſſeueratiua, confirmans querelam Iſraelitarum ominoſam: Certe, *ia vvohl*, non erit tibi qui iaciat funiculum in, ad, ſortem, (i. e. nemo vobis agros iterum demetietur, interque vos ſortito diſtribuet, ſicut factum fuit temporibus Ioſuae) et quidem in congregatione Iehouae, quae np. eſt in terra Canaan. Itaque decem tribubus Iſraelis praeſcinditur omnis ſpes reſtitutionis in integrum. v. 5.

Verſ. 6.

אַל־תִּטִּפוּ יִטִּפְן לָאֵ־יִטִּפוּ לְאֵלֶּה לָא יִסֹּג כְּלִמּוֹת׃

Inter varias huius loci interpretationes, nulla, fateor, mihi arridet ſimplicior, verborum connexioni, accentibusque conformior, haecce: Ne ſtillate, ſtillant i. e. ne loquamini (cum Hieronymo) amplius eloquuntur, dicunt. Verbum enim נטף *ſtillandi* metaphorice h. l. et v. 11. ſignificat *eloqui, prophetare.* Sicuti etiam interdum nomen *ſermonis* expreſſe ei additur, vt Iob. XXIX, 22. תטף מלתי *ſtillabat ſermo meus*, nec non ſynonymo נזל Deut. XXXII, 2. praeterea ex lege ſynonymica cum הנבא *prophetare* permutatur Ezech. XXI, 2. Amos VII, 16. Eſt itaque ſermo populi impii ac concionum propheticarum impatientis, quo ſilentium prophetis Dei imponere volebant, cui iam Deus per conceſsionem irati reſpondet in m. 2. agedum, ſit ita, non ſtillabunt (loquentur, prophetabunt) iis (non *ſicut iſti* ceu cum Piſcatore Tarnouius, q. d. כאלה) *amplius*, quia non remouebit (populus immorigerus) ignominias, ſed potius conglomerabit (coll. *Luc. Ebr. p.* 384.) tam *verbalem* quam *realem* adeoque multiplicem in Deum et vates eius. Conuenit in ſenſu dictionis poſtremae Guſſetius in *Comm. L. E. p.* 514. cum verſione Geneuenſium, verbum יסג in *Kal* neutraliter accipientium: (quia) *non recederet probrum.* At ſic cum enallage generis et numeri. Senſum integri verſiculi hactenus monſtratum vberius deduxit doctque illuſtrauit cl. Alethaeus *der gründl. Erleut. P. XIX.* primo loco, quem idiomate germanico profert h. m. *Redet nur nicht mehr, ſprechen ſie. Wohlan! ſie ſollen nicht mehr zu ihnen reden, denn das ſchänden und ſchmähen vvird nicht aufhören.*

CAP. II.

Vers. 7.

האמֵיר בית־יעקֹב הקצר רוּח יהוה אם־אֵלה מעלָליו הלוֹא
דברי׳ ייטיבו עִם הישר הולך׃

Sepositis aliorum interpretationibus hanc congruentiorem reor: Qui diceris domus Iacob, nonne abbreuiaretur spiritus Iehouae? nonne ista sunt opera eius? contra nonne verba mea benefaciunt (i. e. bona, iucunda ac gratiose sonant) apud eum qui rectus ambulat? Germ. *Meinet ihr nicht, die ihr heißt das Hauß Iacob (die ihr euch zwar rühmet des hohen Herkommens von dem H. Erz-Vater Iacob, aber doch nicht wandelt in den Fußstapffen seines Glaubens und aufrichtiger Frömmigkeit) daß der HERR überdrüßig werde? (es in die Länge nicht könne aushalten, zu sehen?) und daß dergleichen (schelten, straffen?) seine Wercke seyn? hingegen sind meine Worte nicht freundl. (und gnädig) gegen die Frommen?* Pergit Deus per prophetam loqui ad ipsos Israelitas cum emphasi et conuictione interna, videlicet minime mirum ipsis esse debere, quod, dum ipsi *impatientes* et pertaesi fierent verbi diuini, v. 6. et ipse impatiens fieret pertinacis inobedientiae, malitiae, iniustitiae, rapacitatis eorum v. 1. 2. 8. 9. adeoque *a longanimitate sua remitteret*, (vid. de hoc eleganti idiotismo, vbi pro רוח etiam adhiberi solet נפש, *Ebr. Etym. p.* 79. *n.* 151.) eos vlterius in haereditate sua tolerandi, ac beneficiis pluribus mactandi; quodque officium suum elenchticum apud eos gnauiter ac grauiter vrsisset, variaque mala iis denunciasset v. 3. 4. 5. 10: non potuisse aliter vi iustitiae suae, mala malis, bona bonis. Pro quo sensu ad ה et אם *interrogatiua* subintelligo *negatiuum* לוא eum, seq. coll. *Luc. Ebr. p.* 174. *f. et* 276.† Deinde subiectum orationis ponitur pro pronomine, *Spiritus Iehouae* pro *meus*, et consequenter *opera eius* pro *mea*, vid. *Luc. Ebr. p.* 372. B. Luthèrus in hoc versu concepit verba populi, continentia exceptionem falsi solaminis, et responsionem Dei ad illam. Hinc praefixo ה in האמור neglecto, quod tamen habet vim relatiui אשר. coll. *Luc. Ebr. p.* 164, participium *Paül* mutat in אומר vel אמר, *Das Hauß Iacob tröstet sich also*: vel si omnino dictionem passiuam, *dictum est a domo Iacobi*, clarius exprimere voluisset aequipollente actiua, statuenda est *ellipsis* praepositionis מ, מבית. Sique hic sensus a propheta fuisset intentus vtique genio et vsui sermonis ebraei congruentius dictum fuisset אמר. Praeterea quum dux maior *Rbbia* non sit nouus dominus, sed in via ad regem

suum

suum *Sakephkatonem*, non potest vim pleni *commatis* aut *coli* habere CAP. IV. Accedit, quod iuxta nostram explicationem *prolepsis* ista tacite includatur.

CAP. IV, 8.

עֵדֶר הָאֹפֶל וּבַאתָה

Vbi vocabulum עֵדֶר Lutherus aliis punctis legit vel legendum putauit, np. עֵדְיִךְ ex nomine עֲדִי *ornatus*, coll. *Luc. Ebr. p.* 172. Hinc in versione latina *comm. in h. l.* transtulit *decor tuus veniet*; ast paulo liberius et singularius in germanica, *es vvird deine güldne Rose kommen*; quum tamen sit particula עַד coll. c. VII, 12. Motus autem haud dubie fuit b. vir, vt notionem nominis arriperet, quod animaduertit, legi διχοτομίας minus bene conuenire, si primum membrum *Athnachi* foret incompletum, ac nudum haberet verbum sine casu obiecti. De supplemento etiam cogitauit interpres Chaldaeus, dum ante prius verbum *veniendi* interposuit מלכותא *regnum* e *m.* seq. Osiander רעה *infortunium*, alii ex praeced. vers. שארית *reliqua illa pars.* Lutherus vero missa ellipsi simplicius ratus ex textuali עדיך complere, transmutauit illud, dicto modo, in nomen, aeque ac Syrus nominaliter reddidit זִמְנָךְ *tempus tuum*, ex significatione עד *seculi.* At ex praxi accentuatoria et illis constare potuisset, quod saepenumero nomen *subiecti* vel *obiecti* contradistinguatur *praedicato* verbi, idque non sine emphasi oratoria vid. *Lux Accent p.* 47. Ita et *h. l.* cum explicita iteratione verbi a Luthero neglecti. Deinde illi constructioni repugnat *verbum fem. gen.* Vertendum itaque: ad te veniet, veniet, inquam, *dominium illud primum*, *regnum filiae Ierusalem*, in quo scil. reliquiae conuersae totius Israelis *claudicantis* (in vtramque partem, modo Deo, modo idolis adhaerendo, et hinc *misere labentis*) *er procul disiectae* (ut vxoris foedifragae in captiuitatem Assyriacam et Babylonicam) coalescant rursus temporibus N. T. in vnum regnum, non quidem corporale, quale erat temporibus Dauidis ac Salomonis, sed spirituale sub vno perpetuo Rege Iesu Christo, coll. v. 7. et supra c. II, 12.

Vers. 9.

עַתָּה לָמָּה תָרִיעִי רֵעַ Nunc (ergo, quum tam beata rerum facies succedet.) cur vociferaris vociferationem? *Nun vvohlan vvarum schreyest du so sehr, so kläglich?* (in tuis calamitatibus, ac si omni careas rege ac consiliario?) Lutherus in versione dictionis תָרִיעִי *vvarum hängest du dich denn izt an andere Freunde?* respexit auctoritate Chaldaei et Raschii ad radicem

CAP. V. dicem רעה *pascere, socium esse, consociare se.* Ast repugnante forma verbi רֲרִוּעִי, quae vult, deriuari a רוּץ, vel רוּע, cui nec significatio aduersatur, *cur malefacis vociferatione? vvarum thust du so übel mit Schreyen?* Conf. Ies. XV. 4.

CAP. V, 1.

ואתה בית־לחם אפרתה צעיר׳ להיות׳ באלפי יהודה

Nolo huc omnia aduehere, quae ab aliis iam abunde praeoccupata sunt, sed tantum breuitatis vbiuis tenacissimus monebo, quid lucis accentuatio loco huic ob vocem inprimis dubiam צעיר foenerari queat? vt autem verior illius sensus constet, scire iuuat, sit ne *subiecti*? an *praedicati*? Atqui per signa accentuum diacritica patet, pertinere ad *subiectum*, quod protenditur vsque ad dominum territorialem *Sakephkaton* in יהודה, contradistinctum *praedicato*, eique gemino per *Athnachum* ob excellentiam posterioris interfecto, quum in priore Messiae generatio humana et temporalis, in posteriori diuina et aeterna indicetur. Quod si non hoc excellens duarum naturarum in Christo discrimen insinuare praetulisset Spiritus S. potuisset subiectum toti praedicato maxime contradistinguere, adeoque *Athnachum* in τῷ יהודה collocare. Videsis *Luc. Acc. p.* 38. Hoc iam supposito, τὸ צעיר subiecti qualitatem describere, illico corruit acceptio vocis aduerbialis aut neutralis, *parum est, parua res, exiguus honor est, vt sis, esse te, in millibus Iuda*; quum illa insuper soleat exprimi per מְעַט vel קָטֹן (1. Reg. XII, 10.) vel נָקֵל (Ies. XLIX, 6. Ezech. VIII, 17. 1. Reg. XVI, 31. 2. Reg. XX, 10.) Corruit implicite interrogatiua (*num*) *parua, minor* (princeps) *es in millibus Iuda?* Corruit etiam singularis ista interpunctio cl. Gussetii in *contr. Iud. adu.* R. Isaac *Chissuk Emunah P. I. c.* 33. diuellentis quidem τὸ צעיר ad *subiectum*, sed reliqua ad praedicatum, hocce interpretamento: *Tu Bethlehem Ephrata parua esse debes inter millia Iudae*, (non desines esse, quanquam paruitas tua non „diuturnam durationem portendat, sed extinctionem breui absoluendam omi„netur.) Sic namque, ditione ducis maioris *Rbbia* transsulta, minori *Paschae* perfectiorem adiudicat distinctionem, quam illi, hac supposita consecutione ואתה בית־לחם אפרתה צעיר׳. Versio itaqua integri subiecti virgulis distinctionum notata haec est: At tu | Bethlehem Ephrata || parua || ad, quoad, esse | in millibus Iuda ||| *Du aber Bethlehem Ephrata, die du klein bist unter den Tausenden in Iuda.* Quae Matthaeus graeco idiomate ita effert: καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμό-

γεμόσιν Ἰούδα. Et tu Bethlehem, vrbs (perdocte namque post Glassium *Rb. S. col.* 191 obseruauit D. Gottfr. Olearius *in Obseruat. Phil.* ad *h. l. Matth.* vrbem cum territorio suo non infrequenter vocari γῆν. Luculentissimum eius rei exemplum ex ipso Matthaeo suppeditat, et quidem ex eius c. XIV, 34. coll. cum vers seq. 35. vbi γῆ statim nominetur τόπος, adeoque per γῆν aliud quam *oppidum* intelligi non posse. add. c. X, 15. Immo Lxx. interpp. vocem ebraeam ארץ saepe per vocem πόλεως reddidisse, coll. Ios. II, 9. inpr. v. 18. vbi cogat plane sensus, et tota oratio suadeat, per ארץ intelligendam esse ipsam vrbem. Vt ita non necesse sit, sollicitare lectionem γῆ pro γῆς, vel τῆς sc. φυλῆς) Iuda (ad discrimen vrbis Bethlehem in tribu Sebulon, Ios. XIX, 15.) minime minima es inter principes Iudae. Vbi (α) vocem ἐλαχίστη respicere et exprimere significatum vocis ebraeae צעיר communiorem, quo *paruum, exiguum* notat, aeque ac cognata eiusdem organi זְעֵר, maxime mihi cum eodem viro doctissimo fit probabile, quandoquidem euangelistae nostri simplicitati minime conueniret, si in textu ebraeo inuenisset *princeps es in millibus Iuda*, prout inuenisse se putant cum R. Tanchuma Pocockius, Hottingerus, Trischmuthius, Dassouius, coll. Il. Ier. XLVIII, 4. et Zach. XIII, 7. (ad quae vero loca vide eruditam Dn. Olearii crisin et receptissimae notionis vindicationem.) vertere ἐλαχίστη εἶ. Apparens autem ἀντιλογία euangelistam inter et prophetam nihilominus est prona et facilis, dum Michas considerat vrbem Bethlehem in se, ratione externae formae, famae, splendoris, amplitudinis, qua certe ratione vtique erat *parua* ac *exigua*, in comparatione aliarum; ast Matthaeus considerat eam respectu singularissimae illius ὑπεροχῆς, qua facta sit Messiae natalis et patria, atque hoc respectu non amplius dicenda *parua* aut *minima*. Qui diuersus respectus eo fit clarior, si verba prophetae לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה reddantur vt *restrictiua* τῷ צָעִיר, parua quoad esse, *so fern du bist*, *inter chiliadas* vel *chiliarchias Iehudae*. (β) Leuissima quoque est discrepantia inter בְּאַלְפֵי *millia*, et ἐν τοῖς ἡγεμόσιν *principes*. Populus enim Iudaicus distributus erat in *decurias*, *centurias et chiliadas*. vid. Exod. XVIII, 21. 1. Sam. X, 19. Hinc Iud. VI, 15, ait Gideon: *ecce* אַלְפִּי chilias mea *tenuissima est in Manasse, et ego* הַצָּעִיר minimus *sum in domo patris mei*. Matthaeus vero loquitur per suetam metonymiam, sicut *Imperator* dicitur pro *exercitu*. Sequitur iam praedicatum prius מִמְּךָ לִי יֵצֵא לִהְיוֹת מֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל ex te (ceu matre) mihi (meae gloriae veritatique aeternae promissionum mearum) egredietur (i. e. nascetur, coll. de tali vsu verbi absoluto Gen. XVII, 6. X, 14. 1. Chr. II, 53.)

CAP. V.

CAP. V. qui futurus est dominator in Israelem. Vbi 1) pronominis לי MIHI a Matthaeo praetermissi rationem hanc suppeditat D. Varenius *in pec. Disp. in h. l. Mich. membr.* 3. §. 5. „Quum apud Matthaeum Deus pater locutus „minime introducatur vt apud Michaeam, non mirum, si, mutata persona „loquente, de loco natiuitatis Messiae scisciranti Herodi omissa hac particula „responderint legis periti: et quia quaestio apud Matthaeum proposita erat „tantum de loco natali Messiae, circumstantia illa non necessario adiicienda „fuit, quae parum ad institutum, de quo agebatur, pertinebat. Non ita„que probare possumus illorum opinionem, qui statuunt, particulam לי re„pandare in textu, quamobrem etiam ab euangelista omissa. 2) Ebraeum משל Matthaeus transfert ἡγούμενος, sicut et Lxx. 2. Chr. VII, 18. et IX, 26. Qualis autem *Dux* futurus sit innuit emphatica Euangelistae exegesis ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, *qui pascet populum meum*, nempe non politicus, quo de quidem etiam phrasis ebraea vsurpatur 2. Sam. VII, 7. V, 2. 1. Chr. XVII, 6. add. Ps. LXXVIII, 71; sed spiritualis, ceu ipse saluator interpretatur Io. XVIII, 36. c. X. tot. qui non solum vt bonus pastor gregem suum reget, curabit, defendet, deque salubribus pascuis ac fontibus ei prospiciet, quique *stabit* (indefessus) *et pascet in robore Iehouae, in excellentia nominis Iehouae Dei sui, et habitabunt* (tranquille,) *eo quod id temporis magnificabitur vsque ad fines terrae, eritque ipse pax* v. 3. 4. coll. Eph. II, 14; sed etiam, quod maximum, vitam suam pro eo ponet. Supereſt praedicatum posterius: ומוצאתיו מקדם מימי עולם: cuius egressiones sunt iam ab initio, a diebus seculi (i. e. ab omni aeternitate.) conf. Prou. VIII, 23. Ies. XLIII, 13. XLVIII, 16. Io. XVII, 5. vbi notandum *a)* contra Photinianos, quod nomen subiecti מוֹצָא praesertim in plurali nullibi in sacris paginis adhibeatur de *loco* vel *vrbe* nec vllibi de *familia*, qualis Dauidica antiquitate illustris, quae potius dicitur משפחה vel בית vel תולדות. Proinde male iudicauit Osterodus, quando in *Instit. c. 7. p. 56. 57.* ait, male Lutherum haec vertisse verba: *vvelches ausgang von Anfang und von Evvigkeit her gevvesen ist*; potius ea ita verti debere: *Sein Herkommen ist von Alters und von langen Tagen, nemlich vom Geschlechte Iuda und vom Hause Dauid, und derhalben eines vortrefflichen Geschlechts.* Nos cum Hackspanio *in Not. Pb. Th. P. III ad Math. II*, 6. ita argumentamur: Quod in priori textus membro notat יצא, idem etiam denotat in posteriori membro τὸ מוצא. Atqui יצא in pr. text. m notabit *natiuitatem*, (quamuis in tempore factam.) E. etiam in poster. m. notabit *natiuitatem*, (quamuis eam, quae facta est ab aeterno.) Nec pluralis מוצאות potest trahi, nisi per insignem ἐναβλάττειν, ad vaticinio

ticinia multiplicata aut decreta diuina: nec absque manifesta ταυτολογία ad duplicem natiuitatem; sed denotat summam ac infinitam *egressionem* (*natiuitatem*. vid. *Lux Ebr. p.* 345. conf. etiam in vindiciis h. l. Dorschei *Theol. Zach. P.* II, *d.* 6. §. 17. β) Haec verba apud euangelistam non legi. Ratio autem in promtu est, quia de loco duntaxat natali Messiae quaestio erat, ideo ea quae personae descriptionem continebant, adeoque scopum euangelistae proxime non feriebant, fuere omissa. Apparet itaque hactenus, quam amice propheta et euangelista conspirent. CAP. VI. et VII.

CAP. VI, 5.

מן־השטים עד־הגלגל

Quae verba non construenda sunt cum immediate praecedentibus, *et quid responderit ei Bileam filius Beor*, a Sittim vsque adGilgal: idenim haud patitur tum ipsa rei inconuenientia, tum interpositus *Achuachus*; sed sunt concisa, quae diuersas adhuc historias et diuersitates populi Israelitici in deserto vagantis vsque ad ingressum Canaanis contrahunt, indicio manifesto *termini a quo et ad quem.* Proinde hoc modo supplenda: *recordare, quaeso, quid euenerit tibi* inde a Schittim (Num. XXV, 1.) ad Gilgalem vsque, (Ios. V, 8. 9. 10.) *vt agnoscas iustitias Iehouae.* (coll. Iud. V, 11. i. e. iustas vltiones eius in hostibus tuis, puta Midianitis, Sichone rege Cheschbonis, et Oge rege Baschanis, vid. Num. XXXI. Deut. II. et III.)

CAP. VII, 8.

כי נפלתי קמתי

Conspirant vnanimiter interpretes in hanc versionem: *ne laeteris inimica* (coll. Luc. Ebr. p. 703. 9.) *de me*, quod ceciderim, resurgam. *Daß ich darnieder liege, ich werde wieder aufkommen.* Ast contra proportionem accentuationis, quae tum foret huiuscemodi, אל־תשמחי איבתי לי כי נפלתי קמתי Iam quum duo verba nostra in vno membro et in vno tempore collocentur, colligitur, eadem quoque eiusdem, non contrariae, esse sortis ex lege synonymica, adeoque vertenda: quod ceciderim, steterim, *daß ich gefallen, daß ich (so wohl) gestanden bin.* Spem namque bonam restaurationis suae ecclesia Iudaeorum pressa demum in sequentibus cum παῤῥησίᾳ et humiliatione exprimit.

CAP. I.

נחום

NAHUM.

CAP. I, 1.

ועָנָן אְבָק רגְלָיו

Quam dictionem versio vernacula reddit in *regimine priore*, accentibus transpositis, vna cum *ellipsi* praepositionis תחת, *und unter seinen Füssen dicker Staub*, quum debuisset in *posteriore*, scil. et nubes sunt puluis pedum eius. Quod dicitur in comparatione ducum militarium, qui aduentantes cum exercitu suo spissam pulueris nubem excitant: Deum vero vt summum imperatorem aduersus hostes suos maiori maiestate procedere, et *nubes esse* instar *pulueris pedum eius.*

Vers. 10.

כִּי עֲרֻסִּירִים סְבֻכִים וּכְסִבְאָם סְבוּאִים אֻכְּלוּ כְקַשׁ יָבֵשׁ מָלֵא׃

Vtcunque animo inter *perplexicates* huius loci ad diuersa versato, deprehendo, fateor, b. Lutherum heic *Doctorem perplexorum*, eiusque versionem magis paraphrasticam omni alia concinniorem iuxta ac iudiciosiorem, tum propter accentuationem, tum harmoniam membrorum, tum elegantiam metaphorae, qua *spinae* succum large imbibentes dicuntur *temulentae.* Quanquam in hoc discedere placet, quod hic versus non contineat similitudinis πρότασιν de *solis spinis*, et seq. v. 11 ἀπόδοσιν implicitam, ad quam iuuandam opus sit *transpositione subiecti et praedicati*; sed similitudinem mixtam, iamque applicatam, siue internecionem Assyriorum repentinam verbis figuratis propositam, ita scil. vt Assyrii sistantur sub figura *spinarum perplexarum et* adhuc *succosarum*, quae tamen vt *stipulae aridae* igne concremandae sint, ad innuendum, Assyrios viribus et animo nondum fractos, sed adhuc vegetos ac succi plenos, subita clade deletum iri, ac si pridem emaciati et eneruati imaginem mortis induissent. Hinc versio simplex: Nam fuerint adeo vt spinae perplexae, et secundum ingurgitationem suam inebriatae; nihilominus consumentur tam cito, sicuti stipula arida plene. Germ. *Denn vvären sie auch vvie Dornen die in einander geflochten, und vvie sie im besten und vollen Safte sind, (und also ihnen nicht vvol beyzukommen ist*

ohne

ohne Verletzung, auch zum verbrennen untauglich auch vviderlich ſind, indem ſie nur lauter Krachen, Rauch und Schmauch verurſachen) ſo ſollen ſie doch verbrennet vverden vvie dürre Stoppeln. Conf. v. 12. Vbi *incolumitas et potentia* eorum, itemque ſubſequens *interitus* verbis magis propriis enunciatur. At vero verſioni eorum, qui voces סביבים ער־סירים per ſeruum *Munach* coniunctas diuellunt, et de Aſſyriis proprie interpretantur, vt Schmidianae: *Quum* (fuerint) *vsque* (ſicut) *ſpinae implexi, et ſicut inebriari eorum inebriati, comedentur ſicut palea arida plene:* vt Franckianae ex praelect. Daſſouianis et P ſcatore effigiatae: *Denn ſie ſind durchflochten vvie die Dornen, und haben ſich vollgeſoffen, vvie ſie ſich pflegen voll zu ſauffen: Darum vverden ſie verzehret vverden vvie ein dürrer Stoppelganz und gar,* (contra quam videſis Beckium *l. c. p.* 520. *ſq.* Haut ſecus reddit *Noldius* in *Concord. Part. p.* 668. *n* 1710.) non fauet accentuatio, faueret, ſi talis foret בי ער־סירים סבוכים. Nec parum mihi durum videtur cum cl. Beckio, in medio inter *ſpinas perplexas et ſtipulas aridas* loco interſeri heterogeneam plane de temulentis helluonibus figuram. Iam in ſubſequente verſ. 11. reaſſumitur cauſa poenae verſ. 9. incepta, expreſſiusque proponitur, ne Niniuitae iure conqueri queant de rigore poenae.

Verſ. 12.

אם־שלמים וכן רבים וכן נגזו ועבר׃

Videntur equidem haec verba primo intuitu obſcura, quae tamen, litera penitus introſpecta, ſatis euadunt clara, h. m. Etiamſi (Niniuitae hoſtes tui) pacifici ſint, (vnanimes et ſumma pace incolumitateque fruantur) itaque ampli numero et potentia; tamen ita attondebuntur, (totali ſtrage percuſſoris Angeli,) vt tranſeat et pereat, (ille יועץ בליעל v. 11. *conſiliarius nequiſſimus contra Iehouam*, vt nempe populus Dei ſe dederent, eo quod Deus eos liberare haut poſſet: isque eſt rex Sancheribus. conf. Ieſ. XXXVI, 7. 8. 10. 18. 19. 20. XXXVII, 10. 23. vtpote ad quem ſpecialim heic reſpici colligitur, tum ex verbo ſingulari עבר, tum ſingulari apoſtrophe ad illum v. 11 eaque iterata v. 14. tum ſingulari eius fato ibid. coll. Ieſ. XXXVII, 37. 38. vt praedicto c. XXXI, 8. 9. vbi idem verbum יעבור et c. X, 33. 34.) Lutherus rem ipſam atque emphaſin ebraeam elegantia germaniſmi praelare expreſſit: *Sie kommen ſo gerüſt und mächtig* (vel *ſie mögen in ſo gutem Wohlſtande ſeyn, und ſo mächtig*) *als ſie vvollen, ſollen ſie doch umgehauen vverden, und dahin fahren ſo daß auch der, der Schalcks-Rath, muß dahin fahren.* Sequitur nunc membrum oppoſitum ad ſolamen Hieroſo-

CAP. I. et II.

rosolymorum: Sed, *contra*, *afflixi te*, *non affligam te amplius*. *Aber da ich dich*, (*o Ierusalem!*) *gedemüthiget habe*, *vvill ich dich nicht vveiter demüthigen*.

Vers. 14.

מִבֵּית אֱלֹהֶיךָ אַכְרִית פֶּסֶל וּמַסֵּכָה אָשִׂים קִבְרֶךָ

Versio iuxta subordinationem accentuum est: Ex domo Dei tui (Nisroch 2. Reg. XIX, 37. Is. XXXVII, 38.) excidam sculptile et fusile, positurus *eam* sepulchrum tuum, (adeoque profanata per caedem tuam ab ipsis filiis tuis in ea patratam vi *ll. cc.* desinet esse idoleum, nec vllum inibi amplius coletur idolum.) Lutheri versio post Hieronymum, *vom Hause deines GOttes vvill ich dich ausrotten*, *die Götzen und Bilder vvill ich dir zum Grabe machen*, requirit in verbo אַכְרִית praeter *ellipsin* affixi ךָ loco *legati* Gereschi *Kadmae* ducem maiorem *Rbbiam*. Nec versio ista, *die Götzen und Bilder vvill ich dir zum Grabe machen*, bene congruit ipsi rei veritatique historiae in *ll. cc.* Schmidiana primum comma constituens in voce פֶּסֶל *sculptile*, requirit in ea *Rbbiam*, cum seruo in אַכְרִית *Munach*.

CAP. II, 3.

כִּי שָׁב יְהוָה אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב כִּגְאוֹן יִשְׂרָאֵל

Postquam propheta in versu praeuio per figuram *hypotyposin* Iudaeorum oculis qs. subiecisset eminus agmen Babyloniorum vrbem Ierusalem transiens ad expugnationem Niniues, cum hortatu ironico, vt portas clauderent probeque communirent, hoc enim est, quod dicit: *Adscendit dissipator malleus* (coll. Prou. XXV, 18. et Ier, L, 23.) *ad faciem tuam*, (ita namque dicimus *im Gesicht der Stadt*, adeoque non valet *contra te*, coll. c. III, 5. *ad obsidendum munimentum* (Niniue,) *speculare viam*, (hostis grassantis) *obfirma* (cinge) *lumbos*, *robora robur valde*, coll. c. III, 14. iam pergit: Nam (sat habes causae, quum per hunc hostem ad tempus te praetereuntem) reddet Iehoua superbiam Iacobi, (coll. Amos VI, 8. VIII, 7.) sicut (reddidit) superbiam Israelis. Rectissime igitur se habet versio Lutheri heic minime emendanda. *Denn der HERR vvird die Hoffart Iacobs vergelten*, *vvie die Hoffart Israel*, quam etiam iure vindicauit cl. Beekius *l. c. p.* 573. *sqq.* aduersus Franckianam cum mente Chaldaei, Aben-Esrae, Kimchii, Tarnouii, Gesneri, Io. et Seb. Schmidiorum, Sanctii et Lud. de Dieu: *Denn der HErr vvird die Herrligkeit Iacobs*

Iacobs vviederbringen, vvieer (*vviederbracht hat*) *die Herrligkeit Iſrael*, addu- CAP. II.
cto pariter pro Luthero egregio R. Abarbanelis commentario. Cui ſententiae vtique *fauent verba*, *fauet contextus*, *fauet hiſtoriae euentus*, *vt nihil addere opus ſit.* Alias nec b. virum latuit vocabuli גאון notio *gloriae*, vel *excellentiae*, vid. Ezech. XXXII, 12. Pſ. XLVII, 5. etc. Sed quomodo illa heic ex chronologia et fatis regnorum Iudae et Iſraelis defendi queat debeatue? non video. Quomodo enim, quaeſo, tempore prophetae noſtri Nahumi, quod inter x. tribuum deportationem in Aſſyriam et cladem Sancheribi interceſſit, coll. c. I, 10. II, 13. 14. *reducenda* dici poterit *gloria Iudae ad gloriam Iſraelis*? vtpote quae nec tempore prophetae, nec poſtmodum vlla fuit. Indicatur itaque vtriusque regni *exaequatio*, vti *criminalis*, ita *poenalis*, ſicuti etiam poena expreſſius in ἐπεξήγησιν additur: Nam (ſic כי manet *cauſale*, adeoque non opus eſt mutare in aliorum conceſſiuum *quamuis*) euacuabunt eos (Iacobitas, Iudaeam et Hieroſolyma, *vineam illam Domini* Ieſ. V.) euacuatores (Babylonii) etc.

Verſ. 9.

In quo verſu nihil occurrit notandum, niſi quod vocabulum מימי Lutherus poſt Lxx. τὰ ὕδατα αὐτῆς et Hieronymum *aquae eius* legiſſe videtur geminate מימי *aquae*, quando vertit: *Aber daſſelbige vvird verflieſſen müſſen*, quum vertendum per vnum comma: *Et Niniue ſicut piſcina aquarum* a diebus (longis ſ. primis coll. Ieſ. XXII, 7.) *eſt*. Senſum comparationis bene euoluit Tarnouius et Lyſerus *h. l.*

חבקוק

HABACVC.

CAP. I, 3.

לָמָּה תַרְאֵנִי אָוֶן וְעָמָל תַּבִּיט וְשֹׁד וְחָמָס לְנֶגְדִּי

Vbi Lutheri verſio, *vvarum läſſeſt du mich ſehen Mühe und Arbeit? vvarum zeigeſt du mir Raub und Freuel um mich?* α) Vocum ועמל תביט coniunctionem, ſimulque ditionem *Sakephkatonis* perturbauit, collocandi ſic in ועמל β) Verbum Hiphilicum והביט cum aliis *tranſitiue* accepit cum *ellipſi* accuſatiui perſonae בי *me*, quod tamen *intranſitiue* vbiuis vſurpatur. conf. v. 5. c. II, 15. cum praepoſ. על, et phraſi noſtrae, parallela v. 13. cum praepoſ.

CAP. II. III. pos. אל, et sine ea, Ps. X, 14. add. Num. XXIII, 21. Vertendum proinde: Ad quid, Quare, videre me facis iniquitatem, et molestiam (vexationem) ipse intueris? et quare vastatio (expilatio et violentia est ad intuitum meum? *Warum lässest du mich schen unrecht, und du selbst siehest so zu dem elende? Und vvarum muß ich Rauberey und Frevel so vor mir seben?* ויהי ריב ומדון ישא: Et quare factum est, vt lis et et contentio (forensis) se efferat? *und (vvarum) muß Hader und Zanck (und gerichtliche Processe) so über Hand nehmen?* Qui reddunt, *quare est lis, et iudicium* (seu transactio causae ac definitiua sententia) *auferetur?* vel *et est, fit, lis, ac contentio attollitur*; reddunt contra accentuationem, quae tum talismodi foret ויהי ריב ומדון ישא: Schmidii versio: *Quin erit,* (qui) *litem et contentionem* (contra me) *mouebit?* postulat hanc interpunctionis faciem: ויה׳ ריב ומדון ישא

Vers. 14.

ותעשה אדם כדגי הים וגו׳

Ne homines profani et empectae versione Lutheri, *und lässest die Menschen gehen vvie Fische im Meer, vvie Gevvürme das keinen Herren hat*, praeter mentem eius abutantur, *sacrificantes* ex ea *sagenae suae et suffientes reti suo* e v. 16. ad negationem prouidentiae diuinae et introductionem fati cuiusdam Stoici, praestabit ita vertere, tum (si porro conniueas et *fileas*) faceres homines sicut pisces maris, *so vvürdest du ia machen die Menschen gleich denen Fischen im Meer, gleich dem Gevvürme etc.* vers. 15. כלה omnes illos (homines, quotquot sunt) hamo adscendere faceret (hostis.) *Er vvürde sie ia allesamt (vvie die Fische) mit dem Hamen heraufziehen*, etc. vers 17. העל כן Num propterea porro euacuabit (ad nouam rursus capturam) sagenam suam? etc. *Soll er dessvvegen noch immerhin sein Nez ausvverffen, und ohne Barmherzigkeit die Leute ervvürgen?* q. d. Id non concedes, mitiora spero.

CAP. III, 13.

יצאת לישע עמך לישע את־משיחך

Frigidiores heic sunt interpretes, quando phrasin לישע את־משיחך simpliciter componentes cum praecuia לישע עמך, atque את facientes notam accusatiui, tantum cogitant de *vnctio Dei Dauide*, vel vt ineptius R. Abarbanel

banel de *Mose*, nec potius vi variatae syntaxeos de ipso *Messia Filio Dauidis*, ceu egregie R. D. Kimchi, cum eoq; R. Sal. b. Melech in *M.* 1 *b. l.* nec non Cocceius *b. l.* et nuper cl. M. Io Fr. Weidlerus *in pec. Disp. Witteb ad h. l.* de eo, inquam, quem propheta suo et ecclesiae nomine appellat אלהי ישעי *Deum salutis meae* infr. v. 18. et Iesaias *angelum faciei Iehouae* c. XLIII, 9. *in quo* egressus es o Deus, et gredieris ad salutem populi tui, ad salutem cum Messia tuo. CAP. I.

צפניה

ZEPHANIAS.

CAP. I, II.

הֵילִילוּ יֹשְׁבֵי הַמַּכְתֵּשׁ

Dubium heic vocabulum הַמַּכְתֵּשׁ, cuius *incolae eiulare* iubentur, denotare *cauitatem s. vas cauum, in quo aliquid contunditur et conteritur*, vt est *mortarium*, eiusque *analogum* quoddam, patet ex vi verbi כתש et vsu Prou. XXVII, 22. Iud. XV, 19. Num autem heic innuat *partem* aut *plateam aliquam* vrbis Hierosolymae *inferiorem* aut *profundiorem*, in qua *mortaria* crebro resonuerint, dictam inde *die Mörsel-Strasse*, ab *apothecariis* sc. et *aromatariis* ibi seorsim habitantibus, id quidem, vt incertum, ita dictu difficile. Quanquam non videtur probabile, partem vrbis indicari, quum iam in priori versu enumerauerit propheta tres vrbis partes, in quas forte diuisa fuit Hierosolyma. Conf. R. Abarbanel, Iunius et Tarnouius *b. l.* quumque in altero versus membro *toti populo interitus* indicatur, ergo et in primo tota Hierosolyma cum omnibus suis partibus indicabitur, sicuti etiam mox v. 12. Contextui igitur conformius apparet, מכתש *mortarium* cum Hieronymo et Luthero de tota Ierusalem dici, cuius sententiae etiam meminit Abarbanel, eaque se approbat cl. Prof. Gryphico Br. H. Gebhardi *in fasc. dispp. in Zeph. p.* 58. 60. Iam in *Hierosolyma* tanquam in *mortario* quasi *contundendi* dicuntur כל־עם כנען omnis populus Canaan, isque dicitur Iudaicus ob similitudinem morum. Sic Chald. *omnis populus, cuius opera similia sunt operibus Cananaeorum*: et Dn. D. Gebhardi, qui quoque accurate obseruat *p.* 59. quod כנען, quum Israelitis tribuatur, vbique eum notare possit, qui Cananaeorum mores prauos e. g. idololatriam Ps. CVI, 38. impuritatem et incestus Leu. XVIII, 3. iniuriam et fraudes, Hos. XII, 8. et h. l. sequitur. Conf. Ezech. XVI, 3.

CAP. I. et II. *Natales tui* sunt e *terra Cananaea*, *pater tuus Amorrhaeus*, *et mater tua Chittaea*. Et licet excusari posset versio *populus mercatorum* eo sensu, quod ex *mercatoribus* constet, vel potius *mercaturam faciat*, tamen hic inconueniens esse videtur, quia huic populo extremum excidium denunciatur, quod mercatores, qua tales, non merentur.

Vers. 14.

קוֹל יוֹם יְהוָה מַר צָרַח שָׁם גִּבּוֹר׃

Nihil equidem difficultatis obseruatur in his verbis, nisi vt tangatur peccatum nonnullorum interpretum in accentuationem, vt Vatabli: *vox diei Domini amara*, *ibi fortis turpiter eiulabit*. Nec secus Tigurini, Vulg Munsterus, Chald. et Graeci, Lud. de Dieu, Lyserus, qui territorio Regis *Sakephkaronis* excedentes postulant talem interpunctionis faciem קוֹל יוֹם יְהוָה׃ מַר צָרַח שָׁם גִּבּוֹר Quanto rectius et clarius illam expressit versio Lutheri: *Wenn das Geschrey vom Tage des HERRN kommen wird, so werden die Starcken alsdenn bitterlich schreyen*; vel ita vt oratio assurgat: *Propinquus est* (coll. *Luc. Ebr. p.* 329.) *dies Iehouae*, *isque magnus*, *propinquus*, inquam, *et festinans valde*; immo vox (strepitus, sonus) diei Domini iam aduentantis auditur, in quo (שָׁם non tantum aduerbium *loci*, sed etiam *temporis* cum ellipsi אשר coll. *Luc. Ebr. p.* 378.) vociferantur fortes et potentes. Atque hoc modo *secundum accentuationem* distinguendum esse sermonem, sensumque commodissimum censet Io. Marckius *ad h. l. p.* 862.

CAP. II, 1.

הִתְקוֹשְׁשׁוּ וְקוֹשׁוּ הַגּוֹי לֹא נִכְסָף׃

Contra δύναμιν et vsum verbi קשׁשׁ et deriuati קַשׁ *stipula* Lutherus cum Chaldaeo et Hieronymo transtulit, *sammlet euch und kommt her*, significantis potius *diligenter inquirere et colligere stipulas*, *stramen*, vt Exod. V, 7. 12. et *ligna* hinc et illinc dispersa 1. Reg. XVII, 10. 12. Num XV, 13. et participium *Niphal* נִכְסָף *passiue* accepit cum Pagnino, Schmidio, non *desiderabilis*, *feindselig*, q. d. non amabilis, s. quae merito non amaris aut desideraris a Deo, ob illum tuum torporem redeundi ad meliorem frugem, quum tamen vbiuis vsum habeat *actiuum* s. *intransitiuum*. Conf. Gen. XXXI, 30. Ps LXXXIV, 3. Germanice ita verterim: *Stellet doch eine genaue Untersuchung so wol bey euch, als auch bey andern, an, (lesет fein zusammen die Stoppeln eurer Sünden und Laster, auf daß ihr nicht wie leeres Stroh und Stoppeln*

von

von dem Feuer des HErrn verzehret vverdet, oder vverdet vvie Spreu, die der Wind zerſtreuet) ihr unempfindliches Volck, ogens bono *deſiderio* ſanctisque affectibus *prorſus vacua, das ohne gute Begierde, Luſt und Liebe iſt GOtt und dem Nächſten rechtſchaffen zu dienen.* Ita enim τὸ נכסף abſolute poſitum recte exprimi et exhauriri exiſtimem, quum alias verbum cum ל obiecti conſtruatur, vt liquet e *ll. cc.* add. Iob. XIV, 15 Pſ. XVII, 12. Nec ſic opus notione ſancta *deſiderandi* deſerta profanam Talmudicam *ruboris* cum R. Ioſeph Kimchi, Iudaeis Amſtelod. Grotio et cl. Gebhardi ei inferre, et vertere: o gens *puderis vacua*! Ceterum ſimilem prioris verbi actionem *reciprocam ſ. intranſitiuam* et *tranſitiuam* amat Ezechiel c. XVIII, 30. in phraſi שובו והשיבו conuertite vos et conuertite alios *ab omnibus praeuaricationibus veſtris.* CAP. III. Ez. XVIII, 30

Verſ. 2.

בטרם לֶדֶת חק כמֹץ עבר יום

Quidam interpretes vt Aben-Eſra, Munſterus, Grotius, Lyſerus, ſyntaxin vocum confundunt, nomenque יום transponunt, hoc ſenſu: *antequam pariat decretum diem, quaſi glumam tranſeuntem*; vel vt Lud. de Dieu: *antequam dies pariat decretum, ſicut gluma tranſit.* Aſt rectiſſime pronunciat Dn. D. Gebhardi *h. l. p.* 107. quod fruſtra ſeſe torqueant in re plana, et quod maximum eſt, accentuationi fraudem faciant ſine neceſſitate. Verba ita diſtingui: antequam | pariat decretum || ſicut gluma | tranſit dies. ||| Duo hic ſunt argumenta, pergit, poenitentiam ſuadentia, alterum ducitur a „ iudicii propinquitate, dum ait, *iam parturire decretum*, agendam ergo poe-„ nitentiam, priusquam excidium tanquam infelix foetus excludatur. Alte „ rum ducitur a temporis, quae reſipiſcentiae data eſt, breuitate. *Compara* „ *tur dies cum gluma* ratione fugacitatis.„ Ad accentuationis normam hcic pariter ὀρθοποδέσα deprehenditur interpretatio cl. Marckii *ad h. l.*

CAP. III, 10.

מעבר לנהרי־כוש עתרי בת־פוצי יובלון מנחתי׃

Minus bene Lutheri verſio, *man vvird mir meine Anbeter, nemlich die zerſtreueten von jenſeit dem Waſſer in Mohrenland herbringen zum Geſchenck*, partim confundit vocum diſpoſitionem, partim verba עתרי בת־פוצי facit *obiectum* verbi actiui, quum iuxta ſyntaxin natiuam ſint *ſubiectum* illius, caſu *accuſatiuo* ſubſequente. Peius Oſiander appoſitionem vocum inuita in-

CAP. III. terpunctione diuulsit, *supplices mei filiam dispersionis meae offerent mihi in sacrificium*, suppositа tali: עתרי בת־פוצי יובלון מנחתי Versio itaque in ordinem redacta, et pro vi distinctionis membrorum emphaticae haec erit: inde a transitu fluminum Aethiopiae (coll. Ies. XVIII, 1.) abinde, inquam, supplices mei filia dispersorum meorum (i. e. ecclesia mea exul, coll. Io XI, 52.) adducent munus meum (mihi debitum et acceptum) Germ. *Von jenseit dem Wasser Mohrenlandes, ja von dar vverden mir meine Anbeter, meine Zerstreuete liebe Gemeine, mir Geschencke herbringen.*

Vers. 19.

ניגי ממוֹעֵד אספתי ממך הָיוּ משאת עליה חרפה׃

Non mirum videri debet, in loci huius perobscuri interpretatione et b. Lutherum suos passum esse manes, dum (α) vocabulum מועד, quod quidem significat concrete *constitutum tempus* aut *locus*, aut *festum et solennitas*, insolenter et ab vsu scripturae alienum conuertit abstracte *constitutiones*, *Satzungen*, easque determinatas ad *constitutiones Mosaicas*, vel *traditiones scriptas*, quas potius dicerent חקים, et quibus non fauet singularis. (β) Verbum אספתי accipit cum Chaldaeo et Raschio in notione contraria *auferendi*, *remouendi*, *vvegschaffen*, eos nempe qui *iustitiae legali* magis quam *euangelicae* deditі erant. Quorsum etiam (γ) accommodat dictionem insequentem ממך היו per causam finalem, *vt a te sint*, *daß sie von dir seyn.* (δ) In posteriori membro *repetendum* censuit τὸ מועד mediante *ellipsi* אשר; *vvelche Satzungen.* (ε) Voculam עליה, posthabito suffixo feminino, et addito praefixo מ, transmutauit in מעליהם, constructam insuper inuito accentu distinctiuo *Tiphcha* cum חרפה, *von vvelchen sie Schmach hatten.* Non solum autem versio Lutheri, sed etiam aliae recentiores suos habent naeuos, quibuscum luctantur, vt Calouiana ad vernaculam proxime accedens, excepto אספתי et עליה, *Moerentes ob constitutionem colligam: ex te sunt. Onus super ea* (constitution.) *opprobrium* (est.) vel *onus* (*est constitutio,*) *super quo* (subaudito אשר) *opprobrium.* Vt Dieuiana: *Dolentes ob solennitatem tibi colligam tanquam donum, super quod quidem iam opprobrium est.* Violenta vtrobique interpunctionis lege ad exemplum vernaculae. Vt Schmidiana: *Lugentes ob festum* (tuum) *colligam, aberunt a te: onus* (nimirum quod est) *super ea*, (est) *opprobrium.* Nec minus Tremelliana, tametsi eam Dn. Prof. Franckius, e coll. Dassouiano, vt *ebraeo magis consonam* iactet, inque idioma germanicum transfuderit ita: *Die da traurig sind vvegender (unterlassenen) Zusammenkunfft vvill*

ich

ich ſammlen, die aus air kommen, (die da traurig ſind vvegen) der Laſt, die man ihr aufgeleget hat, (nemlich) der Schmach. Quae vero cl. Beckio *l. c. p.* 546. et 548. propter ellipſes *nimis hiulca*, et inprimis propter locutionem, *die Laſt, die man der Schmach aufgeleget hat*, ex interpolatione Piſcatoris tranſluentam, (quum Tremellii latina haec ſint: *moeſtos propter onus impoſitum ei, propter opprobrium*, ita vt pronomen EI reſpiciat Hieroſolymam ſ. piorum eccleſiam, iuxta conſonam mentem b. Tarnouii) *magis abſona, quae parum certe a* NVGIS *Vulgati abſit*, non immerito audit. Cui equidem doctisſimo viro prae ceteris arridet interpretatio, qua מוער de *tempore*, exilio Iſraelitarum et liberationi ſperandae *praefinito*, ex Rabbinis quidam explicant, verſione tali; *Dolentes ob terminum* (exilio) *praeſtitutum, colligam, ex te qui ſunt, a te tamen nunc abſunt: onus* enim *ſuper illa* (Hieroſolyma, eiusque ciuibus hinc inde diſperſis) eſt *opprobrium*; et germanice: *Die ſo da durch die an-* (*und ſo lang aus-*) *geſetzte Zeit* (*ihrer Erlöſung*) *geängſtiget ſind, vvill ich zuſammenbringen, als Leute die von dir her-nun aber vveg ſeynd: Wann nemlich die Schmach, ſo Ieruſalem und ihre Angehörige unter den Heyden erleiden muß, lang genung als eine Laſt auf ihr gelegen.* Nos malumus 1) etiam τὸ מוער in dicto ſenſu accipere. 2) Ad membrum alterum ellipticum, quum nullum adſit verbum, nec voces עליה משאת per ſe nexum pariant grammaticum, repetere potius verbum אספתי, loco aliorum נוגי, ob defectum praefixi מ in משאת, vel bis verbum ſubſt, quippe quod ſenſum minus commodum ac plenum fundit. 3) שמאת vertere *portationem* vi ſignificationis primariae radicis, licet et *onus* connotetur. 4) *Affixum fem.* in עליה habere pro *neutro*, reſpiciente ſuum nomen ſenſuale *rei* דברה, coll. *Luc. Ebr. p.* 367. et *materialiter* ipſum מוער, quamuis non *formaliter* iuxta Calouium, 5) Statuere vſitatam transpoſitionem ſubiecti et praedicati, vel absque illa vt verbale ſuum includat verbum, mediante אשר, ſuppleri deinde copula ET. Hinc iam expeditior prodibit haec verſio: Moeſtos ob tempus ſ. terminum (adeo longinquum exilii et liberationis) conſtitutum colligam, recipiam, quum ſint ex te, ſ. tui: colligam opprobrium (coll. Gen. XXX, 23.) quod portatio ſeu onus eſt iis propter illud; vel colligam onus (quod portant) propter illud, et opprobrium. Germanice paulo ſonantius: *Die, ſo vvegen der* (*ſo lang*) *beſtimmten Zeit* (*ihrer Erlöſung*) *traurig ſind, die vvill ich* (*von dar*) *vvieder vvegnehmen, als die deinen: vvegnehmen die Schmach, die ſie dieſer vvegen* (*von den Heyden*) *tragen müſſen.* vel ſi mauis: *vvegnehmen die Laſt, ſo ſie dieſer vvegen tragen, und die Schmach.* CAP. III.

CAP. I. et II.

זכריה

SACHARIAS.

CAP. I, 5.

אבותיכם איה־המה והנביאים הלעולם יחיו׃

Patres vestri vbi sunt? at prophetae num in aeternum victuri erant? Occurrit propheta tacitae obiectioni, *etiam prophetas cum patribus mortuos esse*: concedendo mortuos equidem esse, sed non mortem refractariorum, adeoque non *irae et poenae*, sed solummodo talem vt *debitum naturae*, *vt gratiae*. Nec opus fuisse, vt perpetuo viuerent, nec morerentur; sufficere, quod verba Dei, quae illi proloquuti sunt, non vna sint mortua, sed perpetuo viua cum vi sua obstrictiua et vindicatiua patres immorigeros presse subsecuta fuerint, vt illis se subducere non potuerint. conf. Deut. XXVIII, 15. 45. et 2. Quae elegans prolepsis Tarnouio et Sam. Boblio it. Coccio rite attenta, in versione Lutheri, cum τῶς ὁ et Vulg. illegitime distincta, *Wo sind denn eure Väter und die Propheten? leben sie auch noch?* exspirat, iuxta principia philologica ac diacritica h. m. efformanda: אבותיכם איה־המה והנביאים העוד חיים׃ Conf. quae m. 2. Gen. XLV, 3.

CAP. II, 12.

כי כה אמר יהוה צבאות אחר כבוד שלחני אל־הגוים השללים אתכם

Recte iudicauit Lutherus *in comm. h. l.* „ Vocabulum *post gloriam* ali„quanto obscurius est, vel quia non recte intelligimus Ebraeae linguae phra„sin.„ Recte pariter indolem et vim ebraeam voculae אחר expressit versione sua, *bat ein Ende*. Id namque praepositio nomini apposita dicit, *rem* videlicet illam, cui praeponitur, *iam praeteriisse*, *sey vorg*, *aus und vorbey*, v. c. Gen. IX, 18. אחר המבול *post diluuium*, *nachdem die Sündfluth vorbey vvar*. Eccl. XII, 2. אחר הגשם *nachdem der Regen vorbey*, *vvenn es abgeregnet hat*. Prou. Iob. XIX, 26. XX, 25. אחר נדרים *post vota* iam facta, *nach gethanem Gelubde*. Iob. XIX, 26. *nachdem meine Haut hinvveg*. vel *nach abgenagter*, *abgelegter meiner Haut*. Minus autem recte phrasin אחר כבוד traieci; quum interpreti non integrum sit, pro lubitu compagem structurae sacrae dissoluere et confundere. Traiecisse

CAP. II. et III.

ciſſe autem ideo videtur, vt potuerit eo melius referre ad gentes praedatrices Chaldaeos, atque hinc τὸ כבוד miſſa natiua et ſueta ſignificatione *gloriae* reddidit *potentiam*, *ihre Macht*; etſi nec iſta relatio ſatis quadret, quoniam *gloria* et *potentia* (quae vtique in illa inuoluitur) iam per Cyrum et Perſas fuit fracta et imminuta, adeoque non demum tempore Chriſti et gloriae N. T. quo de textus noſter ante et poſt agit. Quo minus autem dicta phraſis אחר כבוד ſimpliciter vertatur *poſt gloriam*, vel *ſuper*, *praeter gloriam*, pro על־כבוד, vel *poſtea in*, *cum*, *gloria*, pro בכבוד, ſub virtute aduerbii *glorioſe*, vel vt cauſa finalis *ad gloriam*, quaſi לכבוד, vel cum cl. Marckio *poſt aggrauationem*; ac conſtruatur cum verbo ſeq. שלחני *miſit me*, impedit reiteratus *rex maior* in τῷ כבוד, iam perfectius comma ſenſuale importans, quam in שלחני, adeoque paraphraſtice efferenda erit, ſenſumq; integrae periodi hunc eſſe exiſtimem: Nam ſic dicit Iehoua (Deus) exercituum, poſtquam gloria (i. e. gloriosa mea legatione et Schechina συνῳκίσει inter vos Iudaeos, coll. v. 9. Hagg. II, 7. 9. et Io. I, 14. II, 11.) defunctus fui, etiam miſit me (Deus Pater) ad gentes depraedatas vos. Germanice: *Denn ſo ſpricht Iehoua (der HErr) der Heerſcharen: nachdem die Herrlichkeit (meine herrliche ſichtbare Wohnung und Propheten-Amt unter euch, nach der von meinem Vater gemachten Ordnung und Vorzug) aus iſt und vollendet, hat er mich auch geſand (vornemlich in meinen Apoſteln) zu den Heyden, die euch beraubet haben, (auf daß alſo mir eine Gemeine aus Iuden und Heyden geſammlet würde.)* conf. Act. XIII, 46. 47. Haut probanda eſt illorum conſtructio mediante *ellipſi* relatiui אשר, *Nam ſic dicit Iehoua Deus exercituum* (Deus Pater) qui *poſt gloriam miſit me* (Filium ſuum) *ad gentes ſpoliantes vos*; quum valide aduerſetur accentuum diſpoſitioni, quae tum ita adornanda foret, vt in שלחני poneretur *Sakephkaton*, et in כבוד ſubordinatus eius minor dux *Paſchta*, et porro in צבאות eius maior *Rhia* cum ſuis ſubditis. Cui conſtructioni et in hoc praeponderat noſtra, filum accentuationis ſecuta, quod vſum eximium praeſtet contra Iudaeos et Socinianos, quoniam ſic praeter duas perſonas diuinas *mittentem Patrem et miſſum Filium*, etiam habeamus euidens argumentum deitatis et ἐμφορίας Meſſiae Filii cum Patre. Dicitur namque Meſſias expreſſe in verſu noſtro *Iehoua Deus exercituum*, contra diſtinctus illi *Iehoua Deo exercituum* Patri *mittenti ipſum* verſ. 13. et 15.

CAP. III, 7.

וְגַם־אַתָּה תָּדִין אֶת־בֵּיתִי וְגַם תִּשְׁמֹר אֶת־חֲצֵרָי

A quibus verbis Lutheri verſio cum Raſchio, Vulg. Munſtero, Grotio, Calo-

CAP. II. Calouio, Lyſero, Marckio, iam ἀπόδοσιν conſequentiae inchoauit, *ſo ſolt du regieren mein Hauß, und meine Höfe bevvahren*, quae rectius adhuc ad πρότασιν conditionis, indicio etiam particulae relatiuae גם *etiam* in iſta non attentae, vsque ad *Athnachum* continuandam referuntur cum Kimchio et Schmidio, h.m. Sique etiam tu iudicaueris (recte) domum meam, atque etiam cuſtodiueris atria mea: tum dabo tibi etc.

Verſ. 9.

כִּי | הִנֵּה הָאֶבֶן אֲשֶׁר נָתַתִּי לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ עַל־אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינָיִם

Dubium circa exegeſin huius loci ſubnaſcitur: num praeter *lapidem vnicum* angularem *ſeptem habentem oculos* monſtretur adhuc alius *lapis*, nempe templi reaedificandi, qui ſuper illum fundandus ſit, adeo non vnus ſed duo? Numque porro ad *lapidem templi*, tq. ſubiectum primarium, referre liceat phraſin ſubſequentem מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ, eo ſenſu, quod ipſius *caelatura* (per diuturnum tempus ceſſans) *ſit aperienda* i. e. reaſſumenda, iterum exordienda? ſecundum exegeſin b. Samuel. Bohlii *ad h. l.* Enimuero quod ad prius attinet, ſi rite intimeque conſulatur accentuationis dictamen, non vult illa membrum *Athnachi* vno pleno commate exprimi h. m. *Nam ecce lapis quem poſui coram Ioſua ſuper lapide ſeptem oculorum*; ſed emphatice duobus, primo in *Sakephkatone*, heic vt novo plenique dominii ſui domino, terminante, Nam ecce lapidem illum! ſ. lapis ille eſt, quem poſui coram Ioſua || altero in *Athnacho*: ſuper lapide hoc vno ſeptem ſunt oculi ||||. Ergo *vnicus* heic tantum eſt lapis, non *duo*, isque myſticus, qui per particulam *intendendi* הִנֵּה *Ecce!* remittit ad praeuium *ſeruum Iehouae Zemaçh*, quo de iam dicitur in verſ. noſtro 8, cui bono *ſeruire* debeat? (α) *vt lapis fundamentalis* eccleſiae ſuae. (β) vt *lapis oculariſſimus*, adumbrans ſummam exactiſſimamque prouidentiam, curam ac vigilantiam pro eccleſia ſua. Significationem *oculorum*, non *fontium*, in τῷ עֵינַיִם intendi, clare edocet *verſus* 10. cap. ſeq. IV, in quo de *ſeptem illis* oculis praedicatur non tantum *Laetari*, ſed et *videre*, et *diſcurſitare per omnem terram*. vid. de illo mox. Confirmat etiam viſio apocalyptica c. V. 6. (γ) vt *lapis probe et pulcre caelatus*. id factum maxime in Chriſti cruentiſſima flagellatione, *allvvo die Krieges Knechte GOttes Meiſſel, Steinaexte und Kloeppeleiſen gevveſen*, ceu b. Lutherus ſignificanter loquitur. Haut curamus heic Io. Caluini *futile* iudicium, quando hanc explicationem vocat *argutiam futilem*, qui merito vapulat diſcipulo Gualthero *in Comm. h. l.* cui *ſculpturae* nomine itidem veniunt paſſio et vulnera Chriſti. Nec ſecus cl. Camp. Vitringae *Obſerv. S. t. l. l. c. 3.*

l. l. c. 3. p. 201. seqq. Hic autem lapis, licet adeo laceratus ac vulneratus fuerit, nihilominus futurus erat simul (& *lapis mirifice sanans et salutaris, amouens omnem iniquitatem hominum*, et quidem *in die vno* (passionis et mortis eius.) Qui insignis fructus passionis Christi iam minus bene flueret, quod etiam notandum, ex expositione praecedentis phraseos Bohliana de reaedificatione templi. Quae praeterea ad illustrationem huius loci afferri possent, ab aliis viris doctis iam tum praeoccupata sunt, inprimis *in diss.* ven. D. Schmidii nostri de *lapide septem oculorum pro expiandis peccatis.* CAP. IV.

CAP. IV, 7.

מִי־אַתָּה הַר־הַגָּדוֹל לִפְנֵי זְרֻבָּבֶל לְמִישׁוֹר

Etsi per distinctionem versionis vernaculae, *vver biſt du, dugroſſer Berg, der doch vor Serubabel eine ebene ſeyn muß*, quam quoque sequuntur Schmidius, Glassius *Rh. S. col.* 1720. et Marckius *ad h. l.* pro *Tbbiro* in הַר־הַגָּרוֹל quidem supponentis maiorem *Sakephkaton* cum seruo *Munach*, sensui parum decedat, tamen distinctio ebraea ingenerat hunc conceptum mentis: Quis tu mons ille magne coram Serubabele? in planitiem esto, fiet. *Wer biſt du, dugroſſer Berg vor Serubabel? du ſolt eine ebene vverden.* Pet *montem* a. *magnum* intell guntur magna illa obstacula, quae a potentibus Iudaeorum aduersariis, quales Sanaballat et Samaritae, opposita sunt Serubabeli in restauratione vrbis et templi. vid. Esr. III, 4. 5. Sic potentissimum regnum Babel vocatur הַר הַמַּשְׁחִית *mons perdens, perdens omnem terram.* Ier. L1, 25. Quantus autem cunque mons impedimentorum Serubabeli obiectus fuerit, tamen illum humiliatum et deiectum iri asseritur, *non* quidem *oppoſita vi et potentia humana, ſed moderamine ſpiritus Dei* v. 6. omnia Serubabeli fore plana ac facilia.

Vers 14.

כִּי מִי בָז לְיוֹם קְטַנּוֹת וְיִשְׂמְחוּ וְרָאוּ אֶת־הָאֶבֶן הַבְּדִיל בְּיַד זְרֻבָּבֶל
שִׁבְעָה־אֵלֶּה עֵינֵי יְהוָה הֵמָּה מְשׁוֹטְטִים בְּכָל־הָאָרֶץ׃

Sensus simplex iuxta normam accentuationis hic emergit: Nam quis spreuit diem paruorum (sc. תְּחִלּוֹת *principiorum?* vel מְלָאכוֹת *operum?* coll. *Luc. Ebr. p.* 307. et Glassii *Gr. S. col.* 579.) *et non potius de iis laetatus eſt?* (vid. *Luc. Ebr. p.* 384.) quum etiam laetati sint, postquam viderint lapidem illum (*lapidem*) *ſtanni*, (coll. *Luc. Ebr. p.* 319 i. e. perpendiculum plumbeum) in manu Serubabelis, septem illi: oculi videlicet Iehouae,

CAP. IV. discursitantes illi per vniuersam terram. Conf. phrasi vltimae parallela 2. Chr. XVI, 9. Germanice: *Denn vver hat vvohl verächtlich gethan (und nicht vielmehr sich gefreuet) auf den Tag des obgleich geringen Anfanges? vvie auch sich gefreuet haben die Sieben, da sie gesehen das Zinn-Maaß (oder Bleyschnur) in Serubabels Hand, die sieben, sage ich, Augen des HERRN* (c. III, 9.) *die das ganze Land unermüdet durchgehen, q. d. auch der HErr Messias selbst hat seine Freude, daß er siehet, vvie durch seine Vorsorge der Tempel-Bau so vveit gediehen.* Ceterum non video, quomodo hic *lapis perpendiculi* Bohlio patrocinari queat circa suum *lapidem templi ad faciem Iosuae positum* supr. c. III, 9.

Vers. 12.

Phrasis illa: המריקים מעליהם הזהב minus recte redditur in versione Lutheri, *damit man abbricht oben von dem güldnen Leuchter*, quasi legeretur haec forma vocum et accentuum: והמפריקים מעל הזהב, rectius ita: euacuantes s. effundentes e summitatibus suis limpidissimum oleum. *Die von obenher (aus ihren obertheilen) ausleeren (ausgiessen) das klareste Oel.* Quumque haec verba sint pars visionis illustris, quae quatuor versiculis 11. 12. 13. 14. continetur, non possum mihi temperare, quin beneuolo lectori concinnam non minus quam profundioris iudicii expositionem mysticam Theologi quondam Rostochiensis Βιβλιωτάτου D. Grünenbergii e coll. MSC. §. VII. communicem. „Ipsum totum erectum *candelabrum* est cultus „vnius veri Dei publicus et solennis, glorioſe nunc restituendus, et in templo pla„ne perficiendo inposterum vrgendus. *Aurum* illud est *totum*, quia constat „e verbo Dei vere aureo, itaque summam huius cultus excellentiam, sublimita„tem et sinceritatem *aurum* istud denotat. *Caput candelabri* est summus huius „cultus apex, consistens in vera fide ad Messiam respiciente, itaque omnem caete„rum cultum infra se positum tegente et ornante. *Phiala* super capite candelabri „est Euangelium Dei de promisso Messia, de quo fides libere gloriatur, et quod „fides arctissime tenet ac sustinet; quodque omnem copiam gratiae I. C. ex „illius plenitudine haurit atque habet. *Septem Lucernae* super phialam lucen„tes sunt septem Dei Spiritus, seu, quod idem est, Spiritus S. toti ecclesiae in Eu„angelio praelucens, per claritatem reuelatae in eo diuinae beneuolentiae. *De„super appositae duae oleae*, de quibus adeo sollicite propheta quaerit, sunt duae „naturae Messiae seu Filii Dei, diuina et humana, quarum dum nullum osten„ditur fulcrum cui inhaereant, vel vbi cohaereant, et tamen vtraque desuper „supra candelabrum quasi dependere ostenditur: earum aliqua coniunctio quidem

v. 11. 12. 13. 14. coll. v. 2. 3.

dem et ſcopus vnus oſtenditur, ita tamen vt diuerſitas ipſarum naturalis rema „ CAP. V.
neat, et ſummum arcanae tantae vnionis myſterium innoteſcat. *Duo olearum* „ et VI.
proſſuuia ſeu *filii ac riui illi duo olei* ſunt feruidum fluentum geminum calidiſſi „
mi tum amoris diuini, tum ſanguinis humani ex vtraque Meſſiae natura pro „
ueniens, coram Deo perſiſtens, iram Dei molliens, et miſericordiam Dei alens, „
atque inflammans, itaque cultum Dei iuſtificans, ſine quo ſi foret, Spiritus S. „
non luceret. *Duo canales aurei* duabus oleis adhaerentes, et oleum inde ex- „
trahentes, porroque in phialam auream remittentes, ſunt miniſterium V. et mi- „
niſterium N. T. Quod vtrumque repletum fuit amore et ſanguine Meſſiae, „
eoque euangelium Dei in codicem S. Scripturae relatum magis magisque in „
dies augmentauit. *Septena vero infundibula*, collectum intra phialam con- „
iunctumque ex amore et ſanguine Meſſiae oleum ad lucernas illas ſeptem „
transmittentia, ſignificant copioſiſſimam Spiritus S gratiam, quae plenitudinem „
Filii Dei largiter ad ſe attrahit, itaque ſuper phiala Euangelii ſine intermiſſio- „
ne et defectu demonſtrat per lumen ſuum diuinum, quanta ſit diuina per „
Meſſiam beneuolentia aduerſus humanum genus. Ita quidem ſentio, ſub- „
iicit, de illuſtri hoc candelabro repraeſentante Dei cultum, e merito Meſſiae „
et gratia Spiritus S. in erigendo hoc nouo Serubabelis templo reſtaurandum, „
conſeruandum, et denique plenarie per totum orbem publicandum. Et ſic „
ut patet, omnes circumſtantiae quam amicisſime conſpirant. „

CAP. VI, 13.

Quaenam ſit illa Δύας, *inter quam erit conſilium pacis*? haut opus eſt diu multumque et dubie inquirere, dummodo *affixum* praecedens pronominale (ו) *relatiue*, *ſuper thronum* EIVS הוה Iehouae, vt ſubiecti proximi perſonalis, coll. Apoc. III, 21. non *reciproce*, SVVM, capiatur, ſic e veſtigio et certe quaerens inueniet, quod *conſilium pacis* non innuatur inter *ſacerdotium* et *regnum* Meſſiae, (quod inprimis defendit cl. Marckius h. l.) neque *Iudaeos* inter et *gentiles*, quippe quorum nullum eſt in textu veſtigium; ſed inter *virum Zemach*, *Germen* et *Iehouam*, ſiue *Patrem* et *Filium* Meſſiam, praeſertim quum relatiui שֶׁ frequentior magisque proprius vſus ſit de *perſonis*. Quam relationem merito etiam apprehenderunt e Reformatis Lud. de Dieu *h. l.* Cocceius *h. l.* et in *Summa doctr. de foed. c.* 5. §. 88. Altingius *tom. V opp. Hept. III. diſſert. VI. th* 51. Guſſetius *in Comm. L. E. p.* 204. ex noſtratibus Hackſpanius *in Not. Phil. Th h. l.* Iägerus *in tr. de foed. grat. c.* 7. *p.* 26. Maius *in Oecon. temp. V. T. c.* 6. §. 9. p 265. Gotfr. Olearius *in diſſert. de Reſurr. I. C. p.* 29. *med.* M. Laur. Müllerus *der Erleut. P. XXXVI. p.* 730. *ſeqq.* et inprimis Dn. D. Io. Schmidius in *pec. diſp. ad h. l.* in cuius §. 43. *c.*

CAP. VII, *fin.* sensus bene et plene, iuxta obseruationem philologicam, qua *in scriptura aliquid esse dicitur, quum solenniter factum esse declaratur*, hic aperitur: Sicque (in aedificatione templi a *Viro Germine* peracta, et exercitio vtriusque eius officii) manifesta erit exsecutio (aeterni illius) consilii (sicuti etiam τὸ עצת Iesa. V, 19.) pacis (i. e. de pace Deum inter et homines conficienda per sanguinem crucis, Col. I, 20. Est n. genitiuus *obiectiui* et *finis*) inter duos illos. Hoc a. *consilium pacis* continet foedus s. pactum, quod Pater pepigit cum Filio, vnde ipse mediator factus, et vtrumque illud officium, regium et sacerdotale, nactus est. Conf. ibid. §. 44. et Alting. *l. c. th.* 53.

CAP. VII, 2.

וישלח בית־אל שראצר וְרֶגֶם מֶלֶךְ ואנשיו

In interpretatione horum verborum vere ancipiti, vtrum בית־אל sit *locus missionis*, an *locus ad quem missionis*? et si hoc, num sit *nomen proprium* loci s. vrbis, an *appellatiuum*? deinde num subsequentia *nomina virorum* sint reddenda in *Nominatiuo*, an *Accusatiuo* casu? siue num sint *mittentes*, an vero *missi*? penitiorem desiderat considerationem τὸ בית־אל, quippe ad quod potissima difficultas redit, qua superata, posterius dubium per se cadit. Iam autem illo ipso quaestionis vocabuli nomine nullatenus venire potest famosissimum illud oppidum, quod ob turpissimum Baalis cultum prophetis pessime audit, videlicet non amplius *Bethel*, sed *Bethauen*, ac ideo euersum vi prophetiae Amosi III, 14. Nec id temporis post captiuitatem babylonicam in eo erat statu, eaque dignitate, vt eo potuerit aut debuerit mitti, ad deprecandum et consulendum Deum. Et cur ad vrbem terrae Israeliticae ablegatio fieret, et non potius ad metropolin tribus Iudae, eiusque templum Dei? vtpote in cuius totiusque reipublicae postliminio restaurandae opere iam occupati erant. Nec appellatiue *domus Dei* reddi potest, quoniam non memini, Hierosolymitanam veri Dei veram domum vllibi in scripturis appellari בית־אל, sed בית יהוה s. היכל. Sicuti etiam in seq. vers 3. dicitur בית־יהוה, *domus Iehouae*, adeoque hoc בית יהוה contradistinguitur illi בית־אל in nostro versu. Proinde potius propendeo ad partes D. Varenii, quod sit *locus* s. *subiectum missionis* illa vrbs *Bethel* in Beniaminitide Neh. XI, 31. Hoc a. supposito, per se iam sequitur, *nomina* sequentia esse *legatorum* licet absque nota את, siquidem ex *absentia* et *praesentia* illius nihil certi vbiuis pro *casu accusatiuo* colligi potest, conf. Ios. II, 1. VII, 2. 22. Num. XIII, 1. Iesa. XXXIX, 1. et *Lux Ebr. p.* 338. *in not.*) non *legantium* ad aedem Dei Hierosolymitanam. Vt adeo versio talis procedat: Quum, quando, Bethel mitteret,

rer Schar-Ezer, et Regem-Melech cum viris eius. *Da Bethel ſandte den Schar-Ezer, und Regem Melech ſamt ſeinen Leuten.* Affixum ואנשיו Lutherus minus recte transtulit *ihren.* Sic enim dicendum eſſet ואנשיהם, coll. 2. Reg. XXV, 23. et tum in שראצר pro *Sakephgadole* requireretur *Ibhir.* CAP. VIII.

CAP. VIII, 9.

מפי הנביאים אשר ביום יסד בית־יהוה צבאות ההיכל להבנות׃

Bifariam heic peccatur in interpunctionem ebraeam. Primum, quod verba initialia מפי הנביאים adhuc ditioni *Athnathi* intruſerint, h.m. *conſortent ſe manus veſtrae, qui auditis in diebus illis verba iſta ex ore prophetarum*: deinde quod *parentheſin* lacerarint, claudentes in *Ibhiro* vocis צבאות, et non potius eius domino *Tiphcha*, ad quem vsque verba ſunt concatenata, incommoda hinc verſione tali, qua *templum* a *domo Iehouae*, ceu huius exegeticum (recte prae aliis attentum interpreti Gallo) abſtrahitur, *quod, quo die fundata eſt domus Iehouae Zebaoth, templum ſit aedificandum.* Qua conſtructionis ratione ההיכל׳ס coniungendum eſſet cum להבנות per ſerum *Mercam*, et צבאות׳ס ſub diſtinguendum per *Tiphcham*, et conſequenter יסד per *Ibhirum*. Miror autem, cl Reinbeckium non perſpicacius ſe heic geſſiſſe, licet decenti *Tiphchae* diſtinctioni ſuccurrere laborarit per extraneam ellipſin *Tarnouii* h.m. *quod*, (*ex quo die fundata erit domus Domini exercituum*) continuandum ſit *hoc templum*, vt *aedificetur*, in *Doctr. Acc. p.* 453. Alii vertentes verba אשר ביום *qui ſunt in die*, negligunt comitem maiorem *Tliſcha gedolam*, ac ſi per ſeruum *Munach* ſint coniuncta. Vtne vero ditioni *Silluki*, ac conſtructioni ſacrae quicquam eripiatur, mens prophetae integra, per ſuetam repetitionem verbi h.l. participii השומעים oratoriam, ordinate et emphatice h. m. procedit: *Qui* inquam *auditis* ex ore prophetarum (Haggai et Zachar. coll. Eſr. V 1 2 quod, quo die fundata eſt domus Iehouae (Dei) exercituum, templum hocce, reaedificanda ſit (Ieruſalem. coll. v. 8. Germanice: *Ia, die ihr gehöret habt aus der Propheten Munde, daß (an dem Tage, da der Grund geleget iſt zum Hauſe des HERRN der Heerſcharen, zu dieſem Tempel,) es vvieder ſoll gebauet vverden.*

CAP. IX.

CAP. IX, 8.

Phrasin illam מצבא מעבר ומשב Lutherus minus bene et plene reddidit: *dis nicht dürffe stehens, und hin und vvieder gehens* reddenda: *vvider alle feindliche Anfälle (des hölliſchen Heers,) vvel hes, ob es gleich vor der Engel Wache und vor dem Schvverd des Geiſtes und dem Schild des Glaubens* עבר *abzieben, oder vorbey passiren muß, dennoch* שב *immer vvieder kommt und anſezet.* Conf. Eph. VI, 11. 16. 17. 1. Petr. V, 8. 9.

Verſ. 9.

Ad illuſtre hoc oraculum ſaltem notamus, 1) vocabulum נוֹשָׁע recte reddi passiue cum Schmidio ſeruatus, *ein geholffener*, quoniam Messias aliorum exſtiturus *Seruator*, prius ipſemet diuina potentia ex profundisſimis passionibus ſuis *ſeruandus* ſ. *ſaluandus* erat. Capite enim *ſeruato* et nos membra *ſeruamur*, conf. Ieſ. LIII, 8. LXIII, 5. et Ebr. V, 7. 9. ibique *Not. Sel. p.* 33. Sicut et in multis pſalmis, vt XVI. et XXII. LXIX. pro ſuo auxilio et liberatione orat, eique eccleſia apprecatur, vt Pſ. XX. et populus ingredienti Hieroſolymam Matth. XXI, 9. in ſolenni illa προσφωνήσει ex Pſ. CXVIII, 25. 26. ὡσαννὰ ex ebraeo (הוֹשִׁיעָ־נָא
Matth. XXI, 9. τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. *auxilium, ſalutem, quaeſo, praeſta, Ach! HERR hilff, filio Dauid! auxilium, quaeſo, praeſta in rebus altisſimis*, quae gloriam et pacem tuam, redemtionem et ſalutem aeternam hominum concernunt. Atque ita non eſt, quod notionem *passiuam Niphal*, in hoc verbo perpetuam, conuertamus cum Chaldaeo, Lxx. Syro, Vulg. et Luthero in actiuam, *Seruator*, (licet connotetur,) ad indolem verborum *Deponentium*; (quam conciliationis viam taxat Cellarius *diſſert. de gemino Messia Iudaico p.* 11. 12. in Hottingero *Theſ. Philol. p.* 202. quam vna ingreditur Bochartus *in Hieroz. l.* 2. *c.* 17. *p.* 217. Nec abnuit Glasius *Philol. S. col.* 168. quanquam antea et passiuam et actiuam notionem optime coniungat.) ac in huius fauorem et tutamen commentiantur pontificii, nec non Grotius, falsationem Iudaicam pro ישע, de cuius vindiciis videsis praeter Glasium et Cellarium *ll. cc.* Friſchmuthium *in pec. diſſert. ad h. l. c.* 2. *p.* 11. *ſq.* D. Br. H. Gebhardi contra Pezronum *p.* 67 *ſeqq*; aut transmutet ſingularisſime Io. Marckius *comm. h. l.* et *in Exercitat. Text. exercitat. XXIX. n.* 6. *p.* 209. in *nomen verbale*, non quidem *ſubſtantiuum*, ſed *adiectiuum*, vt latinorum *beatus, doctus, contemtus, eruditus etc.* vt vertendum ſit noſtrum נושע *ſalutaris, ſaalig, heylſam.* Nec 2) eſt, quod ad conciliationem prophetici עני *pauperis, afflicti*, cum graeco πραΰς *manſueto*, ſimpliciter dicamus cum Gerhardo

in

CAP. IX.

in Harm. Euang. h. l. et Cellario *d. l. Matthaeum secutum esse Lxx. interpretes*, licet *ebraicae veritati* heic, vt alias, *non vsque quaque respondentes*; sed praestat tutiusue est dicere, vocem עָנִי *pauper*, et עָנָו *mansuetus*, *significata sua inuicem permutare*, annotantibus etiam Kimchio et Ben Melech *ad h. l* עני כמו ענו *vocem* עני *idem significare*, *quod* ענו *mansuetus*. כי העניים עניים ברוב *eo quod pauperes* vt *plurimũ mansueti sint*, ceu ad Pſ. IX, 19. et inuerse ad v. 13. addunt: nec non Abarbanele ad l. noſtr. Zach. אפשר לפרש עני מלשון ענה כאילו אמר ענו: *Potest explicari τὸ* עני ex *significatione humilitatis*, *vt idem sit quod mansuetus et humilis*; in suum quidem commodum, ne in suo Messia *paupertatem* agnoscere cogantur. Nihilominus quicquid sit de hoc abusu Iudaico, vera est harum vocum in significatis suis colluſio, quam satis comprobant loca diuersarum lectionum Masoretis etiam studioſe notatarum. vid. praeter Pſ. X, 12. Prou. III, 34. XVI, 19. Iob. XXIV, 4. Amos. VIII, 4. vbi *Kethibh* arguit, antiquitus lectum fuisse עֲנָוִים et עֲנִיִּים, et vice versa, ceu aduertit solertisſimus Hillerus in pretioſisſimo ſuo *Arcano K. et K. p.* 54. Sic ענוים ap. Iesſ. LXI, 1. redditur ap. Lucam IV, 18. per *πτωχοῖς pauperibus*. Nec hinc male b. Lutherus τὸ ענו Num. XII, 3. *ein geplagter*. Atque in hanc rem recte et scite ait Guſſetius *in Comm. L. E. p.* 622. *a. saepe confunduntur humilis conditione, et humilis spiritu ac per moralem virtutem. Alter honores et res prosperas non habet, alter habet vt non habens.* Sic Seb Schmidius ad *l. c. Iesſ.* annotat, vocem ebraeam ענו significare *mansuetum cum paupertate, et pauperem cum humilitate atque mansuetudine.* Praeiuit iam Glasius *in Onomat. Messſ. Proph. cl. II. n.* 12. *Qui* עני pauper *et afflictus est, ille est simul* ענו humilis, *et ex calamitatibus* manſuetudinem *discit.* Hinc etiam recte D. Gottfr. Olearius *in Obseruat. Ph. Th. ad l. c. Matth.* XXI, 4. 5. th. 3. ediſſerit: „Non ratio patet, cur ענו, vox „ eiusdem radicis cum ענו, et ab ea apice tantum distans, non *πραΰν* aeque ac „ *pauperem* notare debeat. Maxime quum pro coniunctis habeantur *πραΰτης* „ et *πτωχεία*, aeque ac *πλοῦτος* et *ὕβρις* siue *superbia*. „ Sic pariter Grotius notat, non improbante Calouio, ענו et ענו Ebraeis promiſcue vſurpati. 3) De ל in על exegetico *nempe*, innuentibus euangeliſtis, conf. *Luc. Ebr. p.* 352.

Num. XII, 3.

Verſ. 12.

v. 11. de huius vero ſenſu vid. Luc. Ebr. p. 181. ſeqq.

גם־היום מגיד משנה אשיב לך׃

Vbi communiter voces מגיד גם־היום, ſingulariter per regem maiorem *Sakephgadol* disiunctas, coniungunt, ac ſi in מגיד esſet *Sakephkaton* cum ſeruo *Munach* in גם־היום, vertentes: *Etiam hodie indico, duplum* (i. e. *mul-*

CAP. IX. e. *multam* immo *superabundantem gratiam* Rom. V, 20. cum respectu ad ius primogenituae in V. T. cui duplex cedebat portio) *restituam* (*me redditurum*) *tibi.* Sic et Lutherus: *Denn auch heute will ich verkündigen, und dir zwiefältiges vergelten.* Schmidii versio, *etiam hoc die annuncians est duplum*, (quod) *retribuam tibi*, plus distinctionis tribuit *Tiphchae* quam *Sakephgadoli*, in cuius locum sic surrogandus esset istius minor *Tbhir.* Verum nulla interpretatio et accentuationi et simplicitati literae et ὑπεροχῇ N. T. est conformior illa Cocceiana, quam exhibet celeb. Buddeus in *Exercitat. de Praerog. fidelium N. T. p.* 120. Etiam hoc die (et tempore N.T.) indicem „alterum (ἄλλον παράκλητον Io. XIV, 16.) reddo tibi. Iam quum *primus* „*index* haud dubie ipse sit Seruator, *Filius ille Dei vnigenitus, qui in sinu Patris* „*est, voluntatemque Patris nobis expositit*, Io. I, 18. *alter* quidem *index* alius esse non potest, quam Spiritus S. qui itidem *index* est, quum fideles *omnia do-* „*ceat, iisque suggerat* Io. XIV, 26. Et cum quidem Deus se redditurum polli- „cetur, hoc est, daturum loco Filii ad patrem profecti, Io. XVI, 7.

Vers. 13.

כי־דרכתי לי יהודה קשת מלאתי אפרים

Quibus in verbis τὸ קשת construunt antecedenter inuito *Rbbia*, hac supposita accentuatione, כי־דרכתי׳ לי יהודה קשת מלאתי׳ אפרים Hinc vertunt: *Nam tendam mihi Iudam qs. arcum, implebo Ephraim. Denn ich habe mir Iuda gespannt zum Bogen, und Ephraim gerüstet.* Inducti verba דרכתי, quod in notione *intendendi* necessario sibi istud nomen *arcus* postulet. Et recte quidem, ni iam haberet propius arcum metaphoricum in *Iuda*, vti sagittam in *Ephraimo.* Rectius proinde distinguit Tarnouius: *Quum tetendero mihi Iehudam, arcumque impleuero ex Ephraimo*, et D. Grapius in contin. Analys. et Exeges. Bohlianae h. l. *Nam tendam mihi Iehudam, arcu implebo Ephraimum.* Quod tamen posterius incisum, mallem simplicius ita: *arcum* hunc (Iudam) *implebo Ephraimo*, id est, Nam Iudam faciam meum arcum, et Ephraim sagittam s. pharethram meam. *Denn Iuda will ich machen zu meinem Bogen, und Ephraim zu meinem Köcher.* Sensus euolutior huc redit: Ex vtroque regno *Iudae* et *Israelis* instruam et armabo armis spiritus sufficientissimis doctores et apostolos, cum magna vi et victoria verbi ceu *gladii potentis* pugnaturos aduersus *Iauan* i. e. graecos et gentiles.

vers. 15. Qui freti gratiosa *assistentia* ac mirifica *protectione Dei Jui edent et bibent, tumultuan-*

tuantes tq. a vino, *ſie vverden bey ihrem Eſſen und Trincken vor gutem Muthe iauchzen*, coll. c, X, 7. ſuper largiſſimo fructu praedicati Euangelii, vtvt interim tot aduerſitates et conuitiorum *lapides* ab aduerſariis ſuis tanquam *e funda in ſe proiectos deuoraturi eſſent*, nihiloſegnius etiam מלאו כמזרק כזויות מזבח *implebunt tum crateres*, *tum angulos altaris*, iuxta meliorem heic Iunio-Tremellianam verſionem, i. e interprete Piſcatore: gratias Deo agent pro victoria. Metaphora a ſacrificiis euchariſticis, quorum ſanguine implebatur crater, et effundebatur in angulos altaris. Conuenit etiam b. Tarnouius. CAP. X. et XI.

CAP. X, 10.

ולא ימצא להם: Quae tamen (*terra* np. *Gilead et Libanon*, ceu termini terrae Iſraeliticae extremi ab oriente et ſeptentrione, ſimulque praeſtantiſſimi, vt per ſyneedochen pro tota terra ſancta ponantur.) non obtinebitur ab illis (*vt* reſpondeat phraſi Ioſ. XVII, 16. לא ימצא לנו *non obtinebitur a nobis*) ita vt ſufficiat illis, propter inſigne incrementum eccleſiae N. T. v. 8. per acceſſionem gentilium; quae quidem in Iudaea beata capiet initia, *diſſeminanda* exinde inter alios populos diſſitos, ad vlteriorem *propagationem nominis Dei* v. 9. Cur autem b. Lutherus huic ſenſui verbi ob conſtructionem cum ל praetulerit hunc incommodiorem, *daß man ſie nicht finden vvird*? (quod diceret ולא יִמָּצְאוּ vel יִמָּצְאֻם) non inuenio. Hoc equidem inuenio, quod ſcienter et conſulto iſtum elegerit, dum ita ad h. l. *tom. IV. Ien. f.* 196. commentatur: *Im Ebräiſchen ſtehet es alſo: Et non inuenietur eis, vvelches etliche alſo verſtehen, es ſollen ihr ſo viel kommen, daß ſie nicht Raum genung finden zu vvohnen. Das möchte vvahr ſeyn, vvo die zehen Stämme Iſrael ſolten allein in Gilead kommen leiblich, aber in der Schrifft und Chriſtenheit vvürde Raum genung funden oder vveiter gemacht vverden. Halt ein jeglicher vvas ihm gefält.* Ioſ. XVII, 16.

CAP. XII, 7.

והושע יהוה את־אהלי יהודה בראשנה

In extrema voce בְּרִאשׁוֹנָה b. Lutherus aliique ſupponunt *ellipſin praefixi* כ *ſimilitudinis*, nempe כְּבָרִאשׁוֹנָה vel כָּרִאשֹׁנָה vid. Iud. XX, 32. Deut. IX, 18. vertentes: *ſicut in principio*, *vvie vor Zeiten*, cum reſpectu ad

CAP. XII. et XIV.

conseruationem tabernaculorum in deserto. Alt citra necesitatem. Satius est simplici inhaerere literae, et ראשונה לו non habere pro vocabulo *temporis*, sed *ordinis*, sed *gratiae praeferentis* prae potentibus et nobilibus huius seculi 1. Cor. I, 26. cumque b. D. Varenio exponere. „In salute illa non habe„bitur ratio eminentiae terrestris, familiae regiae, et dignitatis metropolitanae: „quin ne *ex ne carnali* vel *seculari praerogatiua* sibi illam prae ceteris debitam „datamq; *glorietur domus Dauid, et ciuis Hierosolymitanus*, et inde se *contra Ihu„da*, illum, qui in tentoriis, *se efferat*, promittitur, Deum primo seruaturum tentoria Ihuda.„Vbi tamen applicationem ad *Tugurta pastoritia Bethlehem Iudae*, vbi Saluator et natus et primum praedicatus atque creditus fuit, malim cum cl. Beckio *l. c. p.* 553. quam illam Willii apud Calouium *h. l. p.* 1005. *b.* ad *principium* N. T. et primordium praedicationis Christi in Galilaea Matth. IV.

CAP. XIV, 6.

לא־יהיה אור יקרות יקפאון׃

Interpretationi ac constructioni illi complurium, *non erit lux pretiositatum* (pretiosissima i. e. rarissima coll. 1. Sam. III, 1. sed clara ac splendida) et *coagulationis*. f. *concretionis*. (i. e. densa, obscura et caliginosa, quasi *concreta cum nubibus*, vt sensus sit: in die illo N. T. et vniuersalis praedicationis euangelii dies agnitionis Iehouae non erit varius ac instabilis, modo serenus modo nubilus etc.) valide aduersatur *partim* interpunctio per regem maiorem *Sakephkaton*, quae tum talis foret: לא יהיה אור יקרות וקפאון׃ *partim* symbolum *Ctibh* s. *scriptionis*, insinuans per puncta vnam lectionem וְקִפָּאוֹן, atteram per literas יִקָּפְאוּן, vid. Hilleri *Arc. K. et K.* p. 370. coll. Prou. XVII, 27. Vt ita prodeat h c sensus contrarius: Non erit lux, frigora potius et congelatio, recte etiam apprehensus a Lxx. Chaldaeo, Vulgato, Hieronymo, Luthero, Osiandro, *zu der Zeit wird kein Licht seyn, sondern Kälte und Frost*. Et iuxta alteram lectionem: frigoribus congelascent sc. homines, vel frigora congelabunt. Quae foret prima conditio et facies *lucis obscuratae plane Euangelii*, duae aliae sequuntur vers. 7. nim. *lucis aliquantum clarescentis*, dum erit, *neque dies neque nox*: et tandem *circa vesperam rursus clare splendentis*. Quas tres periodos insignes variatae lucis euangelii ex historia ecclesiastica N. T. accuratius demonstrandas

et

et illustrandas theologis relinquo. Quanquam iam commodum illas dispe- CAP. XIV.
scuit b. Calouius *b. l.* „*Prima* quum tenebrae fuere sub decem persecutio-„
nibus, sub vesperam a. calamitatum illarum tempore Constantini M. lux or-„
ta est. *Altera* quum tenebrae vicissim ingruerunt a factione Arianorum, a „
liorumque haereticorum, quae tamen discussae, exorta luce in ecclesia, vs „
que dum *tertio* sub Antichristo tenebrae factae sint denuo: vbi tamen dies fu-„
it, quae *neque dies neque nox*: quia aliquid lucis habuit, ob relictam ali-„
quam notitiam partium catecheseos, et solide emicantem, per testium veri „
tatis confessionem, lucem euangelicam: donec sub mundi vesperam lux ple-„
nior effulserit tempore Reformationis Euangelicae.„

Vers. 21.

והיה כל־סיר בירושלים וביהודה קדש ליהוה

Et erit omnis olla in Ieruschalem et in Iuda prorsus sacra Domino etc, Sententia quae interpretatur haec verba de cultu spirituali, *omnium optima* merito audit Hackspanio ad *h. l.* quod nempe spiritualia sint omnia sacrificia et vasa, vbi non opus pecunia, aut emtione et venditione proprie dicta, iuxta illud Ies. LV, 1. Ac plane hunc locum opponi debere Iudaeis, quum vasa omnia dicantur esse sacra, quod in cultu leuitico fieri non possit.

מלאכי

MALACHIAS.

CAP. II, 5.

ומפני שמי נחת הוא׃

Quae verba b. Lutherus adhuc ad *antecedens*, seu *finem intentum* retulit, *und meinen Nahmen scheuete*, quum tamen per *Athnachum* secernanantur *ad consequens s finem obtentum*, qui porro in vers. seq. 6. deducitur. Pro isto mentis conceptu *Athnachus* medium in paritate propositionum sibi vindicasset locum per legem dichotomiae ebraeae, videlicet in מורא h. m. *Denn mein Bund vvar mit ihm zum Leben und Friede — und ich gab ihm die Furcht*, vel ואתנם *auch ich gab sie (Leben und Friede) ihm zur Furcht — daß er mich fürchtete, und meinen Nahmen scheuete.* Quod quoque valet in versione Rauppiana: Et, *Nam, timuit, reueritus est, me, et a facie nominis mei contritus fuit ipse.* Iam quum *Athnach* appareat in ויראני rectius redduntur verba: *Et dabam eas ipsi ad timorem, vt timeret me:* et propter nomen

CAP. II. meum etiam contritus fuit ipse. *Under hatte auch vor meinem (heilgen und majestätischen) Nahmen eine grosse Ehr-Furcht (und einen ungemeinen Eifer für dessen Ehre.* Conf. Exod. XXXII, 26. seqq. c. Num. XXV, 7. 8.)

Vers. 15. 16.

וְלֹא־אֶחָד עָשָׂה וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ וּמָה הָאֶחָד מְבַקֵּשׁ זֶרַע
אֱלֹהִים וְנִשְׁמַרְתֶּם בְּרוּחֲכֶם וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל־יִבְגֹּד׃
כִּי־שָׂנֵא שִׁלַּח וְגוֹ׳

Non est quod multus sim circa hunc vnum Malachiae locum vexatissimum, quum iam multi fuerint in peculiaribus disputationibus duo viri praeclarissimi, M Nic. Köppen in Acad. Gryphica, et M. H. Gottlieb Reine in Ienensi. Qui vero, meo quidem iudicio, nec dum rem acu tetigerunt. Omne tulit punctum omnium simplicissima versio germanica cum adiecta paraphrasi latina supra laudati D. Grünenbergii in *Coll. MSC. §. IV.* „*Und er hat* „*nicht einen einzeln gemacht*, (qf. vna pars alteram posset negligere, omit„tere, deserere,) *auch das übrige des Geistes ist sein*, (altera pars aeque ipsius „est. Pro vtraque anima, pro vtriusque spiritu est sollicitus, sicut vtramque „animam in prima creatione fecit, et in matrimonii coniunctione coalescere „vtrosque iussit.) *und was will der einzeler, da er suchet den Saamen* „*GOttes?* (i.e. quid, quaeso, faciet vnicus, qui tamen *semen Dei*, hoc est, pro„pagationem totius Israelis, et in propagando Israele Filium Dei inquirens est „inde a maioribus et patriarchis? si manebit vnicus, excidet fine: si alteram „ducet ad obtinendum finem, adulter erit in perpetuum.) *auch wollet ihr an* „*eurem Geiste beobachtet seyn*, (i. e. ne vos viri violemini in spiritu, anima, „vita, coniunctione vestra, a vestris mulieribus id anxie cupitis et curari „vultis,) *so soll auch der nicht untreu handeln an dem Weibe deiner Iu*„*gend.* (Eadem igitur aequitas fiet in mulieribus, nec spiritus ille vester con„tra pactum, cui Deus partim ex prima coniugii institutione, vniuersali, par„tim ex singulari inito inter vos pacto nuptiali, velut testis intercesit, earum „spiritum, animam, vitam et coniunctionem in periculum, angustiam, et „publice quaesitam calamitatem contra ius et fidem deducat.) Vers. 16, „*Denn er* (Deus, qui non vnicum fecit, et cuius etiam est reliquus alterius „partis spiritus) *hasset das abscheuen etc.*„ Insuper notandum, quod versioni illi vulgari, quae phrasin כִּי־שָׂנֵא שִׁלַּח sensibiliter distinguit *h. m.*

Si,

Si, quum, oderis, oderit, (qui odit,) dimitte eam. (*dimittat, repudiet*) obstet accentus seruus *Munach*, coniunctionem vocum inferens. Qui sensus *coniunctiuus* ex eo etiam praeferendus, quod puriori doctrinae ac praxi euangelicae a Christo Matth. XIX, 8. 9. expositae est conformior. Cui sane difforme est illud Siracidis c. XXV, vers. vlt. consilium, quod magis deprauatam ἐντολὴν s. ἐπίτρεψιν Pharisaeorum redolet, quam Mosis, certum casum solummodo formantis, Deut. XXIV, 1. 2. 3. et in vers. 4. demum praeceptum. Conf. *Not. Sel. in h. l.* De sensu phraseos sequentis וכסה חמס על־לבושו *vid. Ebr. Etym. ad h. l. in n. ed.* CAP. III.

CAP. III, 3.

והיו ליהוה מגישי מנחה בצדקה׃

Verba haec fere reddunt, *Et erunt Domino offerentes oblationem in iustitia. Denn werden sie dem HErrn Speiß-Opffer bringen in Gerechtigkeit*, supponentes talem vocum et accentuum positum והיו מגישים ליהוה מנחה בצדקה׃ Iam vero textualis authenticus efflagitat hunc distinctionem sensum: Et, tum, erunt Domini Iehouae, (ita purificantis eos,) adducentes oblationem (ita rectius generaliter redditur, vt et v. seq. 4 c. I, 11. II, 12. 13.) in iustitia (in fide et sanctitate.) *Denn werden sie des HERRN seyn, als die da Opffer bringen in Gerechtigkeit.* conf. Ps. IV, 6. LI, 21. coll. v. 19. Rom. XII, 1. XV, 16. 1. Petr. II, 5. Phil. IV, 18. Monet pariter cl. Beckius *l. c. p.* 560. ita plenius verba vertenda fuisse. Nec minus membrum primum *Athnachi* paulo distinctius ac clarius in sua comparationis *protasi* et *apodosi* h. m. sonabit: Et vt sedet (aurifex) conflans et purgans atgentum, ita purgabit (Messias aduenies) filios Leui, et liquabit eos.

Vers. 17.

והיו לי אמר יהוה צבאות ליום אשר אני עשה סגלה

Q. Num vox סגלה *peculium* pet accentus pertineat ad *pios*, an ad *diem*? Ad illos quidem referunt per traiectionem Chald. Aben-Esra, Kimchi, Ben Melech, Lxx. Vulg. Castell. Iud. Amstel. Lutherus: *Sie sollen, spricht der HERR Zebaoth, des Tages, den ich machen vvill, mein Eigenthum seyn.* Et nouissime Seb. Schmidius: *Vt sint mihi, dixit* IEHOVA. *Zebaoth, in diem, quem ego faciens, peculium.* Nec secus Marckius *h. l.* supposita eiusmodi interpunctione in verbis סגלה אשר־אני עשה ליום. Ad *diem* vero

CAP. III. vero restringit Raschi, quando dicta verba ita interpretatur אשר אצרתי והנחתי לשלם בו גמולי diem, *quem qs. thesaurum reposui et constitui, ad rependendum in eo retributionem meam.* Nec aliorsum Rauppius *h. l.* Ast, praeterquam quod commodo sensu ista constructio obtinere queat, quum insolens sit in scripturis sacris, vt *dies* dicatur *peculium* Dei, hinc in repetita phrasi v. 21. (al. IV, 3.) omittitur; sed potius de *populo Dei* dicatur סגלה *peculium* eius. conf. Exod. XIX, 5. 1. Pet. II, 9. Tit. II, 14. et quidem tale *peculium, et talis thesaurus, qui est sacer et regius*, coll 1. Chr. XXIX, 3. Eccl. II, 8. Proinde, salua vocis סגלה cum verbo *faciendi* עשה per seruum *Munach* coniunctione, itidem reforimus cum Ar. M. et Pagnino, Iunio et Tremellio, ad *pios*, h. m. Et erunt mei, ait Iehoua (Deus) exercituum; ad diem, np. qua ego faciam [eos] peculium, *cui clementer parciturus sum, tam in die irae et iudicii mei particularis*, in Iudaeos per desolationem Hierosolymae totalem, quam *vniuersalis*, vt sequitur.) *Und sie sollen mein seyn, spricht der HERR Zebaoth, des Tages, (nemlich zu der Zeit,) da ich (sie) zum Eigenthum machen will.*

סוף חלק שלישי׃

ברוך נותן ליעף כוח ולאין אונים עצמה ירבה׃

IN-

INDEX I.

LOCORVM SCRIPTVRAE

PRO OCCASIONE ILLVSTRATORVM.

GENES. II,	19. 23.	P. I. pag.	58
III,	1.	P. III.	18
IV,	13.	P. I.	20
	15.	P. I.	21
VI,	5.	P. II.	128
	11.	P. I.	32
XV,	13.	P. I.	36
XVII,	3.	P. I.	75
XIX,	8.	P. I.	40
XXIV,	64.	P. I.	116
XXXIII,	10.	P. I.	40
XXXV,	7.	P. I.	58
XXXVIII,	26.	P. I.	40
XLI.	16.	P. I.	38. sq.
	44.	P. I.	39
XLVII,	22.	P. II.	57
EXOD. XII,	40.	P. I.	36
XXX,	38.	P. III.	34
XXXIV,	9.	P. II.	128
LEV. XXVI,	31.	P. III.	34
NVM. IV,	23.	P. I.	87
V,	20.	P. I.	39
XII,	3.	P. III.	
XIV,	34.	P. II.	70
XXII,	32.	P. II.	33
DEVT. XVIII,	13.	P. I.	8
XXXII,	12.	P. III.	94
XXXIII,	10.	P. I.	66
IOS. XVII,	16.	P. III.	193
IVD. VI,	22,	P. I.	41
1. SAM. II,	4.	P. I.	21
	12.	P. I.	87
XIV,	47.	P. II.	78
XXVI,	19.	P. III.	33. fin. sq.
2. SAM. II,	27	P. I.	117
1. REG XI,	12	P. I.	160
1. CHRON. XXV,	8.	P. I.	8
ESTH. I.	8.	P. III.	55
	13	P. II.	58
IOB. VII,	1.	P. I.	87
	6.	P. III.	75
IX,	26	P. I.	9
XIX,	26	P. III.	182
XX,	5	P. II.	38
XXI,	11	P II.	99
XXIII,	14	P. II.	57
XXVII,	3	P. I.	136
XXIX,	10.	P. I.	21
XXXIV,	13.	P. II.	91
	32.	P. I.	39
XXXVI,	26.	P. II.	90
XXXIX,	17.	P. III.	88
XL,	26.	P. III.	46
XLII,	8.	P. II.	59. 69
PSALM. IX,	1.	P. II.	136
XII,	6.	P. II.	114
XIV,	7.	P. II.	84
XVIII,	32.	P. I.	39
	36.	P. I.	53
XXII,	1.	P. II.	136
XXXI,	16.	P. II.	58
XXXVI,	13.	P. II.	84

	XXXVII, 20.	P. I.	9
	XXXVIII, 7.	P. II.	4
	XLI, 5.	P. II.	128
	L, 11.	P. II.	22
	18.	P. II.	76
	LVI. 1	P. II.	136
	LXV, 14	P. II.	55
	LXXVI, 7	P. I.	142
	LXXIX, 5	P. II.	119
	LXXXVIII, 16.	P. II.	88
	LXXXIX, 31. f.	P. I.	140
	47.	P. II.	119
	XCIV, 14.	P. II.	89
	15.	P. II.	101
	XCVI, 10.	P. III.	25
	CXIX, 121.	P. II.	36
	CXX, 4.	P. I.	8
	CXXXIII, 3.	P. II.	84
	CXL, 3.	P. I.	122
	CXLVI, 9.	P. II.	40
PROV.	IV, 3.	P. I.	171
	XVI, 14.	P. II.	72
	XXXI, 15.	P. II.	56
ECCL.	II, 16.	P. I.	8
	VII, 13.	P. II.	40
	XII, 17.	P. III.	71
CANT.	V, 10.	P. II.	73
	VII, 5	P. III.	74
IES.	III, 7	P. II.	76
	VII, 4	P. II.	103
	XXI, 7.	P. I,	141
	XXVIII, 2,	P. I.	33
	16.	P. I,	69
	XXXIV, 15.	P. II,	98
	XLIII, 11.	P. I,	39
	XLV, 3.	P. III,	27
	LII, 10.	P. III,	95
	LVI, 11.	P. II,	7
	LIX, 5.	P. II,	98
	16. 17. 18.	P. III,	95
	LXVI, 9.	P. II,	98
IER.	X, 22.	P. I,	21
	XX, 1	P. I,	150
	XXIII, 5.	P. III,	129
	XXXVIII, 2.	P. I,	135
	XLIV, 19.	P. I,	39
	XLVIII, 30.	P. I,	133
	XLIX, 19. L, 44.	P. II.	10
THREN.	III, 9.	P. II,	40
EZECH.	XVI, 27.	P. II,	57
	XVIII, 30.	P. III,	179
	XXXIX, 10	P. I,	142
HOS.	VI, 7.	P. II,	85
	VII, 16.	P. II,	44
	X, 9.	P. II,	85
	11.	P. III,	155
AMOS.	VII, 2. 5	P. II,	43
JON.	II, 3.	P. I,	33
ZEPH.	I, 17.	P. II,	49
ZACH.	IV, 12.	P. II,	93
	IX, 11.	P. III,	136
MATTH.	III, 11 12.	P. III,	13
	XXI, 9.	P. III,	190
ACT.	VII, 20.	P. I,	33
	VIII, 33.	P. III,	85
	XIII, 34.	P. I,	146
	XV, 10.	P. III,	136
ROM.	V, 6	P. III,	40
1. COR.	I, 20.	P III,	71
	IV, 3. 5.	P. II,	21
2. COR.	X, 4.	P. I,	34
GAL.	III. 9.	P. I,	9
	17.	P. I,	36

	IV,	9.	P. III,	136.	IAC. V,	11.	P. II,	106
EBR.	VII,	16.	P. III,	136	APOC. V,	5.	P. III.	37

INDEX II.

DICTIONVM EXPOSITARVM.

א.

אֲפִי qualis particula, quidque denotet? P. II. 22

Ἀσθενεῖν quomodo τοῖς ὁ vſurpetur? P. III. 40

ב.

בְּ interdum eſt *aequiparantiae* P. I. et P. II. 81

בֵּית דִּין *domus iudicii* quid Ebræis dicat? P. I 7

בָּרָא et עָשָׂה non differuut, et ſynonymice vſurpantur P. I. 6

ג.

גָּעַל quis verbi vſus et emphaſis? P. II. 41

גּוֹל non ſignificat *congregare*, *conuenire* P. I. 122. c. fin. et P. III. 89 fin.

ד.

דָּלָה eius vis propria et radicalis qualis? P. III. 74

ז.

זָנַב ſignificatio generalis qualis? P. II. 103

זָרַע ſignificat non tantum *ſeminare*, ſed et *plantare* P. I. 100

ח.

חוּל variarum ſignificationum primaria et ſubordinatio qualis? P. II. 61

י.

יהוה et אלהים num ita differânt, vt illud ſit nomen *gratiae*, hoc *iudicii*? P. I. 7

כ.

כְּנַעַן Iſraelitis tributum quid deſignet? P. III. 177

ל.

לָחַם vel לֶחֶם conſtructum cum ל, itemque עִם et ב quid ſignificet? P. II. 148

מ.

מְזִמּוֹר שִׁיר et שִׁיר מְזִמּוֹר quomodo differant? P. II. 136. 137

מְכֻתָּשׁ quid denotet? P. III. 177

נ.

נֶפֶשׁ Quomodo de *corpore* hominum *exanimi* dicatur? P. II. 124

נְכֵסָף abſolute poſitum quid dicat? P. III. 179

ס.

סֶלָה Quid deſignet? P. II. 137

סָפַק *complosit* quis proprius eius vſus, et quomodo differat a תָּקַע? P. II 81

ע.

עבר cum ב conſtructum ſignificat *ſeruiliter tractare, ſeruo vti aliquo* P. III. 127

עָטַף non ſignificat *egredi, agitare* P. III. 92

nec ſimpliciter *tegere, occultare ſe*, ſed paſſiue in ſenſu metaphorico *tegi, obrui*. P. II. 55

עִיר ex Chaldaismo significat *cruciatum* P. III. 118
עָלָה significat nonsolum *adscendere*, sed et *descendere* P. II. 90
עִם *cum* particula quoque *similitudinis* P. II. 8. 9
non denotat *instrumentum*. P. III. 58
עִמָּדִי quid notet? P. II. 22. seq.
עָצַם proprie notat *praevalere, validum esse* vel *robore*, vel *numero* P. III 88
עָשָׂה absoiute sine accusatiuo quid significet? P. II. 55

צ.

צֶמֶר cuius sit vsus? P. I. 142

ק.

קוּם cum עַל constructum quid significet? P. III. 67
קָשַׁשׁ quid proprie significet? P. III. 178

ר.

רָצָה cum עִם constructum quid notet? P. II. 75. 76
רְפָעִים quid notet? P. II. 61
רְשָׁעִים *improbi* vnde dicantur? P. II. 78

ש.

שׁוּב *Reuerti* etiam de *loco* dici potest, et quomodo? P. III. 130
שָׁם *ibi* est particula non tantum *loci*, sed etiam *rei* P. II. 84. f.
שֹׁרֶשׁ *Radix* quot modis sumatur? P. III. 36
שִׂים שֵׁמוֹ *ponere nomen suum alicubi* quid significet? P. I. 28

ת.

תּוֹ quid notet? P. II. 68
תֵּבָה vnde deriuetur? quidque significet? P. II. 37
תִּקְוָה significat etiam *texturam*. P. III. 75

ERRATA OPERARVM.

Pag. 5. lin. 19. leg. superstitioni. p. 11. l. 14. l. suam. p. 17. l. 19. ante vocem truncus supple: manet. p. 22. l. 6. l. quum. p. 23. l. 21. l. quandoquidem. p. 25. l. 4. l. *mit Ungestüm*. P. 26. l. 2. l. *distinctionum*. ib. l. 28. virgulas transponantur h. m. *consiliarius* | *Deus fortis* || p. 30. l. 5. post firmandum add. illud. p. 31. l. 22. del. in ante) p. 32. l. vlt. l. exponit. p. 47. l. 20. l. *Rohr-Schiffen*-p. 53. l. 12. l. illo. p. 71. l. 12. l. Hi. p. 72. l. 18. l. *quod attinet*. p. 85. l. 27. post voc. ecclesiae, infere: de qua recte etiam. p. 88. l. 25. post *applicauit* add. *iustitiam* p. 89. l. 14. l. duntaxat, et pro quae l. quod. p. 98 l. 25. l. sermo. p. 102. l. 25. l. מעשיהם p. 106. l. 18. l. est causa. et l. 19. intimari. p. 114. l. 8 l. prudenti. p. 118. l. 27. l repente. p. 122. l. 5. l. *enthalte* p. 128. l. 17 l. a Ieremia. p. 130. l. 5. l. Lilien. p. 137 l. 2. l. *facerem*. p. 140. l. 23. del. primum יוֹבֵן p. 160. l antepen. l. causae meritoriae, quam poenae et causae efficientis. p. 163. l. 22. l. et effigies. p. 164. l. 16. l. יַחֲלֹק p. 168. l. 25. post *parua* pon. comma. p. 194. l. 6 del. posterius *ne*.

παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι

HENR. BENED. STARKI

NOTAE SELECTAE

CRITICAE. PHILOLOGICAE. EXEGETICAE.

IN

LOCA DVBIA AC DIFFICILIORA

NOVI TESTAMENTI.

PRAETER

EPISTOLAS AD EBRAEOS ET ROMANOS.

QVAE SEORSIM DVDVM PROSTANT,

VSQVE DVM CORPORI SVO RVRSVS INSERANTVR.

LIPSIAE.

APVD HAEREDES IO. FR. BRAVNII.

A. R. S. MDCC XXIV.



EPILOGVS.

Finitae nunc ſunt per Dei gratiam commentationes meae biblicae, quae certe non inter halcyonia, in bona pace, tranquilla ac defaecata mente, vt quidem Muſae deſiderant et iure quaſi ſuo ſibi depoſcunt, ſed inter difficilia et turbulenta tempora mea ſatae ac natae ſunt. Vtcunque autem coelum atris et procelloſis nubibus mihi erat obductum, tantomagis pulcriusue eclareſcebat in corde coelum gratiae cum lucidiſſimo Dei patris amore, et Spiritus S. confortatrice virtute: qua quoque fiebat, vt non fatiſcerem, ſuccumberem, animumque deſponderem; ſed potius animoſior ſemper et laetior, expulſis mentis nubeculis, ad meditationes meas biblicas accederem, vtpote optimum fallendi temporis mali medium. Dumque Deus כתב עלי מרורים ſcribebat ſuper

me amaritudines, *Iob. XIII, 26. ego ſcribebam* מתוקים dulcedines; *Abba, Pater!* אין מידך מציל nihil e manu tua eripiet *me, X, 7. et cum Auguſtino:* et quum blandiris pater es, et quum caedis pater es: blandiris ne deficiam, caedis ne peream. *Scribebam:* ואני תמיד עמך וגו׳ Dennoch bleib ich ſtets bey dir. Denn du erhaelteſt mich bey meiner rechten Hand, du leiteſt mich nach deinen Rath, und nimmſt mich endlich in die Herrlichkeit auf. מי־לי בשמים ach! welche werd ich im Himmel haben! In mundo preſſuram, in coelo laetitiam. Per crucem ad lucem. *Scribebam:* לא ארפך ולא אעזבך ich will dich nicht laſſen, noch verlaſſen, *ex Ioſ. I, 5. Ebr. XIII, 5.* אל־תירא כי־עמך אני וגו׳ Ne timeas, quia ſum tecum etc. *ex Ieſ. XLI, 10. Scribebam:* τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, *ex Rom. VIII, 28. et 18. cum 2 Cor. IV, 17. item* γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς δόξης, *Apoc. II, 10. Et multa alia melle dulciora et ſolatiflua meas inter amaritudines ſcribebam, adeo ut et ipſe reapſe in memet, pro meo quidem modulo, ſenſerim veritatem illius Paulini:* ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, *2 Cor. XII, 10.* Wenn ich ſchwach bin, (*per multas paſſiones,*) ſo bin ich ſtark, Stark in dem HErren, und in der Macht ſeiner Staerke, *Epheſ. VI, 10.* Καὶ δύναμις τοῦ Χριστοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. *Non curo heic, quos facile prae-*

praeuideo, μυκτηρισμοὺς *mundi*, *vtpote* mysterium crucis *non intelligentis*, *cuius me non pudet. Et*, *siquidem per totam vitam fui* crucianus, *qualis quoque est*, *et libenter est*, verus Christianus, *mauultque cum Christo per viam crucis uire in gloriam*, *quam cum mundo laetari atque damnari*, *profecto in sortis meae*, *vt vt durioris*, *felicitate maxima pono*, *quod mira Dei prouidentia tantos igniculos semper in me posuerit*, *etiamnumue excitet atque inflammet ad studium fontium*, *vt per illud ad intima penetralia verbi eius*, *veramque et indubitatam eius intelligentiam penetrare valuerim*, *valeamque*, *vt non satis habeam credere quod alii credunt*, *et dicunt*; *sed vt sciam quod credam*; *idque cum maiori* ἀσφαλείᾳ *et* παῤῥησίᾳ; *nec tantum sciam*, *sed etiam gustem illius laetitias lautitiasque in vitam et incrementum interioris hominis.*

Tu vero, *lector honorande*, *qui mecum strenuus existis fontium limpidissimorum rimator atque deamator*, *accipe et ultimas has Notas Selectas eodem amore et fauore*, *quo priores*, *easque accipe haut aliter ac* flores crucis, *et* rosas, inter spinas, *quae* מים מריח ab odore aquae (*lacrimarum*) progerminauerint, *Iob. XVI*, *9. Et quarum illae permultis accessionibus auctae suo tempore prodibunt*, *quando vnacum his in* perpetuum commentarium *scripturae coibunt. Ceterum saepius mirari soleo*, *quomodo ego*, *imbecillitatis quippe meae probe memor*, *quique mecum habitare didicerim*, *tantum praestare in exegesi sacra et literatura Orientali potuerim*, *et bono pariter publico*

tot

tot fructus litare; praesertim si mente agito atque reuoluo mira fata, tenuia fila, tot difficultates, obstacula, tribulationes, inuidiam, per quae tamen omnia sensim sine sensu perruperim. Valeatque de hoc meo labore id quod aliquando iridi *inscribebatur: INTER NVBILA GRATIOR, nec minus quod* lilio *subter pluuia: INDE ALOR, VNDE PREMOR. Et omnino Deigratiae auxiliatrici et sustentatrici in solidum adscriberefas et pietatis est. Cuius sancto et salutari ductui me porro totum commendo, ac quicquid boni amplius in sedulo scrutinio scripturae suae, (in quo quippe totus sum, et ero usque ad finem vitae,) per me indignissimum seruum efficere ipsi placuerit, id omne eius bonori reique literariae vtilitati erit consecratum. Operabor in vinea quamdiu dies est, atque lucrabor talento concredito quantum potero, vtne vnquam seruus otiosus et inutilis inueniar, vsque dum vespera vitae meae mercedem ex gratia promissionis det Pater familias coelestis, et vocem gratiae solatiique plenissimam audiam:* ἓυ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιςὲ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιςὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταςήσω· ἔισελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. *Tandem quemadmodum meletemata mea in V. T. obsignare consueui ritu ebraeorum verbis Ies. XL, 29. ita et iam hasce in N. T. gratissima in Deum meum mente obsignabo:* ברוך נותן ליעף כוח
ולאין אונים עצמה ירבה׃

Scribeb. Lipsiae d. XXIV.
April. A. M DCC XXIV.

MAT-

α ω.

MATTHAEVS.

N inſcriptione Euangeliorum non praetermittenda eſt praepoſitio κατὰ, cuius vim minus apte et obſcure exprimit τὸ SECVNDVM. Proinde alii per *genitiuum* reddere malunt, vt reſpondeat τῷ ל tituli ebraei מזמור לדויד *Pſalmus Dauidis*, auctoritate pariter interpretis *Syri*. Sed iam monuimus in *Not. Sel. ad Pſ. XI, p. 116*, quod illud ל non ſit nudum ſignum *genitiui poſſeſſoris ſ. auctoris*, manifeſtum eſſe ex inuerſo poſitu alibi obuio לדויד מזמור, idque genio ebraismi violenter verti *Dauidis pſalmus*; quum potius ſit titulus conciſus, plene ita efferendus: *Pſalmus Dauidi* inſpiratus. it. *Dauidi* inſpiratus *Pſalmus*. Quod ſi iam graecum κατὰ ל ebraeum ſimilis inſcriptionis imitetur, in quo lubens conſentio, quum conſtet, graeciſmum N. T. ebraiſmis largiter tinctum eſſe, eiusdem etiam ibidem δύναμιν imitetur neceſſe eſt, h. m. Euangelium Matthaeo,

CAP. I. (Marco, Lucae, Ioanni,) inſpiratum. Itaque μεῖζον καὶ ἐμφαλικώτερον dicit, quam ſimplex *Euangelium Matthaei*; quamque phraſis graecanica aeque ac latina κατὰ πλάτωνα, *ſecundum Platonem*, *ſententiam Platonis*, *prout traditum eſt a Platone*, etc. Quanquam et ſic ament loqui ebraei, vt Elihu ap. Iob. XXXII, 8. et DEVS iudex, c. XLII, 8. bis אִתִּי *iuxta me*, i. e. meam ſententiam. Conf. *Not. Sel. p.* 69. Eſt ergo heic κοινωνία linguarum. Nec facit pro *genitiuo* quippiam auctoritas *Syri*, liberioris heic paraphraſtae, inſerendo nomen ſubſtantiuum ܒܫܘܒܚܐ *praedicationis*, a quo ille *genitiuus* ܕܡܬܝ *Matthaei* regitur.

CAP. I, 1.

Βίβλος γενέσεως) In qua phraſi vocabulum βίβλος non innuit *liorum*, prout Lutherus reddit, ſed induit indolem et vſum ebraei סֵפֶר ſignificantis etiam *recenſionem*, *catalogum*, in formula iſta ſueta זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. V, 1. ex qua graeca τῶν ὁ et euangeliſtae examuſſim eſt expreſſa, adeoque in harmoniam vertenda: Recenſio, catalogus generationis *das geſchlecht-regiſter*. Sic Syrus τὸ βίβλος transfert ܦܫܩܐ *deſcriptio*. Hinc Grotius, approbante Io. Clerico ad Hammond., *deſcriptio originis*. Isque titulus non eſt totius Matthaei, vt quidem etiam placet D. Gottfr. Oleario *in Obſ. IV. de genealogia Chriſti* §. 2. vertenti hinc *liber de originibus* (ἀρχαιολογίας) *IEſu Chriſti*; ſed primi duntaxat capitis huius, annuentibus pariter nouiſſime Clerico et Pfaffio. Deinde quæritur, *cur Dauid Abrahamo*, (qui heic per ἀσύνδετον ſunt appoſiti,) *praeponatur*? Ratio potior haud dubie haec eſt, quod Iudaeis nomen *Dauidis* in denominatione *Meſſiae* erat familiarius, ſolennius, quando eum appellitabant *filium Dauidis*, coll. Matth. IX, 27. XXII, 42. Luc. XVIII, 38. 39. immo prophetae nomine patris *Dauidem*. Vid. Ier. XXX, 9. Ezech. XXXIV, 23. 24. XXXVII, 24. 25. Hoſ. III, 5. Pſ. LXXXIX, 21. add. Ieſ. XXXVII, 35. LV, 3. Amos IX, 11. Act. XIII, 34. XV, 16. Cur autem in *genealogia Chriſti* illarum *mulierum* quoque mentio fiat, quae partim *gentiles*, partim *ſuſpectae* ac *corruptae* erant? cauſa videtur eſſe, vt indicetur, Chriſtum non tantum Iudaeis, ſed etiam gentilibus natum eſſe, omnesque peccatores et peccatrices aequalem in ipſo habere partem.

Verſ.

Vers. 3. CAP. I.

Pro ἐσρώμ vulgarium codd. rectius ad formam ebr. חֶצְרוֹן coll. 1. Chron. II, 5. 9 Ruth IV, 18. 19. in Complutensi legitur ἐσρών. Ita etiam Syrus et Arabs. Vnde Io. Drusius ad *l. c.* Ruth in τῷ ἐσρὼμ σφάλμα imperitae manus subesse opinatur. Qui *ibid.* notat pro Ἀράμ, vti etiam codd. latini & Syrus legunt, in vno MSC. legi Ῥάμ, sicut habet textus ebraeus coll. *ll. cc.* et hanc merito lectionem in omnes partes meliorem pronunciat, sequiturque Lutherus. Quanquam et hoc statim scire iuuat, nomina propria ebraeorum, et ebraice nedum graece, varias pati mutationes. Sic v. g. qui vers. 4. et Ruth IV, 21. dicitur Σαλμών, שַׂלְמוֹן, is *l. c.* v. 20. et 1. Chron. II, 11. שַׂלְמָה cum ה et א.

Vers. 8.

Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.

Quod heic post Ioram omissi sunt tres reges, *Ahasia*, *Ioas* et *Amazias*, coll. 2. Reg. VIII, 29. XI, 2. XII, 21. id inde factum, quia Matthaeo singulari consilio constitutum erat, texere tres successionum tesseradecades, iuxta tres insignes mutationes in populo ebraeo. Hinc quum dicitur, quod Ioram genuerit Osiam, id intelligendum de *generatione mediata*, vti auus generat suum nepotem. Sicut et nos omnes ab Adamo geniti recte dicimur. Eodem sensu ob eandem rationem *vers. 11.* vers. 11. Iosias dicitur genuisse Iechoniam, quum tamen Iosiae filius fuerit *Ioiakim*, ante *Eliakim* dictus, coll. 2. Reg. XXIII, 34. 1. Chron. III, 15. 16. et Ier. XXII, 24. Et quanquam quaedam exemplaria MSS. ap. Saubertum *in Var. lect. text. gr. Ev. Matth. p. 64.* legerint: Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ, Ἰακείμ (l. Ἰωακείμ) δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν; (vid. etiam Mastrichtiana editio N. T. gr. *in not. crit. fol.* 1) textualis tamen lectio satis probatur ap. eund. Saub. *l. c.* Licet quoque huic priorem praeferre, tanquam ab euangelista ita exaratam, nullus dubitet Er. Schmidius *ad h. l.* cum eoque Mart. Chemnitius *in Harm. fol. 58. b.* Brochmannus *Syst. Theol. de Chr. geneal. c. 1. Sect. 1. qu. 7.* et D. Io. Mich. Langius *in disp. Th. de Geneal. Christi p. 48. et 130.* itemque Dorscheus *Comm. in h. l.* ob hoc quidem dubium, quod alias omisso Ἰωακείμ XIII tantum γενεαὶ post Iechoniam exclusiue fierent vsque ad Christum; illud tamen tollitur, si presse verbis euangelistae vers. 17. inhaerendo sequndae classis a Dauide

CAP. I. ductae finis constituatur in μεταοικεσίας initio sub Iosia; tertiam incipiat μετοικεσίας finis a Iechonia, docente b. D. Gottfr. Oleario *in Obseru. Philol. circ. geneal. Chr.* §. 9. et confirmante Whistono *in breui Harmoniae Euang. examine*, p. 174.

Vers. 11.

ἐπὶ) Est h. l. particula temporis *circa*, vti reddit recte etiam Luth. *um die Zeit der Babyloniſchen Gefaengniſs*. In eadem notione recurrit Marc. II, 26. Luc. III, 2. Act. XI, 28. Exempla profana suppeditat Possselius *in Synt. Gr. p.* 254. *c. fin.*

Vers. 17.

Non inelegans est de illis XLII generationibus meditatio allusiua et mystica Alberti M. „Sunt, inquientis, XLII generationes hae, per „quas venitur ad Christum, sicut Num. XXXIII. sunt XLII mansiones, „per quas ex Aegypto procedentes (Israëlitae) veniunt ad patriam pro„missam" apud D. Bertramum *in Matth. Enucl. p.* 12. *fin.*

Vers. 18.

Ἰησοῦ) Deest ap. Curcell. et interpr. Persam, notante Sauberto *l. c. p.* 65. quibus D. Bertramus *l. c.* addit Chrysost. Theophyl. Vulg. Luth. Tigurina.

Γάρ) *h. l.* non causale esse, sed explanatiuum *nempe*, bene obseruat Er. Schmidius. Lutherus cum Vulg. et Erasmo plane omisit, tanquam redundans. Qua vero conditione redundet, docet idem *ad h. l.*

Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς.

Quae phrasis non accipienda est de consuetudine coniugali per εὐφημισμὸν, gratis etiam defensitata nouissime a cl. Georg. Raphelio *in Annot. Philol. ex Xenoph. ad h. l. p.* 3. *seq.* et Io. Henr. Maio F. *Obs. Sacr. l.* IV. *p.* 45; sed de coniunctione actuali per domum ductionem, de qua etiam illud בבואה *quum veniret illa*, sc. *in domum sponsi*, Iud. XV, 18. coll. ibid. *Not. Sel. p.* 116. Vultque tum Syrus, reddens *priusquam consociarentur*; tum ipse contextus, praesertim ex subsequente verbo παραλαβεῖν v. 20. et 24. Hinc bene Luth. *ehe er ſie heimholete*. Tigurina, *ehe ſie miteinander zu Hauſe ſaſſen*. Belgica, *eer ſy te ſamen gekomen vvaren*, cum Vet. Beza, Castal. Pisc. Flacio, *antequam conuenirent*. Sic et vers. Gall. Angl. Ital. Vnico quidem contra hanc interpretationem dubio

bio de mora nimis diuturna inter desponsationem b. Virginis, et domum ductionem interiecta, quam trimestrem saltem fuisse oportet, solide satis fecerunt Buxtorfius *in dissert. de sponsal. et divort. p. 68.* Seldenus *in Vx. Ebr. l. 2. c. 8.* Bynaeus *in lib. de Natali I. C. L. I. c. 1.* conf. quae alteri sententiae de mutuo coniugum vsu, inprimis Alexandro Moro et Rich. Simonio, docte respondeat Dn. Olearius *Obseru. Philol. ad h. l.* Et quae Er. Schmidius *h. l.* multa quoque differens de vario vsu verbi *συνέρχεσθαι*. CAP. I.

Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα (sc. ἔμβρυον) ἐκ πνεύματος ἁγίου.

Motum iam pridem dubium illud, *qua ratione beata virgo dicatur reperta grauida de Spiritu S. quum hoc postea demum reuelatum sit Iosepho sponso eius, vbi de deferenda Maria cogitauit?* ita soluit vir doctissimus Antonius Bynaeus *l. c. p. 185.* "Mihi, inquit, beata virgo a Iosepho et grauida reperta, et grauida ex Spiritu S. videtur, ex eo, quod Iosepho sponso suo hoc decretum detexerit Maria; verum quum id mirum esset et inauditum, ac praeter spem et exspectationem omnem Iosephi, non inuenit fidem apud hominem aegrum amore. Atque hanc esse causam existimo, cur postea per angelum de tanto miraculo fuerit in somnio monitus, quum ipse de deferenda cogitaret Maria." Quae sententia haut paulo caeteris np. Bezae, Spanhemii et Hammondi videtur probabilior laudato Olearii *ad h. l.* nec nouam penitus esse, similia enim obseruasse se meminit apud auctorem *Operis imperfecti in Matth.* At voci εὑρέθη sic non satisfieri ipsi videtur. Si enim, colligit, Iosephus non credidit esse de Spiritu S. grauidam sponsam suam, respectu ad illum habito dici nequit εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Miratur vero tanto conatu viros doctos egisse fere nihil, sibique finxisse difficultates, vbi nullae sint penitus, modo vnica vox εὑρέθη dextre explicetur, quo facto certe vt solis radiis lamiae atque lemures, omnia ista dubia disparitura esse. Vertit igitur simplicissime *facta est grauida ex Spiritu sancto*, vocemque adeo ad ipsam Virginem sanctissimam refert, vt simpliciter eventus designetur. Germani forsan liberaliter magis verterent: *Sie befand sich schwanger*, vel si malis: *es befande sich, dass sie schwanger war von dem Heil. Geiste*, cum Luth. Qua ratione, addit, optime constabit toti narrationi euangelistae nexus suus et ordo. Probat etiam, verbi εὑρίσκω passiuum vsum in N. T. non esse infrequentem in significatione *effendi*, vt 1. Petr. II, 22. Gal. II, 17. Similiter Luc. IX, 36. XVII, 18. Act. V, 39. VIII, 40. Rom. VII, 10. 1. Cor. IV, 2. 2. Cor. V, 3. Phil. III, 9.

CAP. I. Quae quoque Io. Clericum ad Hammondi commentaria obſeruaſſe vidit: ἐυρέθη. *Hoc eſt, euenit, eſſe grauidam.* Ita ſumitur apud Apollodorum *Biblioth. l. 1. c. 4. §. 2.* de certamine Apollinis et Marſyae, ἐυρεθεὶς κρείσσων ὁ Ἀπόλλων. In qua doctiſſima κρίσει etiam nos acquieſcimus.

Verſ. 19.

Δίκαιος ὢν) Vox δίκαιος heic prae ſe fert notionem helleniſticam, vt idem dicat, quod חסיד, coll. 1. Io. I, 9. vel איש חסד apud LXX Iеſ. LVII, 1. Et ſic ſubſtantiuum חסד, quae *affectum pietatis* et *miſericordiae* κυρίως ſignificat, LXX ſenes ſaepius vertunt δικαιοσύνη, vt Gen. XIX, 19. XX, 13. Exod. XV, 13. Pſ. LI, 16. CXLIII, 1. 2. Dan. IX, 16. Chryſoſtomus etiam explicat per χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, i. e. *mitis et benignus.* Nec abit Theophylactus. Vide ſis Cameronem *in Myroth. Euang.* Knatchbullum *Animaduerſ. in N. T.* Grotium, Hammondum et Clericum *ad h. l.* Hackſpanium in *Not. Philol. Th. ad h. l.* nec non Io. Henr. von Seelen Rect. Lub. *in Schediaſm. exeget. de Pietate Ioſephi erga Mariam*, qui recte notauit C. E. Trillerum et Io. Fr. Hombergkium poſt Piſcatorem intempeſtiua κρίσει Lutheri verſionem deſerentes, ac propriam famoſioremque notionem *iuſti* praeferentes. Ioſephus namque quia erat vir *probus et miſericors*, de iure ſuo malebat remittere, quam vi legis diuinae Deut. XXII, 21. ſponſam ſuam tanquam conſtupratam παραδειγματίσαι, *probro afficere*, *quod exemplo eſſet aliis*; (ita vim huius verbi aliquo modo περιφράζει Henr. Stephanus *in diſſert. de Stilo N. T.* quum fateatur, eam eius eſſe energiam atque emphaſin, vt nullum ſignificantius ab vllo ſcriptore graeco afferri potuerit. Belgae reddunt *openbaerlick te ſchande maken.* Hamm. et Cler. *traducere.* conf. vberius de hocce verbo Bynaeus *l. c. L. 1. c. 2. p. 197. ſeq.*) atque hinc potius *ab illa diuertere*, *ſie verlaſſen*, ceu recte Lutherus, et quidem λάθρα *clanculum* i. e. priuatim, abſque dato praeſentibus teſtibus libello repudii. Quamobrem etiam extraordinaria Ioſephus admonitione opus habebat, qua quoque DEus eum dignabatur, vt ſequitur.

Θέλων, ἐβουλήθη) Differentiam horum duorum verborum Er. Schmidius facit quintuplicem, quarum prima potior eſt, quod θέλω l. ἐθέλω ſit *ſimpliciter volo*, ſ. deliberato ſ. ſine deliberatione. Βούλομαι autem ſit tantum *deliberato volo*, *mit guten Bedacht etwas wollen.*

Verſ.

Vers. 20. CAP. I.

Τιὸς Δαβὶδ) Est atticismus pro *υἱέ*. conf. Marc. X, 47. 48. it. XV, 34. Luc. XVIII, 13. cum Matth. XXVIII, 46. et Luc. XVIII, 38. vid. etiam Possellii *Synt. Gr. p.* 7. *&* 73.

ἰδὲ) Particula hac ebraeorum stilum imitatur Matthaeus, exordientium quamcunque rem, cui animum volunt aduerti, obseruante etiam Dn. Oleario *l. c.* Speciatim considerat hocce ἰδὲ Er. Schmidius ad cap. seq. v. 1. quod sit interdum προσεκτικὸν *excitatiuum*, vt Matth. III, 16. etc. interdum παρεκτικὸν *exhibitiuum*, vt Act. VIII, 36. IX, 10. Luc. I, 38. Matth. XI, 10. interdum ἐλεγκτικὸν *redargutiuum*, vt Matth. VII, 4. *Hast du doch selbst einen Balcken in deinen Augen.*

Vers. 22.

Τοῦτο δὲ ὅλον) vbi ὅλον pro πᾶν, hoc *totum* pro hoc *omne*, cum κοινωνίᾳ vocis ebraeae כל. Sic Matth. XXI, 4. XXVI, 56. et Rom. VIII, 36. vbi ὅλην pro πᾶσαν.

Vers. 25.

Ἐγίνωσκεν) *Cognoscebat.* Verbum γινώσκειν *ex Ebraeorum consuetudine* castissime de consuetudine maritali passim accipi, agnoscit ipse Er. Schmidius *h. l.* qui alias ebraismos in N. T. non vult agnoscere, quique eos agnoscunt et docent, eos contemtim *Ebraismifices* et *Hellenistisismifices* salutare assolet. Quanquam ad Luc. XVI. *p.* 586. *n. XIX.* affert parallelam locutionem apud profanos graecos ex Plutarcho. Quin et latinis similem formam loquendi in vsu fuisse, notat cum Pfochenio. Verum vbi nil ex literatura profana simile proferre valet, ipsique aqua haeret, aut sicco pede ebraismum praeterit, aut γνησιότητα eius ingenue fatetur, vid. infr. ad Matth. II, 2. XXI, 42. Act. I, 21. IX, 31. aut lectori fucum facit phrasi in speciem, et ex parte saltem parallela; quin interdum, vbi a vera propriaque facie ebraismi nimis vrgetur, nec a Graecia succenturiatum se, adeoque conuictum videt, ex impatientia in bilioſa erumpit verba, moderatus ceteroquin et pius vir, vt ad Act. XIII, 17. *p.* 873. *c. fin. Der Teuffel suchet unter dieser gelehrten Klugheit gewisslich etwas anders.* Sed quid, sodes? scire peruellem. Ego contra dixerim, id verius quaerere diabolum, vt viri graecitatis profanae studio nimium capti, et ad ἀκ-

μὴν

CAP. I. μὴν eius multo molimine ac sudore pertigisse rati, in lingua sancta ebraea non tantam ἀκρίβειαν adhibeant, sed transultorie aut neglectim tractent, et vel superciliose dictamini graecitatis subiiciant; quumque ebraismus genuinus illis obiicitur, suam ignorantiam non tantum candide profiteri, eumque postliminio addiscere, in praeiudicium quasi suae δοκησισοφίας graecae, erubescant, sed etiam ad incrustationem eius quouis modo negare praesumant, atque hinc in crimen arrogantiae, φιλαυτίας et κενοδοξίας inducantur. Qui vero vtriusque linguae genium et veneres pari affectu et studio colunt excoluntque, tantum abest, vt ebraismos in stilo N. T. graeco negaturi sint, vt potius aperte fassuri, exemplo cl. Surenhusii *in praefat. ad P. I. Mischnae, f. XX, 2. a., ex peritia ebraismi plus lucis redundare in lectionem N. T. graeci, quam ex profanae graecitatis auctoribus omnibus*; nec minus cl. Lamberti Bos: *in N. T. plurima occurrunt loca, quae ex vsu purioris sermonis graeci explicari nequeunt; contra ea facile possunt et debent ex vsu LXX interpretum*, etc. *in prolegom. ad editionem suam τῶν ὁ cap. 1*; melius insuper ac perspicacius edocti cum Pfeiffero *in Crit. S. p. 59. auctorem Scripturae s. principalem, ad harmoniam rerum in V. et N. T. demonstrandam, stilum quoque ad ebraeum V. T. sermonem attemperare voluisse, non modo in explicitis allegationibus, sed etiam in implicitis allusionibus.* Et nouissime cum doctissimo viro Taco Haio van den Honert: *Ebraismorum vsum in conscribendis libris tantae fuisse necessitatis, vt vel ipse Demosthenes, si eandem rem, quam nobis tradiderunt apostoli, debita perspicuitate et efficacia perscribere voluisset, ebraismorum vsum euitare non potuisset.* Quanquam et hoc addendum est, quod in ebraismis faciendis διάκρισις sit adhibenda, ne promiscue ebraismos venditemus, aut superstitiose credamus, nec pertinaciter negemus, dum alios heic in defectu, ceu Seb. Pfochenium, Er. Schmidium, Balth. Stolbergium, et Eric. Ostermannum, itemque I. H. Maium *in exam. hist. crit. N. T. Rich. Simonii c. XXVIII. §. 14. 15. p. 382. seqq. coll. p. 339.* alios in excessu peccare videas, adeoque veri ab apparentibus et suspectis probe sunt dignoscendi, ac potius in multis agnoscenda κοινωνία linguarum; ne, hac non attenta, attendere cogaris in tui pudorem solenne illud obiectamentum Schmidianum: *Ignorantia graecismi mater est ebraismi.* Alias illimitate si sumeretur, pari iure conuerti posset, *ignorantia ebraismi mater est graecismi.* Deinde nec ex eo, quod in N. T. graeco passim statuitur dictio ἑβραΐζουσα, ebraeis quippe maximam partem illius scriptoribus annata, illico colligenda

ligenda est dictio βαρβαρίζουσα, vel talis, quae foeditatem illi conciliat. CAP. I. II.
sicut nec Ciceroni, nec Xenophonti, nec Polybio vitio vertitur, quod iste graecis, ille persicis, hic romanis dictionibus vsus fuit. Extra autem *Ebraismos* et *Syriasmos* stilus graecus N. T. sua vtique gaudet radiatque puritate, nec minus elegantia Attica. Atque hinc non inutilem nauauit operam cl. Raphelius, quando in quam plurimis monstrauit phraseologiam pure graecam, et ab ebraismis liberam, in assidua collatione auctorum profanorum, inprimis Xenophontis, Polybii et Arriani. Quanquam celeb. D. Pfaffio videatur, obtorto collo aliquando dictiones Xenophonteas rapere ad ostendendam phrasium N. T. cum istis conuenientiam, *in Not. Exeget. ad Matth. p. 35.* Sed haec occasione superioris ebraismi dicta sunto.

ἕως ὅ) *Donec.* Valet h. l. *nunquam* cum ebraeo עד, conf. 2. Sam. VI, 23. Iesa. XXII, 14. Ps. CX, 1. Matth. V, 26. XXVIII, 20. Luc. XXII, 18. Ebr. I, 13. X, 13. vid. Glass. *Gr. S. tr. 5. can. 12.* de constructione cum genitiuo vid. Possellii *Synt. p. 283. et 288.*

Τὸν πρωτότοκον) *Primogenitum.* Est is, qui primum διανοίγει μήτραν, Luc. II, 23. recte annotante Er. Schmidio, ebraice בכור פטר רחם Exod. XIII, 1. 12. *Der zuerst die Mutter bricht*, non quod alii subsequi debuerint; adeoque sumitur primogenitus non *positiue*, quod alius secutus sit, sed *negatiue*, quod alius non praecesserit.

CAP. II, 1.

Δὲ) Er. Schmidio heic non tam *aduersatiua* est, quam *illatiua*. Ideoque cum Vetere et Beza, Tremellio, Piscatore, Pagnino, reddidit: *ergo*. Lutherus plane omisit. Ego putem vim suam natiuam non mentiri, sed maxime *aduersatiuum quid* innuere velle, si mens eius rite παραφράζεται, nempe: *Da* aber *IEsus gebohren vvar im Iüdischen Lande, hätte man ia meynen sollen, dass nach diesem Licht der Welt zuforderst die Iuden, als die Nächsten, und vvornach ihren Vätern so sehnlich verlanget, sich mit rechter Liebe und brennenden Eifer hätten vvenden sollen*, aber siehe! (en! elegantem respectum has inter particulas δὲ et ἰδοὺ) *da diese nichts von demselben vvissen vvolten, (ô erstaunensvvürdige Fahrläßigkeit! ô schnöder Vndanck!) so müssen es zu ihrer Schande vveit entfernete und von diesem Licht erleuchtete Heyden thun. Auf vvelche Erstlinge sich auch*

CAP. II. *ſehr vvohl ſchicket, vvas GOtt durch Ieſaiam cap. LXV, 1. gevveiſſaget hat.*

Γεννηθέντος) Notat Caſaubonus *Exercit. II. in Annal. Baron. n. 19.* dixiſſe euangeliſtam γεννηθέντος, non γεγεννημένου: *hoc de perfecta multo etiam ante actione recte vſurpari, illud de paulo ante perfecta, et adhuc quaſi pendente*; adeoque Magos paucis poſt Chriſtum natum diebus aduenisſe. Sed id diſcrimen non eſſe adeo firmum et perpetuum, patere ex Gal. IV, 29. vbi idem verbum in eodem tempore de Ismaele iam adulto vſurpatur, ex Ebr. XI, 23. de Moſe trimeſtri, de continuo et diuturno ſtudio, 1. Io. V, 18. iam obſeruatum eſt ad Wetſteri *Gr. p. m. 153.*

Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας) Conf. Ruth I, 1. Ad differentiam alterius Bethlehem, quae erat in tribu Sabulon in Galilaea inferiore, Ioſ. XIX, 15. Apud Lucam II, 4. et 11. coll. Io. VII, 42. dicitur *ciuitas Dauid*, quia is inde oriundus erat, 1. Sam. XVII, 12. olim dicta *Ephrata*, Gen. XXXV, 19. Mich. V, 1.

Verſ. 2.

Προσκυνῆσαι αὐτῷ) Annotat Er. Schmidius, quod conſtruatur hoc verbum προσκυνέω modo cum *accuſatiuo*, quocum caſu etiam apud profanos ſcriptores inueniri: modo cum *datiuo*, vt in N. T. ſaepiſſime. Quam ſyntaxin profanis vſitatam non meminit. Vnde in hac reſpondet ebraeo הִשְׁתַּחֲוָה cum nota datiui לְ.

Verſ. 6.

De phraſi γῆ Ἰούδα, et conciliatione huius loci cum Micha vid. *Not. Sel.* ad Mich. V, 1.

Verſ. 10.

Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα) Subaudi ἐστῶτα, vel ὃ ἔστη, idque ex coll. vers. praeced. Quum igitur *viderent ſtellam* ſubſiſtentem, vel vbi ſtetit (non poterant enim non videre ſtellam antea, quam ſequebantur ducem) gauiſi ſunt gaudio magno. Quam orationis ellipſin bene animaduerterunt Glaſſius *Gr. S. col. 1225.* cum eoque Dorſcheus ad *h. l.* et Nortonus Knatchbull *h. l.*

Verſ. 15.

De ſenſu allegati dicti vid. *Not. Sel.* ad Hoſ. XI, 1.

Verſ.

Verſ. 16. CAP. II.

Ἀποστείλας) *Mittens.* Ponitur abſolute *h. l.* vti etiam nos dicere ſolemus: *Er hat hingeſchickt.* Sic Matth. XIV, 35. Marc. VI, 17. Io. V, 33. XI, 3. Act. V, 21. VII, 14. XI, 30. XIII, 15. XVI, 36. Apoc. I, 1. Sic et πέμπω Matth. XIV, 10. Frequentius tamen ponitur in regimine cum accuſatiuo vel perſonae miſſae, quo de loca omnia adducit Er. Schmidius *h. l.*

Ἀπὸ διετοῦς) *A bimatu* non a bimulo vel bimulis, vt alii, quaſi eſſet ab adiectiuo ὁ, ἡ διετής, quod minus probat Er. Schmidius, quum ſit a ſubſtantiuo τὸ διετὲς *biennium, bimatus, zweyjaeriges Alter.*

Verſ. 18.

Ἐν Ῥαμᾶ) Lutherus vertens *appellatiue*, *auf dem Gebirge*, non tantum vulgatum, ſed et Kimchium et Abarbanelem habet praeeuntes. Verum rectius ſumitur pro *vrbe* in tribu Beniamin inter Ieruſalem et Bethlehem. Et praepoſitio ἐν cum ebraea ב non eſt h. l. *inexiſtentiae*, ſed *extendentiae*, vt *Rama* ſit *terminus* planctus *ad quem*, et Bethlehem eiusque ager *terminus a quo*, adeoque vertendum in Ramam vsque. Deinde Ῥαχήλ ſumitur *tropice* pro matribus ex Rachele oriundis i. Bethlehemiticis. Cauſamque tropi non tantum a communi loco Ephrata ſ. Bethlehem, ſed ſimili etiam facto ſumtam, commodum putat Seb. Schmidius ad loc. Ier. quia Rachel fleuit ſuper filio ſuo Beniamin, propterea etiam dicto *Benoni.* Vt ſenſus ſit: Planctus maximus auditus eſt in Rama ex Ephrata', heic enim iterum Racheles quaedam deplorant filios, h. e. Simile quid contingit illis, quod Racheli h. l. contigit; matres plangunt ſuper filiis ſuis.

Verſ. 23.

ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

Inter omnes ſententias circa hunc locum vexatiſſimum rite expenſas nulla mihi, fateor, apparet probabilior, ſimplicior, ac veritati praedictionis et euentus conſentaneor, quam illa, quod *Nazarenus* ſit prouerbialiter *nomen contemtus*, quamque pariter ſuam fecit Alexander Morus. Conſtat namque ex hiſtoria euangelica, quam male audiuerit, quamque exoſa Iudaeis fuerit *Nazareth* cum tota *Galilaea*, cuius oppidum erat, vt ſi quem vellent appellare *viliſſimum et nullius pretii hominem*, eum ap-

 pellarent

CAP. II. III. pellarent *Nazarenum*, vel *Galilaeum*, nec meliorem sortem contigisse optimo carissimoque Saluatori, eo quod cum Galilaea oriundum crederent. Hinc aliis affirmantibus ipsum esse *Prophetam*, aliis *Messiam*, alii reclamabant: *Num Christus ex Galilaea veniet?* Io. VII, 41. et Nicodemo defensori veritatis: *Num etiam tu ex Galilaea es? ex Galilaea non oritur Propheta*, v. 51. Similiter quem latet, quid Philippo Nathanael obiecerit? *Num ex Nazareth boni quicquam esse potest?* Io. I, 46. Nec minus inscriptio crucis *IEsus Nazarenus*, isque *Rex Iudaeorum*, quanta non potuit esse ignominia et Christo et Iudaeis! Iam capite et domino adeo dehonestato, quid mirum, si nec membra et serui melius habuerint, vt np. etiam *Christiani* dicerentur *Nazareni*, vt factum Act. XXIV, 5. et postea non solum a Iudaeis, sed et gentilibus. Atque de vili, abiecto et contemtibili statu Messiae multa quoque vaticinatos esse prophetas, inprimis Iesaiam c. LIII, 2. 3. et Zach. IX, 9. XI, 12. 13. quis nescit? quaeque allegare euangelistae prolixum fuisset, sed satis habuit dicere, quum parentes IEsu secederent in partes Galilaeae, et habitatum in vrbe famosa Nazareth, tum impletum iri verba prophetarum, quod Nazarenus vocandus sit, i. e. ab eo loco omnem simul contemtum ac vilipendium, tanquam ibi satus et natus, nacturus sit.

CAP. III, 1.

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.

In diebus illis, (quae formula respondet ebraicae frequentissimae הַהֵם בַּיָּמִים) quibus scil. Christus in oppido Nazareth adhuc cum parentibus habitaret, cum resp. ad κατῴκησεν, c. II, 23. quumque iam annus trigesimus appropinquaret, Luc. III, 23. Hinc etiam infra *vers. 13.* expresse dicitur IEsus *a Galilaea* (et quidem *e Nazareth*, vt Marcus addit c. I, 9.) ad baptismum Ioannis accessisse. Ita melius connectit Rauppius *h. l.* et Dorscheus *h. l.* itemque Pfaffius *ad h. l.*

Ἐν τῇ ἐρήμῳ Ἰουδαίας.

Verius statuitur *desertum Iudaeae* fuisse prope *Ziph atque Iordanem* situm, qui locus oppido saltuosus erat, nec tamen inhabitabilis, oppidisque plane carens, sed non adeo vrbium et hominum frequens, vt loca alia cultiora et magis fertilia. Et talia loca non raro in sacro codice *deserta*

ferta vocantur. Ita Ioh. XV, 61. tribui Iudae sex ciuitates assignatae cum villis suis in *deserto* fuisse dicuntur. Et tota *Idumaea* dicitur *desertum*, 2. Reg. III, 8. quae tamen regio non ab omni hominum commercio erat semota, sed minus culta in comparatione aliarum. Hoc sensu plurimum adolescentiae suae ἐν τῇ ἐρήμῳ transegit Dauid 1. Sam. XVII, 28. et ἐν τῇ ἐρήμῳ habitasse dicitur Nabal, 1. Sam. XXV, 2. Ceterum de voce ἔρημος adiri potest D. Rechenbergii *disput. in vol. Exercitat. pag. 187. seqq.* Nequaquam igitur Ioannes baptista fuit monachus et anachoreta, qualem illum faciunt γαστέρες ἀργαὶ Esauitae nostri et monachi, in quos (quia Ioannem quaerendo solitudines et loca ἀνοίκητα aemulari moliuntur) apprime quadrat ἀλληγορούμενον illud, quod Albertus de sui seculi (floruit n. A. C. 1254.) monachis reliquit *Comment. in C.* XXIV Matth. *fol. 182.* ex Iesa. XIII, 21. 22. *In deserto habitabunt struthiones, et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt ibi vlulae in aedibus eius, et sirenae in delubris voluptatum.* "Per *Struthiones*, inquit ille, quae alarum h. e. contemplationis speciem habent, sed a terra non eleuantur, significantur hypocritae monachi. *Pilosi* significant monachos diuitias congregantes, et lucris inhiantes, venantes in desertis pecunias, sicut fecit Esau pilosus Gen. 27. Per *vlulas* (quae fixae in luto nostro tubicinant, sicut cum cornu, et est auis infausta) significantur monachi, in coeno carnis conuersantes. Per *Sirenas* significantur feminae moniales, mortiferis cantibus animas decipientes, huius mundi mare nauigantes, quales tempore Antichristi erunt, et heu! nunc sunt." Cap. III.

Vers. 2.

ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Rationem cur Messiae regnum ita appelletur, ex Christi ipsius testimonio coram Pilato Io. XVIII, 36. ipsaque indole huius regni affatim reddidisse theologos, fatetur D Olearius. Sed merito quaerit, annon in V. etiam T. illa appellatio fundetur, vt istius praeco Ioannes ad illam, tanquam rem notissimam et auctoritate nixam, respexerit, idque ideo suo in limine statim ministerii sui vocauerit nomine, quod ipsum quoque insinuare videtur articulus ἡ βασιλεία? Quam quoque ῥῆσιν Iudaeis fuisse solennem מלכות שמים, notauit Otto *in Lex. Rabb. Philol. p. 213. s.* Recte proinde iudicauit Lightfootus, respici appellatione *regni coelorum* ad locum aliquem V. T. quemque esse existimat Dan. VII, 13. 14. vbi mentio fit *regni et*

CAP. III. *potestatis*, quam antiquus dierum dedit accedenti ad se filio hominis. Verum D. Oleario probabilius fit ex Dan. II, 44. istam appellationem inter Iudaeos inualuisse: vbi quarti imperii, quod statua Nabuchodonosori per somnum oblata repraesentabat, temporibus *Deus coelorum* dicitur *REGNVM esse stabiliturus* יקים אלה שמיא מלכו Ex illo loco itaque βασιλεία τῶν οὐρανῶν dici potuisse, quam θεὸς οὐρανῶν peculiari ratione stabiliturus erat. Cui loco et prior percommode adiungi potest. Quod autem putat vir doctissimus, שמיא ad sequens potius, quam ad praecedens vocabulum referri per accentuum positum, dum cexte vox שמיא coniungatur cum voce מלכו per *Mahpach*, distinctiuo accentu in praecedente voce אלה comparente, qua ratione sensus iste emergeret: *Stabiliet Deus regnum coelorum.* In eo certe errat, quod cum pace illius dixerim. In tali enim arctiori vocum nexu *Mahpach* non est coniunctiuus, sed ille est vicarius distinguens pro *Gereschо*, et hic tum coniungens, vt genuinis doctrinae accentuariae filiis constat. Et confirmatur haec constructio in eod. cap. v. 18. et 19. it. Esr. VI, 9, 10. VII, 12. 22. Hinc etiam dubitat, an ebraismus cognatusque ei chaldaismus hoc ferat, vt duorum substantiuorum posterius rectum in genitiuo ponendum praecedat suum regens? Firmissimum namque est, eiusmodi structuram non dari. Producit equidem Kimchius, quem sequitur Glassius noster *Gr. S. l. 4. tr. 2. obs. 23. col. 1248.* tale exemplum ex Ezech. XXIV, 17. At ualde incongrue, quod iam notauimus *in Luc. Ebr. p. 363.* Superiorem autem criticae accentuariae naeuum, postea forte melius perspectum, in Volumine *Obseruationum in Matth.* non apparere uideo.

Vers. 7.

Ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτῶν.

Sententiam communem, ipsos quoque Pharisaeos et Sadducaeos baptismum Ioannis suscipere, atque adeo ad ἐγγιζομένην τῶν οὐρανῶν βασιλείαν praeparari voluisse, dissuadent haec sane non leues dubitandi rationes D. Olearii, nondum valide submotae a cl. Raphelio *l. c. p. 7. seqq. et in annot. ex Polyb. et Arr. p. 14. seqq.* (α) mores Pharisaeorum, quibus inter vulgus versari puritatis studiosissimis, aliamque quam ex lege exspectare iustitiam non licebat. (β) Seuera Ioannis reprehensio, quae certe apud eos, qui poenitentiam iam agebant, et baptismum, quo regno coelorum initiarentur, suscipiebant, minus videtur opportuna. (γ) Clarissimum Lucae testimonium c. VII, 30. (δ) Testimonium ipsorum Pharisaeorum ap. Matth. XXI. 25. Quibus ego addiderim, (ε) haut

haut fieri probabile, Lucam in cap. paral. III, speciali mentione iniecta et *Publicanorum* et *militum*, ad baptismum Ioannis accedentium, v. 12. 14. silentio praeterire voluisse *Pharisaeos*, tantae auctoritatis et praesumtae sanctitatis inter Iudaeos homines, si et illi eodem baptismo tincti fuissent. Vnde porro colligi datur, grauem istum Ioannis ἔλεγχον, quem quidem Lucas in sermone generali ad populum recenset, ad *Pharisaeos*, ut baptismi aduersarios, maxime et primario fuisse directum, exponente iam specialius Matthaeo. Quo pacto simul tollitur ἐναντιοφάνεια. Alium itaque praepositioni ἐπὶ significatum quaerendum esse putat, quo inuento omnia plana fore. Vertit eam CONTRA, vt sensus verborum euangelistae sit: *Videns vero* (δὲ heic vere est *aduersatiuum* et oppositiuum, non illatiuum, *igitur*, *nun*, iuxta Lutherum) *Ioannes, ut baptismo suo se opponerent, accedentes Pharisaeos et Sadducaeos, seuere illos increpauit.* Quo admisso vtique egregie increpatio subsequens quadrat praesentibus rerum circumstantiis: *Genimina*, inquit, *viperarum, turbare concionem poenitentiae et sacramentum initiationis, qua ad hanc disciplinam admittuntur bonae animae, conamini, quis vero vobis aliam ostendit et meliorem viam, qua effugere imminentia iudicia, quae manifestandum mox regnum coelorum vobis afferet, valeatis? Obsequimini itaque mihi, ipsi quoque poenitentiam agite, eamque suscipiendo baptismum meum, immo et vitae morumque integritate declarate: neque speretis hoc vobis sufficere, quod Abrahami filii sitis, quod stultum animis vestris haerere sentio praeiudicium.* Praepositionis ἐπὶ in significatu *contra* constructio cum dativo occurrit Luc. XII, 52. et 53. et in Homeri Iliad. III, v. 132. et licet illa sit rarior, eo tamen frequentior est cum accusativo, qua de etiam exempla producit. Conf. saltem Matth. XII, 26. Luc. XI, 17. et inpr. XIV, 31. Scrupulum vero, quem forsan heic ex verbis Ioannis paulo post sequentibus v. 11. mouere quis posset, reapse baptismo Ioannis tinctos fuisse Pharisaeos, bene diluit hoc canone: *Verba actionem s. effectum notantia de voluntate et voto agendi non raro intelligenda sunt, et per* volo s. opto *cum proprio infinitiuo sunt exponenda*, ap. Glass. *Gr. S. de Verbo Cap.* VII. coll. Luc. XI, 51. Vt ita sensus Ioannis sit: *Ego quidem baptizare vos aqua intendo, vt fert vocatio mea etc.* Quanquam etiam seruata significatione simplici verbi βαπτίζω dici possit, quod sermo heic dirigatur ad reliquam turbam, quum non insolens sit apud mixtum et diuersum auditorium, etiam mixtum et diuersum euadere sermonem, qui, quos propius magisque ferit, ex accedentibus externis signis

CAP. III.

et

CAP. III. et gestibus haut obscure colligitur. Conf. Matth. XVII, 14-17. cum Marc. IX, 14-19. et Luc. XVI, 9. cum v. 1. et 14.

Vers. 11.

καὶ πυρὶ) Deest in quibusdam codd. Erasmi, et VII Stephani etc. quem defectum a librariis audacioribus esse profectum putat Grotius. Franciscus vero Lucas Brugensis coniicit, erasum illud ab aliquibus fuisse odio haereticorum, qui ad Christi baptismum igne s. cauterio volebant vtendum. (de quo vid. Dn. Olearius *ad h. l.* §. 5.) Habent tamen illud praeter impressos codd. aliosque MSS. Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, et veteres translatores. Haec Saubertus *l. c. p. 70.* et ex eo D. Rechenbergius *in cit. vol. Exercit. de Variis graecis N. T. Lect. pag. 52.* Ceterum de sensu et respectu integrae phraseos, *αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ*, vid. *Not. Sel. ad Ies. c. IV, 5.*

Vers. 15.

Per *δικαιοσύνην* Christus heic non designat *iustitiam legalem*, sed, vt ita loqui liceat, *personalem*, *τὸ πρέπον* personae, et *τὸ καθῆκον* muneris a se et Ioanne suscepti. q. d. faciamus vterque, quod nostrum est. Tuum est baptizare, et meum, baptismum suscipere, vt per hunc inaugurer ad acquirendam צדק עולמים *iustitiam aeternam*, Dan. IX, 24.

Vers. 16.

καὶ ἰδοὺ, *ἀνεῴχθησαν*) Quem aoristum Dn. Olearius accipit in significatione plusquamperfecti *aperti fuerant*, et haec verba cum seqq. a praeced. per maiorem distinctionem plane vult semota, ne scil. putetur, quasi post baptismum demum peractum Spiritus s. super Christum descenderit. Sed sane dura hoc pacto euadit oratio, nec suadent istam separationem particulae καὶ ἰδοὺ vt notae temporis, quidquid etiam heic dicatur, praesertim si conferatur Marc. I, 10. Vnde ipse praeuidet geminum contra hanc mentem scrupulum. Nec sufficit dicere, καὶ ἰδοὺ *non semper esse notam temporis*, (quanquam sic a se ipso discrepare videtur, dum disputans contra Whistonum nimis absolute dicit: *Miror istud καὶ ἰδοὺ pro nota temporis virum doctum habere.* Vid. *Observ. Philol. circ. Ord. Ev. Matth. spec.* §. 9.) sed demonstrandum, cur h. l. esse nequeat? proinde loca ex Matth. I, 23. VII, 4. et XXVIII, 7. 20. adducta ad nostrum trahi non posse

posse persuasissimus tum. Adhaec sibi ipsi et heic diffidere videtur, dum concedit, significatum quoque temporis illas habere in hoc loco, hoc tamen sensu: *en vero! hoc ipso, quo omnia ista, quae praecessere, gesta fuere, tempore, aperti coeli fuerunt.* De cetero illa κρίσις, quam optimus vir affert de voce εὐθὺς, iuxta alios ad verbum ἀνεῴχθησαν, non ad ἀνέβη referenda, non est de nihilo, eamque amplector, quod *scil. non otiose, sed certa forsan de causa illam circumstantiam annotauerit euangelista, quod non diu in aqua moratus fuerit Christus, sed subito, vbi se submersisset, egressus aquis fuerit. Solebant scilicet alii baptismi candidati moram aliquam in aquis trahere, vt eo certius scilicet totum corpus, nulla ne minima quidem parte exceptatingerent, adeoque perfectae ac plenae purgationis symbolum susciperent,* adducto in confirmationem loco Maimonidis. (Cui addatur D. Danzius *dissert. de baptis. Prosel. Iud.* §. 2. *b.*) et §. 36. *Christus vero, qui erat ὁ ἅγιος, neque opus habebat purgationis causa hoc ipso lauacro, breuiore mora forsan ostendere voluit, se eo tantum sacrum hunc ritum vsurpasse, vt τὸ πρέπον obseruaret πληρῶν πᾶσαν δικαιοσύνην omni iustitia perfungens.*

Cap. III. IV.

αὐτῷ) Ad *Christum* referendum, significatque *in eius gratiam*, *propter ipsum*, vti etiam sumitur Luc. XV, 30.

ὡσεὶ περιστερὰν) *Cur autem Spiritus s. non in alia, quam in columbae specie, apparere voluerit?* Optime respondet b. Gerhardus *tom. 1. Loc. Th. p. 571.* "Ideo in specie columbae sese manifestauit Sp. s. quia in cordi-" bus electorum hoc efficit, vt in vera contritione ingemiscant super pecca-" ta instar columbae, Ies. XXXIV, 14. et LIX, 11. vt vera fide tanquam" columbae abscondant se in foramina petrae, Cant. II, 14. in Christi" vulnera, qui est spiritualis petra 1. Cor. X, 4. Vt sint etiam simplices" instar columbarum, Matth. X, 16. Et quia columba afferens ramum" oliuae ad Noachi arcam typus fuit Spiritus s., doctrinam euangelii circa" mundi vesperam proferentis, Gen. VIII, 8. "

CAP. IV, 1.

ὑπὸ τοῦ πνεύματος) sc. vi articuli ἁγίου, ceu recte supplet interpres Syrus. *Ab illo* nempe Spiritu, qui prius super Christum baptizatum descenderat in specie corporali columbae, *et quo plenus erat* Luc. IV, 1. *et in*

CAP. IV. *cuius δυνάμει virtute* reuerſus eſt a tentationibus v. 14. Ab hoc igitur et *in hoc ἀνήχθη, ἤγετο adductus, ductus eſt*, pro quo quidem Marcus I, 10. adhibet notanter verbum ἐκβάλλει, quod non capiendum de impulſu violento, ſed valido duntaxat et potenti ex vſu helleniſtico, reſpondens ebraeo שלח coll. Exod XII, 33. et Pſ. XLIII, 3. Sic τὸ ἐκβάλλειν ſumitur Matth. VII, 4. 5. IX, 38. XIII, 52. Io. X, 4.

Πειρασθῆναι) Ad conciliationem Matthaei et Luc. IV, 2. dici poteſt, primum tentatum fuiſſe IEſum per penuriam, et varias diaboli illuſiones, terribiliaque phantaſmata, nec non ferarum, quarum Marcus c. I, 13. meminit, horribilem diſcurſum, et diram in Chriſtum concitationem, poſtmodum autem palam et viſibili ſpecie tentatorem acceſſiſſe. Vt ita 40. dierum tentationes fuerint quaſi velitationes leuiores, et tanquam paraſceue ad grauiorem luctam ſubſecuturam. Quod inſuper non vnicus diabolus Chriſtum aggreſſus fuerit, ſed cuncti diaboli adfuerint, vnitisque viribus Chriſto palmam dubiam reddere allaborauerint, notauit b. Franzius *in Interpr. Sc. S. p. 718. ſeq.*

Verſ. 3.

ὁ πειράζων) conf. I. Theſſ. III, 5. *Cur* autem *Chriſtus ter ſit tentatus?* Reſp. Tacente Scriptura quis eloquetur? Si quis velit ἀλληγορίζειν adeat Backii *copioſiſſ. Euang. Dom. Expoſ.*

Ὁ λίθοι ἕτοι) Quod Matthaeus vtatur plurali, Lucas autem ſingulari, id ad mentem diaboli aptiſſime b. Chemnitius noſter ita exponit: *Fac vt panes fiant omnes hi lapides*, vel, *ſi hoc tibi nimium eſt, en liberalitatem! credam, te eſſe Dei filium, ſi modo huic vnico lapidi dixeris, vt in panem conuertatur.* Ceterum plenam tentatoris ſententiam optime exponit b. Hunnius *in b. l. Ante dies 40. audita eſt vox e ſuperiore aëre, quae te DEI filium proclamauit. Et tu quidem es in ea opinione, vt te naturalem illum vnigenitum DEI filium eſſe autumes. Quod autem vox illa nil niſi inane ludibrium extiterit, hinc colligere difficile non eſt, quod DEus, qui etiam contemtiſſimas beſtiolas alit, te interim cum fame inediaque conflictantem, manifeſte negligit. Propterea ſi filius DEI eſſes, vtique omnipotens eſſes, et vi potentiae tuae valeres, lapides iſtos in panes conuertere. Fac ergo periculum, ſi libet, ego praebebo me ſpectatorem, quam pulcre ſcilicet poſſis e lapidibus illis panes facere. Quodſi vero hoc praeſtare non potes, res ipſa perſuaſionem illam tuam vt falſam redarguit.*

Verſ.

Vers. 4. CAP. IV.

Ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.

In qua phrasi paraphrastica LXX senum Deut. VIII, 3. pro ebraea על־כל־מוצא פי־יהוה *de omni egressione oris Iehouae*, vox ῥῆμα ἀπροσδιονύσως ad contextum et neruum argumentationis Christi acciperetur de *verbo*, vt animae cibo spirituali, ceu quidem etiam accipit liber Sap. c. XVI, 26. accipienda potius in pari vsu vocis ebraeae דָּבָר, et *verbum* et *rem* significantis, de *re*, sicuti Luc. I, 37. II, 15. h. s. sed de omni re, quam ordinat DEus (coll. *Ebr. Etym. p. ed. n.*) vel dictione concisa Lucae c. IV, 4. ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ, de omni alia re *DEI*, ad alimentum et sustentationem vitae humanae, qualis erat Manna Israëlitarum in defectu panis, cibi ordinarii, ad quod exemplum prouocat Christus. Vt adeo, vult dicere, nondum adsit eiusmodi ineuitabilis necessitas patrandi a me miraculum, idque in tui gratiam, vt ex lapidibus hisce facerem panes. Quo ipso sapienter eluit et eludit sophisticationem hanc diaboli: Qvi extrema penuria in deserto laborat, isque diuina pollet potentia, vt tu quidem filius DEI, ille ad supplendum defectum panis lapides conuertere debet in panes.

Vers. 5.

Ordinem triuin tentationum videtur seruare voluisse prae Luca Matthaeus, quum tam distincte dicat: Τότε παραλαμβάνει etc. πάλιν παραλαμβάνει, et tandem τότε ἀφίησιν αὐτὸν. Conf. Chemnitii *Harm. h. l.* Et Hunnius *in h. l.* ait; *Euangelistas non dissentire, sed variare duntaxat.*

Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν.

Vere et corporaliter, quo sensu etiam Lucas adhibet ἀνάγειν, et vterque verbum ἵστημι. Vnde vel ex hoc non obscure liquet, illas tentationes non contigisse in imaginatione, vel visione, aut internis suggestionibus Satanae, vt nonnullorum Caluino-Reformatorum mens est, *quia infra dignitatem Christi fuisset, per praestigias internas et species s. in phantasiam s. in intellectum immissas tentari: quia etiam glorioſior victoria, maiorque ex sensu historico consolatio emergit*, quae sanior mens est Heideggeri *in Exercitat. Bibl. T. 2. p. 26.* Vtique enim in sanctam Christi mentem et affectus nihil Satanae competit iuris et potestatis. Conferri heic omnino meretur doctissimi Bocharti *dissert. in h. l. Geogr. S. P. II. inserta p. 943. seqq.*

CAP. IV. Vbi grauiſſima illi ſententiae, in viſione et imaginatione hanc tentationem diaboli contigiſſe contendenti, monſtrat incommoda, ac realem transportationem validiſſime adſtruit, adductis quoque teſtimoniis multorum veterum per mille annos, nec ante tempora Theophylacti prioris opinionis vllum veſtigium deprehendi, quique illius mentionem ideo tantum iniiciat, vt refellat. *p. 951. 952. Nec mirum eſt, quod is a diabolo ſe permittat circumduci, qui a membris diaboli ſe permiſit crucifigi. Non cogites hic Satanae potentiam, ſed filii DEI mirare patientiam, qui propter nos ſe ita humiliauit*, vt bene Gregorius. Et Chryſoſtomus: *Domino hoc non eſt infirmitatis, ſed mirae exinanitionis: in ſeruo nequam hoc eſt non poteſtatis, ſed mirae praeſumtionis.* Verum neque haec ſententia communis eſt ad paſſatum celeb. Oleario, qui nonnuſt concedere verbi παραλαμβάνει h. l. ſignificationem *per aërem rapere*, ſed idem ſignificare ac *adiungere ſibi aliquem comitem, eumque ſecum ad certum locum adducere*, adducto pro hoc ſenſu loco ex Plutarcho, et Matth. XVII, 1. Praeiuit iam ei Calouius *Bibl. illuſtr. h. l.* eique pollicem premit D. Deylingius *P. II. Obſerv. S. p. 275. ſq.* Eandem ſententiam praefert e Reformatis Fr. Spanhemius *in Dub. Euang. dub. 59.* itemque nuperrime Jac. Elsnerus *in Obſerv. S. ad h. l. p. 17.* Iſebrandus Eilhardus Harckenrothius *in pec. diſſert. de monte ſublimi tentationis §. 4. bibliothecae Brem. hiſt. philol. th. cl. VI. faſc. V. inſerta.* et Theod. Haſaeus *in diſſert. de eodem monte priori ibid. ſubiuncta §. 3.* Sed rectiſſime contra illum ſenſum ipſe Olearius format hanc obiectionem: *At inquies, non ex ſolo verbo, verum ex ceteris textus circumſtantiis haec vectura intelligitur. Quae vero illa? certe, inquies, quod ſubito ex deſerto in vrbem ſanctam templique πτερύγιον, indeque in montem excelſum fuiſſe translatus dicitur, vix patitur, vt alium translationis modum quam iſtum concipiamus.* Et reſpondet iterum inculcando ſenſum verbi ante tactum, quo non indicari, momento id factum eſſe. Hinc conſequenter vix veriſimile ipſi videtur, continua et interrupta ſerie iſtas tentationes ſeſe mutuo excepiſſe. Quin potius Satanam per intervalla, prout ſeſe offerret occaſio, artium ſuarum feciſſe periculum. Atque adeo primo in deſerto quidem cum inueniret ſolum, fame oppreſſum, langueſcentem, aggreſſum eſſe. Paulo poſt Hieroſolymis in templo repertum, in editiorem templi locum, oſtendendi ipſi eius ambitum aedificiaque ampliſſima praetextu, eduxiſſe, ibique tentationis anſam arripuiſſe. Rurſus alio tempore, cum in montanis eum inueniret, quo ſaepe Chriſtus precandi cauſa ſecedebat, in montem excelſum ſeduxiſſe. Enimuero non video,

quo

quomodo modus tentationis secundus conueniat cum paulo ante allato, CAP. IV. quod *tentator amorem simulans atque beneuolentiam Christum in eremo oberrantem in viam reduxerit, sensimque Hierosolymam perductum ante omnia templum cum eo adierit, etc.* Nonne haec aperte sunt diuersa? ex eremo sensim perduxisse Hierosolymam eiusque templum, et alio tempore Christum inuentum in templo in editiorem templi locum eduxisse. Et quomodo quaeso talia tentationum interualla probabuntur? Nonne tutius, pro incertis coniecturis literam et seriem historiae de vno eodemque tempore, ductu particulae temporis τότε, tenere? praesertim quum ipsemet prius secundam tentationem immediate et interrupte coniunxerit cum prima. " Equidem illud τότε, excipit, non obstare debere suae sententiae, hoc enim certe non semper vt particulam temporis immediate praeceden-" tibus sequentia coniungere, sed rerum simpliciter consecutionem, remit-" tens simul lectorem ad speciales suas circa ordinem narrationis Matthaei" obseruationes, earumque §. X. In qua vero collatione prodit iterum" discrepantia. Quod enim heic effert positiue, et asseueranter *certe*, id" ibi eloquitur satis dubie, *possit forsan* non semper ea tempus determina-" tum, sed cum amplitudine quadam notare, ita vt idem sit, quod *circa*" *illud tempus*, qui vsus fere est germanicae particulae *da*. " Si applicemus et hunc sensum ad nostrum textum, apparebit, illum non sententiae receptae, de eodem trium tentationum tempore, obstare, sed potius eum belle confirmare. *Circa illud tempus* tentationis finitae in deserto assumsit eum diabolus in sanctam ciuitatem etc. Immo continuam et non interruptam tentationum seriem persuadet glorioſissimus finis, vltimae demum additus. Praeterea nec hoc praetermittendum, quod si Christus pedibus iuisset ad loca illa cum diabolo, eiusque ductum secutus fuisset, sane in istud iter et comitatum consensisset, qui tamen in tota tentatione *passiue* se habebat, neque diaboli voluntati vel hilum indulgebat. Ne dicam, quod minus probabile, ac praesumtu difficile sit, quomodo Saluator pedibus per gradus adscendere voluisset aut potuisset ad tale periculosissimum πτερύγιον s. summam extremitatem aliquam templi? Interpolationes et κρηπιδόμυγιαι Balth. Beckeri solide more suo detexit et diluit b. Io. Winckler. Sen. Hamb. *in pec. conc. dom. Inuoc. de tentatione Christi an. 1694.* Et postea *an. 1705.* eiusdem et Zach. Webberi D. Grapius *in disp. Rost. de tentatione Euae et Christi*, quibus add. D. Deylingius *l. c p. 270. seqq.* Ceterum quomodo versipellis tentator ex responso Christi captauerit ansam secundae huius tentationis scite monstrat b. Backius *l. c.* quando exceptio-

CAP. IV. nem eius ita efformat: *Audio te doctum, disertum, et in allegandis scripturae dictis expeditum esse, quid ergo facis in deserto? carbonariorum est in siluis latitare; viri autem tam excellenter docti in ciuitatibus reperiuntur, et quidem in magnis ciuitatibus. Ergo eamus in ciuitatem illam insegnem Ierusalemum, ibi stabis non in cathedra modo, das ist zu gemein, sed in ipso templi cacumine altissimo. Quo dicto arripit Dominum et abducit.*

Vers. 6.

καὶ λέγει αὐτῷ κ. λ.

Et heic mentem diaboli eleganter a b. Hunnio expressam audiamus: *Tu etiamnum*, inquit, *perstitis in ea sententia, te eum esse, quem vox e superiore aëre pronuntiauit: hoc autem facilius dicitur, quam creditur ab hominibus. At vero si te praecipitem dares in conspectu hominum, nec quicquam aduersi tibi eueniret, ibi demum vnanimi assensu pro Dei filio te agnoscerent ac reciperent. Et ne forte metuas, id cum aliquo periculo fore coniunctum; en tibi saluum conductum scripturae testimonio promissum! Scriptum est de omnibus filiis Dei, maxime vero de te tanquam naturali filio eius: (si modo vera est vox illa apud Iordanem audita) mandauit angelis, vt tollant te manibus suis, ne quando impingas in lapidem pedem.*

Vers. 7.

Οὐκ ἐκπειράσεις) Propositio ἐκ est αὐξητική, vt recte cum Camerario notat Er. Schmidius, q. d. *non pertentabis.* Ceterum haecce verba loquitur Saluator de se, non ad diabolum, quasi hic ipsum pro suo domino agnoscere deberet. Argumentatur enim rursus ab exemplo Israelitarum, ad quos haec grauis admonitio facta erat Deut. VI, 16. q. d. Si Israelitae diffidentia prouidentiae diuinae non peccare debuerunt in Deum suum, ita nec ego in statu serui et tentationis.

Vers. 8.

καὶ δείκνυσιν αὐτῷ

Perplacet heic obseruatio D. Olearii, quae etiam est Calouii ad *h. l.* nec non Bocharti *Geogr. S. P. II, dissert. ad h. l. p. 948. et 465.* coll. Ezech. XLIII, 10. quod non *digito monstrare* tantum, atque *oculis subiicere*, verum *oratione* quoque *ostendere* atque *menti repraesentare* significet, coll. Matth. XVI, 21.

is-

isque vſus verborum *monſtro*, *oſtendo*, omnibus linguis familiaris ſit. Vnde CAP. IV.
commodiſſime, nullaque textus circumſtantia contradicente, Matthaei verba ita reddi poſſe exiſtimat: *Iterum diabolus in montem praecelſum eum deduxit, et luculenta oratione omnia mundi imperia omnemque gloriam eorum oculis ipſius ſubiecit.* Quod autem in altum montem Chriſtum deduxerit tentator, loci ſimpliciter denotari circumſtantiam, quod ex ea ipſa occaſionem huius tentationis, ſuaeque adeo δείξεως captare potuerit tentator, alioqui in ima valle, immo et ſpelunca quacunque, talis demonſtratio regnorum verbalis fieri potuiſſet, vti aeque in imaginaria illa Hunnii aliorumque non opus erat monte. Phraſis autem Lucae ἐν σιγμῇ χρόνῳ *in temporis puncto* vel *momento* denotat tempus *perexiguum*, (ceu exponit Syrus ܒܫܥܬܐ ܚܕܐ) ſenſusque adeo eſt: „ Diabolum pro ſua facundia breui et neruoſa orati„one Chriſto regna mundi omnia eorumque gloriam expoſuiſſe. „ Exempla huius acceptionis diuerſa adduxit laudatus Olearius. Et quid multa? quum quotidianus vſus in omni fere lingua approbet. Et Bochartus adducit *l. c.* Ieſ. XXIX. 2. לפתע פתאם quod LXX reddunt ὡς σιγμὴ παραχρῆμα.

Verſ. 11.

Τότε ἀφίησιν αὐτόν.

Diabolus dicitur *dimiſiſſe Chriſtum*, ſed Lucas IV, 13. addit ἄχρι καιροῦ, *ad tempus*. Vbi diſtinguendum eſt inter *tentationes diaboli viſibiles immediatas* et *inuiſibiles mediatas*, quibus eum non longo poſt tempore in ſuis membris et mancipiis praeſertim in paſſione acerbiſſima infeſtauit, coll. Io. XIV, 30.

Verſ. 12.

Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς - - - - γαλιλαίαν.

Non ſane ſtatim a tentatione haec facta ſunt, ſed aliquo poſt tempore. Ea enim, quae Ioh. I, 24. it. capp. II. III. et IV vsque ad V, 43 narrantur, antea contigiſſe manifeſtum eſt, quorum ſolus meminit Ioannes. Quia enim poſtremus erat euangeliographus, quae ab reliquis euangeliſtis praetermiſſa viderat, ſolus annotauit. Conf. Bertr. *Matth. Enucl. ad h. l. p. 87.* Raupp. *Comm. Synopt. h. l.* et Dorſcheus *ad h. l.* ſed *quomodo in Galilaea tutus eſſe poterit Seruator, quum Ioannes in Galilaea traditus, et Herodes huius Tetrarcha fuerit?* coll ſupr. c. II, 22. Reſp. cum b. Chemnitio, Ioannem traditum eſſe in Galilaea inferiore, et quidem in Tiberiade, Herodis regia, oppido Galilaeae inferioris. Chriſtus vero relicta Nazareth, ſec. v, ſeq. itidem hu-

CAP. V. huius Galilaeae oppido ſeceſſit in Galilaeam ſuperiorem, huiusque metropolin Capernaum, quae non Herodi, ſed Romanis immediate parebat; vnde etiam facilis erat traiectus in Ituraeam et Trachonitidem, regna Philippo Tetrarchae ſubiecta, Luc. III, 1. Tutior ergo ibi, quam in inferiori Galilaea eſſe potuit.

Verſ. 17.

Ἀπὸ τότε) Bene annotat Er. Schmidius: „ Graeci aduerbia articulis ſ. expreſ„ſis ſ. ſubauditis veſtita nominaliter et adiectiue uſurpant, ſubſtantivo itidem vel „expreſſo vel ſubaudito iuncta, ut ἀπὸ τότε, h. e. ἀπὸ τῆς τότε χρόνου, *ab* vel „*ex eo tempore*. barbare *a tunc* ex ignorantia graeciſmi. Sic ἀπὸ τῆς νῦν non „*ex hoc nunc*, vt barbare reddiderunt, ſed *ab hoc praeſenti tempore* vel *mo*„*mento*, pro ἀπὸ τῆς νῦν χρόνου. „ Idem inculcare ſolemus in ebraiſmo, quod particulae cum praepoſitionibus conſtructae induant naturam nominum. Conf. *Luc. Ebr. p. 174. n. t. et 414. Hinc* מֵעַתָּה עַד־עַתָּה *a nunc, ad nunc* i. e. *a tempore praeſenti, vsque ad tempus praeſens.* מֵאָז *a tunc* i. e. *a longo, priſtino tempore.*

CAP. V, 3.

De phraſi Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι vid. *Luc. Ebr. p. 330. n. i.*

Verſ. 13.

Ἐὰν δὲ ὁ ἅλας μωρανθῇ,

Si vero ſal infatuatus fuerit, ἄναλον γένηται *inſulſus factus ſit*, Marc. IX, 50. Comparationem diſcipulorum Chriſti cum *Sale terrae* bene illuſtrat D. Wedelius *in Exercit. Medico-Philol. Sacr. et Profan. Decad. V. Exerc. IV.* ex ſalis affectionibus (1) *ſapore* (2) *integritate* (3) *conſiſtentia* et denique (4) *condiendi aptitudine*. Deinde *p. 18. ſeqq.* de ſale inſulſo agit, et quidem τὸ μωρὸν de *inſipido* etiam dici, ex Hippocrate docet. Sal quoque, vtut ſapidiſſimum, reddi poſſe inſulſum, infatuari penitus, et vſibus ſuis ineptum reddi ſ. ex toto ſ. ex parte, probat *p. 19. 20.* et ex experimento Blaſii Vigenerii *l. de igne et ſale c. 68. p. 125.* Nec inepte verba figurata euoluit et applicat theologus Heluetius Benedict. Aretius *h. l. cogitemus*, inquit, *illa, qui miniſtri ſumus vel eſſe cupimus. Infatuatus miniſter eſt, qui officio ſuo male fungitur, non docet vt debet, non monſtrat peccatum, non conditurae* vtilem *miſcet doctrinam legis et euangelii, docet, quae ipſe*

ipse non seruat, nec praestat, qui leuis est, ebrius est, scortator est: CAP. V. *in summa, qui professionem ministerii deboneſtat: talis vnde condietur? certe quis ministrum docebit, qui alios docere debuit? Res videtur contra naturae ordinem instituta, non minus ac si oues pastori consulant, ab eo lupos propulsent. Quae rerum facies si currus equos trahat? quid rei, si sal condiendus sit, qui, vt alia condiat, natura mortalibus est datus? certe facies rerum misera est, et res emendatione carens. Proximum est eiici h.e. a ministerio pelli, deponi, etc.*

ἐν τίνι ἁλιαθήσεται;

Per quidnam salietur? sc. ἅλας ἄναλον *sal ille infatuatus*, insipidus. SicMarcus *l. c.* expresse personalem sensum suppeditat addendo αὐτὸ *ille.*

καταπατεῖσθαι) ὡς ἐν παροιμίᾳ memorandum heic est exemplum Ecebolii sophistae Constantinopolitani, qui in gratiam Iuliani apostatae et ipse apostata factus fuerat, Iuliano miserrime obeunte, ad ecclesiam redibat, adque forestempli prouolutus, talia subinde ingeminabat: πατήσατέ με τὸ ἅλας ἀναίσθητον *calcate me salem insipidum*, vt refert D. Bertramus *in Matth. Enucl. ad h. l.* ex Socratis *hist. Eccl. l. 3. c. 13.* Niceph. *l. 10. c. 23.* Zehn. *Adag. aScr. cent. 3. p. 415.* Fabronii *Hist. mundi p. 124.*

Vers. 17.

Haec verba Christi Faustus Manichaeus ap. Augustinum *l. XVII* contra Faustum, *c. 1.* et *l. XXXIII*, *c. 1. et 2.* quasi non essent genuina reiiciebat. Sic etiam verba c. VIII, 11. Conf. Glassii *Philol. S. l. 1, tr. 2. col. 207. seqq.*

Vers. 18.

De ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία vid. *Luc. Ebr. p. 7.*

Vers. 19.

ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

In quibus verbis verbum λύσῃ a communi, a receptissimo sensu, abstrahit ICtus et philologus Marpurgensis Io. Fr. Hombergkius *in Parergis suis S. ad h. l.* dum illud sumit pro ἀπολύσῃ *solutione quae fit doctrinae gratia.* Sed per hanc intempestiuam ἀπόλυσιν *soluit* (α) necessarium nexum cum antecedentibus, quem tamen monstrat *partim* particula συλλογιστική s. conclusiua οὖν, remittens nostrum λύσῃ ad illud καταλῦσαι *vers.* 17. adeoque

CAP. V. tam ſimplex quam compoſitum haud dubie erunt homogenei non heterogenei ſenſus: *partim* verba μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων referunt ſeſe ad Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία. *Soluit* (β) neruum aduerbii οὕτω *ſolutionis modum* dicentis. Infert namque Chriſtus; *Si* igitur quis ſoluerit, abrogauerit, irritum fecerit, (per falſum prauumque gloſſema) *vnum praeceptorum horum vel minimorum*, (*quae tamen ego non veni καταλῦσαι, ſed minima maxima πληρῶσαι*, verſ. 17. 18. eaque et *a* vobis quodammodo implenda ac *facienda* ποιήσῃ,) et *docuerit* οὕτω ita *homines* (nempe non teneri eos ad obſeruationem eiusmodi *praecepti minimi*) *is minimus vocabitur* (i. e. *erit*, coll. *Luc. Ebr. p. 400.*) *in regno coelorum.* Non autem *ſoluet* vir doctus vnitatem ſententiae communis per rationem λύσεως ſuae petitam *ab oppoſitione illorum qui docent ſolum, et eorum qui docent et faciunt.* Siquidem illa illi non tam obeſt quam prodeſt, eamque magis communit. Nec placere video iſtam λύσιν ſ. interpretationem, tanquam *contra ſenſum totius loci* cl. viro Iac. Elsnero *in Obſ. S. ad h. l. p. 25.* Ceterum quod ad ῥῆσιν attinet, *minimus vocabitur*, bene obſeruant Chemnitius et Bertramus, Chriſtum loqui ad μίμησιν phraſeos Phariſaicae. Sicut enim Phariſaei *praecepta minima*, (vt de interioribus cordis motibus et affectibus, de praua concupiſcentia,) vocabant, quae *pro nullis* habebant, nec obligare putabant, ita Chriſtus *minimum* vocat *in regno coelorum*, qui plane *nullus* inibi futurus eſt. Conf. etiam Glaſſ. *Rh. S. col. 2007.* et *Log. S. col. 2115.* it. Dorſcheus *ad h. l.*

Verſ. 22.

εἰκῇ) Hanc vocem legunt omnia noſtra exempla graecà, nec non Iuſtinus, ac praeterea duobus locis Irenaeus. Quin immo ipſe Syrus ipſiſſimam hanc particulam graecam ⟨ܣ⟩ retinet. Eam tamen expungendam eſſe cenſet Hieronymus, eumque ſecuti ſunt Vulg. lat. Lutherus, Colomeſius, aliique. Teſtatur enim Brugenſis abeſſe iſtam vocem in cod. quodam graeco Bibl. Vatic. nec legunt Auguſtinus et Anshelmus. Vid. Saubertus *l. c. p. 76.* et Glaſſ. *Philol. S. col. 189. c. fin. et 191. med.* it. Maſtr. *in cit. not crit. p 2.* et D. Pfeffingerus *in diſp. Argent. de Cultu Angelorum ex Col. II, 18. p. 116. ſeq.* Quin Millius *in prolegom. ad N. T. p. 90. col. 1.* Caſſiani auream plane notam vocat in lectionem inſignem Matth. V, 22. „*Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio.*„ Superfluum, „inquientis, *ſine cauſa*, et adiectum eſt ab his, qui amputandam iram

pro

pro iuſtis cauſis minime putauerunt; cum vtique nullus, quamlibet a ra-" CAP. V.
tione commotus, ſine cauſa, dicat, ſe iraſci. Quamobrem apparet ab eis"
adiectum, qui propoſitum non intellexerunt ſcripturae, volentis fomitem"
iracundiae omnibus modis amputare, nullamque indignationis occaſio-"
nem penitus reſeruare; nedum iubemur iraſci cum cauſa, etiam ſine cau-"
ſa iraſcendi nobis intromittatur occaſio. " *de Inſtitut. Coenob. l. 8. c. 20.*

Ῥακὰ) Magis placent, qui hanc vocem deriuant ab ebraeo רקק et ירק *exſpuit*, vnde רק *ſaliua*, vt ita notetur homo *conſpuendus*, *ſputo* conuitiisque dignus, itaque, explicante Chriſto, et qui iraſcitur ἐνοχῇ, et qui ſignis ac conuitiis iram extra prodit, capitali aeternaeque poenae, cum graduum proportione, ſubiaceat. Conf. b. D. Varenius *Decad. Moſ. in Exod. p. 207.*

Verſ. 25.

Ἴσθι εὐνοῶν κ. λ.

Notatu heic digna ſunt verba R. Ionae *in lib.* יראה ap. Lud. Cappellum *Spicil. annot. in N. T. Ne moretur ſuper te indignatio cuiusquam, et ne dormiat tecum nox et ira aduerſus aliquem, ſed abi et reconcilia eum tibi, donec perſuadeatur, quamuis ipſe te offenderit, et ne dicas apud te, ecce talis me offendit, ipſius eſt me conuenire, et me ſibi conciliare. Nam hoc argumentum eſt ſuperbiae cordis. Scriptum eſt autem abominationi eſſe Domino ſuperbum corde.*

Verſ. 26.

ἕως ἄν) Ex ipſis Pontificiis Lyranus et Maldonatus explicant, quod NVNQVAM *in inferno* detur ſolutio. Sic etiam bene Maldonatus ad c. XVIII, 34. " Non ſignificatur fore, vt qui damnati ſunt, poenas a-" liquando perſoluant, et quaſi reddito debito liberentur, ſed fore, vt" *nunquam* liberentur, niſi poenas perſoluant, quas quia perſoluere *nun-*" *quam* poterunt, *nunquam* liberabuntur. "

Verſ. 37.

Ναὶ ναὶ, ὄ, ὄ.

Conuenit pulcra veterum ebraeorum formula צדיקין הן הן ולאו שלהם לאו *Iuſtorum* הן *vaì*, *eſt* הן *vaì*, *et* לאו ὄ *eorum*, *eſt* לאו ὄ. Conf. Raſchi ad Exod. XX, 1. i. e. reſpondent ad eſt, eſt, et ad non, non. Sic Maimonides *in tr. Peah c. 5.* " Transactio inter diſcipulos ſa-" pientum ſit, in veritate ac fide dicere ad non, non, ad eſt, eſt. "

CAP. V. VI. Vers. 46. 47.

Οἱ τελῶναι) Illos Suida ita depingit: Τελώνης πεπαρρησιασμένη βιά, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγή, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον μὴ ἔχουσα h. e. *publicanatus est vis liberrima, rapina extra reprehensionem, quaestus impudentissimus, negotiatio non habens rationem.*

CAP. VI, 1.

De lect. var. δικαιοσύνην pro ἐλεημοσύνην vid. *Ebr. Etymol. p. 241.*

Vers. 2.

Ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

Vbi verbum ἀπέχουσι, quod plerumque reddunt, idque recte, vi etiam locorum Luc. VI, 24. Phil. IV, 18. Philem. v. 15. *receperunt*, Nortonus Knatchbul, quem sequitur Amelius *in der Eroert. P. I. m. Febr. p. 85.* vult reddi propter v. 1. cui hic alias contradiceret, *prohibent* mercedem suam sc. ap DEum. Nam omnes lexicographos κωλύω et ἀπέχω, ἐμποδίζω idem significant. Atque in eo sensu accipi etiam Plutarcho in Solone τὸν δὲ μισθὸν ἀπέχει, *prohibetque mercedem suam.* „Neque credo, „ait porro, de distinctione illa mundanae et coelestis mercedis, vt alii „*l. c.* explicant, vnquam somniasse. Sic occurrit eodem sensu in libro de „defectu oraculorum. Similiter ap. Dionysium Halic. atque in ll. parall. „statuendum arbitratur.„ Verum huius superuacaneae crisi ex asse iam satisfecit cl. Ioach. Kühnius *Quaest. Philol. Pent. I. qu. 4. p. 9. 10.* et nouissime cl. Hombergk *in Pareg. Sacr. ad h. l. p. 21. 22. 23.* Add. etiam Petr. Keuchenius *Annot. ad h. l. p. 35. sq.* meliorque videtur illorum crisis, quae in praepositione ἀπό aliquam emphasin venatur, nempe *plene et plane acceperunt mercedem suam*, in hoc seculo, ita vt nihil ipsis residui nomine in coelo exspectandum sit. Hinc nomen ἀποχή, quod est tale scriptum, quo aliquis fatetur, se iam *recepisse* et habere id, quod sibi debebatur.

Vers. 4.

ἐν τῷ φανερῷ.

Desunt in MS. Cantabr. et Cod. Vat. graeco apud Brugensem. item in Vulg. Lat. etc. etc. Nec legit Augustinus. Sed legunt Chrysost. et Theophyl. absque tamen articulo, vti etiam in v. 6. Conf. Saub. *l. c. p. 83.* et Glass.

Glaſſ. *Philol. S. col.* 190. Ceterum hocce ἐν τῷ φανερῷ Lucas interpretatur c. XIV, 14. ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων, coll. intr. c. XXV, 35. ſeqq. Reddet autem non ex *commiſſo*, ſed ex *promiſſo*, vt bene Auguſtinus loquitur. CAP. VI.

Verſ. 6.

Τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ

III. MSS. codd. Bezae legunt: ἐν τῷ κρυπτῷ. Ita etiam Vulg. et Luth. et Arabs. Textualem vero lectionem ſequuntur Syrus, Gothus, et Ebr. Munſt. it. Perſa et Aethiops ap. Saubertum *l. c.* et addit: Quae lectio valde conuenit cum verſ. 18. h. cap. vbi nulla, quantum hactenus conſtat, occurrit varia circa eadem iſta vocabula. Non autem ſimpliciter taxantur preces publicae. οὐ γὰρ βλάπτει ὁ τόπος, ἀλλ' ὁ τρόπος καὶ σκόπος.

Verſ. 10.

καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Vbi καὶ ritu praefixi ו ebraeorum habet vim *comparandi*: *Sic in terra.* Conf. Act. VII, 51. Io. XX, 21. Luc. VI, 31. et Glaſſ. *Gr. S. col.* 1093. et *Luc. noſtr. Ebr. p.* 271.

Verſ. 11.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον.

Quodſi omnia, quae de voce ἐπιούσιος ſupra modum criſtica afferre poſſem, afferrem, certe iliada poſt Homerum conſcriberem. Id ſaltem dixerim, omnem illius litem dirimendam eſſe ex certa ἐτυμολογίας ratione. Iam autem non fert receptior compoſitionis analogia, vt vox iſta deducatur ab ἐπὶ et οὐσία, quum ſic dicendum foret ἐπούσιος vel ἐπουσιώδης magis, quam ἐπιούσιος; adeoque vna cadit verſio iſta barbara diuque explosa *ſuper-ad-ſubſtantialis*, *über- oder zu-weſentliches*: ſed potius a *participio aor. II* ἐπιών, et ſpeciatim eius datiuo plurali ἐπιοῦσι, (ſicuti ἐθελούσιος ex ἐθέλουσι) verbi ſimplicis ἴειμι *ire*. Hinc femininum ἐπιοῦσα Act. XXIII, 11. τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ *accedente, ſequenti nocte*, et c. VII, 26. τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, *die ſuccedente*. Eſtque adeo ἄρτος ἐπιούσιος *panis ſuccedaneus, quotidianus*; idemque dicit, quod ebraeum לחם התמיד Num. IV, 7. et לחם חקנו *panis demenſi noſtri, unſer beſcheiden Theil Brodts oder Speiſe*, coll. Prou. XXX, 8. id quod Lucas ſcite reddit σιτομέτριον,

CAP. VI. μέτριον, c. XII, 42. Atque optime vim eius circumscribit et exhaurit celeb. Wedelius *l. c. Dec. IV. Exerc. III. p. 13.* h. m. *Vnser immerzu bedürffendes, täglich aufeinander folgendes nöthiges Brodt*, idque probat partim ex natura rei, partim ex natura vocis rem designantis. Hinc etiam reddidit Syrus ܠܚܡ ܣܘܟܢܢ ܕܡܬܒܥܐ *panem necessitatis, indigentiae nostrae.* Nec obstat notioni illi sequens σήμερον, vel apud Luc. καθ' ἡμέραν. Non enim tautologicus erit hic sensus: *Vnser täglich bedürffen, gieb uns heute, oder täglich.* Ceterum putat Io. Clericus, alludi hac petitione ad morem eorum, qui pauperes alunt, praebitis quotidie in vnum diem alimentis, q. d. Christus: *da nobis in posterum per reliquam vitam quotidie vnde viuamus, vt sit pauperibus, quibus quotidie victus suppeditatur*, tam *in Art. Crit. l. l. c. 1.* quam *in Animadu. Hammond. ad h. l.* Magis autem placet cl. Cornelio Adami *in Obs. Theol. Philol. c. 3. §. 12. p. 113.* respici morem veterum, qui seruis, et qui in familia regis aut principis erant, demensum vel cibum in diem dabant. Immo et illi, qui aliorum ministerio et seruituti se addicebant, necessaria vitae stipulabantur a suis dominis. Vt sensus sit: *petimus, vt DEus nobis, famulis ac militibus suis, immo qui ad suam in hac terra familiam pertinemus, de diuturno victu prouideat, quo ita melius et animo curis secularibus vacuo cultui diuino, et obedientiae voluntatis diuinae (quam in terra vt in coelo fieri petimus) nos totos dare possimus.* Praeiuerat iam ei Grotius, *Quemadmodum hi, qui in potestate sunt patrisfamilias et boni et sapientis et diuitis, non postulabunt vt alimenta in multos annos sibi in cellis recondere liceat, sed contenti erunt demenso diurno: ita et Christus abesse vult a nostris precibus tum diffidentiam tum auiditatem.*

Vers. 12.

ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν κ. λ.

Particula ὡς non est h. l. modi, sed *argumentatiua ab exemplo*, et quidem nostri, vt euidenter patet ex Luca, coll. et eius cap. VI, 36. non Dei Patris, vt vult D. Olearius, qui coacte (1) particulam accipit in significatu rariori pro ὥτως *similiter.* (2) Verbum praesens ἀφίεμεν conuertit in futurum. (3) Illud καὶ apud Lucam, suae interpretationi obstare visum, cogit in significatum *similitudinis*, et γὰρ explicat per *quoque.* Quum enim ipse par-

paralleliſmum realem inter Lucam et Matthaeum cum b. Chemnitio et Lyſero agnoſcat, hinc τὸ γὰρ exacte in ſenſu conuenit cum τὸ ὡς Matthaei, quod magis explicat, ne accipiatur de norma ſecundum quam a Deo Patre peccatorum remiſſio petatur; (quamquam ſi et καὶ Matthaei in verſione exprimatur, ſicut bene in cantico ſup. orat. dom. *wie wir AVCH unſern Schuldigern ihre Schuld und Fehl vergeben gern*, ſenſus euadet paulo benignior.) Vt proinde verba Lucae vtique ſententiae cl. viri refragentur. Senſus igitur hiceſt: *Remitte nobis o Pater debita noſtra, et quidni velles? nam ecce* etiam *nos miſeri homunciones, quorum tamen arcta et manca eſt voluntas, nihilominus proximo noſtro offenſas non inuito, ſed lubenti animo remittimus, quanto magis tu Pater omnis gratiae ac miſericordiae, quae nullos habet modos, nullos terminos, omnino et ex toto corde peccata nobis remittes, ſicuti nobis remiſiſti in Chriſto*, Eph. IV, v. vlt. ‖ De cetero obſeruandum eſt, phraſin ἀφιέναι τὰ ὀφειλήματα ſapere *Chaldaeo-Syriaſmum*, vbi dicitur שבק לחובין *remittere debita* Exod. XXXII, 32. Ieſ. XLIII, 25. pro *delicta condonare*; et *debitores* heic dici pro *peccatoribus*. Conf. Luc. XIII, 2. cum 4. et Targum 1. Reg. VIII, 30. 34. 36. 39. 40. Gen. XVIII, 20. XLIV, 16. L, 17. c. IV, 13. Exod. XXXII, 30. et Caninius *in loc. N. T. c. 12. p. m. 483. ſ.* Glaſſius *Gr. S. col. 329.* Dilherrus *in Eclog. Sacr. N. T. p. 54. ſeq.* Vorſtius *P. I. Philol. S. c. 3. p. 73. ſ.* Keuchenius *adh. l. p. 37.* Io. Olearii *tr. de Stilo N. T. p. 86.* et Cellarii *Chald. p. 78.*

Verſ. 13.

καὶ μὴ εἰσενέγκῃς

D. Olearius oſtendit, perinde eſſe μὴ εἰσενέγκῃς εἰς τὸν πειρασμόν, et μὴ φέρῃς ἐν πειρασμῷ, et in ſenſu permiſſionis idem eſſe ac μὴ φέρεσθαι ἔα, *ne ſinas abripi nos in tentationibus, ſiquae nobis obuenerint.* Oſtendit itaque verbum ἐγέγκειν et φέρειν, quod etiam tempora quaedam ab illo mutuetur, praeter alios ſignificatus notare quoque *auferre*, ‖ *abripere*, quemadmodum torrente aliquid euerſum abripitur, quod nemo neget, et probat ex φόρα, quod *impetum* notet, et παραφέρειν *abripere* dicatur, nihilque frequentius, quam in paſſiuo φέρεσθαι pro *impetu quodam abripi*, ſimiliter περιφέρεσθαι, ut Eph. IV, 14. Quae omnia recta et indubia ſunt. At dubium adhuc eſt, num etiam compoſitum εἰσενέγκω vel εἰσφέρω ita vſurpetur, et ob praepoſitionem εἰς vſurpari poſſit? de quo nihil tetigit, nec ullum huius vſus exemplum adduxit, quod maxime deſideraſſem. Nam compoſitio et expreſſa rurſus conſtructio cum praepoſ. εἰς illum Attiçiſmum τὸ εἰς pro

ἐν

CAP. VI. ἐν plane non admittere videtur, habetque tum significationem *inferendi*, *inducendi*, vti manifeste 1. Tim. VI, 7. Ebr. XIII, 11. Occurrit quidem etiam hoc verbum constructum cum praepos. ἐν pro εἰς, sed non vice versa εἰς pro ἐν, quemadmodum apud Demosthenem, notante Er. Schmidio *h. l.* εἰσφέρειν τὴν γνώμην ἐν τῇ βουλῇ *introducere in senatum sententiam.* Quidni ergo naturalem huius verbi constructionem ac consuetam significationem seruabimus? h. s. *ne sinas ita induci nos in tentationes, ut in iis succumbamus.* Nec putem, sanctissimum Seruatorem nos simpliciter h. l. non iubere orare, *ne incidamus in tentationes*, quod voluntati Dei tamen maxime sit conueniens, ut monet vir doctissimus. Quare enim iussisset discipulos suos orare, προσεύχεσθε, inquiens, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν, Matth. XXVI, 41. Marc. XIV, 38. et Luc. XXII, 40. 46. Num Christus a seipso dissentit? absit. Et nonne haec phrasis priori in sensu passiuo vel permissiuo accurate respondet? Eiusdem namque sensus erit precari, *ne inducamur s. incidamus in tentationem*, et *ne ingrediamur in tentationem.* Mens igitur huius petitionis est: Ne benignissime Pater nos infirmissimos homines in tentatio-" nes patiaris *induci*, etsi etiam placet *induci*, non tamen iis *seduci*, non oc-" cumbere, sed vincere. „ Id quod etiam volunt verba Lutheri vltimum §. 1. allegata; deprecamur hoc, *ne in easdem prolabamur*, et *in iis submergamur.* Vigilandum itaque heic, et sedulo orandum nobis erit, vt Dei gratia nos conseruet atque confortet, quod quoque IEsus patiens grauiter discipulis iniungebat suis, *l. c. Absque hac enim impossibile est*, *vel leuissimam tentatiunculam vincere*, ut vere ait idem Lutherus *in Catech. mai. p. 531.*

ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία κ. λ.

Δοξολογίαν hanc (cuius γνησιότητα masculе vindicarunt iam bene multi, vide sis Calou. *Crit. s. p. 479.* et *Bibl. Illustr. b. l. Glass. Phil. S. l. 1 tr. 2. col. 208-213.* Korthold. *de Var. Sc. S. Edit. c. VII. §. 28. p. 88. seq.* Raith. *in Vindic. vers. germ. Luth. p. 27. s.* Saubert. *l. c. p. 84.* *Dan.* Whitby *in Exam. Var Lect Millii Lib. II. c. 1. §. 2. p. 29.* Mastrichtianum N. T. Gr. *in not. crit. p. 2.* Gottfr. Olear. *Obseruat. Philol. ad h. l. §§. 4. et 5.* (ex variis V. T. locis congestam atque coagmentatam esse, putat idem Olearius *l. c. §. 6.* Sic enim ei, quod dicitur, σοῦ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία, geminum esse, quod in Psalmo XXII, 29. legitur, τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, *Domini est regnum.* Quod additur ἡ δύναμις, ei non dissimile esse, quod apud Iobum c. XII, 12. legitur παρ' αὐτῷ σοφία καὶ δυναμις, *ipsius* vel *apud ipsum sapientia* est *et potentia.* Quod δόξα addi-

ditur frequentiſſimum, plane vero eadem ratione *δύναμις καὶ δόξα potentia et gloria DEI* in Pſ. LXIII. iungantur. Immo ſi ſenſum ſpectes, omnia quae heic in Orationis Dominicae coronide iunxerit Saluator, in diuino illo hymno ſuo, qui in 1. Chron. XXIX, 11. iunxiſſe Dauidem: *Σοὶ κύριε ἡ μεγαλοσύνη, καὶ ἡ δύναμις, καὶ τὸ καύχημα, καὶ ἡ νίκη, καὶ ἡ ἰσχὺς, ὅτι σὺ πάντων ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς δεσπόζεις. Tua, Domine, magnificentia eſt, et potentia et gloria, victoriaque et virtus, tu enim rex es eorum, quae in coelo ſunt atque in terra.* Id equidem multo veriſimilius ſtatuitur, quam quod *decem Sephiroth Cabbaliſtarum* in Oratione Dominica tanquam in compendio exhibeantur, quae placita modeſte refutat. Nec ſatis probari, Chriſtum ipſam doctrinam, vt a Cabbaliſtis modernis proponatur, vel calluiſſe, vel ad eam reſpexiſſe. Ceterum circa hanc orationis dominicae clauſulam ac elegantiorem nexum per mihi placet theologi Baſileenſis Sam. Werenfelſii mens *in Sylloge Diſſertat. Theol. p. m. 511.* "Quod videlicet illa non obſcure reſpiciat tres priores" petitiones, aut potius vota: *Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum" tuum, Fiat voluntas tua:* quaſi Chriſtus nos ita precari iuſſiſſet: Non" petimus a Te, Pater coeleſtis, vt in orbe magni et honorati ſimus, non" petimus potentiam et diuitias, non vt omnia nobis ad nutum et voluntatem" fluant. Quin potius ſumma votorum noſtrorum eſt: Vt tuum nomen" magnum ſit et ſanctificetur, Tuum Regnum veniat, Tua voluntas fiat:" pro Nobis nihil petimus, niſi panem ad vitam ſuſtentandam neceſſarium," remiſſionem peccatorum, praeſeruationem a tentationibus, et liberatio-" nem ab omni malo. Cetera, gloria, honores, potentia, diuitiae, et" quae huiusmodi ſunt alia; non nobis conveniunt, non res ſunt ad nos," ſed ad Te pertinentes. *Tuum* eſt regnum, et potentia et gloria in ſe-" cula. AMEN."

CAP. VI.

Verſ. 16.

Ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες.

Veram *δείνωσιν* verbi *ἀφανίζουσι* nemo melius reddet, quam reddit Iac. Elsnerus *b. l. p. 36.* cum eleganti et oppoſitione et paronomaſia in noſtro germaniſmo: *Sie machen ihre angeſichter* unanſehnlich, *damit ſie* deſto mehr anſehen *vor den Menſchen haben.*

CAP. VI.

Vers. 22. 23.

Ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται· εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον;

Vbi vocabula ἁπλοῦς et πονηρὸς omnium propriissime et conuenientissime explicat idem vir doctus. Oculus nempe *simplex* est, cui nihil admixtum heterogenei, h. e. *purus*, *integer*, *sanus*. Contra πονηρὸς *impurus*, *vitio laborans et lippitudine suffusus*. Iam vero ab *oculo corporis* Christus eleganter concludit mediante etiam particula οὖν ad *oculum mentis* in membro posteriore, concisius quidem proposito, sed e priore comparatione facile integrando. Si igitur lux, quae in te est, (nempe animus tuus) caligo est, (i. e. vitiosis affectibus, v. g. auaritia, diffidentia, hypocrisi, prauisque respectibus est obtenebrata) quanta erit caligo omnium actionum inde resultantium? *Si vero cor* est *simplex*, bonum, integrum, sanum, bona sunt omnia.

Vers. 26.

Μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν.

In quo quidam cum Grotio pleonasmum aduerbii μᾶλλον faciunt, quemadmodum et Marc. VII, 36. 2. Cor. VII, 13. Sed aduerbium illud emphasin verbo addere q. d. *annon multum omnino praestatis*? bene obseruat Glasius *Gr. S. col. 1024.* Conf. etiam Posselii *Synt. p. 34.*

Vers. 30.

Per τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ omnino ipsi rei *h. l.* conuenientius intelliguntur cum Casaubono et eodem Elsnero *stipulae*, *stramen*, ex vsu LXX interpp. pro ebr. קַשׁ Iob. XIII, 25. pro עמיר *manipulo* Ier. IX, 21. quin pro שמיר *sentis*, (quod pro עמיר legisse fit probabile) Ies. XXXII, 13. et X, 17.

Vers. 34.

Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

Sunt haec verba pathetica clausula sermonis consolatorii, quibus sanctissimus Seruator omnem sollicitudinem et scrupulum circa corporis necessitates ex animis discipulorum suorum in solidum eiicere discupit, hoc sensu, quem recte tetigit D. Gottfr. Olearius *ad h. l.* Sufficientia

di

diei, miseria eius, " i. e. infausta etiam maxime die, necessariis ta- "CAP. VII.
men non destituemini, prospiciente vobis coelestis Patris prouidentia." At secundum Lutheri versionem; *Es ist genug, dass ein ieglicher Tag seine eigne Plage habe*, animi discipulorum Christi, aliorumque pauperum, de sustentatione sua in temporum difficultatibus anxiorum, non tam erigerentur, quam magis deprimerentur, turbarentur. Nec bene conuenit hic conceptus mentis cum praecedentibus: *Ne igitur sitis solliciti in crastinum. Crastinus namque dies solicitus erit circa sua necessaria, vvird sein nöthiges besorgen.* Quoniam autem discipulos et hic scrupulus occupare poterat: quid vero fiet die extreme mala atque infausta? hinc addit carissimus Saluator: *Sufficientia diei* erit *miseria eius. Auch der böseste Tag, vvird sein Gnüge haben oder geben.* Nec adeo cum syntaxi literae, quae pro illo foret ἀρκετὴ. Adiectiuum autem neutrum loco substantiui poni, aut ad substantiuum aliquod sensuale referri, nihil notius.

CAP. VII, 3. 4. 5.

Δοκὸν) Haud inconcinne notat Camerarius, hoc nomen δοκὸς alludere ad indicium opinionis, qua inflati homines (δοκοῦντες nim. ἀλλ' οὐκ ὄντες) tument et in superbia alios despiciunt, non respicientes ad se. De metaphora insuper *trabis* et *festucae* vid. Glass. *Rh. S. col. 1741.* item de *canibus* et *porcis* v. 6. ibid. *col. 1797.*

Vers. 9. 10.

Ἐπιδώσει) Praepositionem ἐπὶ in ἐπιδίδωμι non redundare existimat Iunius, sed perinde sonare inquit, ac si dixeris, *super petitione eius* etc. Conf. Glassius *Gr. S. col. 1079.*

Vers. 14.

ὅτι στενὴ) Haut pauci codices et interpretes cum Syro et Vulg. ex correct. Sixti V. legunt pro ὅτι per aphaeresin τί *Quam* angusta! vid. Saubert. *l. c. p.* 88. Mastr. *in n. cit. p.* 3. Quae vero varians lectio mihi videtur suspecta, ac nata vt multae aliae a glossariis et librariis, eo quod viderant, hoc causale ὅτι altera vice minus quadrare, eique facillime per vnius saltem literae truncationem succurri posse. At vero vindicandum est hocce ὅτι vt genuinum multoque aptius isto τί *admiratiuo*, quum Matthaeus ebraizans repetito ὅτι aemuletur vsum particulae ebraeae כִּי, quae per elegantiam pro ו copulatiuo repeti solet. Illam vim copulatiuam

CAP. VII. iudicioſe attendit Lutherus, proinde vertit *una*. Et certe ipſa rei ratio id efflagitat. Matthaeus namque commemorando duas diuerſas portas et vias, alteram alteri per naturalem ſyntaxin iungere debebat. Lucas c. XIII, 24. vnius duntaxat, nemp. primariae optimaeque meminit, ex quo ſimul apparet occaſio huius doctrinae. Quaeſiuerat quippe vnus auditorum ex Saluatore: εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; *Num* (ex ſimili vſu particulae ebraicae ם, coll. Ieſ. XXIX, 16. etc. et *Luc. Ebr. p. 276.* †) *pauci erunt qui ſaluabuntur?* cui iam reſpondet εἰσελθεῖτε *ingredimini*, et ſignificantius apud Luc. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν *certate*, cum vehementi quaſi lucta enitimini, contendite, *ringet darnach*, coll. Phil. II, 12. *intrare per anguſtam illam portam*, *einzugehen durch die enge (als die eine rechte) Pforte*, (*brauchet dabey gute Vorſichtigkeit*) *denn es giebt eine breite Pforte und ein weiter Weg, welcher zum Verderben abführet.* etc. *Denn auch eine enge Pforte und ſchmaler Weg* (τεθλιμμένη *ein trübſeeliger Weg, da man geklemmet wird, ſich ſchmiegen und biegen muſs, um weder zur rechten noch zur Lincken abzuweichen*, coll. Num. XXII, 26. 2. Cor. IV, 8. Act. XIV, 21.) *der zum Leben zuführet* etc. Notanter praeterea Saluator de diuerſis his portis et viis diuerſa etiam, non ſynonymica, vt videri poſſent, ritu Scripturae ſ., adhibet praedicata. *De anguſta porta et afflicta via* ait, quod *pauci ſint* οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν, *qui inueniunt eam.* Atqui τὸ *inuenire* praerequirit ſedulam per certa media auxiliaque gratiae inquiſitionem, vtpote natura non notam. At vero de *lata porta et ſpatioſa via damnationis* ait, quod multi ſint οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς, *qui ingrediuntur per illam*, quippe quae noctes atque dies eſt late patens, nec prius inquirenda, ſed omnis homo veniens in mundum, natura, vt natura filius irae, eam ingreditur.

Verſ. 21.

εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Multum memoratus D. Olearius per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν optime heic *regnum Meſſiae* intelligi putat, atque adeo εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν nihil aliud eſſe, quam *fieri ciuem regni Chriſti*, hoc eſt, verum Chriſti diſcipulum, verumque eccleſiae Chriſti *membrum*. Rectius iſtam interpretationem ſe habere, quam eorum explicationem, qui *gloriae aeternae* hic ſignificari impetrationem cenſent proxime et immediate, colligit ex iis, quae ſub finem textus noſtri habentur, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, quod optime vertatur, *nunquam vos pro meis habui*. Verum enimuero ex adducto fundamento non video, quomodo colligi poſſit, doctiſſimi viri interpretationem praeualere aliorum

aliorum explicationi. Non enim, fateor, me capere, quomodo cum tali sensu proxime sequentia cohaereant? *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine!* fiet verus Christi discipulus, *sed* NB. *ὁ ποιῶν qui facit voluntatem patris mei, qui est in coelis.* Nonne qui *facit* voluntatem Patris coelestis, iam tum *est* verus Christi discipulus? Ergo non demum *fiet*. Pro isto sensu dici debuisset *ὁ ποιήσων qui faciet.* Et tum sequeretur, adhuc extra Christi regnum existentem et irregenitum posse facere voluntatem patris coelestis, quod esset contra puriorem theologiam. Deinde nec prius absolute dici potest: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine!* fiet verus Christi discipulus. Qui namque pro nunc non est, per Dei gratiam fieri potest, immo omnis modo velit, nec malitiose repugnet. Nihil igitur causae est, cur communiorem explicationem deseramus, quae meliorem pro se habet nexum et sensum, videlicet hunc: Non omnis, qui tantum *externe*, et, vt Paulus loquitur, *ἐν τῷ φανερῷ* se profitetur *ciuem regni Christi* siue discipulum eius, ingredietur in regnum coelorum, siue *ciuis erit regni gloriae*, sed qui est *interne* et *ἐν τῷ κρυπτῷ* talis, qui facit voluntatem patris coelestis. Et licet multi in regno gratiae personam boni Christiani coram hominibus agere sciuerint, tamen in illo die confessurus sum ipsis, *ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς*, vbi iam optime se habet interpretatio viri celeb. „ *nunquam vos pro meis agnoui s. habui*, frustra vos pro ciuibus meis geritis, atque vt tales ad bonorum gloriae „admitti postulatis communionem, utcunque professione externa vos tales „simulaueritis, numquam tamen ciues mei, discipuli mei, ecclesiae meae „membra vera, exstitistis. „

Cap. VII. VIII.

CAP. VIII, 4.

εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Quod Er. Schmidius aptius aliis reddit: *in praemium testificationis ipsis.* Ex eiusmodi enim, ait, *δώροις* praeter alia sacerdotes victitabant. Vt ita *h. l. μαρτύριον* non sit testimonium, sed praemium testimonii exhibiti, praemium testificationis de lepra ablata. Sicut *εὐαγγέλιον* non tantum est *laetum nuncium*, sed etiam *munus quod laeta nuncia ferenti datur.* Ἆθλον non tantum *certamen*, sed etiam munus s. *praemium*, *quod strenue certanti datur.*

Vers. 6.

βέβλη]αι) Ad quod verbum idem Er. Schmidius annotat: Beza, *proiectus est* forte nimium. Vetus, *iacet*, forte minus. Neque enim semper violentiam praesupponit hoc verbum, praesertim in perfecto et plusquamperfecto passiuo, quo non vnum actum τὸ βάλλεσθαι, sed continuatum, et actu continuato iacere significat, vt h. l. *domi meae iamdiu iacet paralyticus*, quod *decumbendi* verbo commodissime exprimitur. Atque ita interpretatur Grotius. Idque confirmatur ex collatione vers. 14. et c. IX, 2. cum Marc. I, 30. et II, 4. it. Act. IX, 23. vbi redditur per κα]έκει]ο. Eiusdem vsus est Marc. VII, 30. Nec minus Luc. XVI, 20. per ἐβέβλη]ο nulla connotatur violentia proiectionis aut prostrationis: sed continuatio actus iacendi. *Hatte sein Lager und gleichsam Quartier alda genommen, hatte sein täglich Lager da.* Atque adeo ex quotidiana eius praesentia etiam canes domestici eum optime norant, et vlcera eius, tanquam hominis notissimi, blande lingebant.

Vers. 8.

Εἰπὲ λόγον.) Pro quo quaedam exempla legunt λέγῳ prout Luc. VII, 7. Quae varians lectio variat quidem casum non sensum. Perinde enim est, siue dicas *dic verbum*, siue *dic verbo* in ablatiuo, *sage mit einem Wort*, hinc Syrus notam *ablati* ⊐ addidit, et in eodem casu adhibetur *vers. 16.* Minime autem τὸ λόγῳ capiendum est in *datiuo*, ita ut absurde cum Io. Clerico *ad Vers. suam gall.* cum auctore *Op. imperf. in Matth. hom. XXII.* et Mons. Souuerain apud Gottfr. Olearium *in Obs. ad h. l.* itemque cum Amelio alias Petro Zornio *in der Eroert. p. I. m. Mart. p. 213.* intelligas *angelum*, vel etiam discipulum aliquem Christi.

Vers. 12.

υἱοὶ τῆς βασιλείας.

Filii regni dicuntur emphatice potius, quam *filii regis*, quia multi sunt in regno, quos tamen rex tandem ut infidos reiicit. Ita Glassius *Gr. S. col. 661.* Dicuntur etiam ideo, quia videbantur tales esse, vid. *Rh. S. col. 1491*

εἰς τὸ σκό]ος τὸ ἐξώτερον.

Conf. c. XXII, 13. Theologi multum desudarunt, ait Io. Clericus *in Art. Crit. vol. I. p. 34.* ad inueniendam rationem, ob quam Christus poenas malorum σκό]ος ἐξώ]ερον *tenebras externas* vocat. Vno verbo, sermo est de coena, quae cum noctu sumeretur ut nunc, nemo poterat coena, ex-

excludi, quin esset in *tenebris externis*. Et remittit ad not. in Hamm. vbi annotat: Qui e coenaculo luminibus illustrato eiiciebantur, eadem imagine seruata dicuntur *eiici in externas tenebras*. Et vt *coena* hic est felicitas; *eiici* ex coenaculo in viam publicam est felicitate excidere. Eandem oppositionem *tenebrarum exteriorum* ad copiosum taedarum, lampadum, lychnorum, quo coenaculum illustrabatur, iam ante illum obseruauit Dilherrus *in Disp. Acad. tom. I. p. 709.* ad Matth. XXV, 30. Illos sequuntur Maldonatus apud. Polum *ad h. l.* Corn. Adami *l. c.* §. *17. p. 128.* Amelius *in der Eroert. P. II. m. Iun. p. 69* et Gottfr. Olearius *in coll. Hermen. MSC. ad h. l.* Christus repraesentat regnum coelorum sub schemate coenae. Haec vero sicuti vesperi in coenaculo lumine illuminato celebratur, ita illi qui extra illud versantur, lumine sunt destituti tenebrisque obfusi. Male ergo verterunt, *in die euserste Finsterniß, potius in die Finsterniß, so ausser dem Reiche Gottes ist, an dem Ort, da die Verdammten anzutreffen.* CAP. VIII.

Vers. 16.

ὀψίας δὲ γενομένης.

Ad vocem ὀψίας subaudiendum est nomen ὥρας, vti suppleta est illa ellipsis Marc. XI, 11. Neque enim substantiua sunt ἡ Ὀψία, ἡ πρωΐα, vti nonnulli putant, sed adiectiua, ὄψιος, ὀψία, ὄψιον, πρωΐος πρωΐα, πρωΐον. Aliqui subintelligunt φυλακῆς eodem sensu. Haec. Er. Schmidius *ad h. l.*

Vers. 24.

Quod Matthaeus effert per καλύπτεσθαι, id Marcus IV, 37. reddit per γεμίζεσθαι. Lucas autem c. VIII, 23. per catachresin de apostolis dicit συνεπληρώντο, quum tale quid non illis, sed naui contigerit, *man vvolte denn sagen, sie vvären Pfützna/s vvorden, und hätten keinen trockenen Faden am Leibe behalten, vveil sie die Wasservvogen häuffig überschüttet.* Vid. Backii *Expos. Euang. copios. in h. l.*

Vers. 28.

Quod heic dicitur, IEsum venisse in *regionem Gergesenorum*, sed Marc. V, 1. et Luc. VIII, 26. in *regionem Gedarenorum*, horum conciliationem verbis Tremellii vid. apud Glassium *Gr. S. l. 4. tr. 3. col. 1332.* Quanquam et h. l. Matth. MS. Gonu legat Γαδαρηνῶν. Pariter Syrus et Persa. Deinde pro *duobus daemoniacis* Marc. V, 2. et Luc. VIII, 27. tantum *vnius* fit mentio, idque ideo, quod altero magis fuerat rabidus et saeuus, sicuti etiam immanem saeuitiam eius non potest satis describere

Mar-

CAP. IX. Marcus V, 3. 4. 5. et Lucas v. 29. vtpote ab integra daemonum legione obsessi, Marc. v. 9. Luc. v. 30.

CAP. IX, 2.

Τὴν πίστιν αὐτῶν.

Attente heic contra Pontificios audiendus est pulcher nobiscum ipsius Lyrae concentus, *licet*, inquientis, *sanitas corporalis vel aliquid huiusmodi homini detur alicui propter alienam fidem*, remissio tamen peccatorum non datur alicui sine propria fide. Ideo non videntur bene dicere, *qui dicunt*, *quod* τὸ ILLORVM referatur tantum ad offerentes, *ita vt propter fidem offerentium tantum sit sanitas.* Nec minus Leonis Castri *P. I. conc. p. 524.* „ Nota, inquientis, Christum non attendisse so„lum portantium fidem, sed ipsius infirmi quoque, qui portare se permi„serat, et cum tanto periculo demitti. „ Quibus addatur Barradius *T. II. Harm. Euang. L. V. c. 19. p. 322.* hanc apponens rationem, *paralyticum prius vt adduceretur ab aliis petiisse.* Itemque Tirinus *in h. l.*

Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

Cum verbis his Saluatoris paralyticum curaturi, *confide fili! remittuntur tibi peccata tua*, apte conferri possunt verba D. Kimchii ad Ps. XLI, 5. „ רפאה נפשי non dixit, *sana corpus meum*, quia causa mor„bi eius sunt iniquitates: quodsi DEus sanauerit animam a morbo suo, „quae sanatio est peccatorum, tum sanatur quoque ipsum corpus. „

Vers. 5. et 6.

Quos versus bene Knatchbullus ita distinguit et punctat contra vulgarem et importunam punctandi et distinguendi rationem, quum hoc pacto, aiente Erasmo, oratio fiat duriuscula, (et, quod addendum, praecipue Matthaeus distinctiorem textus interpunctionem intendat per particulam consecutiuam τότε *Tunc.*) *Vers. 5.* Vtrum enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere, surge et ambula? sed vt sciatis, quod filius hominis habeat potestatem in terra remittendi peccata? (sc. ideo dixi *paralytico*, *remittuntur tibi peccata,*) *Vers. 6.* Tunc ait paralytico: surge et tolle lectum tuum, et

et abi domum. Approbandum hoc esse videtur pariter cl. Pfaffio *in* CAP. IX. *dissert. Crit. de Var. l. N. T. p. 179.*

Ἐξουσίαν ἔχει) Recte heic Heinsio vapulat Beza, malitiose et impie vocabulum ἐξουσίας h. l. (et sup. VII, 29. et infr. XXVIII, 18. et Io. V, 27. et XVII, 2.) per *auctoritatem*, potestate multo inferiorem, reddens, quum tamen de discipulis per *potestatem* vertat Luc. X, 19. et alibi. Quin et Luc. IV, 36. voci ἐξουσία per ἐπεξήγησιν iungitur δύναμις, talis scil. vt etiam daemones ipsi cedere cogantur. Qui autem tali ἐξουσίᾳ praeditus est, is certe diuinam habet potentiam. Atque ex nostro loco ita argumentamur cum Hackspanio *in Not. Philol. Th. ad h. l.* Illa ἐξουσία hic est intelligenda, qua in instanti tolluntur morbi, et remittuntur peccata. Talis autem vere diuina est, et DEO soli propria potentia. Ergo etc.

Vers. 15.

Pro πενθεῖν *lugere* MSS. Cant. Montf. legunt teste Sauberto. *l. c. p. 96.* νηστεύειν *ieiunare*. Ita Syrus et Persa. Quod forsan aliquis ex Marc. II, 19. et Luc. V. 34. ad oram huius textus prius annotauerat, vtpote in sensu conuenientia, quum *ieiunium* eum *luctu* fuerit coniunctum, s. species quaedam *luctus* sit. Conf. Ies. LVIII, 3.

Vers. 16.

ῥάκους ἀγνάφου) *Panni impexi* s. a fullone nondum politi et rasi, *rober, ungewalckter, ungekarteter Tuchlappe*, vt Er. Schmidius *h. l.* vel secundum Rauanellum *noui*, ex coll. Luc. V, 36. i. e. recens facti, vel qui ad vsum non antea adhibitus fuerat. Qui porro annotat, per phrasin *neminem indere panniculum nouum* aut *impexum in vestimentum vetus*, Christum significare, discipulos suos, qui adhuc infirmi sint, non esse adigendos ad rigidiorem disciplinam, ad quam ferendam impares essent. Vel conuenientius cum Lysero *Harm. Eu.* et Calouio *B. I. h. l.* explices de antiquis patrum traditionibus et Pharisaeorum superstitionibus non coniungendis cum noua doctrina euangelica. Conf. etiam D. Hedingers *not. l.*) *ad h. l.*

Αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου) *Aufert enim supplementum illius* (aliquid) *ab illo vestimento*, et peior ruptura fit. *Denn der* (*rohe, neue*) *Lappe nimt vvas mit von dem* (*alten*) *Tuche, und vvird also der Riss ärger.*

CAP. IX.

Vers. 18.

Λέγων) Codd. Velez. et Gonu. addunt: *κύριε*. Ita plerique Vulg. lat. codd. Ebr. Munst. Luth. notante Sauberto *p.* 97.

Ἄρτι ἐτελεύτησεν) Vbi particulam ἄρτι Knatchbull explicat per *prope*. Non enim omnino fuisse mortuam, patere ex historia in locis parall. Marc. V, 23. et Luc. VIII, 42. Ἄρτι enim significare *τὸ ὑπόγυον vicinum*, et *τὸ παραυτίκα μέλλον γίνεσθαι*, *quod breui vel illico futurum est*, obseruat ex Phauarino. At vero istam acceptionem voculae ἄρτι esse minus rectam et probatam demonstrat supra laudatus Kühnius *Quaest. Philol. Pent. II. qu. 3. p. 7. 8. 9.*: neque istam tollendae difficultati sufficere, praesertim quum Lucas *l. c.* simpliciter dicat ἀπέθνησκεν sine praepositione. Addi quoque meretur D. Olearii *Obseruat. XXXI. ad h. l.* mentem Phauorini curatius interpretantis, et verba Matthaei ex vi aoristi, praesens non minus tempus consignificantis: *filia mea iam moritur*, h. e. in eo est, vt moriatur, quod latini efferunt *animam agit*, vel *in agone est*. Marcus ἐσχάτως ἔχει *in extremis est*. Qua ratione seruari egregie particulae ἄρτι totam suam vim, a Suida ipsi adstructam, vt praeteritum scilicet cum praesente coniungat. Hinc etiam Lucam verbum praeteriti imperfecti vsurpare, ἀπέθνησκεν, *moriebatur*, h. e. in eo erat, vt moreretur, vel animam agebat, explanante etiam Syro *vicina est morti*.

Vers. 36.

Pro ἐκλελυμένοι *soluti* complures codices apud Saubertum *pag. 100.* item Chrysost. Theophyl. Hieron. Hilarius legunt ἐσκυλμένοι *vexati*, vt vertit Vulg. Notat autem Beza, illud σκύλλεσθαι proprie non de quauis molestia dici, sed de fatigatione & lassitudine ex via. Quomodo haec V. L. quoad sensum bene conueniret cum textuali, vt recte inquit Saubertus, praesertim quum verbum textuale etiam occurrat in ll. parall. c. XV, 32. Marc. VIII, 3. coll. Ebr. XII, 3. Gothicae versionis emphaticae sensum ita exprimit laudatus Saubertus: *quasi itineris molestius fere enecati, viribusque moribundorum instar deiecti.* Fundamentum etiam huius monstrat idem *l. c.* Quanquam et hoc addendum, quod ἐκλελυμένοι sit dictio helleniftica, qua LXX exprimunt ebraeum עָיֵף *fessus*, *lassus*, vt 1. Sam. XVI, 2. et 14.

CAP.

CAP. X, 4.

Σίμων ὁ Κανανίτης) Obſeruat Angelus Caninius *in Locis N. T. p. m. 492.* a Beza *in h. l.* ideo laudatus, perperam ſcribi a latinis *Simon Cananaeus*, quaſi e Cana oppido fuerit, quum ſcribendum fuiſſet *Cannaeus* vel *Cannita*, et graece Καννίτης h. e. *Zelotes*, ceu interpretatur Lucas VI, 15. et Act. I, 13. Et *Zelotes*, ebraice et ſyriacae dicitur קַנָּא. Sed ſalua etiam eſt eodem ſenſu ſcriptio Κανανίτης ex chaldaico קַנְּאָן, quod occurrit in Targ. Ion. Exod. XX, 5. hinc fem. קַנְּאִית *Zelotypa.* Vid. Hilleri *Onom. S. p. 122.* Alteram vero ſcriptionem exhibet Caſaub. Καναναῖος et MS. Cant. Χαναναῖος, niſi quod heic per facilem errorem ſit Χ pro Κ.

Verſ. 10.

Ἐναντιοφανὲς illud inter Matthaeum et Marc. VI, 8. 9. quum ille, ſicut et Lucas IX, 3. *baculi geſtationem prohibere*, hic *concedere* videatur, Flacius in gloſſa, Gerhardus *Tom. I. de Script. S. p. 165.* Meyfartus *in Anti-Becano tom. I. p. 168.* Glaſſius *Philol. S. col. 254. ſq.* Henr. Hammondus *in annot. h. l.* et Arnoldus *Luc. in Tenebr. ad h. l. p. 64. b. et 135. b.* ita ſoluunt, quod in Matthaeo prohibeatur *offenſorius baculus*, et ad defenſionem ſe armans; apud Marcum autem concedatur *fulciens* et greſſus euntium *firmans.* Atque hanc conciliationem vt aptiorem noſtris placuiſſe plerisque, ait Calouius *ad h. l.* Placet quoque celeb. Pfaffio *in Not. Exeget. h. l.* Simplicius autem alii, vti Hackſpanius *ad h. l.* repetunt vocem δύο, vti omnino ad ὑποδήματα repetenda eſt, vna enim conceſſit Marc. VI, 9. praeſertim ſi obtineat lectio ῥάβδος nonnullorum codicum apud Saubertum *p. 103.* et Maſtr. *ad h. l.* Cui etiam fauet D. Bertramus *in Matth. Enucl. p. 285.*

Verſ. 11.

Ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι.

Exquirite quis in ea dignus ſit, ſubaudi cum Knatchbullo ex ſubſequentibus, *apud quem maneatis?* tum ibi manete.

Verſ. 14.

καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς etc.

Ne cui, de ſtilo N. T. profane et abiecte ſentienti, heic *ſoloeciſmus*

CAP. X. videatur, si ad verbum reddas: *Et qui non receperit vos, exeuntes excutite* etc. (qui modus loquendi latinis omnino *soloecus* esset, graecis autem minime.) docte annotat Er. Schmidius *h. l.* periphrasin consequentiae pro consequentia poni, idemque valere ac si diceretur: καὶ μὴ δ ξαμένων ὑμᾶς ἀυ]ῶν, μηδὲ ἀκουσάντων τὰς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι κ. λ. et probat hoc dicendi genus ex pure graecis auctoribus, videlicet Homero, Thucydide, Pausania, Aristotele, Demosthene et Sophocle. Plane similem formam in locis parall. Marc. VI, 11. Luc. IX, 5. vsurpat Spiritus s. Gemina formula consequentiae per locutionem nominatiuam occurrit Act. XX, 3.

ἐκ]ινάξατε τὸν κονιορ]ὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.

Excutite puluerem pedum vestrorum, videlicet in exsecrationem, talibus euangelii contemtoribus certissime mansuram. Id quod etiam fecerunt Paulus et Barnabas Act. XIII, 51. vbi notanter additur ἐπ' αὐτὰς *super eos* i. e. in eorum damnum et exitium, ita vt sint ἀναπολογητοι *inexcusabiles*, vi locorum parall. Marc. VI, 11. Luc. IX, 5. εἰς μαρ]ύριον αὐτοῖς vel ἐπ' αὐτὰς *in testimonium contra eos*. Quae symbolica mali ominis actio multum colluſtratur ex Act. XVIII, 6. et Neh. V, 13. vbi pro *puluere pedum* adhibentur τὰ ἱμάτια *vestimenta* et חֵיק *sinus*, cum expressa formula exsecrationis, ibi, *sanguis vester sit super caput vestrum!* heic, *sic excutiat DEus omnem virum!* - - *et sic sit* excussus et vacuus! omni scilicet gratia, solatio et salute.

Vers. 22.

ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, ἕτος σωθήσεται.

In quo Christi oraculo τὸ τέλος communiter accipiunt pro *fine vitae*, et verbum σωθήσ]αι pro *salute aeterna*. Quem quidem sensum verba habere posse extra rationem contextus, quis diffitebitur? At intra illum vi antecedentium et consequentium, et praesertim cum cap. XXIV, vbi eandem doctrinam disertius adhuc pertractat Saluator, collata, si penticulantur, haut obscure apparebit, illud τέλος restringi debere *ad finem reipublicae Iudaicae*, sicut euidens est ex cit. cap. v. 6 et 14. et verbum σωθήσ]αι in significatione *seruandi* capiendum esse, vti ibid. v. 22. praemonstrato etiam *medio seruandi*, nempe per fugam tempestiuam. Quem sensum pariter apprehendunt Io. Clericus ad Hamm. et Amelius *der Eroerter. P. I, m. Mart. p. 242.* nec non Gottfr. Olearius nostrum locum ita interpre-

pretans: *At qui ad extremam etiam vsque reipublicae Iudaicae periodum perſeuerauerit, ſeruabitur.* CAP. X. XI.

Verſ. 23.

ὃ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ,

Vbi verbum τελέσητε non eſt ſimpliciter idem quod διέρχεσθαι, vt Pricaeo, et Eraſmo vertenti *perambulaueritis, obieritis*, hinc ab Henr. Stephano, quem phraſis haec nimis exercuit, ellipſi adiutum gemina *peregeritis iter* vel *curſum per ciuitates*; ſed eſt verbum *praegnans*, vt ebraei loqui amant, perinde ac ebraeum תמם 1. Sam. XVI, 11. includit לעבור coll. *Ebr. Etym. p. 59.* et *Luc. Ebr. p. 407. c. fin.* it Glaſſ. *Gr. S. col. 912.* Vertendum itaque: *Nequaquam conſummaueritis* (*peragrare* i. e. conſummare peragraueritis, coll. *Luc. Ebr. p. 390. f.*) *ciuitates Iſraelis.* Germ. *Ihr werdet nicht* alle *Städte Iſraels durchgewandert ſeyn*, q. d. *es werden noch immer welche ſeyn, wohin ihr mit dem Evangelio fliehen könnet, biß des Menſchen Sohn komme zum Gericht über Iſrael.* Recte quidem D. Olearius etiam verbum τελεῖν contulit cum ebraeo תמם, at miſſa eius notione primaria mutuaque *perficere*, vnaque eius conſtructione cum *accuſandi* caſu, aſſumſit verbi תמם alteram *ceſſare, deſinere*; in qua vero ſemper conſtruitur cum praepoſitione expreſſa, non ſubintellecta, מן *ex*, adeoque *ceſſat* heic κοινωνία dictionis graecae cum ebraea, vt hinc conuerti poſſit: ὃ μὴ ἐκλίπητε ἀπὸ τῶν πόλεων Ἰσραήλ, *non deficietis ex vrbibus Iſrael.* Iſtam notionem *ceſſandi* pariter arripuit Amelius *P. I. m Mart. pag. 245. Ihr ſolt nicht* aufhören *das Euangelium denen Städten Iſraelis zu predigen und auszubreiten.*

CAP. XI, 2.

Pro δύο τῶν MS. Cant. legit διὰ τῶν cum Syro, miſit *per manum* (i. e miniſterium) *diſcipulorum ſuorum.* Ita et vetus quidam latinus apud Saub. *l. c. per diſcipulos.*

Verſ. 5.

πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

Pauperibus euangelium annunciatur, vel *pauperes euangelium accipiunt.* De paſſiua acceptione verbi εὐαγγελίζεσθαι conf. etiam Ebr IV, 2. 6. Luc. XVI, 16. Ruth I, 6. 2. Sam. XVIII, 31. et in confirmationem Iſ. LXI, 1. et

CAP. XI. Luc. IV, 18. Ex qua textuum collatione non video, cur hinc abire, eique notionem verbi *mediam* seu *actiuam* praeferre maluerit, *pauperes euangelizant? b.* Franzius *in Interpr. Sc. S. orac. CXV*, hac quidem ductus ratione, quod, quum quinque miraculis 1. *resuscitare mortuos*, 2. *sanare surdos*, 3. *leprosos* 4. *claudos* 5. *coecos*, coniunctum sit τὸ *pauperes euangelizaptur*, cum iisdem aeque magnum miraculum, idque 6tum constituere necesse sit: quod videlicet discipuli Christi, vtpote homines plebeii, piscatores et publicani, tunc temporis a Christo virtute sua diuina uno momento mutati sint, et facti habiles doctores doctrinae coelestis et euangelicae. Quamuis ipsemet deinceps fateatur, et hoc magnum fuisse miraculum, quod Christus pauperibus euangelium tam diu exspectatum et ex sinu patris sui prolatum annunciauerit, simulque adducit haecce verba b. Lutheri *ex postill. eius Oecon.* inter alia ita perorantis: *Todten anferwecken ist ein groß Wunderwerck, aber* dis Wunderwerck ist grösser und herrlicher, *und hat doch das ansehen nicht, nehmlich, daßunser HErr Gott einen solchen König bestellet hat über die Sünder, und denselben das Euangelium predige* etc. et porro: *da (bey den erschrockenen hertzen wegen der Sünde) ists noth, du sprechest, ich habe gehöret, daß der König mein lieber Herr IEsus Christus habe* sechserley Wunderzeichen, *die ihm niemand nachthun kan. Unter demselben ist eins, daß den armen das Euangelium geprediget wird, und dazu ist er von Gott verordnet, daßer die erschrockenen hertzen trösten soll.* etc. Deinde haut probabile est, discipulos *uno momento* factos esse idoneos doctores, sed potius successiue tales per diuinam institutionem in schola Christi, et postea in maiori gradu per miraculosam effusionem Spiritus s. omnia illos docentis et in omnem veritatem ducentis.

Vers. 11.

ὁ δὲ μικρότερος κ. λ.

De sensu phraseos, *qui vero minor* (i. e. per enallagen comparatiui pro superlatiuo *minimus*,) *est in regno coelorum* etc. praeclare differit D. Gottfr. Olearius *ad h. l.* §. 5. „ Analogiae fidei et sacrarum scripturarum oppido „conueniens est, vt non *Christo* tantum Iohannes inferior statuatur, sed et „*apostolis* I. C. et *fidelibus N. T.* ea parte, qua consummatum iam penitus ma„gnum opus videre licet, εἰς ὃ παρεκυψαι etiam angelis allubuit, et cu„ius initia tantum spectare datum fuerat Iohanni.„ Quam etiam esse sententiam b. Gerhardi, Lyseri et Quistorpii, (add. etiam D. Pelargi apud Glass. *Gr. S. col. 601.* Io. Meisneri *Exercit. theol. in Matth. Exerc. VI.* §. 4. Hammondi

mondi *in paraphr.* et Clerici *ad eund.* et ex veteribus Cyrilli atque Isidori Pelusiotae. Eamque praerogatiuam fidelium N. T. prae Ioanne specialius exequitur *Part. IV. super h. l.* §. *3. seqq.* quippe quam tueantur tum ratione *cognitionis*, tum aliorum N. T. *priuilegiorum*, tum ratione *ministerii.* Nec aliud Alexander Morus *ad h. l.* notat: " nec miraculis, nec dono linguarum, nec ea resurrectionis Domini, et mysterii coelestis in vocatione" gentium notitia pollebat Ioannes, qua praediti fuere omnes Dei serui, con-" stituto regno coelorum post adscensionem Christi, quod equidem hic prae-" cipue in telligendum puto, ut minimus dicatur maior peritia, non digni-" tate. " CAP. XI.

Vers. 12.

ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.

Quae verba in bonum pariter sensum interpretatur idem Olearius, cum *παῤῥησίᾳ occupant regnum coelorum, illudque auide pariter atque fidenter rapiunt.* Vel uti Hunnius *in h. l.* παραφράζει: *prae contentione animorum quodammodo* regnum Dei vim patitur, *dum certatim illud ingredi laborant, haud aliter atque in obsidione aliqua per portas vi apertas erumpunt in obsessam ciuitatem milites, spe opimae praedae incitati.* Quanquam alii verbum βιάζεται non *passiue*, sed *actiue* reddere malunt: *tota vi sua aduenit, potenter se insinuat et in corda irrumpere cupit.* Germ. *Bricht mit Gewalt herein.* Enimuero cl. Auctor sub literis I. H. G. R. S. Z. *in frejw. bebopff. P. IX. p. 843 seqq.* commodum obseruat, illam explicationem communem esse (1) contra naturalem vocum significationem, externas violentias inferentem, et a graecis scriptoribus *in malam partem* sumi. (2) Contra contextum. Et (3) contra experientiam ipsam. Contineri potius his verbis querelam Christi super persecutionem ecclesiae, quae statim a primordiis N. foederis coeperit. Hinc vertit: *Aber (dem ungeachtet,) ob Iohannes gleich den vorzug Vor allen Propheten hat, so hat er doch eben die fata der vorigen Propheten, und das Himmelreich leidet von seiner zeit an grosse Gewaltthätigkeiten,* (regno coelorum vis infertur. Iun. Trem.) *die Pharisäer und Schrifftgelehrten legen sich mit Gewalt darwieder, daß es nicht soll empor kommen,* coll. Luc. XVI, 16, a hu- significantiore. *und die Gewaltthäter zerreissen es, wie die wölffe eine heerde Schaafe, oder wie die wilden Säue und füchse den Weinberg. Dochredet der Heyland mehr*

de

CAP. XI. de conatu *als* de effectu. In eandem patiter ſententiam magis inclinare video Dorſcheum *ad h. l.* coll. quoque Luc. XI, 52. Nec minus praeclare pro ea ex συναφείᾳ contextus *ad l. c. Luc.* commentatur Io. Lightfootus *Hor. Hebr. p. 847.* h. i. m. *Vos me derideris et doctrinam meam v. 14. nec mirum, nam, cum Lex et Prophetae fuerint usque ad Iohannem, pariter cum iis egiſtis, v. 15. et nunc exſurgit et intrat regnum coelorum, πᾶς εἰς ἀυτὴν βιάζεται, i. e. unusquisque contra illud agit, per contradictionem, irriſionem etc. v. 16. Quamuis autem vos totam legem vacuam reddidiſtis, ne unus tamen illius apex concidere poteſt. v. 17.* Cui expoſitioni Io. Olearius *intr. de ſtilo N. T. p. 26.* hanc ſubdit ἐπίμρισιν: „ Sic ſatis ingenioſe verſiculos,“ „qui laxi et luxati pendere, et minime inter ſe cohaerere primo aſpectu vi„debantur, planos, perſpicuos, atque optime inter ſe cohaerentes reddit doctiſſimus Anglus. „

Verſ. 17.

Ἠυλήσαμεν ὑμῖν κ. λ.

Senſus huius ſimilitudinis eſt, quod nec auſtera et rigida vitae Ioannis ratio, nec liberior aut familiarior Chriſti conuerſatio Iudaeis fuerit grata, verum non minus *Chriſtum canentem*, quam *Ioannem lamentantem* illi reiecerint. Vid. b. D. Bertramus *ad h. l. p. 323.* In lingua Syriaca, qua Chriſtus locutus eſt, alluſio pulcra eſt in duabus vocibus *ſaltaſtis* et *planxiſtis*, quae vno verbo in duabus ſaltem coniug. *Päel* et *Aphel* efferuntur רַקַּדְתֶּם *ſaltaſtis* et אַרְקַדְתֶּם *planxiſtis*.

Verſ. 19.

καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία κ. λ.

Praferenda heic eſt verſio Bezae: ſed iuſtificata eſt (i. e. iuſta habita et praedicata eſt) ſapientia (h. e. ſapientiſſimum Dei conſilium de ſalute hominum per Ioannis ſeueritatem et Chriſti comitatem promouenda) a filiis ſuis (i. e. diſcipulis Chriſti omnibusque piis ac fidelibus.) Verbum autem δικαιῶν in eo ſenſu vſurpatur Luc. VII, 29. ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν *iuſtitiam Dei agnoſcebant et celebrabant.* Luth. *Gaben Gott recht.* Rom. III, 4. coll. pſ. LI, 6. ὅπως ἂν δικαιωθῇς *vt iuſtificeris* i. e. laudem et gloriam iuſtitiae reportes in ſermonibus vel iudiciis tuis. 1. Tim. III, 16. ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι *iuſtus cognitus et declaratus eſt per Deitatem ſuam.* Ita etiam apud Dionyſium Halicarnaſſaeum *l. 6.* Nos Romani δικαιῶμεν *iuſtum eſſe cenſemus*, quae quis hoſtibus erepta virtute acquiſiuit, ceu optimo iure propria ad poſteros transmitti.

mitti. Conf. Grotius *h. l.* Camerarius *in Notis.* Pfochenius *Diatr.* §. 65. Tarnou. *Exerc. Bibl. p. 465. seqq.* Glaſſ. *Gr. S. l. 3. tr. 7. col. 1109.* Bertram. *ad h. l. p. 324.* ibique adductus Franc. Lambertus Theol. Auenion. in c. VII. Luc. Saubert. *Opp. Poſth.* Heideggerus *Comm. ad h. l. in Exercit. Bibl. t. 2. p. 128.* Rauppius *Lex. Theol. p. 679. ſq.* Stolberg. *Exercit. VIII. p. 343.* Seb. Schmid. *diſp. pec. in h. l.* Calouius *h. l.* Henr. Hammondus *in annot. ad h. l.* Gerh. Titius Theol. Helmſt. *in Animadu. Exeg. ad Sc. S. inſigniora loca diſquiſ. 1.* D. Pfaffius P. *diſp. in C. XI. et XII. Matth.* §. *19.* Buddeus *inſtitut. Th. dogm. p. 1304.* et Hackſpanius *Not. Bibl. P. III. p. 68.* verſioni Lutheri opponit: " quia filii ſapientiae non reprehendent ſapientiam." Alias enim ſenſus eſſet: *Die Weisheit muß ſich rechtfertigen laſſen von denen, die der Weißheit ergeben ſind.* Ἄλογον. Nam apud Ebraeos, *qui deditus eſt alicui rei, dicitur eius filius.*" Nihilominus Lutherum coll. *Tom. IV. Lat. fol. 323.* ſequuntur Brentius, Luc. Oſiander, Hunnius *h. l.* et Io. Meiſnerus *Exercitat. cit. ad h. l.* §. 7. itemque D. Pfaffius F. *in Not. Exeget. h. l.* qui hunc ſenſum magis probabilem putat.

CAP. XI.

Verſ. 23.

Ἔμειναν ἄν) *Manſiſſent* vtique. Conf. Glaſſ. *Gr. S. col. 1004.* Illam particulam ἄν male Vulgatus reddidit per *forte.* Conf. c. XII, 7. XXIV, 22, 43. XXV, 27. Luc. XII, 39. Io. IV, 10. V, 46. VIII, 19. XIV, 7. 9.

Verſ. 25.

ἐξομολογοῦμαί σοι) Significat non ſolum *confiteri*, ſed etiam ex vſu verbi ebraei הודה *celebrare, gratias agere*, conſtructi pariter cum ל *dativi.* Poſſet etiam pro graeciſmo haberi, ſi ſuppleatur τὸ χάριν, ſiquidem dicitur apud Lucianum χάριν ὁμολογεῖν. Ceterum de ratione gratiarum actionis huius bene annotat Chryſoſtomus: " Sicut Paulus Rom. VI, 17. non agit DEO gratias, quod Romani olim ſeruierint horrendis peccatis, ſed quod DEus illos per conuerſionem ad obedientiam adduxerit: ita etiam heic Chriſti gratiarum actio non pertinet ad caecitatem ſapientum, ſed ad illuminationem paruulorum, vt praedicetur bonitas coeleſtis Patris, quod quum ſapientes et prudentes huius ſeculi euangelium ſuperbe reiicerent, patefecerit illis paruulis, abiectis et contemtis." Conf. Glaſſ. *Gr. S. col. 1125.* vbi ad eundem fere modum explicat: Gratias ago tibi, quod, quum abſconderis myſteria verbi tui ſapientibus huius ſeculi, tamen ea reuelaſti gratioſe ſimplicibus et humilibus. add. *col. 1114.* Rom. VI, 17.

CAP. XII.

Vers. 27.

οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

Nemo cognoscit Filium, nisi Pater, supple cum Maldonato *ad h. l.* ex subseqq. *et cui Pater vult reuelare*, ita vt haec verba דרך קצרה scripturae vsitata ad vtrumque membrum pertineant. Quod supplementum etiam Hackspanio *Not. Bibl. ad Deut. VI, 13. p. 536.* scopus Christi poscere videtur, qui erat, *Patrem etiam antea hoc reuelasse paruulis*, v. 25.

CAP. XII, 6.

Μείζων) Magis probatur lectio plurimorum codd. in g. n. μεῖζον, *maius*, cui quoque fauet infr. v. 41. 42. Conf. Saubert. *l. c. p. 115.* Millius, Glass. *Gr. S. col. 605.* et Olearius *ad h. l. §. 2.* vt ita concinnior sit comparatio inter templum Hierosolymitanum, et templum corporis sui Io. II, 19. quod tota deitatis plenitudo inhabitat, Col. II, 9. itemque corpus eius mysticum, ecclesiam, *domum DEI viuentis*, *et templum Spiritus s.* q. d. Si opera alias seruilia in templo vmbratili, vt mactatio victimarum, etiam die Sabbathi sacerdotes reddunt ἀναιτίους, *innoxios*, nec sabbathum profanat, sed sanctificant: quanto magis opus, quale est euulsio spicarum, ministrorum meorum, ceu templi veri ac viui, die etiam sabbathi erit ἀναίτιον. Opera, quae in Christo fiunt, bona sunt, coll. Io. III, 21. Eph. II, 10.

Vers. 8.

κύριός γάρ ἐστι τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Caue heic *filium hominis*, vtpote solius Messiae characterem in N. T. solennem, nec ipsis Iudaeis ignotum Io. XII, 34. ex Dan. VII, 13., cum Grotio *ad h. l.* et Episcopio *Instit. f. 416. b.* accipias de quouis homine in genere. Vi namque antecedentium v. 6. quae per particulam causalem γάρ, Luthero omissam, connectuntur, is intelligitur *filius hominis*, qui est *maior* vel *maius quid templo* omnique eius cultu, quique tum Pharisaeis adstabat, indicio particulae ὧδε. Atqui tale quid de qüouis homine dici nequit. Nec patrocinatur eis Marcus c. II, 27. 28. licet heic consentientem habeant Chrysostomum *homil. XL. in Matth.* Nam praeterea quod in utroque versu. diuersum constituitur subiectum, quum in priori sit homo simpliciter et indefinite talis, *sabbathum propter hominem factum est, non ho-*

Marc. II, 27. 28.

mo

mo propter ſabbathum; in poſteriori vero definite atque emphatice ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ *Filius ille hominis*, viris doctis iam animaduerſum eſt, particulam ὥςε non ſemper eſſe *illatiuam*, ſed reſpondere eam particulis γὰρ et ὅτι apud Matth. et Luc. Et licet *illatiua* foret, tamen connexio nec apud Marcum alia quam haec formari poteſt, cum D. Pfaffio *diſp. cit. ad h. l.* §. 8. *Quum Meſſias Dominus hominum ſit, omniumque ad hominis vtilitatem pertinentium, ideo Dominus eſt et Sabbathi.* Si illationem aliter inſtituas hoc forte modo: *Sabbathum eſt propter hominem, ideo homo eſt Dominus Sabbathi*; tum non procederet illa, aeque ac haec: *Magiſtratus eſt propter ſubditos, ideo ſubditi ſunt domini Magiſtratus.* Id igitur dubium apud Marcum non eſt tanti, vt ideo cum D. Oleario familiariſſimum regimen vocum ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ non ſine violentia et contradictione Matthaei et Lucae diſſoluamus, et τῦ ἀνθρώπυ a voce κύριος, non ab υἱὸς, ſuſpendatur, eo quod abſolute Chriſtus ὁ υἱὸς et alibi Marco appellatur c. XIII, 32. Vt ita talis prodeat ſtructura verborum: *Iam vero filius eſt Dominus et hominis et ſabbathi:* addita hac paraphraſi: *Praeterea homo non conditus eſt ſabbathi cauſa, ſed vſibus humanis conditum ſabbathum eſt. Dominus vero et iudex tum ſabbathi, tum hominis, filius eſt, cuius eſt et ſabbathi tueri honorem, et de hominis vſu, recte vel ſecus ſe habente, auctoritate iudicis decernere.* Verum quod ad locum Marci c. XIII, 32. ὁ υἱὸς non vſurpatur *abſolute*, ſed *relatiue*, in relatione ad Patrem. Deinde particula καὶ euincente cummaxime poſitu apud Matth. non eſt *copulatiua*, ſed *augmentatiua* et *relatiua*, coll. ſupra c. VI, 12. arguens, praeceſſiſſe adhuc aliud, cuius etiam ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ſit κύριος, nempe *hominis*. Sic apud Matth. et Luc. Chriſtum non tantum eſſe Dominum *maiorem templo omnique cultu Leuitico*, ſed *Dominum etiam ſabbathi*. Proinde male iſtud καὶ apud Matth. in multis codd. Sauberto *p.* 115. notatis deeſt. Mar. XIII, 32.

CAP. XII.

Verſ. 22.

Κωφὸς et *mutum* et *ſurdum* ſignificat. Heic quidem κωφὸς dicitur λαλεῖν. At e praeced. verſ. 5. et Luc. VII, 22 dicitur, quod κωφοὶ audierint. Hinc Graeci κωφὸν dicunt, τὸν βεβλαμμένον τὴν ἀκοὴν καὶ τὸν ἄλαλον. Quemadmodum et ebraica חרש et אלם non raro confundi teſtatur Druſius in fragm. Δωδεκαπροφήτυ *p.* 730

Τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν.

In his verbis Gamerarius, Er. Schmidius et Hackſpanius putant eſſe

CAP. XII. χιατμὸν h. e. καλὰ σχῆμα τοῦ γράμματος χῖ, ita vt bini eiusdem naturae termini per crucem, *Kreuzzuveiſe* ſeu ἐναλλάξ ibi reſpondeant h. m. τυφλὸν λαλεῖν κωφὸν βλέπειν quum alias ordo requireret καὶ βλέπειν, καὶ λαλεῖν. Sed putem, conſtructionem hanc eſſe helleniſticam, quum ebraei prius ad vltimum quam ad primum reſpondere, ſiue vltimo prius praedicatum apponere, quam primo, ſoleant, coll. *P. I. Not. Sel. p. 37.* quam ne quidquam Er. Schmidius elidit exemplis Homericis, quae potius ob metrum nata ſunt.

Verſ. 40.

Τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

Vbi ſecundum morem loquendi Ebraeorum non diſiungendi ſunt dies a ſuis noctibus, ſed dies et noctes iunctim et ſimul capiendae, ſiue dies naturales et compoſiti, graecis commode νυχθήμερα. Nam in Talm. Hieroſ. *tr. Schabb. fol. 12. col. 1.* dicitur יום ולילה עונה ומקצת עונה כבולה *dies et nox conſtituunt* עונה, *et pars* עונה *eſt ſicut totum.* Conf. Othonis *Lex. Rabb. philol. p. 109. ſq.* et Lightfoot *Hor. Hebr. in Matth. p. 353.* Sauberti *Pal. Tb. p. 216. ſeqq.* Godofr. Wegneri *diſſert. Chron Philol. de Trid. mort. I. C. p. 318. ſq. in vol.* Herm. Witſii *Exercit. XVII. in Symb. Apoſt §. 29. p. 316.* Henr. Hammondus *ad h. l.* Gottfr. Olearius *diſſert. de Reſurr. I. C. p. 19. ſeqq.* et Relandi *Antiq. Ebr. p. m. 384. ſq.* Die igitur Veneris tres horas primi νυχθημέρου Chriſtus in ſepulchro fuit. Secundum νυχθήμερον die Sabbathi integrum. Et tertium νυχθήμερον die ſolis quoad integram ſcilicet noctem et aliquam diei partem. Atque ſic artificialem diem vnam, videlicet ſabbathum, naturales vero tres ſeu tria νυχθήμερα Chriſtus in ſepulcro tranſegit. Quod autem νυχθήμερα etiam ſynecdochice capiant Ebraei, apparet ex 1. Sam. XXX, 12. 13. Eſth. IV, 16. et V, 1. Quando vero Marc. VIII, 31. et Matth. XXVII, 63. dicitur, quod *oporteat filium hominis* μετὰ τρεῖς ἡμέρας *reſurgere*, dies tertius non intelligendus eſt, vt iam finitus et confectus, ſed affectus et ad finem decurrens ſiue labens, non lapſus. Conf. Deut. XIV, 28. et c. XXVI, 12. quod enim ibi dicitur מקצה *a fine trium annorum*, μετὰ τρία ἔτη, id poſteriori loco exprimitur per ב *intra triennium*. ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ. add. Deut. XV, 1. et XXXI, 10. מקץ *a fine ſiue poſt ſeptem annos*, quum tamen agatur de ipſo ſeptimo anno remiſſionis. Et Ioſ. IX, ib. coll. cum V, 17. Tob. III, 12. 13. Obſerua igitur cum Lud. de Dieu, „ *quum impleri vel compleri dicuntur dies,*

Mar. VIII, 31. Matth. XXVII, 63.

dies in ſcriptura, non id intelligi de impletione horarum diei, ſed numeri ipſorum dierum. e. g. a Paſchate ad Pentecoſten numerandi erant 50 dies, vbi ergo quinquageſimus aduenisſet, recte dicuntur compleri dies pentecoſtes. A nato infante vsque ad circumciſionem numerandi erant dies octo: quum ergo octauus dies aduenisſet, recte dicuntur impleti dies octo. Sic a ſepulto Chriſto vsque ad eius reſurrectionem numerandi erant dies tres: quum ergo tertius dies aduenisſet, recte dicuntur tres dies impleti. Itaque *poſt tres dies* eſt poſt trium dierum numerum, non poſt trium dierum horas omnes exactas. „ Conf. etiam Io. Pearſonii *expoſit. Symb. Apoſt. p. 461. ſeqq.* Cap. XIV. XV.

CAP. XIV, 13.

πεζῇ ὁδεύειν ſ. πεζεύειν Act. XX., 13. non tantum ſignificat *pedibus* ire, ſed etiam *terra* (vti etiam Syrus reddit per *aridam* i. e. terram) non mari *proficiſci*, ſiue pedibus id tuis, ſiue alienis fiat. Sic Plutarchus Alcibiade πεζῇ βοηθεῖν h. e. *terra ferre auxilium* dixit, ſiue pedibus ſiue equeſtribus turmis id fiat, ceu bene annotat Bertramus *ad h. l. p. 415.* praeeunte Lamb. Danaeo, ex quo hanc eruditam obſeruationem etiam affert cl. Buxtorfius *in Catalect. Philol. Th. tm. 138.* Adduxit quoque Danaeus locum e Platonis dialogo ἀλλάττοντες καὶ διὰ θάλασσαν καὶ πεζῇ *commeantes mari terraque.* Quam obſeruationem Danaei ideo annotaſſe iuuabit, quod heic inter aſſeclas Chriſti etiam commemorentur οἱ ἄῤῥωστοι *infirmi*, et Luc. IX, 11. οἱ χρείαν ἔχοντες θεραπείας *ſanatione opus habentes*, quos etiam *ſanauerit*, qui certe iumentis portati fuerunt.

CAP. XV, 2.

τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων

Paulus vocat πατρικὰς παραδόσεις Gal. I, 14. et Col. II, 22. coll. v. 8. ἐνταλμάτα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων, quo nomine etiam Saluatori audiunt heic v 9. Has autem *traditiones* diſcernere oportet ab illis, quarum obſeruationem in Corinthiis commendat apoſtolus 1. Cor. XI, 2. quasque in Theſſalonicenſibus tantopere laudat 2. Theſſ. II, 15.

Verſ. 5.

Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς.

Eſſe hunc *locum, in quo tot praeclari illuſtresque viri tot tantisque modis*

CAP. XV. *dis se defatigarint*, Dan. Heinsii *in Exercit. Sacr. c. XI.* iudicium est, idque *verissimum* Seb. Schmidio *in disp. pec. in h. l. quae est X. in fascic. disp. Theol. Philol* §. 1. Iu eo nunc, vt breuitati studeamus, 1) ellipsin faciunt verbi subst. ἔστι, vel potius ἔστω, ἔσται, *donum est*, vel *esto*, *erit*. et insuper 2) tanquam in oratione pendente et imperfecta supplendum putant ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς ἔστι vel ἔσται, *quocunque a me iuuari posses, insons erit*, Beza, Ios. Scaliger *Elench. Tribaeres. c. 9.* Er. Schmidius *h. l.* et D Bertramus *h. l.* aut δεδεμένος (in harmoniam cum voce ebraeorum אסור) ἔσται *obligatus erit* vel *sit*. Vid. Sebast. Schmidius *l. c. p. 584. s.* et M. Meinhardi *diatr. philol Witteb. de Corban* 1. §. 8. 9. itemque Pfaffius *ad h. l.* Lutherus et Belgae supplent *bene facit*, *der thut wohl*. Knatchbullus vero ex immediate praecedentibus orationem redintegrat, nempe *honorat patrem et matrem suam*, et quidem hac verborum serie et sensu: *Vos autem dicitis* (honorat patrem suum et matrem suam) *quisquis dixerit patri vel matri*, *donum* (*est*), *quicquid adiutus fueris ex meo*, *et non honorabit* (inposterum) *patrem suum* etc. Enimuero melior simpliciorque est sententia cl. Pocockii, statuentis, verba illa et parallela Marc. VII, 11. nihil aliud esse, quam solennis voti apud Iudaeos, vel iracundiae vel auaritiae vel alius impii affectus impetu abreptos, formulam, hoc tenore: Corban (munus) esto omne, ex quo a me commodum percipere possis. h. e. tam tibi vetitum atque illicitum aliqua ex re, quae penes me est, vtilitatem capere, ac cuipiam aliquid *corban* s. *muneris* nomine Deo consecratum, in vsus suos conuertere. Non quod hoc pacto aliquam facultatum suarum partem Deo vel absolute vel sub conditione consecraret, aut pridem consecratam indicaret, *in Porta Mosis p. 400. edit. Lips.* Conuenit Lightfootus: *Donum* (sicut res sacrata sit) *quocunque possis a me iuuari.* At dicanda sua" in sacros vsus per haec verba nullatenus tenebatur, ad non iuuandum pa-" trem tenebatur inuiolabiliter. O egregiam doctrinam et charitatem!" Hinc recte etiam D. Michaelis *de Accent. p. 103. 104.* interpretatur: *Es soll dir alles wie* Corban, *oder eine Gottgeheiligte Gabe oder Opffer verbothen seyn, womit dir sonst von mir möchte geholffen werden.* Vid etiam Dilherri *Ecl. S. N. T. p. 412. sqq.* et Lundius *im lüd. Heiligthüm. p. 359, n. 34.* et *p. 726. n. 35.*

Vers. 16.

Ἀκμὴν heic idem esse ac ἔτι et νῦν monet Casaubonus, itemque Er. Schmidius, cui tamen etiam videtur per *ellipsin* dici pro καθ' ἀκμὴν τῆς τῆδε χρόνου. Quamquam Piscator cum sola ellipsi praepositionis κατ' accipit *secundum vigorem.* Quem sequitur Calouius, *B. I. h. l.* Ego uero putem, τὸ ἀκμὴν,

μὴν, semel in N. T. occurrens, non tam *tempus*, quam *gradum* ἀσυνεσίας in discipulis Christi exagerare, ac redarguere, idque exprimere dictionem ebraeam עד־מאד *ad intensionem usque*, coll. *Luc Ebr. p. 425. f.* vertique posse: adeo *etiam vos non intelligitis? Seyd denn auch ihr* so gar *unverständig?* Iam particula *temporis* subsequitur: οὔπω νοεῖτε Nondum *intelligitis?* Itaque non erit pura synonymia. CAP. XV. XVI.

Vers. 22.

Quod Matthaeus dicit, factum esse ἐν τοῖς ὁρίοις *in finibus*, id Marcus ἐν οἰκίᾳ *in domo* c. VII, 24. 25. Id Augustinus ita conciliat, quod Cananaea Christum sit aggressa *in domo*, ad quam ex itinere diuerterat: sed ad illam Cananaeae petitionem Christum surrexisse, et non dato responso abiisse. His mota Cananaea sequitur Dominum *in fines*, et ibi non modo *orat*, ut Marcus de *domo* dicit, sed *clamat*, et discipulos ad intercedendum commouet. Quam ipsam circumstantiam fere innuit illa lectio quorundam codd. Bryl. I. Steph. Cas. Rau. Cant. ἔκραξεν ὀπίσω αὐτῆς *clamavit a tergo ipsius*, ex col. v. 23. adoptata pariter Luthero, *und schrye ihm nach*, quod indicat, „ IEsum se ab illa auertisse, aut ipsam prae pudore non ausam in„ pius conspectum venire, notante Beza *in h. l. p.* „

Vers. 39.

Textualem lectionem Μαγδαλὰ retinet MS. Cant. Ebr. Munst. Luth. Arabs etc. Quae lectio etiam multis de causis fit verisimilior, ait Saubertus *l. c. p.* 145. additque multa loca Talmudica, in quibus loci huius מגדלא qui et מוגדלא nuncupetur, mentio fit. Atque ab hoc oppido vt ortum ita et cognomen discriminis causa ducebat *Maria* illa *Magdalena*, cuius historia euangelica meminit. Ignorantiam proinde arguit, quando hoc nomen patronymicum apud Christianos degenerauit in praenomen seu nomen baptismale. Sic D. Io. Bugenhagius a terra patria vulgo dicebatur *Pomeranus*, *D. Pommer.* Iam si filiolis tuis Lipsiae, Misniae etc. satis et natis velles indere nomen *Pomeranus* vel *Pommer*, quae, quaeso, absurditas foret? Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ.

CAP. XVI, 18.

Verba Christi D. Olearius optime ita interpretatur ex verbis Petri 1. Ep. II, 4. " Agnouissi me Christum lapidem illum viuum, a prophetis pro-" missum, κἀγὼ δὲ σοὶ λέγω. ὅτι σὺ εἶ πέτρος vicissim agnosco te Petrum, hoc" est

CAP. XVI. est, nomini a me tibi imposito fidem respondere video, te igitur ecce lapi-" dem etiam viuum. Super hac *petra* vero quam agnouisti, tales lapides vi-" uos exstruam, ut inde existat aedificium eccl-siae meae, Hierosolyma no-" ua, ciuitas coelestis. " Conf. etiam Glassii *Rh. S. col. 2000.* et seq. vindiciae interpretis Syri, it. verba Brentii *col. 1623.*

καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

„ Christus h. l ciuitatem Dei et ciuitatem diaboli sibi opponit inui-„cem, illam super petram fundatam, locoque forti et edito contra omnem „hostium insultus tutam; hanc *πύλαις* suis quidem instructam etiam, mu-„nimentisque et praesidiis firmatam, sed quae nihil valeant contra opes at-„que virtutem ciuitatis Dei. Nempe Christus cum suis, tanquam fortiores, „penetraturi erant in arcem fortis illius armati, effracturi portas, detractu-„ri hostibus arma, praedam partituri. Vt verbis illis non tam securitas ciuitati „Christi a potestate inferorum promittatur, sed, quod maius est, victoria con-tra inferos, in quorum portis dominium sibi suisque ille pollicebatur. „ Idem *ad h. l.*

Vers. 22.

Ἵλεώς σοι Κύριε.

Propitius tibi Domine scilicet *sit*, *esto Deus*! per ellipsin nomina-tiui θεὸς, germ. *dafür behüte dich Gott gnädiglich!* non ut Beza post Era-smum: *propitius tibi sis Domine*! quem sequitur Buxtorfius *in catalect. tm. LXXXVIII. p. 99.* et Reizius: *Herr, sey dir gnädig*! Eadem phrasis frequens apud graecos Am. VII, 2. 2. Sam XX, 20, et c. XXIII, 17. 1. Chron. XI, 19. Gen. XLIII, 23. 1. Macc. II, 21. Et expressa est ad formulam Chaldaeo-Syria-cam חס לך. Vnde et vulgatum Rabbinorum חס ושלום Vid. Fuller. *Misc. S. l. 2. c. 2.* et ex eo Glass. *Gr. S. col. 1140.* R. Eliae *Methurgeman fol. 46. col. I. ab init.* Buxtorf. *Lex. Rabb. Talm. fol. 722. col. 2.* Lud. de Dieu *in Euang.* Grotius *h. l.* et Clericus ad Hamm. *h. l.* Nold. *Concord. Partic. Ebr. Ch. p. 982. b. c. fm.* Maius *Obs. S. l. 3. p. 60. seq.* Sic Pauli μὴ γένοιτο *absit* per חס interpretatur Syrus Rom. III, 4. 6. VI, 2. 15. Vnde hanc ῥῆσιν ad formulam Ch. et Syr. expressit Vetus lat. *Absit a te Domine!* itemque Eu-sser et Dietenberg *Herr, das sey ferne von dir!* defensus hinc a Io. Boisio apud Millium *in Proleg. N. T. sui p. 138. col. a.*

Vers. 28.

ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

In quibus verbis praedicatum *ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ* aliter

ac

ac vulgo fit, interpretatur cl. Raphelius *in Annot. Polyb. et Arr. p. 82.* hoc vi- CAP. XVI,
delicet modo: *vsque dum viderint Filium hominis* abeuntem in regnum XVIII.
ſuum, nempe in die adſcenſionis. Iam equidem ipſi facile conceditur, quod verbum ἔρχεσθαι, quemadmodum et ebraeum בוא ſignificet non ſolum *venire*, ſed et *abire*, idque recte confirmat ex Act. XXVIII, 14. coll. cum v. 16. ex Luc. II, 44. Io. VI, 17. Quibus locis addantur Io. XI, 29. coll. v. 31. 32. Luc. XV, 20. Deinde quod praepoſitiones εἰς et ἐν ſaepenumero vices invicem permutent; confertque in paralleliſmum loci noſtri Act. I, 11. Sed quod hunc ſenſum in noſtro loco concedant reliqui euangeliſtae Marcus et Lucas, valde dubito; quinimmo eos ei quam maxime aduerſari exiſtimo. Lucas namque verba illa Saluatoris ſic conciſe eloquitur c. IX, 27. ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Plenius autem Marcus IX, 1. ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. Iam autem per dictionem euangeliſtis ſolennem τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ *regnum DEI*, notari *regnum gratiae et Oeconomiam euangelicam N. T.* ſatis conſtat, idque vel maxime h. l. per determinationem adeo emphaticam vt veniens *cum*, *in potentia*, *virtute*. Inſuper probabile fit, Chriſtum, de tali *aduentu regni DEI*, quod multi adſtantium eſſent ſuperuicturi et viſuri, loquentem, remotius tempus, quam erat tempus *adſcenſionis ſuae in coelos*, intendiſſe. Perſtabit igitur etiamnum communis verſio, ſenſumque adeo Chriſti ad harmoniam euangeliſtarum hunc eſſe putem: *quosdam adſtantium adhuc ante mortem viſuros eſſe Filium hominis venientem in regno ſuo* tam *gratiae*, per praeconium vniuerſale euangelii maiori virtute, ſignis ac miraculis in toto orbe inſtaurando, quam *potentiae ac irae* ſuper Iudaeos incredulos regnique ſui hoſtes, cum πανολεθρίᾳ Hieroſolymorum templi reique publicae eorum.

CAP. XVIII, 6.

Μύλος ὀνικὸς) Non intelligitur tota machina molitoria, ab *aſinis* praecipue circumagi ſolita, ſed vt Marcus c. IX, 42. explicat λίθος μυλικὸς *lapis molaris*. Eſt autem heic in ſpecie ὀνος *lapis molae* non inferior, vt vulgo putant, ſed *ſuperior* verſatilis, qui et ἐπιμύλιον dicitur, ebraeis רֶכֶב ab *equitando*, eo quod alteri quaſi inequitat. Inferior dicitur μύλος Apoc. XVIII, 21. ebraeis רֵחַיִם ab *odore* farinae perpetuo. Ambo coniunguntur Deut. XXIV, 6. *Nemo in pignus accipiet* רחים ורכב

CAP. XVIII. XX. *catillum et metam.* LXX οὐκ ἐνεχυράσεις μύλον, οὐδὲ ἐπιμύλιον. Luth. *den unterſten und oberſten Mühlſtein.* Quanquam LXX ebraeum רכב etiam generatim et confuſe per μύλον interpretantur 2. Sam. XI, 21. κλάσμα μύλης *fragmentum lapidis molaris.*

Καταποντισθῇ) LXX Interpretes ebraeum בלע *abſorpſit, deglutiuit, deuorauit*, ſaepe per καταποντίζειν reddiderunt. Vid. Pſal. LV, 10. Eccl. X, 12. Pſ. LII, 6. Quod autem exin deriuetur peculiare genus ſupplicii ebraeis a gentilibus adſcititium καταπελτισμός, vt Hieronymo aliisque viſum, id nullo nititur fundamento, quum ebraeis nonniſi IV. poenae capitales fuerint genuinae et propriae, vt סקילה *lapidatio*, שריפה *conbuſtio*, הרג *decollatio*, et חנק *ſtrangulatio.* Conf. vberius de iſto *pec. diſpp.* M. Leidingii *Witteb. 1700.* et M. Chr. Stockii *Ien. 1704. hab.* it. cl. M. RVS *diſp. de Lapidatione Stephani* §. 2. Druſius *Praeter. l. 1. p. 40.*

Verſ. 21.

Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;

Eſſe heic hyperbaton, ſiue conſtructionis σύγχυσιν putant nonnulli, pro: *Quoties remittam fratri meo, qui in me peccauit? num vsque ſepties?* vel cum pleonaſmo ſaltem copulae καὶ: *Quoties, ſi frater meus in me peccarit, ei remittam?* Sic et Lutherus: *HErr, vvie offt muß ich denn meinem Bruder, der an mir ſündiget, vergeben? iſts genug ſiebenmahl?* quum ſyntaxis naturalis commode ſeruari queat h. m. *HErr, vvie offe mag mein Bruder an mich ſündigen, und ich ihm vergeben? biß auf ſiebenmahl?*

CAP. XX, 1.

Ἅμα πρωΐ) Conuenit haec elegans dictio cum illa τῶν ὁ Mich. II, 1. באור הבקר vertentium ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, quae belle reſpondet germaniſmo noſtro: mit dem Tage *ausgehen*, i. e. *ſo bald der Tag anbricht, gleichſam als vvenn einer, der von ſeinem Ort vvegreiſet, den Tag von demſelben mitnehmen vvolle.* Proinde minus dicit verſio Lutheri, vim vocalae ἅμα praetergreſſi, *am morgen.* Plus quidem Reiziana, *am frühen morgen*, at minus eleganter; paulo elegantius dixiſſet *früh morgens.*

Ver

Verſ. 23.

Ἀλλ') rectius cum Seb. Schmidio et Glaſſio *Gr. S. col. 1221.* redditur *niſi.* Vti etiam accipitur Marc. IX, 8. coll. Matth. XVII, 8. 2. Cor. II, 5. Sic et vocem Syriacam ܐܠܐ h. l. expreſſit Troſtius et Gutbirius. Eodem modo interpretatur cum Lud. de Dieu, et Ianſenio Gatakerus *Aduerſ. Miſc. l. 1. c. 3. c. fin. opp. Crit. p. 195. ſq.* Keuchenius *ad h. l. p. 84.* Nec aliter Dorſcheus et Hackſpanius *ad h. l.* qui confert Apoc. III, 21. " vbi" deſcribuntur a Iohanne, *quibus haec ſeſſio danda ſit* nempe *vincentibus*," vbi certe expreſſe de perſonarum i. e. ſubiectorum diſpoſitione ſermo ha-" betur."

Verſ. 28.

Αὐτοῦ ἀντὶ πολλῶν.

Caluino-Reformatis opponimus ſocios ſaniores, et quidem 1) Sohnium, qui *in diſpp. Marp. 7. th. 21.* eos *errare* exſerte ſcribit, *qui Chriſtum pro omnibus hominibus paſſum eſſe negant.* 2) Muſculum *in Loc. tit. de Redemt. p. 326.* " Profitetur, inquientem, titulus huius loci redemtionem ge-" neris humani. Genus humanum autem complectitur non vnam aut al-" teram gentem," ſed mundum vniuerſum, omnes videlicet totius vniuerſi homines, cunctos a primo vsque ad nouiſſimum. "Scimus quidem non omnes huius redemtionis fieri participes, verum il-" lorum perditio, qui non ſeruantur, haut quaquam impedit, quo minus" vniuerſalis vocetur redemtio, quae non eſt vni genti, ſed toti mundo" deſtinata. 3) Gualtherum ſuper 1. Io. II. Procul faceſſant omnes cogi-" tationes, quae Chriſti meritum ad paucos modo extendi perſuadere co-" nantur. Iohannes enim Chriſtum propitiationem eſſe dicit pro peccatis" totius mundi. Mundi vocabulo vti voluit, ne aliquem a Chriſti" merito excluſum putaremus." 4) Nicol. Hemmingium *Inſtitut. Chriſt. de Praedeſtinat. th. 24.* " Non eſt, quod quisquam exiſtimet," miſſum eſſe filium in mundum, vt quosdam ſelectos tantum de ge-" nere humano redimeret, ſed potius vt totius mundi peccata tolle-" ret, iuxta illud: *Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi* etc." 5) Bullingerum *Serm. 2. de Natiuit. Chriſti ſub fin. Io. I. Ecce agnus DEi, qui tollit peccata mundi.* " Mundus ad omnes et omnium refertur aeta-"

CAP. XXI. „tes, non ad certum vel hominum vel peccatorum numerum; bla-
„sphemias enim in sacrosanctum DEI filium eiaculantur, qui docent,
„Christum vel pro originali peccato tantum, vel non etiam pro omni-
„bus omnium temporum peccatis perlitasse.„

CAP. XXI, 13.

Σπήλαιον λῃστῶν) Verba haec prophetae allegata non incommode explicat Chytraeus: „Vt latrones perpetratis caedibus recipiunt se in „speluncas, in quibus se tutos fore arbitrantur, ita impii omnibus cupi-„ditatibus et flagitiis indulgentes in templum se recipiunt, et victimas „emunt, et sacrificiis oblatis putant, se ab omnibus sceleribus mundos „esse.

Vers. 25.

ἐξ ἀνθρώπων; Quod idem esse ac *a DEO* agnoscit etiam Er. Schmidius *h. l.* ex antithesi ἢ ἐξ ἀνθρώπων. Atqui sic loquuntur ebraei לשם שמים *in nomine DEI.* Eodem sensu Daniel c. IV, 23. די שליטין שמיא *quod dominator sit DEus*, et Lucas XV, 18. 21. *Pater peccavi εἰς τὸν οὐρανὸν in DEum, et coram te.* Conf. Glass. *Rh. S. col. 1469.* Bertr. *Matth. Enucl. p. 587.* et Hackspan. *Not. Phil. Th. P. III. p. 16.* qui etiam phrasin euangelistis nulla frequentiorem *regnum coelorum* explicat *regnum DEI.* Nec aliter Io. Olearius *in tr. de Stilo N. T. p. 16.* euincens etiam ex parallelismo Matth. XI, 11. Luc. VII. 28. Quod enim hic est βασιλεία τοῦ Θεοῦ, illud ibi est βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Vers. 30.

Ἐγὼ Κύριε. „Multum differt responsio huius filii a responsione „prioris, qui diserte et candide sine omni captatione εὐνοίας simpliciter ne-„gatiue respondebat, οὐ θέλω. *Das war doch (obs gleich unrecht) fein „aufrichtig gehandelt.* Alter autem hypocritice respondet, ἐγὼ κύριε, „vtens titulo honorifico, et se promtum efferens, *Ich bin des Herrn „Diener*, vt οἱ δεῖνα hodie loqui solent. *Wo viel titulirens ist, viel Herrens, „viel dienens, da ist gemeiniglich viel Falschheit und Heucheley. Gerade „zu, auf gut alt deutsch (denn das neue verfrantzoesischte, vervvelschte, „verspanischte, veramadisischte deutsch ist nicht zu probiren) ist das beste.*

Ger-

Germani noſtri ſtolide agunt, quod linguam ſuam per Italicam, Gallicam et Hiſpanicam ex Latina corrupta factas, ſimili corruptioni ex κακοζηλίᾳ propinant. Haec cordate et vere pro cana ſimplicitate Er. Schmidius *h. l. p. 301.* CAP. XXI. XXII.

Verſ. 42.

ἐγένετο ἄυτη) Heic ebraiſmum eſſe ultro concedit Er Schmidius *h. l.* ἄυτη pro τῆ. Et mox θαυμαστὴ pro θαυμαστὸν. Ebraeos enim neutris carere, et ſi iis opus ſit, feminino uti. Quae vero de neutris apud Ebraeos noſtra mens ſit vid. *Luc. Ebr. p. 397.* Verum haut ſincera eſt eius conceſſio. Concedit namque ebraiſmos tantum in allegationibus V. T. ex LXX virali verſione. Cui pollicem premit D. I. H. Maius *libr. ſupr. cit. p. 8.* Aſt peruium et pellucidum κρησφύγετον.

CAP. XXII, 11. 12.

ἔνδυμα γάμου) Per *veſtem nuptialem* Pontificii putant non intelligi *fidem*, ſed *opera bona et charitatem*. Sed recte contradicit ipſis ſociennus eorum Ioannes Ferus concionator olim Moguntinus, quando *in comment. ſuper h. l.* infit: „ Ea nimirum veſtis eſt, de qua Paulus: *induamini IEſum Chriſtum*, „ Gal. III. Haec autem veſtis dupliciter induitur, primo per *Fidem*, quum „ tuis peccatis ſuperinduis Chriſti iuſtitiam etc. deinde quum externe *Charita* „ *tem* eius aemularis. „

Verſ. 32.

Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραάμ κ. λ.

Eſſe haec verba foederalia ex coll. Gen. XVII, 7. docet b. Gerhardus *Harm. h. l. Cum quibus vero Deus foedus gratiae init, quod vellet eſſe Deus eorum in ſeculum, illi in vitam reuocabuntur, ut poſſint promiſſa gratia foederali perfrui. Foedus hoc aeternam eſt, ac proinde, qui eo comprehenduntur, eos opartet viuere in aeternam, ac proinde reſuſcitari.* Quae ſane praeclara eſſe et rem ipſam continere omnem, iudicat b. D. Gottfr. Olearius *in diſſert. ad h. l. de Reſurr. Mort. ex foed. cum patr. demonſtr.* inſerta etiam *Volum. Obſ.* qui paulo clarius illam ex his fundamentis deducit, ac tandem in §. 8: (in vol. §. 14.) penult. ſummam quaſi eousque explicatorum proponit his verbis: „ Qui (patres illi) vi foederis iſtius, per *fidem* in *ſemen* promiſſum, principium VITAE iam ex eo traxerunt, cuius virtute illa, in qua detineantur, *mors* ad interitum et exitium eorum non „ ſpectat, ſed ad *vitae* ipſorum conſummationem, quae neceſſario iam ex illo „

FOE-

CAP. XXIII. „FOEDERE suo tempore plene est manifestanda. *Directam* erge ecce eamque „*solidissimam*, rei, quae Saluatori proposita erat, ex loco illo demonstratio„nem! Et §. 9. (15) vlt. Vix ex toto codice Biblico deligas, cum quo istud „ἐνεργείᾳ contendere non possit. Quamuis cetera negatum non cupiat, spe„cialissimam rationem fuisse Saluatori eius producendi argumenti, quod ne„mo alius, communi solertia tantum fretus, facile electurus fuisset. Scili„cet fortissime constringendum qui vana persuasione inducti putabant Salua„torem Sadducaei, argumento ipsi proposito ex lege Mosis, quae ad ipsam „basin religionis Iudaicae pertineret, quo pateret, plane absurdam legem „condidisse Mosem, si resurrectio quidem sit exspectanda, quem proinde „eam non credidisse sit concludendum: ipsi constricti tenentur, dum de„monstrat Saluator, tantum abesse, vt non crediderit resurrectionem Mo„sis, legeque Sadducaeorum faueat errori, vt potius ipsa basis auctoritatis „Mosis, conditaeque a Mose reipublicae, et constitutae ecclesiae Iudai„cae, totiusque adeo legis, sit haec doctrina: quae in ipsa vocationis Mosis „historia contineatur: vocante eum, et iure FOEDERIS cum illa gente iam „acturo, Deo, *qui Abrahami, Isaaci et Iacobi sit Deus*, quos adeo exilla FOE„DERALI cum Deo coniunctione resurgere oporteat. „

CAP. XXIII, 23.

Dictio τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου non dicit *das schwer ist im Gesetz*, ceu Lutherus transtulit, si quidem *φόρτια βαρέα καὶ δυσβάστακτα onera grauia et portatu difficilia* imponebant Pharisaei, v. 4. sed *praestantiora et maioris momenti res legis*, in comparatione rerum minimarum, sicut recte Reizius, *die wichtigsten* (Stücke) *des Gesetzes*. Nomen anim βαρὺς participat etiam de notione nominis ebraei כָּבֵד significantis et *gloriam* et *grauitatem*.

Vers. 27.

Quomodo cum τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, sepulcris dealbatis, *quae extrinsecus quidem apparent* specioſa, concordent τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα *monumenta* non apparentia apud Lucam
Luc. XI, 44. XI. 44? quibus insignem *scribarum et Pharisaeorum* hypocrisin ac mores personatos perstringens Christus ipsos assimilat, id concinne ac solide docet doctissimus Anglus Eduardus Pocockius *in Porta Mosis c. V. p. 83 84. ed. Lipsi.* add. etiam Lightfootus *Tom. II. Opp. f. 359. ad h. l.* Eadem nempe sepulcra, quae quod ἄδηλα essent, vtpote gramine et herba obducta, adeoque ὡραῖα siue *specio-*

sa

CAP. XXIII. XXIV.

sa hominibus apparerent, adeo vt iis inambulantes incauti pollucrentur, κονίᾳ seu calce aqua temperata pro more signabantur: non enim ideo, quod κεκονιαμένα essent, ὡραῖα videbantur, sed contra, quod *speciosa* herbis virentibus tecta atque vestita, vel saltem a reliqua terra nihil specie exteriori differentia, adeoque iniuria temporis et aqua pluuiali facta ἄδηλα קברות תהו *sepulcra abyssi* i. e. occulta, nulla latentis immunditiei nota amplius insignita, gypso siue calce (quod ipsa alba esset instar ossium) rursus in cautelam notabantur, statis quidem anni temporibus, mense plerumque Adar, ב"ר בשלוחי *per deputatos domus Iudicii*, ceu ex antiquitate ebraica deduxit laudatus philologus, et adhuc latius M. Rosteuscherus *in disput. II. Witteb. anno 1679. hab. ad h. l. Matth. de sepulcris calce notatis, c. III. et IV.*

Vers. 38.

Vim phraseos ἀφίεται ὑμῖν bene assecutus est D. Gottfr. Olearius (ad Matth. XXIV, 2) vt dicat, Deo discedente *vobis* relinquitur, vestro tutamine staturum casurumue, hoc templum; ut nulla adeo ipsis in praesidio, quod Deus templo a se habitato debeat, spes iure superfit. "Quae verba Christi postea *in Obs. LXXXIII. §. 7. vlt.* eleganter et praeclare ad euentum *rupti in templo veli* Matth. XXVII, 51. applicat, ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, *ecce! haec ipsa domus inanis iam vobis* (*rupto velo*, egresso numine) *relinquitur atque deserta*, non Dei amplius domus, quo egresso gentibus prostituenda et conculcanda mox mox debeat permitti. Proinde τὸ ὑμῖν non *manifeste* παρέλκει ad mentem Rauppii *h. l.* sed manifeste sua insigni gaudet emphasi. Atque huic praedictae Iudaeorum poenae temporali subiungit Saluator etiam aeternam: *Non videbitis me a praesenti, usque dum* (nempe in extremo die) libenter *dicturi essetis: benedictus* etc. sed nimis sero.

CAP. XXIV, 1.

Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ.

Non est, quod heic vulgarem vocum structuram sollicitemus, et cum Beza cuiusdam exemplaris lectionem: καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐπορεύετο, vt conuenientiorem, ei praeferamus. Quam quidem secutus quoque est Vulgatus: *Et egressus Iesus de templo, ibat.* Nec fere aliam Syrus:

ܘܢܦܩ ܝܫܘܥ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܗܠܟ

Et

CAP. XXIV. *Et exiuit Iesus e templo ad abeundum.* Arabs prorsus omisit ἐπορεύετο. Quandoquidem et citra traiectionem et omissionem sensus aeque commodus procedit; *Vnd als IEsus heraus-und vom Tempel wegging, da* etc.

Vers. 2.

οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα;

Vbi γὰρ deesse in V. Steph. et MS. Cant. it Vulg. Arabe notat Saubertus *l. c. p. 196.* defensum etiam Isaaco Casaubono *in Not. ad h. l.* nec legit Erasm. Schmidius, eo quod et Marc. XIII, 2. non legatur. At neque lectio recepta attendanda est, potius sublato interrogandi signo verbum βλέπετε non pro nuda contemplatione, sed simul cum affectu admirationis et doloris sumtum (coll. *Luc. Ebr. p. 387.*) non *indicatiue*, sed *imperatiue* reddatur cum D. Oleario h. s. Haec tanta opera, substructiones tantae soliditatis, istam ornatus structurae magnificentiam, sacrorumque donariorum apparatum *admirari nolite.* "Sic negatio erit in vado, sicque maiore facilitate cum Matthaeo Marcus consspirabit, apud quem interrogatio est Christi exprobrantis: βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; *Hascine substructiones tam grandes miraris?*

Vers. 15.

Ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω.)

In quibus verbis scrupulum haut leuem iniicit τὸ ἑστὼς, repetitum etiam Marco c. XIII, 14. quo rationabiliter referendum sit? Plurimi et tantum non omnes referunt simpliciter ad praecedentia ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, non attendentes aut curantes, repugnare ei *genus masculinum*, itaque requiri *genus neutrum* ἑστός, sicut praecedit τὸ ῥηθὲν. Id peruidens Io. Millius, illud ipsum in textum splendidae suae editionis vtrobique intrusit, (ne scilicet! splendori eius per istud macula aliqua inureretur.) absque suffragio et auctoritate lectionis eiusdam variantis, inquibus ceteroqui conuasandis iusto operosior est. Haec igitur ἐτίρωσις generis in vniuersis fere codicibus probata, nisi quod vnus *Bodleianus* legat ἑστὸς, magis sollicitos habuit duum-viros doctos, videlicet Io. Frid. Hombergkium *in Parergis suis sacris ad h. l.* et M. G. L. Oederum *in Obseru. CCXLI. Tom. XII. Misc. Lips.* qui propterea aliam constructionis viam ingressi participium quaestionis ἑστὼς construxerunt cum sequentibus, sed cum diuortio. Iste ita; *Quando videritis abomi-*

nan-

nandam illam vastationem, quae dicta est a Daniele propheta, tunc ille qui stat *in loco sancto, (lector mentem aduertat!) et illi qui sunt in Iudaea, fugiant in montes* etc.; hic h. l. m. *Cum videritis igitur abominabilem rem desolantemque, de qua dictum est a Daniele Propheta:* (qui *in loco sancto* stat lector *animaduertat!*) *tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes* etc. Circa primam quidem interpretationem, vt vt speciosam, epricrisi mea qualicunque supersedere possum, quum doctiore iam defunctus sit Gottfr. Olearius in *Obseruat. ad h. l.* Sed ad alteram nouissimam liceat monere: (α) duram admodum, mutata parenthesi, euadere apostrophen ad praelectorem siue doctorem in templo Hierosolymitano, quum oratio saluatoris monitoria non instituatur ad promiscuum coetum, cui interfuerint Pharisaei et scribae, verum ad solos discipulos, occasionem ei quaestione sua praebentes. (β) Maxime huic sensui refragari Marcum, qui pro verbis Matthaei ἐν τόπῳ ἁγίῳ substituit ὅπου οὐ δεῖ. Quod telum ipse praeuidens vir doctus euibrare annititur tali ratione, vt voculae ὅπου οὐ δεῖ non sint descriptio *loci*, sed *personae:* quemadmodum et Hombergkio reddenti; *qui stat vbi non expedit*, in terra scil. Iudaica, vnde fuga dilabi tunc longe consultius erit. Quanquam ordinariam verbuli δεῖ significationem seruare mauult, et lectores intelligere *ignaros*, *stupidos*, *peruersos*, *coecos*, qui occupauerint locum docendi, quem multo satius fuisset vacare, quam ab illis calcari. Hinc ex vtroque euangelista colligenda et iunctim legenda esse saluatoris verba h. m. *talem lectorem stare, vbi non deberet.* Enim vero ὁ ἀναγινώσκων illico νοεῖ hanc coactionem, propter τῇ ὑποθέσει δουλεύων, subiectum indefinitum acquipollens heic generali conuertendo in speciale, lectorem in praelectorem et doctorem iudaicum, eumque cum vitiosa qualitate, qua de certe lector haut facile cogitabit. Quod enim omnibus scriptum et dictum est in doctrinam, id etiam omnibus legendum. Quid? si eiusmodi doctor somnolentus et securus populum non moneret de instante calamitate, a Daniele praedicta, sed eundem etiam securum et obduratum aduersus eam redderet, vt saepe faciebant, clamitantes שלום שלום *pax pax*! vbi tamen *nulla erat pax* Ier. VI, 14. VIII, 11. Ezech. XIII, 10. quomodo in populi notitiam et praecautionem venire potuit? aut ἀναγινώσκων quidem ἀλλ' ὁ νοῶν, quomodo populum νοῦν reddere valuit? Qui vero habebant διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα in scripturis propheticis, simulque pii et reuerentes in populo verbum DEI, ii non solum erant ἀναγινώσκοντες, sed etiam νοοῦντες, et superuenienti insuper grauissima νουθεσία Christi locum dantes tempestiua fuga salutem pe-

CAP. XXIV.

Cap. XXIV. tebant trans Iordanem in oppido Pella, teste Eusebio. Quid autem nunc fiet de participio quaestionis ἐρῶς, si et noua hac via non procedit? Tutiorem ac feliciorem ei quaesiuit ex ebraismo Dn. Olearius, in quo *neutrum* exprimatur quoque per *genus masculinum*. Accuratius dixisset per *ellipsin substantiui* s. masculini s. feminini, cum quo in genere concordat adiectiuum. Vide sis *Luc. Ebr. p.* 307, Cui vero protinus opponit cl. Oederus *anomaliam* simul *casus*, quum sic dicendum fuisset ἐρῶ. Et quidem recte. Si secundum leges latinas graecasque iudices. Ad quarum vero rigorem ebraismus non vbiuis patitur se adstringi, sed gaudet hinc inde peculiaribus suis idiotismis, suaque syntaxeos libertate. Conferatur de hac libertate luculentum exemplum Apoc. I, 5. 6. et similia *Notis nostr.* ibidem notata. add. locus Io. XVII, 2. ad eumque ibidem *Not. nostr.* Atque talem libertatem ebraicam amat sibique vindicat et nostrum ἐρῶς, respiciens sensuale substantiuum ἐρημωτὴς, quod latet in antecedaneo ἐρημώσεως, idque examussim exprimit ebraeum משומם in textu Danielis, cum ellipsi tritissima verbi subst. היה. Deinde occurrunt in verbis nostris euangelistae propositiones ἰσοδυναμοῦσαι per figuram *exergasiam*, ebraeis valde amatam, eaque propter etiam repetenda secundum πάθος oratorium particula temporis ὅταν. Vt iam sensus resultet hic: *Quando igitur videritis abominabilem vastationem, quae praedicta est a Daniele propheta* (c. IX, 27.), *quando* steterit vastator *in loco sancto* (s. regione sancta. Sic enim dicimus: *Der Feind stehet im Lande.* Et τόπος mox in versu seq. exponitur per nomen generale ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ.) *Tunc* periculum est in mora, *fugiat*, qui fugere volet et valet, vt sequitur. In eundem sensum har-
Dan. IX, 27. monice interpretanda sunt verba Danielis ועל כנף שקוצים משמם *et* vel *quando iuxta cum* (coll. Exod. XXXV, 22.) *ala* (i. e. exercitu romano) *abominationum* (i. e. maxime abominabili propter cultum idololatricum et crudelitatem Iudaeis) aderit *vastator* (Titus.) Iam in ἐπεξήγησιν Matthaeus addit ἐν τόπῳ ἁγίῳ *in loco sancto*, et Marcus ὅπου οὐ δεῖ, *vbi non debebat* hostis, vi promissionum diuinarum, si populus Iudaicus in obedientia sua stetisset. Per quem ergo *locum* non potest intelligi *templum* Hierosolymitanum. Quod si enim ibi iam staret vastator, non poterat amplius esse signum venturae cladis, et fugae occupandae, sed iam praesentissima clades et πανολεθρία. Hinc et participium κυκλωμένην apud Luc. XX, 21. reddendum non *circumdatam*, sed *circumdandam ab exercitibus Ierusalem.*

Cap.

CAP. XXVI, 11.

Ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

Ex verbis his: *Me autem non semper habetis*, Reformati Christi secundum H. N. omnipraesentiam valde oppugnant. Sed respondeat discipulis suis pro nobis magister Caluinus, recte super cap. XII, v. 8. Ioannis scribens: "Quod se negat (Christus) cum discipulis semper fore, ad genus praesentiae referri debet, cui *carnalis cultus et sumtuosus* conueniat. Nec minus rectissime contra socios Musculus *in h. l.* statuamus Christum (in eccle-"sia) etiam *iuxta carnem* non tantum virtute sua, sed etiam *iuxta ipsam humanitatem adesse.*"

Vers. 12.

ἐνταφιάζειν non est idem quod θάπτειν *sepelire*, vt vertit cum Vulg. Erasmo Lutherus, sed est *ad sepulturam praeparare vngendo corpus et inuoluendo linteis*, ceu patet ex Io. XIX, 40. et Gen. L, 2, quod latini dicunt *funerare, pollingere.*

Vers. 15.

ἔστησαν quidam exponunt cum Luthero per *polliceri* propter Marc. XIV, 11. et Luc. XXII, 5. eo quod vix verisimile videatur, quod sacerdotes eam fidem habuerint, Iudae, vt statim pecuniam soluerint. Hinc Theophylactus exponit συνεφώνησαν, ἀφώρισαν δῶναι, *conuenerunt, definiuerunt se daturos esse.* Alii vero moti loco tanquam sede propria Zach. quum ibi verbum ebraeum וישקלו LXX per ἔστησαν verterint, quin et alibi Ier. XXXII, 9. 2. Sam. XIV, 26. XVIII, 12. Esr. VIII, 25. etiam h. l. vertunt *appenderunt.* Hunc enim verbum ἱστάναι siue στῆσαι significatum habere obseruat doctissimus Camerarius. Conf. Guil. Budaei *comment. Gr. L. fol. 1328.* Et Er. Schmid. adducto loco ex Xenoph. παιδ. 8. it. Raphelius *l. c. p. 54. seq.* Act. VII, 60. Hinc ponderum ratio στάσις. Atque ex hoc vsu verbi helleniſtico exponit etiam phrasin Act. VII, 60. Iac. Elsnerus *in Obs. S. N. T. ad h. l. p. 395. seq.* cum Grotio et Heinsio vertens: *ne ponderes illis hoc peccatum*; et illustrat ex Iudaeorum opinione statuentium: *Deum ingenti libra omnium peccata ponderaturum postremo die.* Ceterum pie Ambrosius in Cap. VII. Luc. Tam vili auctione vult aestimari Christus, vt ab omnibus ematur, nequis pauper deterreatur. Christus venditus est pretio hominis serui. Seruus enim aestimabatur triginta siclis; homo autem liber vt plurimum sexaginta siclis. Vid. Maimonides *in More Nebuch. l. 3, c. 40. sup. Ex. XXI, 32.*

Vers. 19.

συνέταξεν) Plus videtur significare, quam προσέταξεν nempe adsignificatur rei imperatae ordinatio et praescriptio. sic LXX ebraeum צִוָּה verterunt συνέταξεν, Exod. XVI, 34. etc. quo loco non nudum imperium Dei, sed coniunctum cum praescriptione significatur, in qua significatione apud LXX verbum hoc constanter vsurpatur, notante Rauppio ad h. l.

Vers. 39. 42.

παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.

De *calice* quem Christus volebat vt transiret, coll. Luc. XXII, 42. notetur cum celeb. Dassouio *in Colleg. MSC. Antiqu. Ebr. in Pass. I C.* (α) illustris typus apprimeque elegans, quod *agnus* quotidianus, qui in iuge sacrificium immolabatur, *bibere ex calice* debuerit, iuxta *tr. Tamid c. 3.* §. 4. et *lexicon Aruch fol. 79. col. 3.* coll. *Relandi Antiq. Ebr. p. m. 182.* et D. Deylingii *Obs. S. P. III. p. 256.* Calix ille erat *aureus* et aqua plenus, qui agno porrigebatur ad faces ardentes ante ortum aurorae, nempe *ad faces*, quibus praefectus templi circumibat et excubias sacerdotum et Leuitarum obseruabat, vestes eius adurebat. Hinc obiter illustratur locus Apoc. XVI, 15. coll. Dassouii *disp. 1. de Emph. Voc. Sacr. comma XIII.* et Deylingii *Obseru. S. P. II. p. m. 461. seqq.* et *P. III. p. 237.* it. Relandi *Antiq. Ebr. p. m. 162.* Ita enim Christus accipiebat calicem crucis, quum Iudas facibus ardentibus ad illum capiendum accederet. (β) *Cur passio Christi comparetur cum calice?* Videtur illud fieri ad indicandam *profunditatem* crucis. Iudaei enim res profundas v. g. fossas vocabant calices. Vid Aruch *l. c.* Hinc crux et calamitas vocabatur calix, si esset maxima, quia ex maxima calamitate homo non facile eluctar potest, vnde et de impiis dicitur, quod *feces calicis* sbibere debeant, siue profunditatem crucis maximam sentire. Itaque volebat dicere Seruator: transeat profunda mea passio, in quam demergor, a me, si tibi, Pater coelestis, placet. Dici quidem etiam potest, passionem vocari calicem, quia sit potio amara, quanquam tunc addi solet *calix amaritudinum* etc.

Apoc. XVI, 15.

Vers. 45.

καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε.

Sic et Marc. XIV, 41. Vbi τὸ λοιπὸν commode significat *posthac, deinceps, de cetero*, coll. Gal. VI, 17. 2. Tim. IV, 8. Ebr. X, 13. *Ein andermahl oder hinfort möget ihr schlaffen und ruhen, soviel ihr wollet, ietzo aber will*

will es die zeit nicht leiden. Vid. Bertr. *h. l. p. 762.* Multi vero sumunt haec verba ironice hoc sensu: *Ihr möget noch vvohl schlaffen und ruhen.* Vel vt Er. Schmid. *Ey ia schlaffet nun, als wenns itzo wohl zeit schlaffens wäre.* CAP. XXVI.

Vers. 47. 55.

καὶ ξύλων) *et lignis* i. e. per metonymiam materiae, fustibus. Sicuti etiam dicitur apud Polybium ξυλοκοπεῖσθαι *fuste caeditur.* Τύπτοντες τοῖς ξύλοις, *caedentes fustibus.* Lutherus satis apte redditit *mit Stangen.* Pro quo inepta sane κρίσει Reizius substituit *Holtz-Kolben.*

Vers. 59.

ἐζήτων ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ

Quod minus mirabitur, qui morem Iudaeorum nouit, quo de sic Paulus Fagius *in Chald. Paraphr ad* Deut XIII, 8. " Erat olim mos in Israel, " vt malefactor, qui mortem commeruerat, et de quo iam mortis senten- " tia lata erat, a iudicio seu consistorio non statim ad supplicium rapere- " tur; sed per diem ac noctem seruabatur, in eum finem, vt interea temporis, " quicunque aliquid afferre posset, quod reo bono esse posset, aditus ad iudicem " pateret. Atque istud etiam facere licebat eo ipso tempore et hora, qua iam " ad supplicium ducebatur. Tantum hoc beneficium negabatur pseudoprophe " tae et incitatori ad idololatriam. Atque hinc etiam est, quod tantopere festi- " narunt cum Christo nostro, quem praeter consuetum morem in Israël ocissi- " me ad supplicium crucis rapuerunt, quod illum pro falso propheta et sedu- " ctore habuerunt, quodque etiam falsos contra eum testes produxerunt. Nam " in pseudoprophetam et seductorem quiduis, siue verum siue falsum esset, " dicere licebat; ne tantillum autem, quod in defensionem eius cedere potu- " isset, " Conf. Maimonid. *in Hilc. Sanhedr. c. XI.*

Vers. 46.

ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως.

I. e. τοῦ δυναστοῦ Luc. I, 49. Matthaeus et Marcus XIV, 62, vsurpantes absolute vocem δυνάμεως feliciter ebraizant, dum ebraeorum doctores vocem הגבורה *potentia* inter epitheta Dei adhibent. Sic Raschi ad Num. VII, 10. *Moses non accepit ab eorum manibus, donec iuberetur ore* POTENTIAE. Conf. Grotius *h. l.* Drus. *Obseru. l. XI. c. 16.* Selden. *De Iure Nat. et Gent. l. XI, c. 12.* et Lud. de Dieu *h. l.* Sic pariter Camero per vocem δυνάμεως ipsum *Deum* intelligit. Itemque Altingius *Comm. in Ep. ad Ebr. p. 19. a. med.* et Hammondus *h. l.*

CAP. XXVI.

Vers. 67.

ἐκολάφισαν ἀὐτὸν) De discrimine τὸ κολαφίζειν et ῥαπίζειν docet Heinsius *in Aristarch. Sacr. p. m. 493. 494.* quod illud sit pugno ferire, hoc palma et manu passa verberare, παταξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρὶ, iuxta Suidam, quod Nonnus dixit πατάσσειν παλάμῃ. Quanquam id discriminis, vt idem fatetur, non sit perpetuum. Hinc Hieron. Erasm. Ar. Mont. Syrus, Luth. Salmer. Marlor. Aretius, Grotius, reddunt *alapam inflixerunt.* Quod quoque verisimilius est D. Wilh. Lysero *ad c. XVII. Iob. th. 36.* qui etiam addit pro parallelismo Matth. V, 39. et nostr. loc. XXVI, 67. add. 1. Reg. XXII, 24. Conf. et ad c. XIX, th. 10. Ῥαπίσματα autem notare illas etiam alapas, quas impingere histrionibus per ludibrium antiquitus solebant, obseruat Iac. Lydius *in Flor. Sparf. ad Hist. pass. I. C. p. 101. seq.* et *p. 103.* de ῥαπίσματι, vt ritu etiamantiquo manumillionisex antiquitate differit. περικάλυψις autem illa faciei I. C. cuius Marcus c. XIV, 65. mentionem facit, pro reo et damnato habitum eum fuisse arguit, siquidem etiam sententia damnatoria praecessit. Nam reorum facies operiebantur Esth. VII, 8. Et Susanna facie velata in iudicium deducta. Conf. Ezech. XII, 6. 12. et Buxtorf. *Catalect. Philol. Thesm. 165.* Quam consuetudinem pariter obtinuisse apud Romanos et Persas probat memoratus Lydius *l. c. p. 104.* et *p. 105.* ait: „ Reis autem et damnatis „tectam faciem fuisse ideo arbitror, vt eos docerent scelerum pudore et do„lore tangi. Nam etiam tristes et pudibundi vultum olim obuelabant 2. Sam. „XV, 30. Ier. XIV, 3. 4. Immo mortuorum vultus obtegebantur Io. XI, 44. et „XX, 7. Itaque quum damnati mortuis accenserentur, facies eorum tectas fuisse minime mirum videri debet. „ Conf. etiam b. Geieri *tr. de Luctu Ebr.* „ *p. 162. n. 3.* qui sub finem eius num. coniicit, idque verosimilius, illam obtectionem faciei seruatoris id temporis non tam ob ignominiam, quam ob ludicrum prophetiae experimentum vsurpatum esse.

Vers. 75.

Quod heic Matthaeus et Lucas XXII, 62. de Petro dicunt ἔκλαυσε πικρῶς *flebat amare*, (quemadmodum phrasin ebraeam Ies. XXII, 4. אמרר בבכי οἱ ἑβδομήκοντα reddunt) id Marcus XIV, 72. notanter reddit καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε *iniecto faciei pallio vel iudario flebat*, vt sic omnia obiecta poenitentiam impedientia remoueret, et eo attentius flere lacrimasque vehementius excitare posset, vt totus quasi vultus in lacrimis nataret, nec dignum esse se, qui oculos Christi intueretur, iudicaret. Quae interpretatio sese nobis prae omni alia approbat, vtpote ritui Mar. XIV, 72.

ge-

gentium conformis, coll. 2. Sam. XV, 30. nixaquoque auctoritate grauissimorum virorum, Theophylacti, Hesychii, Salmasii *de foener. p. 272.* Saldeni *in Ot. Th. l. 1. exercit. 6. p. 93.* Dassouii *in Coll. MSC. Antiq. Ebr. in Pass. I. C.* Io. Vorstii *Dissert. S. l. 3. c. 6.* Keuchenii *ad h. l.* Iac. Elsneri *Obs. S. h. l.* Mulleri *in Iesa. Pat. n. XIX*, et Hedingeri *in Obseau. XXIII sup. hist. Pass.* Accedit insuper, quod verbum ἐπιβάλλειν ab ipso Marco de vestimentorum impositione vsurpetur c. XI, 7. Aliter Hammondus *in Annot. ad. h. l.* explicat ex auctoritate Phauorini, nempe *de oculorum coniectione* vel *intuitione*, Petrum *videntem Christum, qui ipsum intuebatur, fleuisse*, coll. Luc. XXII, 61. sed iuxta ἐπίκρισιν adiectam Clerici ἐπιβαλὼν non debet vllo commate separari a sequente voce, quum sit eius nominatiui verbum. Verisimillima ei est sententia H. Grotii, (quae secundo loco allata est, vt ἐπιβαλὼν ἔκλαιε sit idem ac ἐπέβαλε κλαίειν *addidit flere*, i. e. fleuit, vt προσθεὶς εἶπε Luc. XIX, 11. Quem sensum etiam praefert Io. Fr. Hombergk *in Parerg. S. p. 112.*) Praetereaque addit: "ἐπιβαλεῖν solum non significat videre, "sed adiecto nomine τὰς ὄψεις, aut simili, et plerumque sequente casu εἰς "τινὰ vel τινὶ. Crediderim in Phauoriui loco legendum εἰς τόνδε. nam ἐπι- "βάλλειν τινὰ pro *inspicere aliquem* graece non dixeris, et subintelligendum "etiam apud eum grammaticum ὄψεις. "

CAP. XXVII, 9. 10.

Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. κ. λ.

Inter ancipites curas circa hunc locum oppido controuersum ambiguumque non aliud tutius commodiusue, quo et rei ipsius veritati, et textus integritati, et scriptoris θεοπνεύστου tam V. quam N. T. auctoritati, proxime consulitur, refugium video fateorque, quam vt cum b. D. Dorscheo *Comm. in IV. Euang. h. l. p. 434.* dicendum sit: *aut verba illa* διὰ Ἱερεμίου *abundare et delenda esse, aut dicendum id, quod Grotius dicit.* Dicit autem ille *ad h. l.* hoc vaticinium, ab Ieremia primitus prolatum, sed non relatum ab eo in prophetiam, verum memoria hominum conseruatum, et tandem per Zachariam θεόπνευστον repetitum esse, et in scripturae N. T. canonem redactum a Matthaeo. Id enim certe ipse euangelista innuere videtur, quum ait: *Tunc impletum est* τὸ ΡΗΘΕΝ ΙΔ ΟΥΟΔ ΔΙΧΤΥΜ *per Ieremiam prophetam*, ΛΕΓΟΝΤΟΣ ΔΙΧΕΝΤΕΜ. Verbo *dicendi* sic strictius accepto, quum nullibi apud eum legatur. Vt ita vaticinium hoc respectu primae reuelationis sit Ieremiae, respectu autem secundariae reue-

CAP. XXVII. reuelationis et ſcriptionis ſit Zachariae. Similium traditionum veſtigia occurrunt 2. Tim. III, 8. et Iud. v. 14. 15. Grotii ſententiam etiam amplectuntur Calouius *bibl. Illuſtr. h. l.* Deutſchmannus *in Meditat. Paſſ. Diſſert. XVII, p. 134.* Keslerus *in diſp. inaug de dictorum V. T. in N. allegatione c. II, §. 14. c. fin.* M. Georg *Schwartz in pec. diſp. ad h. l. Witteb. a. 1678. hab. § 20. 21.* D. Deylingius *Obſeruat. S. P. I. p. 114. 115.* D. de Krakeviz *in diſp. Iuda prodit. merc. paciſc. §. 8. c. fin.* aliique Calouio citati. Iam quomodo ipſa verba euangeliſtae et prophetae concordent, non minoris momenti res eſt. Contulit illa inuicem accuratius aliis ſpecialiusque Seb. Schmidius *in diſp. de Venditione Chriſti §. 8. et ſeqq. usque ad §. 21*, non contentus heic regula illa generali, *quod Euangeliſtae in allegatione vaticinorum propheticorum magis reſpiciant res et ſenſum, quam uerba et ſyllabas.* Exactius igitur cum eodem vtriusque phraſeologia, in multis diſcrepante, nec adeo cuiuis facile conciliabili, ponderata, deprehendimus, *euangeliſtam ita allegare prophetam, vt ſimul egregium paraphraſten agat*, inſimulque typi et antitypi curatam habeat rationem. Typum namque Iudae proditoris iuxta ac ſacerdotum et antiſtitum Iudaeorum agere iuſſus eſt, geſſitque propheta vi verborum v. 13. הַשְׁלִיכֵהוּ אֶל־הַיּוֹצֵר אֶדֶר הַיְקָר אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם וָאֶקַּח שְׁלֹשִׁים הַכֶּסֶף וָאַשְׁלֵךְ אֹתָן בֵּית יְהוָה אֶל־הַיּוֹצֵר: Proiice illud, *wirf es (das verrätheriſche Blut-Geld, τιμὴν αἵματος ἀθῴου* Matth. XXVII, 4. 6.) *hin*, (quorſum? *in domum Iehouae*, vt in ſubſequente executione mandati ſuppletur. quem in finem? לָתֵת *dandum* (Verbum eſſe *praegnans*, recte attenderunt Seb. Schmidius, *et da*, ac Lutheri verſio expreſſior, *daß es gegeben werde.* idque explicite poſuit Matthaeus in applicatione, ᾗ ἔδωκαν *et derunt*) ad figulum: magnificum (coll. *Luc. Ebr. p. 332.*) ſcilicet! pretium, quo dignus habitus fui, vt non eſſem amplius ſuper illis (ouibus meis pastor, itaque notatur remotio ab officio. Cuius praefixi מ vim *priuatiuam* optime etiam perſpexit Schmidius *diſp. cit. p. 29.* coll. *Luc. Ebr. p. 389.* ſi enim Iehoua Meſſias intendiſſet cauſam efficientem ſiue ſubiectum vendens *ab iis*, dixiſſet מֵהֶם vel מֵאִתָּם.) Et ſumſi triginta illos argenteos, et proieci illos in domum Iehouae (ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ Matth. XXVII, 5.) *ad dandum, vt darentur, daß es gegeben würde*, figulo. Iſtam iam typum prophetae pulcre et luculenter euo-

euoluit euangelista, et mutata per complementum scena mutauit etiam aptissime *personam primam* fictitiam in *tertiam* propriam et antitypicam, h. m. v. 9. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. vers. 10. καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. Et sumserunt (nempe sacerdotes et seniores Iudaeorum, quorum personam hactenus sustinuerat propheta Zacharias) triginta illos argenteos (*proiectos in templum*, vt addit propheta, et praemisit euangelista. Quales autem fuerint? videlicet non merces promerita pastoris, sed iniustitiae ac proditoris Iudae, cuius ope pastor Christus ab officio deponeretur, exponit euangelista verbis apud prophetam antecedentibus) pretium nempe aestimati (Messiae), quem (tali) pretio venditum volebant de filiis Israël. Germanice significantius, *welchen sie damit wolten ab- und weggekaufft haben von den Kindern Israel, (daß er nicht mehr ihr Hirt und König wäre.* Ita optime congruit periphrasticum ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ ebraeo מעליהם, pro pronomine suppositio ipso nomine. Relatiuum namque הם refertur ad *oues*, super quas constitutus erat pastor Christus, quasque pauit in pascuo salutari doctrinae suae, hoc est, *filios Israel.* Nec poterat τὸ מֵעַל commodius reddi quam per graecum ἀπὸ.) Et dederunt (quod verbum latere in verbo השליך supra monuimus) illos in agrum figuli, (per paraphrasin phraseos concisae apud prophetam אל־היוצר *ad figulum.*) Tandem subdit euangelista, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος, quemadmodum praecepit mihi Dominus, quibus respicit ad verba praemissa prophetae, ויאמר יהוה אלי et dixit Iehoua (Messias) ad me, iisque indicat, se, quicquid in Iudaeorum persona egerit, et praefigurando praedixerit, fideliter peregisse. Differt igitur in tantum euangelista a propheta, quod hic verba mandati praeponat, ille postponat.

Vers. 43.

εἰ θέλει αὐτὸν.) cum *accusatiuo* in amandi significatione, quemadmodum etiam LXX verba Ps. XXII, 9. כי חפץ בו verterunt ὅτι θέλει αὐτὸν. Sic Ps. XVIII, 20. ἠθέλησέ με. Ps. XLI, 12. τεθέληκάς με. At 1. Sam. XVIII, 22. Θέλει ἐν σοὶ βασιλεύς.

Cap. XXVIII.

CAP. XXVIII, 1.

ὀψὲ δὲ σαββάτων.

Quod non significat *vesperа sabbathi*, sed *post sabbathum, peracto sabbatho*, vel potius, „*transacta iam hebdomade, vtpote completa apud Iu-*„*daeos in vespera diei septimi.* Quicquid igitur inde a vespera, velut fine „sabbathi aut septimanae, factum, recte factum dicitur διαγενομένης σαβ-„βάτου, *quum transisset sabbathum*, vt habet Marc. XVI, 1. vel ὀψὲ „σαββάτων, exactis septem diebus, vt Matthaeus habet. „ Haec D. Herm. Schuckmannus *in Harm. Pass. et Resurr. p. 48.* Conf. etiam Glasii *Gr. S. col. 1203.* Hanc enim significationem aduerbium ὀψὲ cum casu constructum, et in praepositionis naturam transiens habere constat, probantque Er. Schmidius et Grotius ex Plutarcho: ὀψὲ τῆς βασίλεως χρόνων *post tempora regis*, et ex Philostrato: ὀψὲ τῶν τρωικῶν *post bellum Traianum.* Sic G. Calixtus *in Concord. Euang. p. 518.* ex Gregorio Nysseno *Orat. 2. de Resurr.* et Ambrosio *in Luc.* ὀψὲ τῆς ἡλικίας, *transacta iam aetate*, ὀψὲ τῆς ἡμέρας, ὀψὲ τῆς ὥρας *transacta die*, vel *hora.* Grotio calculum adiiciunt Calouius et Vossius. Supposito iam hoc sensu phraseos, recte ab ea inceptum est nouum caput, argumento etiam particulae δὲ, adeoque minime spectabit ad finem cap. praeced. quod tamen acriter vrget cl. Maius *Obseru. S. l. 2. p. 51.* cum eoque Iac. Elsnerus *Obs. S. p. 283.*

MARCVS.

CAP. I, 4.

Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

HAut placent, qui cum Erasmo et Beza verbum ἐγένετο construunt cum participio βαπτίζων per suetam periphrasin verbi finiti, *erat baptizans* pro *baptizabat.* Nec qui illud quidem absolute capiunt, at pro *agere, degere*, vnaque cum traiectione vocum ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Erat Ioannes in deserto, baptizans et praedicans.* Vt Syrus, Vulg. Luth. Laur. Valla, Erasm. Schmidius, Reizius. Nec qui in notione *veniendi*, vti Io. VI, 19. Luc. X, 32. Act. XXVII, 7. *Venit Ioannes baptizans* etc. vt idem sit quod

Matth

Matth. III, 1. παραγίνεται Ἰωάννης κηρύσσων. Ita Lud. de Dieu. Nec denique qui pro *factum est*, *accidit*, h. l. *factum est*, *vt Ioannes baptizaret*, vel in Germanismo: *Es befande sich Iohannes, der tauffete in der Wüsten.* Ita Seb. Schmidius. Per omnes enim hosce modos minus apte cohaeret hic textus cum praecedente, immo potius apparet hiulcus aut abruptus, quasi alius hic sit Ioannes ab eo, quo de agit vaticinium. Iam quum in illo vaticinio Ioannes oblique et indefinite fuerit descriptus, necessum vtique erat, vt expresse definiretur nomen illius personae, cui illud vaticinium competat. Cui vt consulatur, et oratio fluat viuidior ac naturalior, verba, ἐγένετο Ἰωάννης, σιγμῇ intercipienda esse puto, et pronomen *demonstratiuum*, *definitiuum*, *applicatiuum* ἔτω ex coll. Matth. III, 3. subaudiendum, hac data versione textus: (*Hic*, *talis*) erat Ioannes, baptizans (prius) in deserto, et (deinde passim, *vsque ad Iordanem*, ad conciliationem Luc. III, 3.) praedicans (*praedicatione ambulatoria*, ceu loquitur Schmidius *l. c. p. 307. c. fin.*) baptismа poenitentiae (obiectiue et effectiue talis) ad remissionem peccatorum. Idem finis qui de baptismo Christi notatur Act. II, 38. Cap. I. III.

CAP. III, 21.

καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν. ἔλεγον γάρ. Ὅτι ἐξέστη.

Etiamsi haecce verba quomodo ad Christum commode referri queant, non incommode complures interpretes allaborent, praesertim si verbum ἐξέστη non reddatur per μαίνεται *insanit*, *non est compos mentis*, *mente motus est*, vel in futuro cum Luthero, *er wird von Sinnen kommen*, et in glossa marginali, *Sie fürchten*, *er thät zuviel mit arbeiten*, *wie man spricht: Du wirst den Kopff toll machen*, *oder wie einen*, *den der Schlag rühret und allen Verstand und Sinne wegnimmt*; sed in mitiorem partem, prae nimiis laboribus et inedia *viribus exhaustus est*, *deliquium animi passus est*. Videlis instar omnium prolixam et operosam *in h. l.* disputationem cl. M. Schneringii sub praes. D. Fechtii *Rost. a. 1709. habitam.* Accedit, quod et LXX de praestatione operosi officii dictionem illam vlurpent 2. Reg. IV, 13. ἐξέστησας ἡμῖν πᾶσαν τὴν ἔκστασιν ταύτην. Nihilominus placet adhuc magis eorum sententia vt simplicior, vt probabilior, quae pronomen αὐτὸν et verbum ἐξέστη refert non ad Christum, quippe

CAP. III. IV. qui intra aedes erat v. 19. 20. sed ad ὄχλον *turbam* ad aedes συνέρχονται *tumultuose concurrentem* ibid. ad quam compescendam et *retinendam*, ne in eas irrumperent, non tam vi oppositi, quam verbis amice dissuasoriis, prout Lotus Gen. XIX, 7. 8. et Dauid 1. Sam. XXIV, 8. משסע *discindens* s. *abrumpens* milites suos בדברים *verbis*, et vt Christus ἐκβαλὼν ἅπαντας Marc. V, 40. ἐξῆλθον *egressi sunt* οἱ παρ' αὐτοῦ, *qui cum ipso* erant, *ab eoque* pendebant, discipuli eius, *dicebant enim*, ὅτι ἐξέστη *certe insanit, furit, mente motus est populus. Es ist toll (mit tumultuiren vor dem Hause.)* Facilius namque *egressus* e domo illa, intra quam erant cum Saluatore discipuli, menti lectoris illabitur, quam ille remotior amicorum et cognatorum Christi ex vrbe Nazareth, vel domo sua Capernaumi, ad prehendendum, tenendum, retinendum Christum, vt ne concatenatis laboribus nimis fatisceret aut succumberet. Alius enim aliorum *egressus* et terminus a quo si innueretur, claritatis et discriminis gratia adiectus fuisset, vel saltem simplici verbo ἐλθόντες dicerentur, vt v. 31. vel vti in v. seq. 21. καταβάντες *descendentes* Nec veri prorsus mihi fit simile, *familiares ac cognatos* Christi, quorum expressa fit mentio demum v. 31. 32. esse eosdem cum illis οἱ παρ' αὐτοῦ v. 21. Sic enim hi vna cum scribis Hierosolymitanis, v. 22. introuocatis v. 23. introiissent cum aliqua parte populi v. 32. qui vero tum demum superuenientes, Christo iam apologiae suae contra scribas blasphemantes intus vacante, opus habebant ad illum euocandum intromittere v. 31. 32. Ergo hi cognati cum τοῖς παρ' αὐτοῦ non erunt confundendi.

CAP. IV, 22.

Οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

Quodsi particulis ἀλλ' ἵνα sua natiua vis est tribuenda, vt nec confundantur cum pronomine neutrius generis in praeuio membro ὅ, quod quidem etiam heic seruant Matthaeus c. X, 26. et Lucas VIII, 17. XII, 2. aut τό ἀλλ' vt pleonasticum negligatur, attendenda est sermonis *ellipsis*, quam facile suppleas repetendo ex antecedente membro τι, et ex subsequente ἵνα ᾖ, vt ita sensus plenus et planus prodeat hicce: *Neque factum est* quicquam, vt esset *occultum*, *sed vt in publicum veniret.* Vltima phrasis occurrit ap. Luc. cap. cit. VIII, 17.

CAP.

CAP. VII, 3.

ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας.

Vbi per vocabulum πυγμῇ insinuari *modum* quendam vel *formam* lotionis manuum Iudaicae certum indubiumque est. Dubium autem qualis? Bezae cum Grotio, Calouio et Hottingero *ad Goodvv. M. et A. pag. 184.* πυγμῇ νίπτεσθαι est *pugno* in cauum manus immisso *lauare*, probeque defricare. Quemadmodum LXX ebr. באגרף Exod. XXI, 18. et Iesai. LVIII, 4. vertunt πυγμῇ. Cui expositioni affinis fere est illa, quae πυγμῇ *adverbialiter* sumit cum interprete Syro בכבשא pro μετὰ σπουδῆς coll. Luc. I, 39. ἐπιμελῶς, πυκνά, πυκνῶς, *diligenter, curate, crebro.* Sic et Vulgatus (quem defendit contra suum Bezam vir cl. Iac. Hasaeus *in Bibl. Brem. Hist. Philol. Th. cl. 4. fasc. 2. p. 346.*) Lutherus, Casaubonus, Er. Schmidius *ad h. l.* et Glassius *Gr. S. col. 942. seq.* Quae quoque sententia *de diligenti et accurata vel etiam iterata lotione* videtur magis probabilis et verisimilis magno Buxtorfio *in dissertat. VIII, de lotione manuum th. 56.* "Sed quamuis fatendum sit, Iudaeos crebro lauare solitos, non tamen" hinc πυγμῇ pro πυκνῇ vel πύκα etc. quod *saepissime* denotet, hoc lo-" co vsurpari colligi potest; neque enim hic de caeteris, sed de ea tantum" lotione, qua cibum capturi manus purgabant, quae saepe vna, pluri-" mum trina aquae affusione peragebatur," sermo esse videtur Eduardo Pocockio *in Not. Misc. Philol. p. m. 372.* Lud. equidem Cappellus *in Spicil. ad h. l.* sentit, πυγμῇ esse idem quod *vsque ad cubitum*, et respondere Ebraeorum formulae עד המרפק, et expositioni Theophylacti ἕως τοῦ ἀγκῶνος, idque secutus est Reizius in versione sua germanica, *biß zum Ellenbogen*, et *in Not. ad Goodw. M. et A. p. m. 92.* itemque Hedingerus *in Notis germ. h. l.* et Amelius *der Erört. P. II. m. Ian. p. 88.* Bernh. Lamius *Comm. in harm. Euang. p. 308.* At vero sententia haec de *lotione cubitali* iam doctissimo Erasmo *in annot. ad h. l. fabulosa* audit, et laudato Buxtorfio *l. c. th. 52. omnium absurdissima*, simulque *in dissert. VII. Vindicias Exercitat. de coen. Dom.* continente *th. 55.* solide euincit ex Iudaeorum doctoribus, quod עד המרפק iuxta communiorem et receptam hactenus sententiam tanquam tutissimam denotet, *manum vsque ad iuncturam cum brachio*, (vsque ad illum *articulum*, vbi manus a brachio *separat sese*,) quae pars *carpus* dicatur. Et quod ad auctoritatem Theophy-

CAP. VIII. IX. lacti attinet, dubitat *in superiori differt. th. 52.* quum ἀγκὼν non tantum significet *cubitum*, sed etiam *curuaturam manus*, et, teste Budaeo, quemcunque *flexum membrorum*, (vt nempe ebraeum פרק,) an per ἀγκῶνα *cubitum* intellexerit? an *carpum*, *flexuram* nempe *manus*, vt brachio iungitur? Nec istam Cappellianam expositionem *Iudaeorum consuetudini et disciplinae consonam* pronunciat Pocockius *l. c. p. 356.* quique *ibid.* haud parum fauet lotioni manus *vsque ad carpum.* Tuetur pariter Io. Lightfootus *in Hor. Hebr. et Talm. p. 618. et 620.* Henr. Hammondus *in annot. ad h. l.* licet in paraphrasi notionem aduerbialem sequatur, *accurate lauant*; Clericus vero in suis ibid. animaduersionibus faueat primae sententiae *de manu in pugnam contracta ablui.* Nec non M. Mart. Iac. Ovvmannus *in pec. tr. de Lot. man. Iud. p. 66.* Atque in hanc sententiam et nos propendimus, hinc vertentes: *Nisi* prius ad carpum (*bißzum Arm-Gelenck*) *lauerint manus*, non edunt etc.

CAP. VIII, 26.

Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.

Neque in vicum ingrediaris, neque dicas alicui in vico vel *oppidulo.* Vbi ὑποστιγμὴ quidem alterum aliquam videtur obscuritatem vel contrarietatem inducere, quam vero facile tollit subintellecta ἔλλειψις cum Grotio et Althofero. Sensus enim est, μηδὲ εἴπῃς τινὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ sc. οἰκούντων. Non modo vetat eum ire in oppidum, sed et, siquis oppidanorum alibi ei fiat obuius, rem narrare prohibet.

CAP. IX, 12.

Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ, καὶ ἐξουδενωθῇ.

Duo in hoc responso Christi quum occurrant subiecta, vnum casus recti, *Elias*, alterum obliqui, *Filius hominis*, quaeritur, de quonam praedicentur verba vltima, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ? De posteriori capiunt communiter interpretes. Hinc Lutherus in maiorem euidentiam mutato constructionis habitu, subiecto videlicet obliquo in rectum, et praetermisso coniunctionali ἵνα, transtulit: *dazu des Menschen Sohn soll viel leiden und verachtet werden, wie denn geschrieben stehet.* Sed rectius de priori acci-

accipit Hombergkius, quum istud sit primarium subiectum, et de quo edo- CAP. IX.
cet discipulos suos Saluator, quod in officio suo idem secum fatum a Iudaeis experturus sit. Quam paritatem illustriorem reddit Matthaeus c. XVII, 12. per suum οὕτω καὶ. Illustrior pariter comparebit in nostro Marco, si verba comparationis πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, duobus commatibus includantur, et versio adornetur h. i. m. *Elias komt freilich zuvor, und soll alles wieder zu rechte bringen: doch, eben wie von des Menschen Sohn geschrieben stehet, daß er dabey leide, und nichts geachtet werde.* Ceu quoque euentus probauit, quo de vers. seq.

Vers. 49.

πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται.

Hanc lectionem genuinam *reformare* verius *deformare* molitus est Iosephus Scaliger hac sua: πᾶσα πυρία ἁλισθήσεται. *omne sacrificium salietur.* Et πυρίαν esse אשה ebraeorum, quasi *igniariam* oblationem. Atque in hac lectione mirifice sibi placet in epistolis suis. At respondemus cum Io. Millio *in Prolegom. p. 137. a. Vbinam vero occurrit in hoc significatu πυρία? an in versione τῶν ὁ? (qui nullibi ebraeum אשה vertunt per πυρίαν, sed per θυσίαν, θυσίασμα, ὁλοκάυτωμα, κάρπωσιν, κάρπωμα.) an apud quempiam graecae linguae auctorem? haut quaquam certe. Finxit Scaliger, et vt in alterius, iam ab incunabulis ipsis N. T. vniuersim receptae lectionis, locum reponeretur, sua vnius dictatoria auctoritate postulat.* Deinde ait Scaliger: Τὰρ *etiam infartum fuisse ab hominibus ineptis, et duo commota non coniungenda coniuncta; non constare, quid sit ἁλίζειν πυρί? nec cohaerere τὸ πῦρ ἁ σβέννυται, et* πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται. Miror sane, cur non maiorem solertiam circa contextum adhibuerit vir illustris? Textus sane integre et apte cohaeret. Vult namque Christus dicere: qui vult salutis aeternae causa deuitare *scandala*, *vermemque* conscientiae, ac *ignem* irae diuinae *in inferno inextinguibilem*, ei alius ignis est necessarius et sustinendus, *ignis* videlicet *verbi diuini* Ier. XXIII, 29. Luc. XII, 49. *ignis tentationis et crucis* 1. Petr. I, 7. 1. Cor. III, 13. quo probe probetur, purgetur, atque mortificetur, vt ad abdicationem rerum vel cariſſimarum, si ei offendiculo sint, non dolorem sed amorem sentiat. Deinde quum putredini peccati natura sit obnoxius, quamdiu in statu viatorum, non comprehensorum, versatur, ideo *saliendus* et condiendus est *sale* (euangelii), qui eum ab ista putredine praeseruet, Deoque viuum ac gratum sistat sacrificium, Rom. XII, 1. *Sicuti etiam*

CAP. X. *etiam omne ſacrificium* (in typum illius) *ſale ſaliendum erat*, Leu. II, 13. vt ſequitur. Vbi adeo καὶ eſt non *συνδετικὸν*, ſed *συγκριτικὸν*, pro ὥσπερ καὶ. Hinc vt verſio etiam verborum noſtrorum reddatur ſapidior, quum vtique phraſis inuoluat duritiem, Scaligero propterea non intellectam, obſeruandum eſt, quod locutio ſit conciſa, ita ad terminorum conuenientiam amplianda: Omnis namque (vel potius vt γὰρ *συλλογιστικὸν* ideo, itaque) igne (non perdente, ſed conſeruante, ſcilicet *δοκιμαζήσεται probabitur*, καὶ ἁλὶ *et ſale*) ſalietur. *Darum muß ein ieder mit (durchs) Feuer (geleutert, und mit Saltz) geſaltzet werden, wie auch alles Opffer mit Saltz muſte geſaltzen werden.*

CAP. X, 21.

Ἠγάπησεν αὐτὸν

Commodum obſeruat Hackſpanius *ad h. l.* cum Flacio et Lud. de Dieu, quod verbum ἀγαπᾷν reſpondeat ebraeo חָסִית, ſignificans *abblandiri alicui*, *blande cum aliquo agere*, idque ex vſu LXX interpretum 2. Chr. XVIII, 2. vel verbo ſynonymo פתה. Sic Pſ. LXXVIII, 36 ויפתוהו reddatur a τοῖς ὁ, ἠγάπησαν αὐτὸν. Vt adeo et h. l. ſenſus ſit: ἠγάπησεν αὐτὸν *blandisverbis allocutus eſt eum*, ſecus ac cum Saducaeis egit, quibus os obdurauit. *Er hat ſich freundlich gegen ihm geſtellet.* Sic fere verſio vetus Tigurina de a. 1530: *und* mit freundlichkeit *ſprach er zu ihm* (εἶπεν αὐτῷ.)

Verſ. 30.

Μετὰ διωγμῶν

Pro quo Daniel Heinſius legendum putat μετὰ διωγμόν. Ita nempe probe ſibi conſtare ſententiam Domini: eos ſcil. qui iacturam omnium patiuntur religionis ergo, *finita demum perſecutione*, recepturos mercedem longe amplisſimam. *Verum ne ſic quidem expedita res eſt*, dicimus cum Io. Millio *l. c. Dicitur enim hic accepturos eos centuplum ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ quo tamen perſecutionibus obnoxios eos fore declarat Chriſtus paſſim in euangelio. Recte igitur μετὰ διωγμῶν, quod in codd. omnibus.* Non poſſunt profecto placere, ſuamque apud cordatiores interpretes fidem decoquunt facile, illa criticorum quorundam praecocia atque audacia ingenia in excludendis variantibus vtriusque foederis lectionibus, ſimulac dubium aliquod vel ſaepe leuiſſimum emergat, ad amuſim et συμβιβασμὸν ſcripturae haud dextre

exami-

examinatum. Perſtante iam lectione μετὰ διωγμῶν perſtat harmonia dictorum Chriſti, quod nempe diſcipuli Chriſti *in mediis etiam perſecutionibus* (quas heic praemii loco promiſſas abſurde dixeris) ſingularem Dei prouidentiam vbique locorum ſint experturi, proſpecturam ipſis de tuta ſemper ſede ac receptu, de paterno, materno, fraterno aliorum affectu et effectu, de filiorum ſpiritualium copia. CAP. XIV.

CAP. XIV, 3.

νάρδου πιστικῆς) De vocis πιστικῆς varia etymologia egit D. Wilh. Lyſerus *in Diſpp. Exeget. in Iob. ad c. XII, 3. th. XI.* et *th. XII.* itemque M. Balth. Otto *in diſp. pec. Lipſ. a. 1673. habita*, qui eam pure graecam eſſe rectius ſtatuunt, ut ſignificet nardum πιστὴν, ἄδολον, δόκιμον, adductis quoque ὁμοψήφοις Theophylacto, Euthymio, Hieronymo, Toleto, Ianſenio, Barradio, Sa, Contzenio ad Matth. XXVI, Marlorato, Salmaſio *exercitat. in Solin. p. 106.* et inter primos nominando b. Luthero, vertente *unverfälſcht.* (quibus add. Luc. Cappellus *in ſpicil. ad h. l.* et Io. Clericus *ad annot. Hammond.* qui, poſtpuam eum cum Grotio vertentem *Nardum ſpicatam*, refutaſſet, interpretatur *cum fide factam.* nec non Calouius *h. l.* Caſp. Sagittarius *in Harm.* Pfeifferus *in Quinquagen. Loc. Ebr. et Exot. N. T. p. 916.* D. de Krakeuitz *diſſert. de Muliere Chriſtum Beth. inung. §. 6.* Io. Millius *in Prolegom. ad N. T. p. 52. a.* G. Wolffgang Wedelii *Exercitat. Medico-Philol. 8. et prof. Dec. IV. Exerc. 1. p. 2.*) Neque nouam eſſe vocis acceptionem. In literis Emmanuelis imperatoris graeci legi πιστικὸν βάλσαμον. Artemidoro γυνὴ πιστικὴ eſſe *uxor fida et intemeratae caſtitatis.* Ita Ariſtoteli πιστικὸν dici, *quod probatae bonitatis eſt, et cui fides haberi poteſt.* vt 1. Rhet. λόγοι πιστικοὶ et τέχνη πιστικὴ. (add. ex Euſebio probat Caſaubonus *in Exercit. Anti Baron. XIV. Sect. 13.*) Quare nardum πιστικὴν eſſe *probatam nardum, et odore et colore fidem ſuae bonitatis praeſtantem.* Nec parum huic interpretationi fauere paraphraſten Arabem, qui *puram* vertat, et Syrum, qui *praeſtantem.*

Συντρίψασα) Verbum συντρίβειν non notat h. l. *comminuere* in minutas partes, vt vult Caſaubonus, et Franzius *in interp. Sc. S. Orac. 132;* ſed *fracto orificio anguſtiore aperire*, ſiue vt Grotius effert, *efficere vt late hiaret*, itaque vnguentum copioſius effunderet, quomodo συντετριμμένος λάκκος dicitur τοῖς ὁ. ebr. בור נשבר Ier. II, 13.

CAP. I.

LVCAS.

CAP. I, 17.

Ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων,

AD conuertendum corda patrum AD (ita bene Lucas explicat particulam ebraeam על, adeoque minus bene Lud. de Dieu et Knatchbul reddunt per *iuxta cum*, praeeunte R. Sal. Ben Melech *in M. l. ad loc. Mal*.) *filios*, id est (per subiunctam ἐπεξήγησιν. Lucas namque pergit, genuinum agere interpretem Malachiae,) *et incredulos*, s. *inobedientes* (*filios* cum resp. ratione generis ad cognatum υἱὸς. Intelligit autem recentiores Iudaeos ab auita fide et religione multum desciscentes.) AD (ἐν pro εἰς, idque vt ἐξηγητικὸν prioris ἐπὶ) *prudentiam* (*sanioremque mentem*) *iustorum* (nemp. *patrum*,) vt videlicet postliminio ad eandem cum illis fidem ac sincerum Dei cultum reducantur, et per gratiam I. C. saluari non minus credant, quam *illi* Act. XV, 11. ac consequenter illi hos ad κοινωνίαν fidei et religionis reductos pro genuinis filiis agnoscant. Hoc igitur sensu ex collatione euangelistae et prophetae indubio, miror illum non vidisse, aut videre voluisse, sed aliorsum torsisse viros doctos Lamb. Bos et Iac. Elsnerum *in Obseruat. ad h. l* qui verba καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων a membro praeuio violenter discerpta, et, sublata distinctione post δικαίων, construunt cum sequentibus ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον. Iste quidem h. m. *Et rebelles suadendo iustitiam* siue *suasione iustitiae* (vt) *reddat Domino instructum populum*; hic improbata licet interpretatione vocis φρόνησις per *suasionem* h. s. *Et rebelles* (i. e. fidem et obsequium negantes) *per intelligentiam aut cognitionem iustitiae* seu *eius quod iustum est* (vt δικαίων sit gen. neutr. ex τὰ δίκαια) *reddere Domino instructum populum*: aut mutata vocum syntaxi, ita vt ἐν φρονήσει δικαίων ad το κατεσκευασμένον referatur, h. m. *Et rebelles Domino reddere populum intelligentia iustitiae* (mox reuelandae) *probe informatum et instructum*: aut denique *ad cognitionem iustitiae reddere aptos*. Nec probationis loco adduci debet *vers.* 77. quoniam alia constructio alium gignit sensum.

Vers.

Vers. 35. CAP. I.

Καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Et virtus altissimi obumbrabit te *s.* obumbrationem faciet tibi.

(Construitur enim verbum ἐπισκιάζω cum *dativo*, vti h. l. et Act. V, 15. Marc. IX, 7. et *accusativo*, vel simpliciter vt Matth. XVII, 5. Luc. IX, 34. vel repetita praepositione ἐπὶ vt ap. LXX. Exod. XL, 35.)

De phrasi hac singulari ac μυστηριώδη, circa quam in diuersas scinduntur partes theologi, aliis per δύναμιν ὑψίστου aequipollenter cum priore eundem *Spiritum S.* aliis ipsum *Filium Dei*, aliis abstracte et in genere *omnipotentiam Dei* intelligentibus, si et meam qualemcunque sententiam paucis proferre liceat, hoc dico: licet quidem *Spiritus S.* dicatur ab ipsomet Luca c. XXIV, 49. δύναμις ἐξ ὕψους *virtus ex alto*, nec non ἰσοδυναμία phrasium scripturis sit satis solennis, hac tamen lege, vt altera alteram magis illustret; nostra autem obscurior sit priori. Praeterea nec sententiae de *Spiritu s.* bene respondet ratio angeli; *Propterea etiam id quod nascetur ex te sanctum, Filius Dei vocabitur*; sed tum ipsi dicendum fuisset, *Filius Spiritus sancti vocabitur*: atque hoc pacto Christus vocaretur *Filius Sp. S.* et Spiritus S. *Pater Christi.* Ex sola pariter ἐπελίυσει Sp. S. concludi haut posse, *quod id etiam, quod nascetur ex b. Virgine, verus et naturalis Filius Dei vocandus sit*, quum etiam nudus homo ita nasci potuisset, agnoscunt Maldonatus et Grotius. Vnde eo confugiunt, sed perperam, Christum hominem ea tantum ratione *Filium Dei vocari*, *qua vocatur Adamus* Luc. III, v. vlt. *quoniam non ex viro, sed a solo Deo procreatus erat.* Quod dubium quoque militare potest aduersus eam sententiam, quae *virtutem altissimi* capit θειοδῶς de *potentia et vi diuina supernaturali* omnibus tribus personis deitatis communi. Qua ratione Christus etiam foret Filius suiipsius. Quum enim in priore propositione est ἀνυπόστατόν τι s. subiectum personale, inconuenientius erit in altera ἀνυπόστατόν τι statuere velle. Multo proinde conuenientior etiamnum est illa sententia, quae per δύναμιν ὑψίστου intelligit *substantialem DEi virtutem*, τὸν λόγον et *Filium Dei Patris*, nixa his rationibus: (*α*) quia expresse appellatur Θεοῦ δύναμις 1. Cor. I, 24. quae phrasis illustrari potest ex Gen. XLIX, 3. vbi Iacobi filius primogenitus Ruben vocatur כחו וראשית אונו Vis Eius *et principium* Roboris Eius (*β*) Melius respondet rationi angelicae per particulam *illatiuam* διό, praesertim si pariter vis particulae *augmentatiuae* μὴ non negligatur, tanquam pleonasticae,

CAP. I. ab interprete Syro ideo praetermissae: nec *genus neutrum* mutetur cum eodem in *masculinum*, ne in Christo credatur ἄλλος καὶ ἄλλος, sed ἄλλο καὶ ἄλλο. Vt adeo sensus angelicae conclusionis hic sit propterea ETIAM id quod nascetur ex te sanctum, (q. d. Christus etiam nec, humanam suam naturam nunc in plenitudine temporis in et ex te assumendam, et cum *altera* sua ab aeterno existente natura diuina arctissime, intime atque indissolubiliter, vniendam) non tantum *erit* (coll. *Luc. Ebr. p. 400.*) sed etiam vocabitur (et praedicabitur in toto mundo talis) Filius Dei. (γ) propter Symbolum s. typum ἐνσαρκώσεως. Quando enim Filius Dei Messias in V. T. schechinam suam maiestaticam testatam voluit, eamque vt mortales ferre possent, umbraculo nubis se circumuestiuit. Sic tabernaculum gloria sua replebat, vt simul extrinsecus nubes protegeret, ἐπεσκίαζεν ἐπ' αὐτὴν ἡ νεφέλη, Conf. Exod. XL, 34. 35. Haud secus Christus tabernaculum vteri Mariae gloria sua implebat, vt simul illam *obnubilaret* seu *protegeret*, (quod exprimit Syrus,) ne a radiis diuinitatis suae (vt ignis consumentis Deut. IV, 24. Ebr. XII, 29.) consumeretur. Quemadmodum summus sacerdos sanctum sanctorum ingressurus, ne a gloria maiestatis Dei inibi illustri ratione praesentis laederetur, spissam ex aromatibus incensis nubem facere iussus erat. Nec minus in N. T. summum splendorem Christi in transfiguratione sua oculis discipulorum intolerabilem attemperabat nubes ἐπισκιάσασα Marc. IX, 7. Quod autem quidam illum ἐπισκιασμον in sublimi hoc mysterio incarnationis illustrare malunt ex ritu Iudaeorum nuptiali, prout post Dannhauerum inprimis Carpzovius *in dissert. de Chuppa Ebraeorum*, cum allusione ad Ier. XXXI, 22. non potest illi co placere, quandoquidem habitum orationis mutant, mutando verbum actiuum ἐπισκιάσει *obumbrabit* in passiuum ἐπισκιασθήσεται *obumbrabitur*, et pronomen σοὶ in ἐν σοὶ *in te* vel ὑπό σε *ate*, sensu cetera pro ratione vnionis personalis τῦ λόγυ cum H. N. satis apto: *Filius Dei tanquam sponsus a te, in tuo vtero tanquam sub Chuppa obumbrabitur, dum sibi carnem veluti sponsam indissolubili matrimonii nexu associat, vnit, copulat.* Nec angelum Gabrielem ad eiusmodi *Chuppam* respexisse existimem, quoniam *recentioris seculi pullum, hoc inuentum Chuppae Rabbinicae esse, ex locis Ruth III, 9. et Ezech. XVI, 8. potissimum demum exsculptum*, non ab re abludit coniectura Seb. Schmidii *in comm. ad l. c. Ruth.* Et *an iste ritus veteribus Ebraeis in vsu fuerit? nondum est mihi satis compertum*, ingenue fatetur ipse Seldenus, vir in literatura anti-

antiquitatis ebraicae verſatiſſimus, nullique ſecundus *in Lx. Ebr. Lib. II. Cap. I. c. XV, p. 141.*

Verſ. 55.

Quaeritur, quorſum verba τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ referenda ſint? Si ad verbum proximum ἐλάλησε *locutus eſt?* ita vt illa per appoſitionem exegeticam dicant, quinam per *patres* intelligantur? adeoque *parenthefin* abſoluant? tum certe manifeſtum et irrefragabilem habemus *ſoloeciſmum*, quem tamen a ſcripto profano lubentes abſtergimus, quanto igitur magis ac religioſius a diuiniore, praeſertim quum etiam Lucas puritatis graeciſmi a multis habeatur ſtudioſior. Sed quod per ineptam imperitae manus interpunctionem ſoloeca euaſit conſtructio, id Lucae imputari non poteſt nec debet. Nec eſt, quod temere authenticam ſcriptionem velles attentare, et ad conſtructionis identitatem *dativum* transmutare in *accuſativum* h. m. τον Ἀβραὰμ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, quemadmodum quidem MS. Montf. Nou. legit, teſte Sauberto *in Pal. Th. Philol. p. 309.* „Id vero tanti„ non eſſe, vt longe antiquiorum regula eſſe poſſit, vt potius h. l. medicam„ deſcriptoris, non tam felicis, quam perſpicacis manum ſenſerit, rectius„ idem cenſet. Sic vetus interpres Syrus in fugam σολοικισμὸν pro *dativo* repetiit praepoſitionem ל Cvm, *Sicut locutus eſt* Cvm *patribus noſtris*, Cvm *Abrahamo et* Cvm *ſemine eius.* Verum ſyntaxis ille *Dativi* eſt intemerata et genuina, modo ex iniqua clauſura *parentheſeos* libera dimittatur, ponenda tantum in ἡμῶν (eiusmodi namque mutationem στιγμὴ et ὑποστιγμὴ, vbi rationabilior apparet meliorque, obire, nemo, opinor, ſibi ducet religioni, qui nouerit, cuius commatis auctoritatisque ſit, illa vulgaris N. T. graeci interpunctio, quae quam in multis praecipitata et ἄτοπος ſit, paſſim notatur.) eaque referatur non ad verbum ἐλάλησε, ſed *μνησθῆναι recordari*, imitans conſtructionem verbi ebraei זכר, quod cum gemino caſu *accuſatiuo rei* (pro pro quidem graeciſmus amat *genitiuum*) et *dativo perſonae* conſtrui ſolet. In euidens argumentum luſtremus verba Pſ. CXIX, 49. זכר דבר לעבדך Vbi LXX μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου. *Recordare verbi* (*verborum tuorum*) *ſeruo tuo* (facti.) Inprimis Pſ. XCVIII, 3. זכר חסדו ואמונתו לבית ישראל quae LXX. vertunt ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακωβ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. *Recordatus eſt* (praeteritum propheticum q. d. certe memor erit) *gratiae ſuae et veritatis ſuae* (de dando Meſſia) *domui Israel*, (promiſſae nempe in patre *Abrahamo*, quem ideo b. virgo Maria in cantico ſuo in ἐπεξήγησιν addit, et ſubintellexit pariter

Cap. I. laikut *ad loc. Pf.* fol. 120. *col.* 4. coll. Mich. VII, 20. LXX a. *Iacobum*. Add. Leu. XXVI, 45. Atque iſtam conſtructionem ebraicam ſeu helleniſticam in loco noſtro perſpicacius attendit laudatus Saubertus *l. c.* et ante eum, quos adducit, Beza, Eman. Sa, Flacius et Camerarius, quibus adde doctiſſimum Anglum Nortonum Knatchbull *ad h. l.* et nouiſſime cl. Raphelium *in annot. Polyb. et Arr. p. 173. 174.* itemque Hombergk *in Parerg. S. ad h. l. p. 117.* coll. v. 72. Vt ita Lucae ſua orationis ſtructura iniegra reddatur h. m. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους, (καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν) τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

Suſcepit curam (*coll.* Act. XX, 35.) *Iſraelis ſerui ſui*, (iam dudum ex illa excidiſſe viſi,) *recordando gratiae* (*ſicut locutus eſt ad patres noſtros*) *Abrahamo et ſemini eius* (promiſſae coll. v. 73.) *in ſeculum.*

Verſ. 63.

Ἔγραψε λέγων.) commodum annotat Beza, τὸ λέγων heic idem valere, quod ebraeum לאמר, reddendum ſaepe *his verbis* vel *ita*. Praeſertim quum *apertio oris* mediante particula δὲ demum ſequatur in verſ. ſeq.

Verſ. 64.

Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ.

Miratur Iac. Elsnerus *ad h. l. p. 178.* interpretum tot difficultates circa hunc loeum, videntium, incommode de *lingua* praedicari ἀνεῴχθη *aperta eſt*; illas autem omnes ſuperari putat, dummodo demta diſtinctione poſt αὐτοῦ poſterius καὶ reddatur per *etiam*, itaque ἡ γλῶσσα conſtruatur non antecedenter cum verbo ἀνεῴχθη, ſed conſequenter cum ἐλάλει hoc verſionis genere: *et lingua eius etiam loquebatur laudans Deum.* Aſt, praeter nimis licentioſam interpunctionis receptae mutationem, quis non videt, *etiam* coactam eſſe hanc interpretationis rationem? ac verbum ἐλάλει ſe *etiam* referre ad τὸ στόμα vt *effectus aperti oris*, adeoque ad totum ſubiectum vtroque inſtrumento et *oris* et *linguae* vtens ad laudem Dei; neque talem combinationem verborum ἐλάλει εὐλογῶν alibi occurrere? Iſta a. quae interpretibus offunditur durities ſermonis omnium facillime tollitur ex ebraismo, quem ille redolet. Verbum quippe ἀνοίγω aemulatur heic vſum verbi ebraei פתח, qnod non tantum habet ſignificatum ſpecialem *aperire*, ſed

etiam

etiam generalem *soluere*. Illustratur dictio nostra luculenter ex Ies. V, 27. vbi de *cingulo lumborum* dicitur לא נפתח *non solutum est*. Nec minus ex Gen. XXIV, 32. ויפתח הגמלים *et soluit* (inepte *aperuit*) *camelos*. Vertas igitur eodem modo verbum nostrum ἀνεῴχθη, tum res erit in vado: *Solutum vero est os eius confestim, et lingua eius.* Quae iam phrasis idem dicit, quod illa Marci VII, 35. significantior, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, *et solutum est vinculum linguae eius.*

Ies. V, 27. Gen. XXIV, 32

Vers. 73.

Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν.

Heic notasse iuuabit (α) vnde accusatiuus ὅρκον regatur? regitur autem simplicius et constructione et sensu a verbo praecedentis commatis μνησθῆναι, vi cuius quidem constructionis et appositionis dicendum foret ὅρκου; qui vero *genitiuus* conformatur Attice casui *relatiui* ὅν, sicut vicissim *relatiuum* nominis praeuii Extra quem graecismum esset, praestaret regi ὅρκον a subintellecta praepositione κατὰ *secundum*, cum Hombergkio et Lamb. Bosio, quam a verbo repetendo ποιῆσαι. (β) Syntaxin verbi ὤμοσε *iurauit* cum praepositione πρός loco *datiui* in graecismo insolentem, quae sapit ebraismum, exprimens ex eo notam datiui ל. Conf. Gen. XXI, 23. et XXIV, 9. quemadmodum et paulo ante amat Lucas dictionem ἐβραΐζουσαι in ποιῆσαι ἔλεος μετὰ *facere misericordiam* CVM *patribus*. Vid. Gen. XXI, 23. &c. Quae redit infr. c. X, 37. (γ) A phrasi τοῦ δοῦναι ἡμῖν non incipiendam esse nouam sententiam ad initium vers. seq. cum Althoffero et Hombergkio. Sic enim ad harmoniam vers. 72. ποιῆσαι, μνησθῆναι, continuandus esset infinitiuus absque articulo δοῦναι, isque tum praeponendus foret infinitiuo sequenti λατρεύειν. Sensus vero gratior multo, mentique Zachariae optimo propior est, si constructio recepta seruetur, quae dicit, Deum foedus gratiae iurato fecisse cum Abrahamo posterorum eius gratia, idque iam *dedisse* iis praedicat Zacharias, non tam, qua continuit promissionem terrae Canaan, et benedictionem corporalem, quam potius *spiritualem in bonis supra coelestibus in Christo et per Christum*, vt semen Abrahami.

CAP.

Cap. III.

CAP. III, 23.

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ,) τοῦ Ἡλὶ.

Et ille Ieſus erat annorum triginta incipiens (διακονίας ſuae miniſterium ſuum,) exiſtens (quum putaretur filius Ioſephi) Filius Eli. *Und Ieſus war eben 30 Jahr alt, da er (ſein Amt) antrat, welcher war (da er gehalten wurde für einen Sohn Joſephs) ein Sohn Eli.*

Vbi (α) pronomen αὐτὸς Luthero aliisque praetermittitur, quod tamen eſt emphaticum, q. d. *Ille Ieſus*, adeo ſolenniter per baptismum inauguratus, Filiusque Dei proclamatus, *erat* &c. (β) Aduerbium ὡσεὶ non tam reſpondet heic ebraeorum כ *coniecturae*, *circiter*, *ferme*, quam potius *Veritatis*. Multo namque veroſimilius eſt, Lucam prae aliis euangeliſtis Chriſti iuſtam aetatem in magnifica inauguratione et aggreſſione muneris prophetici non σοφιστικῶς deſignare voluiſſe. (γ) Participium ἀρχόμενος tanquam traiectum fere conſtruunt cum verbo ſubſtantiuo ἦν *erat incipiens*, vel *incipiebat eſſe*, ac ſi diceretur ἤρξατο εἶναι, coll. Matth. IV, 17. Marc. I, 45. IV, 1. V, 17. 20. VIII, 11. 31. Luc. IV, 21. V, 21. &c. Vel inepte conſtruunt cum ſequente ὤν, vel hoc pleonaſticum faciunt. At vero id ipſum ἀρχόμενος ponitur abſolute, vti Act. 1, 22. cum ellipſi facili nominis διακονίας, ceu recte etiam ſubaudit Er. Schmidius *h. l.* Rauppius *h. l.* et theologus olim Roſtoch. D. Habichhorſtius *in Illuſtr. Ieſ. locis ad XI, 1.* vel infinitiui διδάσκειν vel εὐαγγελίζεσθαι, cum Reizio in verſ. germ. *als er anfieng (zu lehren.)* et Grotio, Io. Clerico ad Hamm. *praedicare euangelium.* itemque Petr. Keuchenio *ad h. l.* (δ) Nec ὡς, Luthero male *copulatiue* ſumtum, tantum voculam eſſe qualitatis et ſimilitudinis, *ſicut*, *tanquam*, ſed etiam temporis *Quum*, comprobant plurima ſcripturae et inprimis Lucae loca. Conf. ſaltem Luc. I, 23. 44. II, 15. 39. V, 4. etc. (ε) Quodſi ſignum *parentheſeos* non conſtituatur cum quibusdam penes ἐνομίζετο, ſed demum poſt Ἰωσὴφ, et participium ὤν conſtruatur cum verbis τοῦ Ἡλὶ, omnia certe tam ratione ſimplicis conſtructionis, quam ratione ſcopi euangeliſtae (qui erat demonſtrare, *Ieſum* non ſolum eſſe *verum Dei filium*, ſed etiam *verum hominem*, *ſemen mulieris*, contexta ideo genealogia eius *materna* per lineam ducalem filii Dauidis Nathanis, ſicuti ratione patris putatitii *Ioſephi*, per lineam

am regiam Salomonis apud Matthaeum, cui maxime constitutum erat Iudaeis demonstrare, *Iesum Nazarenum esse verum illum Messiam patribus promissum*) erunt longe expeditissima. Quam planam ac dextram nobiscum viam ingressi sunt Franciscus Gomarus *in Examine Controu. de Genealogia Christi p. 27.* coll. *p. 115.* Franc. Iunius *in Not.* Frid. Spanhemius *P. I. Dub. Euang. XX.* nec non Hülsemannus *in annot. ad Gen. X, 22.* et Io. Gerh. Vossius apud Calouium *ad h. l. p. 555. et p. 146. f.* qui et ipse huic sententiae fauet, laudatus Habichhorstius *l. c.* Io. Lightfootus *in Hor. Hebr. ad l. c.* Io. Mich. Langius *in Disp. theol. de Geneal. Chr.* qui quidem *p. 27. et 46.* seruata vulgari *parenthesi* verterat: *existens* (*vt* quidem *putabatur*) *filius Ioseph*, reapse *filius Heli.* Ast quum praeuidisset et suae versioni (vocula licet συγκριτικὴ reapse adiutae, quae saltem propter hypothesin assumta facile traduci posset,) opponi posse, quod ipse opponit Trillerianae *p. 158. in add.* proinde *ibid.* praefert Gomari, quae et nostra, interpunctionem: *Und vvar* (*da er gehalten vvurde, ein Sohn Iosephs*) *ein Sohn Eli.* Denique (ζ) nomen υἱὸς non tantum ante τοῦ Ἡλὶ esse repetendum, sed et ante singula maiorum nomina, per se patet, idque continue in *casu recto* suadet ratio genealogica, quam quidem Gomarus *l. c. p. 113. 114.* approbante Spanhemio *l. c.* negatum iuit, ex praeiudicio vulgaris sententiae, in *casu obliquo* cum proximo semper nomine construentis; v. g. in loco nostro *filius Heli*, filii *Matthat*, filii *Leui* &c. At uero euidenter confirmauit cum Lightfooto Langius *p. 29. 30.* ex Gen. XXXVI, 2. vbi habetur genealogia *Oholibamae* vxoris Esaui hoc tenore: אהליבמה בת ענה בת צבעון h. e. *Oholibbama', filia Anae, filia* (heic absurdissime redderes in casu obliquo *filiae*, ob intercedens nomen maris) *Zibbonis.* Sicuti autem ex hoc exemplo genealogiae femineae ad oculum patet, vocem בת debere referri ad primam, de cuius stirpe quaerebatur, personam, et non ad eam, quae proxime semper dictionem בת vel בן, siue explicite siue implicite positam, praecedit, et de cuius origine genealogica directo quaestio non est; ita et in nostro Luca vox υἱὸς ita referri debet ad IESUM, vt hic dicatur *filius* (h. e. ex Maria nepos) *Eli*, sed etiam omnium maiorum sequentium υἱὸς, ac denique, super illos omnes, secundum Patris coelestis in baptismate Christi prolatam vocem v. 22. υἱὸς Θεοῦ FILIUS *ipsius Dei*, adeoque vi huius connexionis non tantum verus homo, sed etiam verus Deus. Ceterum dubia Spanhemii diluit laudatus Langius *p. 142. seq.* Nec minus τὰ δεῖα *im XXXII. Beytrag der freyw. Hebopff.* n. III. vbi etiam adducit pro se auctoris illius vere aurea verba haec: *Lucas habe mit seinem Ge-*

Cap. III.

CAP. XI. *ſchlecht-Regiſter beweiſen wollen, daß Ieſus wäre ein wahrer Sohn Adams, und alſo der wahre Meſſias, ein Heyland, nicht nur derer, die mit ihm von Abraham, ſondern auch aller, die von Adam herſtammen und in ſeinen Lenden geweſen, als er von dem verbotenen Baum gegeſſen hat, und wegen ihrer natürlichen Abkunfft von demſelben Theil ſolcher ſeiner Sünden haben. Denn nachdem von nöthen war, daß beyde, der da heiligte, und die geheiliget würden, alle von einem herkämen, Ebr. II, 11. ſo iſt der HERR JESVS, ob wohl nicht natürlicher Weiſe (denn es war kein wahrer Sohn Joſephs, des Mannes der Marien, ſondern ward nur dafür gehalten) doch in der Wahrheit allerdings von Adam her entſproſſen, weil ſeine wahrhafftige Mutter, eine wahrhafftige Tochter des Eli, und durch denſelben des Adams war, und ſeine Menſcheit aus nichts anders, als aus dem durch den Heil. Geiſt gereinigten, aber doch von Adam abſtammenden Geblüt ſeiner Mutter, der Jungfrauen Mariä bereitet iſt.*

CAP. XI, 17.

Καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει.

Ita haec verba in plerisque codicibus iuxta ac versionibus in vnum comma contrahuntur, *et domus super domum cadit*; quum tamen ex aequipollentia phraseos praeuiae, πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα, ἐρημοῦται, *omne regnum contra seipsum diuisum, vastatur*, nec non ex collatione Matth. XII, 25. et Marc. III, 25. euidens sit, et verba nostra Lucae ὑποστιγμὴν esse intercipienda, itidem vt antecedens et consequens, h. m. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον, πίπτει, et ita vertendum: et domus contra domum, (i. e. ἐφ' ἑαυτὸν *contra seipsam* sc. διαμερισθείς *diuisa*,) cadit. Quem distinctionem sensum recte apprehenderunt cum Syro et Theophylacto Gatakerus *in Adversar. Misc. Posth. c. 17. Opp. crit. p. 570.* Grotius, Lud. de Dieu, Er. Schmidius *h. l.* et Rauppius *h. l.* itemque Reizius in versione sua: *Und ſo ein Hauß wider das andere iſt, ſo fälts.*

verſ.

Vers. 40. CAP. XI.

οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;

Quae verba Iac. Elsnerus *ad h. l. p. 227.* sine interrogatione vult verti: *non qui exterius purgauit, etiam* (eadem opera) *interius purgauit.* Sed profecto a mente Christi aliene. Sic et elenchus frigescit, quin fere fit tautologicus cum priore: *Vos Pharisaei exterius poculi et patinae purgatis, interius vero non purgatis*, siue *plenum est rapina et malitia.* Deinde verbo ποιεῖν, posthabita significatione propria famosioreque absque vrgente necessitate, tribuit significationem rarissimam *purgandi* ex 2. Sam. XIX, 25. vbi semel adhibetur de *purgatione pedum et barbae* Mephiboscheti. Atque eundem sensum propinat versio Lutheri liberior, seruata tamen interrogationis emphasi: *Meinet ihr, daß das inwendige rein sey, wenn es auswendig rein ist?* Neruus autem et πάθος elenchi Saluatoris in integra sua συναφείᾳ h. m. procedit: Νῦν (quod non esse heic particulam *temporis* bene vidit Lutherus, hinc plane praetermisit, nec esse duntaxat *expletiuam*, ad mentem Althofferi, sed *vim indignationis* habere, vti germanicum *Nu*, affectu sermonis exprimendum, perspicacius vidit cl. Raphelius) Vos Pharisaei exterius poculi et patinae purgatis, (vel vt apte Lutherus non pro *actu*, sed *statu*, *ihr haltet reinlich*,) interius vero vestrum (non quod *intra vos est*, sed *euer inwendiges*, *das ist euer Speiß und Tranck*, *die inwendig in euer Schüssel und Becher seynd*, ceu rectissime Rauppius *in Comm. Synopt. h. l.* et euidens est ex Matth. XXIII, 26.) plenum est rapina et malitia. Stulti! nonne qui fecit exterius (i. e. materiale patinae et poculi,) etiam interius (i. e. cibum et potum) fecit? Ergo non minus hi, quam illa pure et sancte a vobis haberi debent. Iam in *vers. seq.* docet eos Seruator, quo modo id obtinere possint, vt πάντα καθαρὰ *omnia* interiora vasorum *pura ipsis sint*, si nempe *intus* cor purgent a superstitione, iniquitate et auaritia, et *foris* egenti proximo *a praesentibus bonis eleemosynas erogent.* Minime autem illa πάντα tam laxe et extra contextum a quibusdam pontificiis sumenda sunt, vt velint exinde probare, *eleemosynas mereri remissionem peccatorum.*

Vers. 52.

Ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως.

Quod abstuliſtis seu *sustuliſtis e medio* (*habt weggenommen*, *aus dem*

CAP. XIV. *Wege geſchafft*) *clauem cognitionis.* Ita recte verbum ἤρατε reddunt Beza, Camerarius, Er. Schmidius, Reizius. Atque ſic belle conſpirat Lucas cum Matthaeo, explicante per κλείειν τὴν βασιλείαν τῶν ἐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Per quodnam vero Phariſaei *claudebant regnum coelorum coram hominibus*? priuatiue, *per ablationem clauis cognitionis.* Hinc minus probatur ſenſus Lutheri contrarius, *denn ihr den Schlüſſel des Erkentniß habt. Habebant* equidem clauem i. e. poteſtatem docendi *regnum coelorum*, et veram, ſalutiferam, et diuinam *cognitionem*, illa autem non recte vtebantur, ipſi coeci, eamque variis heterodidaſcaliis ſuis craſſe commaculârant, et nefarie contorſerant, vt plane inutilis fuerit reddita.

CAP. XIV, 18.

Ἀπὸ μιᾶς.

Quam dictionem Vulgatus et Erasmus aduerbialiter vertunt *ſimul*, forte cum reſpectu ad Chaldaicum כַּחֲדָה Dan. II, 35. Cui vero reſponderet graecum ἅμα. Lutherus capit diſtributiue *nach einander.* Aſt inuito genere feminino. Sic enim dicendum fuiſſet ἀφ' ἑνός, vel καθ' ἕνα. Alii proinde literae graecae non congruentius conſuli poſſe rati, quam ope *ellipſeos* nominis ſubſtantiui ὥρας, reddunt *continuo*, *ſtatim*, q. d. *ex una hora*, in harmoniam Syriaci illius ܦܬܓܡܐ παραχρῆμα vel εὐθέως ſignificantis. Ita inprimis Nic. Fullerus *Miſc. S. l. 1. c. 1. p. 21. 22.* Quem ſequuntur Lud. de Dieu *h. l.* Hammondus *h. l.* Keuchenius *h. l.* et Theod. Hackſpanius *h. l.* Cui vero expoſitioni appoſite opponit Grotius: „Siue ἀπο μιᾶς „interpreteris *eo ipſo tempore*, non quadrat, quum non alio tempore excuſa„re ſe potuerint, quam quo compellabantur: Siue potius *confeſtim*, nec id „quidem quadrat. Non enim mirum, ſi excuſare ſe vellent, confeſtim ſe „excuſaſſe, qui ſub ipſum coenae tempus compellati non habebant deliberan„di ſpatium. Vidit hoc ipſe Syrus, qui non מחרא hic transtulit, factu„rus, ſi commodam eius vocis ſigificationem reperire hoc loco potuiſſet „ſed, מן דר, in quo idem ille vir eruditiſsimus (nempe Fullerus) recte ſu„ſpicatur לב ſubaudiri. Quare cum vel hinc liquet, ita ſolitos loqui Sy„ros, quid mirum, ſi Lucas Syrus Syriacum loquendi genus eſt imitatus: ita „tamen vt femininum genus vſurpauerit, quia καρδία. vt et ψυχὴ (nam „perinde eſt vtrum ſubticeri intelligas) apud graecos feminini eſt generis, coll.

coll. Act. IV, 32. et Phil. I, 27. Sensus ergo est, *animum omnibus fuisse similem.* Nec obstat, non posse dici, omnibus eundem animum fuisse, quia singuli singulis vtantur excusationibus. Sufficit enim eundem omnibus et singulis fuisse animum in genere, scilicet se excusandi, nec ad coenam comparendi, quasi ex compacto egissent. Cui consentit ellipsis Bezae γνώμης, quam quoque praefert Iac. Elsnerus *Obs. S. ad h. l. p. 244.* CAP. XVIII.

CAP. XVIII, 8.

Πλὴν ὁ υἱὸς τ῀ ἀνθρώπ῀ ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

Quisquis haecce verba secundum natiuam suam connexionem et applicationem parabolae de iniusto iudice recte nec praeiudiciis fascinatus pensitauerit, ei luce meridiana clarius eclaresset, ea non agere de *aduentu Christi vltimo*, nec de omnimodo defectu, aut saltem *raritate* tum *fidei saluificae*; aut *politicae* cum Er. Schmidio coll. Ier. IX, 3. 4. al. 4. 5. Mich. VII, 5. Sir. XXXVII, 3. sed de tali fide, qua fideles in pressuris suis die nocteque clamitantes vix credent, Dominum auxilio suo esse tam prope ad se liberandos ab iniustis suis oppressoribus, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, *etsi longanimis* (hactenus) *fuerit erga eos* (persecutores, v. 7.) adeoque sensum verborum nostrorum indubitatum resultare huncce: Verum Filius hominis veniens (ἐις ἐκδίκησιν αὐτῶν *ad vindicationem eorum*,) num inveniet τὴν πίστιν hanc fidem (ἐκδίκησιν nempe Domini iam instare) super terra? Non igitur satis mirari queo, cur tantae animorum contentiones exortae fuerint? quamprimum b. Spenerus hanc explicationem proferret, qui tamen pariter ad auctoritatem b. Sandhagenii βιβλικωτάτ῀ prouocabat. Quam litem annotauit ἀμέψηφος Io. Melch. Krafftius *in Emend. et Corrig in historia Vers germ. Bibl. Lutb p. 41. sqq.* Vbi etiam meminit, duum-viris istis in hac explicatione praeiuisse iam pridem Iac. Fabrum Stapulensem, qui circa tempora reformationis Lutheri vixit, cuius integram paraphrasin ex eius *comment. in IV. Euang. a. 1523. Bas. in fol. impressio* refert, adeoque eam non nouam nec inauditam esse patet. Quantopere autem hic locus repugnat suppositioni vocis πίστεως pro *fide saluifica*, tantopere pugnat pro illa locus 2. Thess. III, 2. οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις. Non enim omnium est (i. e. vi ebraismi *nullorum* coll. *Luc. Ebr. p. 422*, et pro δυνάμει genitiui *in nullius potestate* est, coll. Eccl. IX, 11. לחם לחכמים לא *non est in potestate sapientum panis etc.*) 2. Thess. III, 2.

CAP. XIX, XXI.

fides. *Der Glaube ſtehet in keines Menſchen Macht.* q. d. apoſtolus: fides non eſt donum naturale. Conf. Io. VI, 44. Quanquam nonnulli, ceu Bullingerus, Hombergkius, cum iisque, quod miror, M. Laur. Müllerus *der Erleut. P. XXII. p. 625.* πίστιν h. l. capiunt pro *fidelitate*, h. ſ. *Non enim omnibus poteſt fidi. Denn man darff keinem trauen.* Quam vero falſam expoſitionem in Trillero ſolidiſſime ex antecedentibus, ex ipſo tenore verborum, nec non conſequentibus, iam refutauit vir doctiſsimus M. Sam. Theod. Schoenland *in Miſc. Lipſ. Obſ. 148. Tom. VII. p. 86. ſeqq.*

CAP. XIX, 44.

καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί.

Lutherus videns verba illa obiecti, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί, non quadrare ad notionem verbi ἐδαφίζειν *ſolo aequare*, *der Erde gleich machen, ſchleiffen*, ſicut quidem vrbem, muros et aedificia, verſui ea praecedenti inſeruit, caſumque verbi περιβαλοῦσιν vna fecit h. m. *Daß deine Feinde werden um dich*, und deine Kinder mit dir, *eine Wagenburg ſchlagen ꝛc.* Aſt tali ratione compagem conſtructionis velle luxare nimium eſt. Mirum, quod interpretem Vulgatum, quem alias ſequi aſſolet, nec heic loci vt apprime ſollertem ſecutus ſit, quippe qui verbum ἐδαφίζειν pro conuenientia vtriusque obiecti generalius vertit: *et ad terram proſternent te, et filios tuos, qui in te ſunt*, idque ex vſu LXX. interpretum, penes quos ἐδαφίζειν eſt *ad terram proſternere, et ſolo allidere*, vt: Ezech. XXXI, 12. וירשהו καὶ ἐδαφίσαν αὐτὸν, et *proſternent, proſtratum relinquent, eum*, nempe regem Aegypti. Hoſ. X, 24. *Matrem vna cum liberis* רטשה ἠδάφισαν *alliſerunt*, coll. c. XIV, 1. et Nah. III, 10. Sic Pſ. CXXXVII, 8. ורטש καὶ ἐδαφιεῖ, *et allidet infantes tuos ad petram.* Syrus adhibuit in noſtro loco et Luc. I, 52. verbum סחף, quod in κοινωνίᾳ linguae ebraeae ſignificat *euerrere* more torrentis aut pluuiae inundantis coll. Prou. XXVIII, 3. Ier. XLVI, 15, ſub qua metaphora alias exercitus militaris longe lateque vaſtans pathetice ſolet proponi.

CAP. XXI, 19.

ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

Vi vocum ſtructurae et pronominis prioris ὑμῶν, Luthero pro ſenſu imperatiuo omiſſi, et phraſeos κτῆναι ψυχὴν, rectior omnino eſt mihi cum

cum Io. Millio *in Prolegom. N. T. p. 65. a.* lectio Orig. Alex. Syr. Arab. Aeth. Vulg. Tertull. Macar. *in fut.* κτήσεσθε. Non enim est sermo exhortatorius, quomodo repraesentant editiones vulgares, sed assertorius. „ Eos scilicet, quos Christus allocutus est, modo perseuerauerint in fide, a„ clade Iudaicae genti mox obuentura incolumes euasuros esse, seque ipsos„ seruaturos. „ Vt adeo Lucas idem dicat, quod phrasi disertiore magis„que paraphrastica Matthaeus X, 22. XXIV, 13. et Marcus XIII, 13. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Versio itaque est; *In perseuerantia vestra* possidebitis *animas vestras.* Germ. *Wenn ihr werdet aushalten, werdet ihr eure Seele erhalten.* Nec displicet ista lectio et sensus cl. Hombergkio *in Parerg. S. ad h. l. p. 151. seq.* CAP. I,

IOANNES.

CAP. I, 1.

Ἐν ἀρχῇ) Quemadmodum progenies viperarum nihil non moliuntur, quo IEsu Christi veram diuinitatem exsibilent, eneruent, euertant: ita et in insignia primordia euangelii Ioannis omne virus suum expromere intendunt. Obuertunt proin Photiniani, non agi heic de *principio creationis*, sed *praedicationis euangelii*, idque probare contendunt partim, *quod Marcus I, 1. eadem vocula ad euangelii principium respiciat*, partim etiam *quod in aliis scripturae locis: vt Io. XV, 27. XVI, 4. 1. Io. II, 7. eadem vox pro euangelii initio usurpetur.* Sed cui non illico hae φλυαρίαι pellucent? et argumentatio a particulari? Non enim dispiciendum est, quam notionem vox haec pro sua homonymia alibi habeat, sed quam in hoc loco vi substratae materiae ac contextus habere debeat? Iam vero totus contextus et scopus euangelistae illud praedicationis euangelicae initium valide refellit. Contra luculenter alludit non solum ad τὸ בראשית ברא Gen. I, 1. sed etiam ad τὴν חכמות summae et substantialis sapientiae oraculum Prou. VIII, 22. *Iehova* (DEus Pater) *possedit, habuit, me (in) principio viae suae* (i. e. operum creationis, coll. de hoc vsu vocis דרך Iob. XL, 14. al. 19. Deut. XXXII, 4.) *ante opera sua a tempore pristino.* Quod מֵאָז statim v. seq. et Ps. XCIII, 2. exponitur per מֵעוֹלָם *ab aeternitate.* Hinc in Apoc. III, 14. Filius DEI se nominat τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ, *Principium creaturae DEI*, non quidem *materiale*, sed Apoc. III, 14.

effecti-

CAP. I. Col. I, 15. *effectiuum* i. e. a quo omnis creatura habet principium. Quo etiam sensu cum Paulus vocat πρωτότοκον πάσης κτίσεως *Primogenitum ante omnem creaturam*, Col. I, 15. Quum igitur *initium* illud Photinianum corruat, corruet etiam consequenter ei superinstructum πάντα v. 3, quod per manifestam τροβλότητα et contra Col. I, 16. restringunt ad idem euangelium I. C. et ad negotium salutis ac religionis sub foedere nouo: aut ad homines solos per illud DEO adductos; nec non τὸ ἐγένετο, quod detorquent ad *mutationem accidentalem* hominum, qua ex non-renatis renati fiunt. Itidem contra Col. I, 16. vbi apostolus exponit per ἐκτίσθη, et substantialem rerum omnium productionem diserte Christo attribuit, quamque hic versus 3. non solum *assertiue*, sed etiam *negatiue*, ad maius πάθος et ἔλεγχον more ebraeorum (coll. *Ebr. Etym. p. 97.* et v. 20.) Λόγῳ hypostatico vindicat.

καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.

Innuitur hoc commate non mentalis quaedam verbi apud Patrem praesentia, vt *apud DEum esse* sit DEo soli notum, hominibus absconditum esse, vt contendit Socinus *contra Wiekum c. 5. cl. 3. arg. 13.* Smalcius *de Verbo incarn. contra Smiglec. c. 6.* neque praesentia illa apud Patrem peculiaris, secundum quam λόγος post baptismum sub initium ministerii sui in coelum raptus doctrinam coelestem immediate a Patre accepisse fingitur ab eodem Smalcio *hom. 1. supr. init. c. 1. Eu. Io. p. 73* sed *coëxistentia Verbi cum Patre personalis atque aeterna*, ita vt alia sit persona Verbum, alia Pater, *apud quem Verbum esse* dicitur, (contra Sabellium.) hoc tamen non ἑτερούσιον sed ὁμοούσιον seu eiusdem essentiae sit cum Patre, vtpote *in cuius sinu* v. 18. et *cum quo vnum esse* c. X, 30. dicitur. Haec neruose D. Wilh. Lyserus *in Disp. Exeget. in Ioh. Disp. I. §. XI.*

καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

Idem theologus *l. c.* §. *XIII.* notat, 1) male olim et contra omnium exemplarium fidem heic legisse Arianos, post verba θεὸς ἦν veteratorie punctum interserentes, et deinde ita pergentes: ὁ λόγος οὗτος ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν Θεόν. 2) Subiectum in hac propositione esse λόγος, quod ostendat non tantum articulus, qui si non semper, saepius tamen subiecto praeponatur; sed etiam scopus euangelistae et contextus totus. Contra Eniedinum *p. 141. sq.* Imitatus autem in hoc positu videtur Ioannes ebraeorum seu ritum seu elegantiam, qui in concisis maxime sententiis praedicato

cato subiectum postponere amant, tum etiam a fine praecedentis membri initium facere sequentis, vt Gen. I, 1. 2. et infr. v. 4. 5. Conf. *Not. Sel. ad Gen. X, 21. p. 37.* Quod vero nec praedicato θεὸς articulus adiectus est, exinde non licet colligere, DEum verum non significari. Nam hoc eodem cap. v. 6. et 18. θεὸς sine articulo verum DEum significat. CAP. I.

Vers. 9.

ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Qua de phrasi ebraica vid. *Not. Sel. in Ep. ad Ebr. p. 76.* Heic notamus discrepantiam constructionis, aliis cum Syro ad proximum ἄνθρωπον *hominem*, aliis (vt post Cyrillum, Augustinum, Grotio, Hammondo, Clerico, Cocceio, *h. l.* Marckio *in Exercitat. Bibl. §. 6. p. 751. seqq.* Calouio *h. l.* Fechtio *in Philocal. p.* 28 §. 21. et nuperrime cl. M. Laurent. Müllero *in der Erleut. P. XXVI. n. 1.* itemque viro docto *P. XIX. der Freyw. Heb-Opffer n. 1.*) ad remotius Φῶς *lumen* referentibus. Quaeritur, quae rectior? aut saltim probabilior? Quod si filum orationis Ioanneae simplex nec interruptum seruare volumus, non potest non esse prior. Ante namque et post hanc phrasin, sistitur τὸ Φῶς *lumen illud* vt iam φαίνον ἐν τῇ σκοτίᾳ *lucens in tenebras*, licet ab iisdem non καταλη-φθὲν *receptum*, v. 5. quod iam ἦν *fuerit in mundo*, *et mundus* δι' αὐτοῦ *per ipsum factus sit*, v. 10. quod εἰς τὰ ἴδια *ad sua* (coll. c. XVI, 32. et. Act. XXI, 6. i. e. εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν, Matth. XXI, 38. et לסגלתו vel לנחלתו *ad possessionem suam, ad peculium suum*, vt populus Israël passim appellatur) *venerit, et* οἱ ἴδιοι *sui non receperint* αὐτὸν (ἑτέρωσις generis pro αὐτό. coll. *Not. Sel. ad Gen. XLIX. 25. p. 70.* vel citra illam cum resp. ad primum λόγον.) Ergo nostra phrasis ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον non potest accipi de eodem lumine *venturo*, *das da kommen solte in die Welt*, seu *incarnatione et apparitione Christi ad officium suum mediatorium.* vid. Aleth. *P. c.* de qua demum ordine agitur v. 14. Siquidem in prioribus Ioannes diserte agit de singulari τῦ λόγυ τῦ φωτὸς τῦ ἀληθινῦ manifestatione et apparitione sub Oeconomia V. T. inter Iudaeos, ceu recte solideque obseruat cl. Auctor in *Freyw. Hebopff. P. 1. n. IV.* Atque ita omnia in naturali sua serie vtique cohaerent, retinente sic particula καὶ *vers. 14.* suam emphasin; itaque etiam ruit exceptio Eniedini *in Explicationibus suis locorum N. T. ex quibus Trinitatis dogma stabiliri solet, p. 151.* quod verba v. 14. *Verbum caro factum est*, „non possint intelligi de Christi incarnatione, sed de eius passione et morte in„telligenda esse, quum alias Ioannes praeter naturalem ordinem prius ageret de „Christi incarnati operibus, quam de eius incarnatione ipsa.

CAP. I.

Vers. 16.

καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος.

Inter dissidentes huius loci interpretationes ob πολύσημον ἀντὶ maxime enatas, quas videre licet apud Glassium *Gr. S. col. 1064. f.* Gatakerum *in Aduers. Misc. Posth. c. 27.* D. Deylingium *Obs. S. P. III. p. 242. seqq.* et D. I. H. Michaelis *disp. de Vsu LXX interpp. p. 23. 24. 25.* duae inprimis pro vsu magis familiari praepositionis *ἀντὶ permutatiuo, compensatiuo, substitutiuo* vel *successiuo*, PRO, VICE, LOCO, se commendant. Prima est Chrisostomi, χάριν ἀντὶ χάριτος exponentis *ἀντὶ τῆς παλαιᾶς τὴν καινὴν, gratiam foederis noui* euangelicam *pro gratia veteris* legali. Nec alia Cyrilli et Theophylacti. Quae quoque placet Heinsio, Er. Schmidio, Deylingio, Dorscheo *ad h. l.* et qua sensus analogiam Calouio B. I. *h. l.* explicanti: *gratiam iustitiae euangelicae pro gratia iustitiae primigeniae* (*legalis*) *per lapsum amissae.* Sed aduersus hanc vrget Lud. de Dieu versum seq. vbi non gratiae legis gratia euangelii, sed lex gratiae opponatur: adeo vt legi nulla, Christo soli omnis gratia tribuatur. Qui proin elegit significationem voculae *ἀντὶ* causalem *propter, propterea*, vti in phrasi *ἀνθ' ὧν* Luc. I, 20. XIX, 44. Act. XII, 23. 2. Thess. II, 10. et *ἀντὶ τούτου* Eph. V, 31, adoptatam pariter vt *omnium accuratissimam* D. Wilh. Lysero *disp. cit.* § 51. cui mens euangelistae est: „ *DEI „gratiam propter illam gratiam*, qua Filium sub lege pro nobis factum ille dili„git et acceptat, in nos omnes abundare,„ coll. Rom. V, 15. Eph. I, 6. vel, quod perinde, iuxta alios *propter eius meritum.* Quanquam sic articulus emphaticus *ἀντὶ τῆς χάριτος* omnino necessarius fuisset, vel certe relatiuum *ἀυτοῦ*. Secunda est Thomae Gatakeri *l. c. Opp. Crit. p. 720.* existimantis, *gratiam loco gratiae* esse *gratiam gratiae quasi succenturiatam, et iugiter succedentem, subinde nouam*, itaque fere cum Dunaeo suo reddente: *gratiam gratia cumulatam*, sicuti illud Theognidis *ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν tristia pro tristibus* i. e. tristia tristibus succedentia. Atque haec posterior mihi magis arridet, vt significantior, vt amplior, quaeque coincidit cum illa aliorum notione comparatiua *gratiam supra gratiam*, vel cum cl. ICto et Philologo Marpurgensi I. Fr. Hombergk *in Parergis S. ad h. l. p. 159. gratiam gratia maiorem*, i. e. cumulatissimam. Quem sensum etiam non parum iuuat coniunctio καὶ, heic *explanatiua* vel *specificatiua* NEMPE, ET QVIDEM; isque simul repraesentat gratiam sub Oeconomia N. T. aperto velamine multo illustriorem copiosioremque, quam sub oeconomia veteri legali typis et vmbris inuolutam.

Vers.

Vers. 18. CAP. I. III.

ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τ῀ πατρός.

Ad cuius ῥήσεως δυνότητα exprimendam, non sufficit sola dilectio, nec arcanorum paternorum participatio, quippe quae intimam ac singularissimam inter Patrem et Filium coniunctionem praesupponit, haec vero ex aeterna et ineffabili generatione est. Quare cum D. Christoph. Reuchlino Theol. Tubing. *in disp. de Off. Chr. Propb. ad h. l. p. 6.* "non alium quam essentialem DEI *sinum* intelligimus, in quo Filius esse dicitur, quia, quum ex sinu Patris ab aeterno prodierit, et per intimam περιχώρησιν in Patre sit, sicut Pater in ipso est, Io. XIV, 10. XVII, 21. in penetralibus pectoris paterni habitat, omnium eius secretorum perfectissime conscius." Quum igitur *nemo vnquam DEum* in essentia sua *viderit*, coll. Exod. XXXIII, 20. 23. 1. Tim. VI, 16. nemo naturali rationis suae lumine suisque viribus mysteria DEI de gratiosa sua erga nos voluntate et salute penetrauerit, Rom. XI, 33. *sed* solus Patris *Filius vnigenitus* ἐγκόλπιος, ἑώρακε *viderit*, (quod verbum ad pleniorem sensum repetendum) ac plene et perfecte *cognouerit*, ideo DEus per hunc ipsum vt simul λόγον aeternum et interpretem suum suaeque voluntatis *ex luce sua inaccessa* ad nos prodiit, qui adeo ἐξηγήσατο *accurate, plane et plene exposuit*, ex sinu patris productum et a seculis absconditum euangelium, de gratuita remissione peccatorum et salute aeterna per fidem in nomen I. C. obtinenda.

CAP. III, 13.

καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν κ. λ.

Et vero, Atqui, nemo adscendit in coelum, vt scilicet τὰ ἐπουράνια *supracoelestia illa* (de regeneratione, redemtione et salute aeterna hominum) perfecte cognouerit, indeque vt ἀξιόπιστα καὶ πεπληροφορημένα deduxerit, *nisi* ὁ καταβὰς *qui descendit ex coelo*, *Filius* nempe *hominis* ὁ ὢν *qui est in coelo et in sinu Patris*, ἐκεῖνος ille illa ἑώρακε καὶ ἐπέγνω *perfecte cognouit*, καὶ ἐξηγήσατο *dilucide exposuit*, καὶ ἀπεκάλυψε *reuelauit*, coll. c. I, 18. et Matth. XI, 27. Vnde hicce locus est collustrandus; et phrasis *adscendere in coelum* ex ebraica Deut. XXX, 12. Prou. XXX, 4. et Rom. X, 6. Alias oratio Saluatoris haut bene cohaereret, nec plenum funderet sensum. Et coniunctio καὶ habet heic potius vim *subsumtiuam*, quam *copulatiuam*. Et per verba ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ satis euanescit somnium malitiosum Socinianorum

CAP. IV. norum de adscensu Christi in coelum post susceptum baptismum tempore ieiunii quadragesimalis.

CAP. IV, 5.

ἐις πόλιν) Potius ad *ciuitatem*, *an die Stadt*. Nondum enim eam intrauerat, coll. v. 8. et 30. quod recte obseruat cum Iansenio *Comm. in concord. Euang. c. 23.* D. Wilh. Lyserus *dispp. cit. ad h. l. §. XI.* et Dorscheus *h. l.*

Vers. 6.

ἐκαθέζετο ἕτως.

Considebat sic. Vbi particulam ἕτως Maldonatus, Toletus, Beza, Er. Schmidius, Rauppius, aliique capiunt pro *illatiua* vel *causali*, Syro ideo praetermissa, adeoque hoc in loco idem dicere, quod *itaque*, *idcirco*, *propterea*. Magis tamen mihi cum Grotio, Lysero et Glassio *Gr. S. col. 1017.* Dorscheo *ad h. l.* coll. Act. XX, 11. placet sententia aliorum, inprimis Chrysostomi, hanc particulam ἀσκηπτῶς interpretantis: *sedebat sic* h. e. *simpliciter* seu *neglectim*, *prout locus ille admittebat*. *Wie sichs geschickt hat.* Quem sequitur, vt solet, Theophylactus. Vel vt Caietanus existimat, quod *consederit eo modo*, sicut *solent sedere lassi*, *ipso corporis habitu fatigationem prae se ferens.*

Vers. 7.

ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας.

Venit mulier ex Samaria, subaudi ἔσα oriunda, dicta hinc ἡ Σαμαρῖτις v. 9. adeoque τὸ ἐκ τῆς Σαμαρείας non coniungendum est cum verbo ἔρχεται, ceu recte notant Iansenius et Rauppius h. l. Venit ista mulier non ex ipsa vrbe Samaria, sed ex oppido Samariae *Sichar* alias Sichem, ex coll. v. 5. Meminit autem euangelista generalis nominis *Samariae*, vt odium inter duas illas gentes coll. v. 9. hac voce melius exprimeret, notante Casaubono *h. l.* Id quod ad rem maxime faciebat.

Vers. 14.

Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος κ. λ.

Volunt exinde colligere Reformati, *eum*, *qui semel gratiae Spiritus s. particeps factus fuerit*, *ab ea vlterius excidere non posse*. Sed respondemus

cum

cum b. Lysero *ad h. l.* §. 29. "spiritualis quidem aqua in perpetuum sitim le- CAP. IV.
uat ex sua natura, quantum in ipsa est; at ex parte hominis, qui gratiam "
acceptam abiicit, et quam haustam rursus exspuit per peccatum voluntarium," "
fit vt cogatur rursus sitire. Vrgent quidem verba subsequentia γενήσεται - -
ἀιώνιον. Sed illa *cum reduplicatione* accipienda sunt, scilicet nunquam si "
tire illos, qui aquam spiritualem bibunt, *quamdiu bibunt ex fonte illo* "
Christi gratiae, neque hanc peccatis contra conscientiam commissis, excu "
tiunt. Id autem fieri posse testatur Paulus 1. Cor. IX, 27."

Vers. 23. 24.

Ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ.

Quorum verborum sensum docte aperit D. Gottfr. Olearius *in disp. de Adoratione DEI Patris per. I. C. p. 49 50.* "Fore iam, vt sublata σαρκικὴ illa "sacerdotii vtriusuis, siue Sionitici siue Garizitani λειτουργία, et *vmbratili* "cultu, non per sacerdotium illud *carnale* amplius accessum quaesituri sint "homines, sed PER *verum* illum Pontificem, qui non κατὰ σκιαὶ in *vm*- "*bra*, sed ἀληθῶς, non σαρκικῇ oblatione, sed διὰ πνεύματος ἀιωνίου "*per spiritum suum aeternum*, *sese oblaturus sit Deo.*"

Vers. 35.

Ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται;

Daniel Heinsius *Arist. S. c. XX.* nixus auctoritate Rob. Stephani, testantis in nonnullis codicibus vocem ἔτι non extare: nec non Camerarii, affirmantis, in suo codice se non inuenisse: itemque MS. antiquissimi Rutgersiani itidem non legentis, ebraismum proinde his verbis Christi inesse reputat, quem ad verbum hellenistae sic efferrent, ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ θερισμός, hoc est, τετράμηνός ἐστιν, ἐν ᾧ θερισμός. Verum rationes Heinsianae tanti nobis cum D. Lysero *ad h. l.* §. 76. non sunt, licet sint Lud. de Dieu aliisue, vt a recepta lectione et interpretatione recedamus, quippe quam pariter tenet Syrus: *nonne vos dicitis, quod post quatuor menses veniat messis?* resp. festi Paschatos cap. seq. v. 1. vt prolixe ostendit Chemnitius *in Proleg. Harm. Ev. c. 3.* et Althofferus *Harm. p. 263.* Vid. etiam contra Heinsii ratiunculas Glassius *Gr. S. coll. 953. seqq.*

Vers. 46.

Βασιλικός.

Syrum erudite hoc expressisse עבד מלכא ·דלה βασιλικὸς, be-

CAP. V, ne notat Heinsius *l. c.* Atque ita primo Syris et Chaldaeis *milites* dici passim, vt Sam. II, 30. 31. Interdum autem et *praefectos*, qui supremi sint a rege, quomodo et Ioab עבר המלך Helleniſtis παῖς βασιλέως dicatur. Ergo βασιλικὸς *regius praefectus*. Sed Lamb. Bos *in diatrib. in N. T. p. 41.* quocum facit Amelius *in der Eroert. P. II. m. Mart. p.* 178. vult intelligi vnum ex prosapia regia, agnatum regis Herodis. Nam βασιλικὸς graecis dici vel filios vel agnatos regum, quales latinis regales appellentur.

CAP. V, 13.

Ἐξένευσεν.

Rectius deducitur ab ἐκνέυειν quasi *e turba enatare*, declinare, diuertere. In qua significatione vsurpatur LXX senibus Iud. IV, 18. Vbi Iaël ad Siseram: ἔκνευσον, κύριέ μου, ἔκνευσον πρός με, μὴ φόβου. Καὶ ἐξένευσε πρὸς αὐτὴν εἰς τὴν σκηνήν, diuerte, *domine mi*, diuerte *ad me*, *ne time*. *Et* diuertit *ad eam in tabernaculum*. Add. Iud. XVIII, 26. 2. Sam. II, 14. 2. Reg. XXIII, 16. Sic etiam Patres graeci per ἐξέκλινε interpretantur. Christus ergo, dicimus cum Lysero *adh. l.* §. 9. se subduxit a loco illo recedendo, non autem se in populo occultando per formae peregrinae assumtionem contra Erasmum (deducentem a ξενέυω) et Syrum. *Vsitatum enim est, confertam et in varias partes velut exundantem multitudinem commoto mari conferri, vnde qui se recipiat, merito dicatur quasi enatare*, sunt verba Glassii *Gr. S. col.* 881.

Vers. 19.

Ἀφ' ἑαυτοῦ.

Heinsius putat respondere ebraeo לְבַדּוֹ, quod graecis dicatur χωρὶς, καθ' ἑαυτὸν helleniſtis coll. Gen. XXX, 4. XLIII, 32. Zach. XII, 12. 13. 14. Act. XXVIII, 16. Vt sensus esset: *Filius nihil facit* ἀφ' ἑαυτοῦ solus, *sed quod viderit Patrem* etc. Ast haec sententia Heinsiana non placet Hackspanio *adh. l.* nec sine ratione. Quod 1) non dicatur h. l. καθ' ἑαυτὸν, sed ἀφ' ἑαυτοῦ. Proinde Heinsius ostendere debuisset, quod ἀφ' ἑαυτοῦ notet *Solus*. Contrarium doceant loca Io. VII, 18. XV, 4. XVI, 13. vbi habetur ἀφ ἑαυτοῦ, et tamen nullibi *Solus* significet. 2) Eadem phrasis de Christo occurrat Io. XII, 49. Vnde argumentatur; Quomodo phrasis de actio-

actionibus in ſpecie accipitur, eodem etiam modo de actionibus in genere eſt accipienda. At de ſpecie actionis ſiue ſermone ita accipitur, quod *non a ſeipſo loquatur*, ſed id a Patre habeat. Ergo. Accedit, quod *verſu* 50 ibidem addatur, *quae ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ita loquor.* 3.) Idem etiam c. XVI, 13. 14. de Spiritu ſ. dicatur, *quod non ſit locuturus ἀφ' ἑαυτῦ a ſemetipſo, ſed acceptaturus ſit de iis, quae ſunt Filii*, vbi itidem ἀφ' ἑαυτῦ non poſſit notare *Solus.* 4) Chriſtus fere omnia Patri accepta refert, vt ex hiſtoria euangelica patet. CAP. V. VI.

Ἐὰν μὴ) Habet heic loci vim aduerſatiuam τῦ ἀλλὰ, auctoritate LXX interpetum ebraeum כי אם ita transferentium. Vid. Gen. XXXII, 27. Deutr. XVI, 6. nec non parallelismi N. T. Matth. XII, 4. Gal. I, 7. II, 16, itemque verſionis Syriacae, quae habet אלא.

Verſ. 20.

δείκνυσιν.

H. l. non intelligenda venit monſtratio *auctoritatiua*, qua poteſtas aliquid faciendi alteri tanquam inferiori conceditur. Talis enim ſuperioritas et inferioritas inter Patrem et Filium non datur: nec *informatiua*, qua ignorans informatur. Contraueniunt enim dicta, in quibus ſapientia Patris Filius dicitur Prou. VIII, 22. 1. Cor. I, 24. ſed *diuine communicatiua* per aeternam generationem facta, *qua Pater ſeipſum in Filio depingens, quaecunque in ſe habet, in Filio demonſtrat*, vt loquitur Cyrillus. Et vt Auguſtinus: Pater gignendo Filium, dedit ei cum natura diuina etiam cognitionem omnium quae facit. Verbum etiam *demonſtrare* apud ebraeos *exhibitiuam oſtenſionem*, ſeu idem quod *dare*, *facere*, ſignificat. Conf. Pſ. LX, 5. LXXI, 20. LXXXV, 8. Sic Io. X, 32. 2. Tim. IV, 14. Haec ἀκριβῶς Lyſerus *b. l. §. XIX.*

CAP. VI, 27.

Ἐσφράγισεν.

Etiamſi ſatis congrua vſuique verbi biblico, ad *ſigilli* officium reſpicienti, conformis ſit explicatio, qua *Deus Pater filium hominis* obſignauerit i. e. luculenter *confirmauerit* vnctione Sp. S. publico teſtimonio, ac miraculorum gloria, per eaque tanquam illuſtre et proprium *ſigillum* ei impreſſerit, quod

CAP. VI. quod ille ipse et nullus alius sit verus mundi Messias. Nihilominus scita perque elegans est illa hypotyposis *obsignationis*, quam Henr. Vrsinus in *Passional. p 294.* ex historia veteri Aegyptiorum ductu Plutarchi affert, probatam pariter D. Sonntagio *in disp. de Duodenis Millibus Obsignatorum Apoc. VII, 2 9. p. 8.* nimirum antiquitus rufos boues ab Aegyptiis immolandos sigillo impresso signatos fuisse a sacerdotibus, qui ab illo munere σφραγισταὶ vocati. Ipsum autem sigillum pro sculptura habuisse imaginem hominis adgeniculantis, reuinctis post tergum manibus, gladio in iugulum imminente. Additque: Sigilli figura manifeste indicabat, sacrum hoc fieri pro homine iam condemnato, et iugulum praebente stricto ferro diuinae iustitiae. Omnino Christus huiusmodi ἐσφραγισμένη καὶ ἡγιασμένη victima pro peccatis totius mundi extitit.

Vers. 63.

Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν.

Quodsi haecce verba absolute et vt sententia generalis accipiantur, videlicet τὸ πνεῦμα de Spiritu S., et ἡ σάρξ indefinite de carne cuiuslibet hominis, aut ratione carnali, nulla apparet connexio, suntque vere scopae dissolutae; sin ea definite et restricte ad eundem Christum cum Iudaeis disputantem referantur, suo gaudent idoneo nexu aeque ac sensu. Praedicauerat is hactenus Iudaeis *carnem suam vt verum panem vitae, qui de coelo descenderit, mundo dantem vitam*, tam spiritualem quam aeternam, eamque *manducandam* non solum *manducatione spirituali*, sed etiam *sacramentali.* (Cuius et *vtilitatem* et *necessitatem* in futurum grauiter insinuauerat a v. 51. comm. 2. vsque ad v. 56. argumento (α) particularum καὶ - - - δὲ Verum *etiam ille panis* etc. vbi quidem vis *aduersatiuae* δὲ a plurimis male negligitur. (β) Verbi futuri δώσω *dabo*, quum ante in *praesenti* loquutus fuerit. (γ) Partium distinctarum, corporis et sanguinis, comestionis et bibitionis, quum prius notanter de *toto Christo* dicatur *comestio*, non vero vllibi *bibitio.* (δ) Aduerbii ἀληθῶς *vere*, sine vlla figura et tropo. (ε) Τῆς μάχης *pugnae* super hac inter Iudaeos v. 52. quae prius, quum de spirituali loqueretur Christus, non exorta erat, quippe quam pro indole orationis *figuratae* bene capere valebant. De quibus et pluribus argumentis itemque auctoritatibus nostratium theologorum pro *necessitate S. Coenae* ex v. 53. conferri meretur *disp. pec.* theol. Rostoch. Grünenbergii.) Quod quum ipsis esset σκληρὸν ἄκουσμα v. 60. et carnem Christi pro carne nudi hominis κατ' ὄψιν et κατὰ τὴν σάρκα iudicabant, idcirco Christus in-

for-

format eos distincte de distinctis duabus naturis suis, sed iisdem etiam arctis- Cap. VII.
sime vnitis intra vnam hypostasin, videlicet *carne* et *spiritu*. *Carnem* vocat naturam suam humanam, *Spiritum* diuinam, sicuti et alibi ita vocatur Ebr. IX, 14. 1. Petr. III, 18. 1. Tim. III, 16. Rom. I, 4. Iam *carnem* suam, vult dicere, non habere illa axiomata diuina, quale est ζωοποίησις, per naturam, sed per vnionis personalis gratiam, et intimam illorum περιχώρησιν. Atque id ipsum est, quod asserit Saluator in nostris verbis: Spiritus (diuina in me natura) est qui viuificat, caro (humana mea natura in se et extra indissolubilem vnionem cum illo *Spiritu* spectata, sicut vobis) non prodest quicquam (nempe ad diuinam illam *viuificationem*.) Quem sensum magis dilucidant posteriora: *vnumquodque verborum, quae ego loquor vobis*, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωὴ ἐστιν, *Spiritus est et vita est*, i. e. e *Spiritu viuifico* (per figuram hendiadyn) proueniunt, insimulque *Spiritum* et *vitam* secum ducunt ac conferunt.

CAP. VII, 22.

Διὰ τοῦτο) Hocce διὰ τοῦτο per praecipitatam passim ac ineptam συνεχομένειαν truncatum est a verbo finali versus praeuii 21. Θαυμάζετε, cum quo rursus postliminio est coniungendum, et confirmatur constructio verbi Θαυμάζειν cum praepositione διὰ ex Marc. VI, 6. Vt ita sensus integer, non mutilatus, sit: καὶ πάντες Θαυμάζετε διὰ τοῦτο, *et omnes mirati estis propter (super) hoc*, nempe ἔργον *opus*, vt praecedit. Atque istam perturbatam distinctionem recte animaduerterunt Beza *Not. ad h. l.* Theophylactus, Casaubonus, Er. Schmidius, Knatchbull *h. l.* et Saubertus *Pal. Th. p. 318.* nec non Hombergkius *in Parerg. S. ad h. l. p. 163.* adeoque non est, quod disceptemus, num διὰ τοῦτο accipiendum sit per enallagen pro δι' ὅ *de hac re*, *quantum ad hoc*, cum Lud. de Dieu? vel aduersatiue pro *attamen* cum Beza et Glassio *Gr. S. col. 1110?* vel elliptice, vt subaudiatur *audite quod dicam*, coll. Matth. XVIII, 23. cum Tarnouio, Pisc. Em. Sa, Grotio *h. l.* Lysero *ad h. l. th. 42?*

Vers. 36.

καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ.

Vbi pro εἰμὶ mutato accentu legendum esse ἶμι, i. e. ὑπάγω, pro quo Nonnus habet βαίνω, vi locorum parall. c. VIII, 21. et XIII, 33. omnino censeo cum Casaubono et Henr. Stephano.

CAP. VII. VIII.

Verſ. 38.

ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ.

Vbi equidem Lutheri translationem von *deſſen* Leibe emendatam vellet Dn. Prof. Franckius in hanc aus *deſſen* Bauche. Sed infeliciter, quum honeſtior, verecundior ſit illa Lutheri, ac ideo acrem cenſuram D. Io. Fr. Mayeri et M. Knoblachii incurriſſe conſtat. Felicior aeque ac iudicioſior euaſiſſet emendatio, ſi obſeruaſſet, vocem graecam κοιλία heic prae ſe ferre vſum vocis ebraeae בֶּטֶן *venter* laxiorem pro interiori hominis, *corde*, *anima*, ceu patet ex Iob. XV, 35. XXXII, 17. Prou. XXII, 18. adeoque h. l. reddendum: *Aus deſſen* Hertzen *werden flieſſen etc.* Quoniam in *corde*, non in *ventre*, ſe exſerunt operationes, motus et χαρίσματα Spiritus ſ. Sic et מֵעַיִם non tantum ſignificat generaliter *viſcera*, ſed et ſpecialiter *cor*, vti Pſ. XL, 9. coll. cum verſ. 11. vbi exponitur per לֵב. Itemque קֶרֶב Ier. XXXI, 33. Ezech. XI, 19.

Verſ. 42.

Ὅπου ἦν Δαβὶδ.

Vbi notetur verbi ſubſt. ἦν notio *habitare* ex vſu Syrō. Sic enim Io. I, 39. πῦ μένεις *vbi habitas*? Syrus transfert *vbi es tu*? et v. 40. εἶδον πῦ μένει *videbant vbi habitaret?* Syrus, *vbi eſſet?*

CAP. VIII, 25.

Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

In recenſendis et examinandis variis huius Oraculi ſententiis ſuam iam ſatis operam collocarunt viri docti, cum primis Balth. Stolbergius *in Exercitat. Philol. de hoc reſponſo Chriſti Witteb. hab. 1668.* M. Io. Schedius *in commentariolo ſuper h. l. ibid. 1688.* et D. Sonntagius *in Spicil. Obſeru. Exeg. Obſ. VII.* Ac proin mihi heic licebit eſſe breuiori, ſtrictimque et meam aperire mentem. Probo 1) dictionis τὴν ἀρχὴν ſuppoſitionem aduerbialem in notione quidem propria ac famoſiore *primum, initio*, coll. v. 44. c. XV, 27. XVI, 4. vel etiam nominalem, eamque in naturali ſitu absque traiectione. Probo 2) τὸ ὅ, τι cum hypodiaſtole vt pronomen neutrum. Quippe quae duae voces plurimum negotii interpretibus faceſſunt. Probo etiam 3) orationem eſſe conciſam atque ellipticam, in qua quidem plerique ſupplent verbum ſubſt. *Sum.* Ego vero nullum aliud ſupplementum, quam ex praeſente verbo λαλῶ petendum eſſe exiſtimem, ita vt hoc ipſum ſimul includat aoriſtum

ſtum ſeu praeteritum ἐλάλησα, λελάληκα, ad quod me ducit particula καὶ, CAP. VIII. X.
ni illa natiua ſua emphaſi fruſtranda ſit, vt vulgo fit, aut plane tanquam pleonaſtica negligitur, et conſequenter λαλῶ in praeteritum conuertitur. Itaque ſenſus plenus et planus exſurgit hicce: Ipſo initio (officii mei prophetici) *dixi*, quod etiamnum dico vobis. *Ich habe es ia anfangs geſagt, was ich auch noch euch ſage.* Quod nempe ſim lux mundi, Meſſias, quodque credere debeatis euangelio, et teſtimonio veraci patris mittentis me.

Verſ. 56.

Ἀβραὰμ - ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

Qualem vero *diem Chriſti vidit* Abrahamus, et *quomodo* vidit? *Vidit* (α) *diem incarnationis* et σκηνώσεως inter homines futurae, quando eidem praecludentem Filium DEI vidit oculis corporeis in aſſumta humana ſpecie, *vt Melchiſedecum et regem Salem*, id eſt *regem Iuſtitiae et regem pacis*, interprete apoſtolo Ebr. VII, 2. (vid. *Not. Sel. ad h. l.*) ſibi benedicentem Gen. XIV: vt *verbum DEI* ὑποσαλικὸν (coll. Io. I, 1.) *in viſione, ac alloquio*, vt firmiſſimum optimumque ſuum *clypeum* aduerſus omnem *metum* malorum tum corporalium a vicinis potentibus ſeu invidis, tum maxime ſpiritualium, peccati, mortis, diaboli et inferni: (Conf. Pſ. LXXXIX, 19. cum Pſ. LXXXIV, 12. vbi itidem Meſſias appellatur *Clypeus.*) vtque *mercedem* ſiue *iuſtitiam ſuam magnam valde* c. XV: itemque *in comitatu duorum angelorum* ſe inuiſentem, ac natiuitatem Iſaaci et feminis benedicti ſibi denuo praedicentem Gen. XVIII, coll. c. XII, 3. Vidit (β) *diem mortis victimalis atque reſurrectionis* Chriſti in typo Iſaaci in oculis ſuis ipſiusque DEI vere immolati et ex morte reſuſcitati, coll. Gen. XXII, 5. 10. 12. 16. cum Ebr. XI, 19. et *Not. Sel. ad h. l.* Ceterum non neſcius ſum, quid ſuper hunc locum a viris doctis C. A. Heumanno, Fr. Ad. Lampio et Io. Laur. Mosheimio diſputatum ſit? *in Bibl. Brem. Hiſt. Philol. Th. Cl. I. faſc. IV*, et *Cl. II. faſc. II.*

CAP. X, 14. 15.

καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα.

Genuinus ſenſus horum verborum eſt: Sicut cognitio Patris et Filii non

CAP. XIV. „non est nuda et otiosa, ita nec cognitio summi pastoris et ouium ipsius. *Pa-*
„*ter* autem *nouit Filium*, scilicet illum verum et naturalem suum esse Filium,
„eumque intime diligit, nihil negligens eorum, quae faciunt ad ipsum or-
„nandum. Vicissim *Filius nouit Patrem*, quod agnoscit, Patrem illum
„suum verum et naturalem esse Patrem, a quo omnia sua habeat, Io. V, 19.
„seque ipsi carum curaeque esse, si maxime totus mundus eum persequatur.
„Ita quoque *Christus oues suas cognoscit*, quia nouit ab aeterno, qui sint a
„Patre praedestinati, 2. Tim. II, 19. ideoque ingenti eas amore prosecutus
„sollicite curat, quaecunque ad ipsorum salutem pertinent. Et *Oues* vicis-
„sim *Christum pastorem agnoscunt*, scilicet vnum illum datum esse homini-
„bus, per quem solum saluentur, et sine quo nihil possint facere, Io. XV, 5.
„Vlterius similitudo haec extendi non debet. „ Haec Lyserus *ad h. l. th. 41.*

CAP. XIV, 2. 3.

Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. Εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν
ὑμῖν. Vers. 3. Πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. καὶ ἐὰν πορευθῶ,
καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, κ. λ.

In domo Patris mei (coelesti) mansiones (stabiles, perpetuae) multae sunt, (multo plures et praestantiores illis לשכות *cameris* templi Hierosolymitani, vtpote ad quas per συγκαταβασιν probabiliter alludit Saluator, quae et me et vos omnes capere poterunt, ac proinde si terra vos non capit, coelum capiet.) Si non ita esset, dixissem vtique vobis, *so hätte ichs euch ia gesagt*, (non iactarem vos inani spe.) Vers. 3. (*Iam*) abeo ad parandum locum vobis (i. e. efficiam meo ad Patrem abitu, vt in mansionibus illis vobis aliquando locus detur.) et si abiero et parauero vobis locum, *Vnd wenn ich hingegangen bin, und euch werde eine Städte bereitet haben, rursus veniam et assumam vos ad me ipsum.* (illico tempore martyrii vestri qua animam, et in extremo die etiam qua corpus.) Hoc modo rectius redditur ac distinguitur textus, ita vt in priori ὑμῖν ponatur τελεία στιγμή, et a verbo πορεύομαι nouus incipiatur versus cum Camerario, Corn. a lapide, Gerhardo, Calixto, Piscatore, Reizio.

Vers. 12.

Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. Ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι.

Qui

Qui credit in me, opera, quae ego facio et ipſe faciet, im- CAP. XIV. mo maiora, quam illa (quae nempe hactenus pro ſtatu exinanitionis XV. meae patrata ſunt,) faciet: quia ego ad Patrem meum abeo. Dicis: quomodo haec ratio quadrat? R. optime. Vult dicere; *Weil ich zum Vater gehe, und alſo ſolche Miracul nicht mehr ſelbſt in eigner Perſon verrichten kan, ſolt ihr ſolche in meinem Nahmen verrichten.*

Verſ. 28.

ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστί.

Quoniam Pater meus maior (i. e. beatior, coll. c. XV, 20. reſp. ſtatus mei praeſentis, profundae exinanitionis et paſſionis) *me eſt.* Quo ſenſu ſi capiatur comparatiuus μείζων, eleganter cohaeret oratio valedictoria Chriſti.

CAP. XV, 20.

εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν.

Quae verba Chriſti communiter ita conuertunt: *Si ſermonem meum ſeruarunt, etiam veſtrum ſeruabunt. Haben ſie mein Wort gehalten, ſo werden ſie euers auch halten.* Sed profecto a ſcopo loquentis, a ſerie et nexu orationis prorſus aliene. Arripuerunt e veſtigio interpretes docti verbi τηρεῖν vulgatiſſimam et in lexicis magis obuiam notionem *ſeruandi, conſeruandi, cuſtodiendi*, non ſimul attendentes ad paulo rariorem et cum compoſito παρατηρεῖν communem *inſidiandi*, ſiue *obſeruandi* non *obſequioſe*, ſed *inſidioſe*, quam heic loci circumſpectius attenderunt Thomas Gatakerus cum Fero et D. Laur. Chadertono Theol. Cantabrig. *in diſſert. de Stilo N. T. c. 17. Opp. Crit. p. 107. med.* Paulus Colomeſius *Obſ. S. Opp. p. 626. coll. Gen. III, 15.* et *Opuſc. p. 303.* Io. Clericus ad Hamm. M. Dan. Fidlerus *circa nonnulla Noui Foederis loca poſ. 1.* et nouiſſime M. Laur. Mullerus *der gründl. Erleuterung P. VII. p. 446.* Proinde locus noſter in connexione omnino ita reddendus erit: *Non eſt ſeruus maior* (beatior coll. c. XIV, 28.) *domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, etiam vos perſequentur.* Si meum ſermonem captarunt, aucupati ſunt, etiam veſtrum aucupabuntur. Siue Si me in verbis meis inſidioſe obſeruarunt, et vobis pariter loqueos ponent. *Haben ſie auf mein Wort gehalten, ſo werden ſie auf euers auch halten oder*

CAP. XVI. *lauren.* Conf. quoad rem Luc. XI, 53. 54. et XX, 20. 26. Matth. XXII, 15. Marc. XII, 13.

CAP. XVI, 2.

Ἀλλ᾽) Non est h. l. *aduersatiuum*, sed *exaggeratiuum* in orationis gradatione. Immo, quod magis, quod amplius est. Sic 2. Cor. III, 15. et sexies in vno loco c. VII, 11.

Δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

Vbi vocabulum λατρείαν Syrus et Arabs optime, annotantibus Lud. de Dieu et Grotio h. l., reddiderunt *oblationem*, *sacrificium*. Sic enim apud ebraeos עבד λατρεύειν saepe cum זבח θύειν commutatur. Conferatur in euidentiam Exod. VIII, 16. cum versu 21. et vicissim c. X, 24. cum v. 25. Atque hanc ob causam verbum προσφέρειν adiunctum est, quod perinde ac ebraeorum הקריב, de victimis, quae in altari DEO sistebantur, vsurpari solet. Idque ipsum est, de quo Paulus 1. Cor. IV, 13. conqueritur, ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα, quae, vt ex Stephano obseruat Wilh. Lyserus *h. l. th. XI*, homines erant facinorosi, qui pro patriae lustratione et expiatione diris exsecrationibus obruti magno cum totius populi tripudio internecioni dabantur. Vid Tertull. *in Apolog. cap. 2. de gentil.* Plura ad illustrationem phraseos Paulinae ex antiquitate peti possunt apud Christoph. Henr. Ritmeierum *in Philologem. Sacr. Apospasm. ex Epp. Paul. p. 10. 11. 12.* et M. Phil. Olearium *in disp. ad h. l.*

1. Cor. IV, 13.

Vers. 24.

ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου.

Pii nempe V. T. et apostoli ante completum redemtionis opus non explicite, sed implicite h. e. sub inuolucris et vmbris Leuiticis Patrem in nomine Christi orarunt. Quam sententiam a Luthero *Tom. VII. Ien. Germ. sup. h. l. fol. 206.* Brentio, Hunnio, Calouio, Mich. Lysero *h. l.* Gottfr. Oleario *in disp. Th. de Adorat. DEI Patr. per I. C. th. 26. p. 45.* traditam merito etiam nos accepimus. *Multa* namque *in Scripturis simpliciter affirmantur aut negantur, quibus nonnisi cum conditione sua veritas constat*, iuxta regulam Flacii *P. II. Cl. tract. 8.*

Πεπλη-

Cap. XVI. XVII.

Πεπληρωμένη.

Bene annotat Hackſpanius *h. l.* quod in Vet. Teſt. שָׁלֵם et שְׁלֵמָה voces *perfectionem* notantes a LXX reddantur interdum per verba *plenitudinis*, licet minus proprie. Quamuis enim ipſa verba *plenitudinem* notent, tamen in phraſi pro verbis perfectionem indicantibus vſurpantur. LXX. interpretes poſtea ſecuti ſunt noui inſtrumenti ſcriptores. Hinc *gaudium plenum* eſt idem quod *gaudium perfectum*. Conf. Ruth, II, 12. 2. Chr. XIX, 9. 2. Io. v. 8. Apoc. III, 2.

CAP. XVII, 2.

Quemadmodum dediſti ipſi poteſtatem (coll. c. III, 35. V, 27.) *πάσης σαρκὸς, ſuper omnem carnem* (i. e. omnes homines, coll. Pſ. LXV, 3. eſtque ſimul genitiuus obiecti. Conf. Matth. X, 1. cum Luc. IX, 1.) *ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.* Quod comma aliter diſtinguere mauult cl. auctor F. W. *im XXXII. Beytrag der Freyw. Hebopff. n. II.* hoc videlicet modo: *ἵνα, πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς, ζωὴν αἰώνιον.* Cui iam diſtinctioni ſuperſtruit hanc verſionem: *Auf daſs er ihnen gebe alles, was du ihnen gegeben haſt, (nemlich) das ewige Leben.* Quam verſionem deinde vt ſimpliciorem ac ſapidiorem ampliorisque ſenſus commmuni praeferendam pluribus deducit. Id equidem viro docto facile damus, ſiquidem et aliis pari jure paſſim in Notis noſtris dedimus, non eſſe rem religionis, aliam in textu graeco adornare interpunctionem, ſi ſcilicet ratio ſyntaxeos, textus et contextus ſuaſerit, ſique ſimul ſimplicior commodiorque ſenſus ſe ſolerti interpreti approbauerit. Quod autem in noſtro loco talis ſit neceſſitas, communem et in omnibus codd. probatam interpunctionem exauctorandi, non aeque ei dare poſſumus. Simplicitas conſtructionis, quam quidem recens prae ſe fert, haut debet praeiudicare ſimplicitati ſenſus. Iam autem cuilibet lectori ſe illico obiicit coactio et obſcuritas aliqua. Chriſtus namque poteſtatem habet mediatoriam, ſicut ipſe vir doctus in confirmationem ſententiae ſuae notat, plura dandi dona hominibus, quam *vitam aeternam*, adeoque minus quadrat particula explanatiua *nempe*. Quam inconuenientiam ipſe peruidens conueniente periphraſi ſuccurrere opus habuit, *alles was zu Erhaltung des ewigen Lebens nöthig iſt. p. 143. fin.* aut, quia *vita aeterna* eſt centrum et complexus omnium bonorum, aut principale et finale bonum, ſubſtituere voculam *ἐξαιρετὸν inprimis p. 122.* Atqui haec in ſcripturis ſolet expri-

CAP. XVII. exprimi per voculam ϗ, καὶ. Vid. Pſ. XVIII, 1. Ioſ. II, 1. etc. Marc. XVII, 7. Act. IX, 36. Deinde praerogatiuam conſtructionis ſuae in eo etiam vrget, quod in vulgari tres ad minimum ebraiſmos ſtatuere neceſſe ſit: 1) in mutatione caſus πᾶν pro πασὶ. 2) In mutatione numeri, pro παντὶ ᾧ requiri πάσιν ᾧ, vel ſaltuo iſti reſpondere debuiſſe αὐτῷ, loco αὐτοῖς. 3) In repetitione pleonaſtica pronominis αὐτοῖς poſt antecedens, quum ſimpliciter ita dicendum foret, ἵνα πᾶσιν, οἷς ἔδωκας αὐτῷ, δώσῃ ζωὴν αἰώνιον. Enimuero duo priores reducendi potius ſunt ad hunc vnum, quod ſit *nominatiuus abſolute* poſitus, exponendus per *quod attinet*, *quantum ad*, ceu recte attendit Seb. Schmidius in verſione ſua. In quali tum *pronomen* repetitum non eſt pleonaſticum, ſed *emphaticum*. Plura huius ebraiſmi in N. T. recurrunt veſtigia. Conf. Act. VII, 40. Matth. XII, 36 XXI, 42. Apoc. III, 12. 21. et in ipſo euangeliſta noſtro ſupr. c. XV, 2, inprimis c. VI, 39. qui loco noſtro eſt ex aſſe parallelus, ita vt ouum ouo non poſſit eſſe ſimilius, niſi quod pro pronomine plurali adhibeatur libere ſingulare, quoniam τὸ πᾶν, vt collectiuum, vtrumque numerum admittere poteſt; et ibi ſenſus negatiuus, in noſtro affirmatiuus, qui vero ſe mutuo inferunt ad maiorem emphaſin. Atque ex hoc ipſo loco communis et recepta conſtructio ac verſio confirmanda eſt, ſuamque auctoritatem et praerogatiuam ἀναντιῤῥήτως ſibi vindicat. Praeterea obſeruandus ſimul in vtroque loco eſt graeciſmus, per quem genus *maſculinum* mutari in *neutrum*, in euidentiorem vniuerſalitatis notam, ſatis conſtat. Conf. c. VI, 37. et absque illo c. XVII, 6. 9. 11. 12. 24. Verſio itaque vetus ex interpunctione veteri, prae noua iſta, immota etiamnum perſtat h. m. Vt omne quod attinet, quod dediſti ei, (i. e. omnibus, quos dediſti ei) eis, inquam, det vitam aeternam; adeoque nullum ex iis perdat, vi loci paralleli. Germ. *auf daſs er allen, die du Ihm gegeben haſt, ia eben denen gebe das ewige Leben, (als das höchſte und letze Gut.)*

Verſ. 10.

(καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά.) καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

Vbi comma poſtremum ab immediate praecedentibus, vna cum eorum καὶ initiali *cauſaliter* capiendo, per *parentheſin* ſeparandum eſt. Dependet enim vt altera cauſa interceſſionis Chriſti pro diſcipulis ſuis mediante particula cauſali ὅτι repetenda, *et (quia) glorificatus ſum in ipſis*, a verbis primae cauſae finalibus v. 9. ὅτι σοί εἰσι, *quia tui ſunt* et *erant*, v. 6. videlicet

per

pertuum ad me tractum c. VI, 44. vt me vocantem sequerentur, et in me mundi Saluatorem crederent. Deinde in vers cit. 9. ante verba *οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, non pro mundo rogo*, subaudienda est particula temporis νῦν *Nunc* e v. 7. coll. v. 21. Nam alio tempore in ipsa cruce etiam pro impiis, ad mundum maxime pertinentibus, orauit Christus Luc. XXIII, 34. coll. Iesa. LIII, v. vlt. CAP. I.

Vers. 19.

καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν.

Et pro ipsis ego sanctifico meipsum i. e. *vt victimam DEO offero.* Verbum enim ἁγιάζω hoc prae se fert vsum verbi ebr. קדש in *Piel* et *Hiphil* interdum significantis *offerre.* Vid. Exod. XIII, 2. Leu. XXII, 23. Deut. XV, 19. Atque hanc virtutem verbi recte etiam attenderunt Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius, Grotius, Gerhardus, Glassius *in exposit. hui. c. XVII.* a Th. Crenio *intra opuscula Glassii collecta.* et cl. M. Laur. Mullerus *der Erleut. P. XXII. p. 590.* Amelius *in der Eroert. P. II, m. Iul. p. 621.*

ACTORVM.

CAP. I, 15.

Ἐπὶ τὸ αὐτό.

VNA, *simul, pariter*, ex vsu LXX. interpretum, aduerbium ebr. יחד ita reddentium. Vid. Ps. XIX, 10. XXXVII, 39. XLIX, 11. Recurrit ista formula saepe in N. T. Sic c. II, 1. 44. III, 1. IV, 26. Matth. XXII, 34. Luc. XVII, 35. 1. Cor. XI, 20. XIV, 23.

Vers. 21. 22.

Haut opus est, vt iusto distractiorem statuamus constructionem et traiectionem vocum finalium v. 22. ἕνα τούτων ad initiales v. 21. τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν, referendarum quippe ad propinquius μάρτυρα, et pronomen τούτων energetice adhibetur, propter interuenientem *parenthesin* ab ἐν ᾧ vsque ad ἀφ' ἡμῶν, adeoque versio simplicior secundum πάθος suum ita formanda est: *Oportet igitur, virorum nobiscum euntium omni tempore, - - - - - horum*, inquam, *vnum testem resurrectionis eius fieri nobiscum. So muß nun unter diesen Männern, die bey uns geweſen ſind die gantze*

CAP. I. *Zeit über , - - - - - - unter dieſen , ſage ich , ein Zeuge ſeiner Auferſtehung mit uns werden.*

Verſ. 25.

Πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

Vt abiret in locum ſuum, eumque deſperatae eius malitiae proprium ac debitum, et (ſec. alteram lectionem, quae pro ἴδιον habet δίκαιον, quaeque ſententiam communem magis corroborat) *iuſtum*, *an ſeinen rechten*, *ihm und ſeines gleichen zugehörigen*, *Ort*, isque nullus eſt alius, quam ὁ τόπος τῆς βασάνου *locus cruciatus* Luc. XVI, 28. Ab hac vero recepta explicatione diſcedere amauit Hombergkius poſt Theophylactum, Oecumenium et Hammondum, interpretando phraſin de *ſucceſſione in locum eius* (Iudae.) Cui quidem interpretationi opponit Io. Clericus *in Animaduerſ. ad Hamm.* Sic dicendum eſſe καὶ πορευθῆναι. At Hombergkius prouocat ad
Act. II, 30. ſimilem ellipſin καὶ in c. II, 30. Quae vero exceptio non eſt adaequata noſtro loco, ſiquidem ibi copula καὶ non apte quadrat. Senſus enim eſt, *DEum ex fructu lumbi eius* (Dauidis) τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν χριστὸν, *quod ad carnem attinet exſitaturum eſſe Chriſtum*, (quae verba Lutherus in verſione ſua minus bene praetergreſſus eſt) καθίσαι *vt ſederet* ſuper throno eius. Deinde in h. l. eſt tantum vnus infinitiuus cauſae finalis, in noſtro autem duo tales per aſyndeton. In illo regitur infinitiuus a proximo verbo. Ergo et in noſtro. Praeterea iſte ſenſus ſuccedendi iam euidens eſt e phraſi antecedanea λαβεῖν *vt accipiat ſortem miniſterii huius et apoſtolatus*, *ex quo abiit Iudas*. Iam declaratur quomodo ex eo abierit? *Vt* nempe *abiret in locum ſuum*, ſiue per funeſtam et damnabilem mortem. Ne dicam, quod pro iſto ſenſu potius dictum fuiſſet εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, et non tam emphatice τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Aliter adhuc dictionem noſtram interpretari aggreſſus eſt Petrus Keuchenius, *vt abiret domum*. Aſt ille ſenſus ſolet exprimi per εἰς τὰ ἴδια vel καθ' ἑαυτόν. Specialior paulo eſt interpretatio Elsneri τὸν τόπον ἴδιον referentis ad τὸ χωρίον *praedium eius* v. 18. *Wäre alſo auf ſein Land-Gut gegangen.* Quum tamen *illius praedii acquiſitio* tantum conſtiterit in *voluntate*; idque ſubinnuit Lucas virtute particularum μὲν δὲ, Luthero quidem praetermiſſarum, vt ſenſus ſit: *Hic equidem nunc ἐκτήσατο acquirere voluit* (coll. Luc. Ebr. p. 380. γ) *dieſer nun wolte zwar kauffen* χωρίον *praedium* ſeu *agrum ex mercede iniuſtitiae*; (ſed *ex hac poſt non multo in templum refuſa* per arcanam quandam et admirandam DEI prouidentiam *ille ager demum a ſacerdotibus acquiſitus fuit*, quod ex Matth. XXVII, 3. 7. ſupplendum.)

CAP.

CAP. II, 23.

Διὰ χειρῶν ἀνόμων.

Quae verba rectius (α) conſtruuntur cum verbo praecedente λαβόντες, quam cum ſequente προσπήξαντες vel ἀνείλετε. (β) Redduntur vt ſubſtantiuum et adiectiuum ob defectum etiam articuli ante ἀνόμων, per manus iniquas nempe Iudae proditoris, quam in regimine *per manus iniquorum*, puta Pilati et militum Romanorum. Quum autem incongruum ſit, dicere, Iudaeos e manibus iſtorum accepiſſe IEſum, quem potius in manus iſtorum tradiderunt necandum, ideo id peruidens Syrus ſignificatum *accipiendi* conuertit in contrarium *tradendi*, *tradidiſtis eum in manus impiorum*: alii eo ſaluo poſteriorem conſtructionem, poſito σιγμῆ prope λαβόντες, arripere maluerunt. Ceterum circa verſionem vernaculam et hoc monendum erit, nomen ἐκδοτον ſubobſcure minusque proprie eſſe translatum *ergeben war*, transferendum *dahingegeben*, *ausgeliefert war*.

Verſ. 25.

Λέγει εἰς αὐτόν.

Dicit DE *eo*. Ita recte Luth. cum Eraſmo et Beza, quem male heic emendauit Piſcator proprie vertens *ad eum* ſcil. reſpiciens. Sic inepte Reizius *ſagt auf ihn*. Germani quidem noſtri ita loqui amant, ſed addito caſu, v. g. *er ſagte das auf ihn*. εἰς igitur permutatum cum περὶ aemulatur vſum particulae ebraeae ל et אל ſaepenumero itidem commutatae cum על. Vid. Gen. XX, 13. Pſ. III, 3. XXXV, 19. 24. XL, 16. 18. XLI, 6; Gen. XX, 2. etc. Sic et alibi εἰς *obiectiue* adhibetur Eph. V, 32. Ebr. I, 7. 8.

Verſ. 42.

Τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Notanter hanc dictionem interpres Syrus exprimit vocabulo graeco *Euchariſtiae*.

CAP. III, 13.

Κατὰ πρόσωπον) *ad faciem*, *coram*, reſpondet exacte ebraeo לִפְנֵי

Cap. III. VII. vel עַל־פְּנֵי Sic infra XXV, 16. Gal. II, 11. Quanquam et vestigia huius ῥήσεως occurrant in Polybio.

Vers. 16.

ὁλοκληρίαν) *integram sanitatem.* Sic LXX ebraeum מְתֹם Iesa. I, 6. vertunt, quod Symmachus ὑγιές.

Vers. 19.

Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως.

Quum, postquam aduenerint tempora refrigerationis, nachdem ia die Zeiten der Erqvickung gekommen seynd. Ita Erasmus, Beza, Piscator, Er. Schmidius et Glassius *Gr. S. col. 950. fin.* vt ὅπως ἂν sit pro ἐπειδὰν, quem significatum confirmauit ex Herodoto et Sophocle Beza. Sed Lutherus, Lud. de Dieu, et Reizius seruant causalem, *vt veniant, auf daß da komme, damit kommen mögen.* Syrus autem Arabs et Aethiops mutant in copulatiuam, *et veniant vobis*, vt continuetur promissio inchoata, et eodem sensu remittatur ad aduentum Christi secundum. Nihilominus praeferendus videtur sensus prior de aduentu Christi primo et temporibus N. T. non solum ob continuationem *aoristi* ἀπέστειλε et *miserit*, non obstante exceptione Dieuii, quod dicta particula ὅπως ἂν *causaliter* soleat construi etiam cum *aoristis*, coll. Matth. VI, 5. Luc. II, 35. Act. XV, 17. Rom. III, 4; verum etiam ob meliorem συνέχειαν, quum aduentum Christi secundum demum expressius designent v. 21. οἱ χρόνοι ἀποκαταστάσεως πάντων *tempora restitutionis omnium.* Tempora autem Christi patientis et N. T. praedicat apostolus Petrus Iudaeis vt *tempora refrigerii*, quibus graui onere et aestu legis ceremonialis sint leuati, nec amplius typice *per sanguinem hircorum et taurorum, sed per* verum proprium *sanguinem I. C. conscientiae eorum a peccatis mortuis plene mundentur.* Et licet hic IEsus Messias iam *occupasset coelum*, vt possessionem suam regiam, vers. 21. *quemque* (vt suum dominum) *suscipere, excipere* (prompte et reuerenter) *conueniens fuerit coelis*, (et coelitibus,) secundum interpretationem Syri; tamen rediturum eum in extremo die, omniaque restituturum in integrum, quae nunc propter peccatum confusa et luxata in hoc mundo cernantur. vers. 21.

CAP. VII, 16.

ᾗ) ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου, παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ Συχέμ.

Nodum huius loci propter insignem ἐναντιοφάνειαν ita cum Iunio Io. Pride-

Cap. VII. XII.

Prideaux *Opp. Theol. p. 544.* et Chrillianus Noldius *in Concord. Partic. Ebr. Ch. p. 1027. 1561.* soluere conati sunt: *Et* (Nold. *aut*) *positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti, praeter* (illud alterum, quasi legeretur παρὰ τὸ τῶν) *filiorum Emmor* (patris) *Sichem* (nempe quod Iacobus emerat.) Verum quum oratio per eiusmodi ellipsin non vnam implicatior euadit, ideo Glassio concinnior est illorum sententia, qui *Abraham* patronymice sumi asserunt, pro *Abrahamide*, hoc est, pro *Iacobo* Abrahae nepote. Vid. *Philol. S. l. 1. tr. 2. p. 242. seq.* At simplicitati orationis, simulque veritati historiae sacrae melius consultum iuerunt Lud. de Dieu, Knatchbullus, Io. Fr. Hombergk, et nouissime Laur. Müllerus *der Erleut. P. XXVII. p. 187. 188.* hac versione et interpunctione: et positi sunt in sepulcro, (quod emit Abraham pretio argenti,) de filiis Emmor patris Sichem. *Hierauf sind sie gelegt worden in das Grab, welches Abraham gekaufft hatte ums Geld, von den Kindern Emmor zu Sichem weg.* Ita vt in immediate praecedente verbo μετετέθησαν virtute lateat participium eiusdem aoristi μεταθέντες *translati* facile hinc subaudiendum.

CAP. XII, 11.

Γενόμενος ἐν ἑαυτῷ.

Factus, rediens ad seipsum. Ex hac phrasi, etiam apud Xenophontem et Polybium obuia, diiudicare iuuat illam c. X, 17. ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ, quae non construenda est cum verbo seq. διηπόρει, vt vulgo fit, hac versione: *quum autem in seipso dubitaret* Petrus; sed in indicium ellipseos participii γενόμενος per σιγμὴν intercipienda, itaque ad harmoniam nostrae reddenda: Quum autem ad seipsum (rediens), *dubitaret Petrus.*

Vers. 25.

Ἐξ Ἱερουσαλήμ.

Notat Beza, legere quaedam exemplaria εἰς Ἱερουσαλήμ, cuiusmodi exemplo etiam vsus videtur Lutherus, vertens *gen Ierusalem.* Ast lectionem plerorumque codd. versionemque cum Veteris tum Erasmi magis probandam esse res ipsa docet, tam ex antecedd. quam ex subseqq. recte censente Er. Schmidio. Praeterea ad maiorem euidentiam Syrus reuersionis *termino a quo* apponit terminum ad quem *versus Antiochiam*, ex coll. c. seq. XIII, 1.

CAP. XIII, 18.

Ἐτροποφόρησεν αὐτὰς.

Mores eorum sustinuit. Ita recte vim propriam verbi expressit vetus interpres. Nec aliter Lutherus *duldete er ihre Weise.* Respexerit Paulus ad locum Deut. 1, 31. ex eiusque LXX virali versione vocem nostram desumserit, quid tum? num ideo corruptam dicemus, et ex ista hodierna refingemus in hanc tanquam genuinam ἐτροφοφόρησεν? Sicuti praetendunt Hammondus et Millius, quamque ante oculos habuisse ac expressisse interpretem Syrum, non obscure innuit suo *nutriuit.* Istius autem versionis graecae faciem in quamplurimis locis adeo corruptam et deformatam textui originali opponere et praeferre velle, esset Leam prae Rachele beneficio coecae noctis eligere. Ad haec quis fidem faciet nobis, Paulum ita legisse, quemadmodum hodie vulgares nostri codices legunt, et non potius veriorem nostroque loco multo congruentiorem lectionem nobis exhibere? atque posterioris huius fidem faciunt codd. Alex, Oxon. et Complut. apud Lamb. Bos *ad l. c.* nec non Origenes, qui, contra Celsum disputans et ἀνθρωποπάθειαν DEI ex l. c. Deut. probans, eandem, quam Paulus nobis fistit lectionem, allegat ἐτροποφόρησεν. Supposita itaque vera huius verbi forma ac significatione, cuius veritatem vberius vindicauit D. Deylingius *Obs. S. P. II. Obs. XXXVII*, explicat illa, verbo ebraeo נָשָׂא d. l. non intendi, *portare DEI charitatiuum*, quale est matris aut nutricis, sicut Num. XI, 12. Deut. XXXII, 11. Iesa. XLVI, 3. 4. Hos. XI, 3. ad mentem Syri, Procopii, Heinsii et Lud. de Dieu, itemque Philippi a Limborch *comment. ad h. l. p. 120. a*; sed *portare toleratiuum*, *sicuti* τροποφορήσαι *perfert quis mores filii sui* (degeneris ac immorigeri,) ceu additur *l. c.* ita tamen vt etiam aliquoties in eos animaduerterit grauissime: instar *ripae* iugem aquarum impetum et immote *sustinentis* et *frangentis.* Quam similitudinem subministrat διάνοια verbi προσώχθισα, eidem apostolo, tanquam nostrum ἐτροποφόρησε illustraturo, adhibiti, Ebr. III, 10. coll. *Not. Sel. ad h. l.* idque adhuc disertius explicanti Rom. IX, 22. *vasa irae* ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ *portauit multa longanimitate.* Conf. Ps. LXXVIII, 38. XCV, 10. Ezech. XX, 17.

Vers. 32.

Ἀναστήσας) Non significat heic loci *auferwecket*, ac si demum per resurrectionem a mortuis IEsus factus sit DEI filius, idque arguat locus allegatus

tus Pſalmi IIdi, ceu portendunt Photiniani, ſed *erwecket*, reſpondens ebraeo CAP. XIII.
מקים. Ponitur enim ideo nude absque τῷ ἐκ νεκρῶν, quod quidem notanter et διαρρήδην additur verſ. 34. Ita etiam ſupra c. III, 26. ſcriptura verbo ἀναστήσας vtitur, et ſtatim explicatur per ἀπέστειλεν *miſit* nempe in carnem ἐν πληρώματι τῆς χρόνου. Conf. in euidentiam c. II, 30. VII, 37. Qualis autem et quantus ille ſit, quem DEus Pater ſuſcitaturum et miſſarum promiſerit, id ex Pſalmo ſecundo euincitur, quod ſit *ipſe DEI filius* in praeſentiſſimo aeternitatis νῦν ex eſſentia DEI Patris genitus. Vt adeo ipſa filii DEI generatio aeterna ſit fundamentum reſurrectionis Chriſti, haecque aeternae illius filiationis irrefragabile argumentum. Impoſsibile enim fuit, aeternum DEI Filium videre corruptionem, et detineri a morte. Mortis autem funibus ſolutis palam fecit DEus, iam miſſum eſſe iſtum promiſſum Filium, qui regnum eccleſiae occuparet. Iſtum monſtratum verbi ἀναστήσας ſenſum recte pariter attendit Laur. Müllerus *P. XIII. der Erleut. p. 50. 51.* cum praeeuntibus ipſi citatis Quiſtorpio, Calouio, Gatakero, et Witſio, Quibus addi poteſt diſceptatio epiſtolaris circa hunc locum inter viros clariſſimos Iac. Perizonium, et d'Outreinium nec non ad eandem Fr. Ad. Lampii Epicriſis *in Bibl. Brem. Hiſt. Philol. Th. Cl. II. faſc. V.*

Verſ. 39.

Καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται.

Quae verba quidam, vt Vulg. Lutherus, ipſe Syrus, aliique ita interpungunt, vt ex vltimis verbis ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται faciant abſolutam et a prioribus diſcerptam ſententiam. Atqui hanc, ſeorſim et extra contextum ſi ſpectetur, ſtare *poſſe*, cum ἀναλογία etiam πίστεως, non negatur; ſic autem ſtare *debere* intra illum ſpectatam, et cum mente Pauli perorantis heic intenta, hoc eſt quod negatur; quamque interpunctionem ſuſpectam protinus reddit diſcors ellipſis circa verba καὶ ἀπὸ πάντων, alia quidem dura et inſolens nominis repetendi ἄφεσις *remiſſio* vel ſimul ἁμαρτιῶν *peccatorum*: alia adſcita nominis verbalis δικαίωσις *iuſtificatio*. Textus vero per ſe plenus id generis ſupplementi repudiat, valetque et heic: *quo ſimplicior ſenſus, eo ſemper verior, certior.* Eſt autem ille per alteram interpunctionem, per quam verba καὶ ἀπὸ πάντων non antecedenter, ſed conſequenter conſtruuntur cum δικαιοῦται, confirmatam partim ex Rom. VI, 7. partim euidentiſsima oppoſitione inter ἐν τούτῳ hinc minime heic conſtruendo cum verbo *credendi*, πιστεύων) et ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως. Porro illud ἐν τούτῳ remit-

CAP. XIV. XVII, remittit ad istud διὰ τούτου v. 38. Vnde optima textus cohaerentia haec exsurgit: *quod* per hunc *vobis* (scilicet γενομένη *facta*, *acquisita*. Ellipsi enim verbi subst. nulla est frequentior.) *remissio peccatorum annunciatur*. Conf. Luc. XXIV, 47. Nam (καὶ malim *exegeticum* quam *copulatiuum* in dependentia ab ὅτι) ab omnibus, (ἁμαρτιῶν *peccatis*, eorumque poenis) a quibus (pro ἀφ' ὧν, praepositione ante relatiuum repetenda Attice omissa. Non vero ὧν est per notum graecismum pro οἷς, prout accepit Lutherus vertens *durch welches*.) non potuistis in lege Mosis iustificari, coll. Rom. VIII, 3. in hoc (Christo) omnis qui est credens iustificatur. Vlterius de hoc loco conferri potest Seb. Schmidii *Coll. Bibl. Poster. p. 207. seqq.*

CAP. XIV, 1.

Κατὰ τὸ αὐτό.

Quam formulam Lutherus cum aliis reddit *zusammen*, *simul*, confulum cum illa ἅπαξ τὸ αὐτὸ coll. c. I, 15. et Not. *ad h. l.* Syrus plane praetermisit, vna cum vocibus praeuiis ἐν Ἰκονίῳ, quando sic transtulit: *Et venerunt et ingressi sunt sibi in Synagogam Iudaeorum.* Arguit autem nostra dictio ellipsin substantiui ἔθος, adeoque reddenda *secundum suam consuetudinem*, cui παρὰ Παύλῳ est illa c. XVII, 2. κατὰ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ.

Vers. 2.

Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

Increduli vero Iudaei concitarunt et exacerbarunt animos gentilium contra fratres (nempe apostolos eorumque comites.) In quibus verbis τὸ ἐκάκωσαν ita male habuit ac vexauit interpretem Syrum nec non Arabem, vt talem syntaxeos metamorphosin aggrederentur, ἐπήγειραν κατὰ ἔθνη τοῦ κακῶσαι τοὺς ἀδελφούς, *incitarunt populos vt malefacerent fratribus.* Nec mirum, quum id verbi, bene iam annotante Piscatore, examussim respondeat germanico *einen böse machen*, vel *erbossen*, ceu quoque reddit Reizius.

CAP. XVII, 11.

Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ.

Verba haec comparatiua, per quae Iudaei Berrhoenses comparantur Iudaeis

daeis Theſſalonicenſibus, iisque praeferendi, minus recte expreſſit Luthe- CAP. XVII,
rus, *denn ſie waren die edelſten unter denen zu Theſſalonich*, quaſi Theſſalonicenſium alii aliis comparentur, contra verſum 13. potius ita reddenda: *Hi vero erant* generoſiores illis Theſſalonicenſibus, *waren edlern Gemüths als die (Jüden) zu Theſſalonich.*

Verſ. 14.

ὡς ἐπὶ τὴν Θάλασσαν.

Vulg. et Luth. *vsque ad* mare, confundentes ὡς cum ἕως verſ. 15. ſed rectius velut, tanquam ad *mare*. Sic Reizius *wie zum Meer*. ὡς etiam πλησιάζειν Polybio et Arriano annotat Raphelius.

Verſ. 18.

Σπερμολόγος.

Eſt homo ineptus, qui ſine iudicio et delectu multa deblaterat, ſermonesque ſine ordine effundit, vt ſolent, qui ſemina ſpargunt, facere. Ita accuratius vocabulum hoc explicat D. Buddeus *in diſſert. de Verit. Chr. Rel. p. 4. fin.* ex Suida, cuius explicationem etiam praefert Gottfr. Olearius *in diſp. de Geſtis Pauli in Vrbe Athen. p. 12. 13.* Ceterum varias de hac voce ſententias exhibet Herm. Witſius *in Melet. Leidenſ. p. 81.*

Verſ. 31.

Πίστιν παρέσχων πᾶσιν.

Et fidem (non ſaluificam, ſed fidei argumentum *de extremo iudicio*) *praeſtitit, exhibuit omnibus, Und hat den Glauben (davon) allen dargethan, erwieſen, und gleichſam in die Hand gegeben, (wodurch denn?) als er ihn hat von den Todten auferwecket.* Vt ita Paulus in Areopago firmiſſime probet ex reſurrectione Chriſti vniuerſalem reſurrectionem et iudicium. Atque hunc eſſe genuinum proneque fluentem ſenſum, nemini, niſi praeiudicio auctoritatis ac receptae ſententiae laboranti, erit dubium. Quo de ſolide quoque egit cl. Raphelius, ac phraſeologiam probauit ex Polybio, Plutarcho, Euſebio et Ioſepho, adductis etiam auctoritatibus Chryſoſtomi, Brentii, Arcularii et Corn. a Lapide.

CAP. XXVII, 13.

ἄσσον) Non eſt *h. l.* nomen vibis, vti etiam Luthero reddenti, *er-*

CAP. XXVII. *haben ſie ſich gen Aſſon.* Sic enim omnino dicendum eſſet εἰς τὴν Ἄσσον, ſicut bis ſupra c. XX, 13. et 14. et tum pro ἄραντες conuenientius ἀνεχθέντες, ceu integra phraſis occurrit l. c. XX, 13. vel περιελόντες vti v. 40; ſed eſt neutrum aduerbiaſcens comparatiui gradus (a poſitiuo ἐγγὺς agnoſcentibus pariter Vinar. hinc ἐγγίων et ἔσσων, et per dialectum Ion. Dor. et Att. ἄσσων, et neutr. ἄσσον) ſignificans *propius*, ſubinnuente etiam interprete Syro: nec adeo conſtruendum hoc cum τῷ ἄραντες, ſed mutato ὑποσιγμῇ cum ſeq. verbo παρελέγοντο, itaque vertendum: *ſoluentes, tollentes* (*anchoram*,) propius *praeterlegebant Cretam.* Germ. *Lichteten ſie* (*den Ancker*,) *und fuhren* näher *an Creta hin.* Conf. etiam Alethaei *Erleut. P. I p. 53.* et Dn. Chriſtoph. Immigii fautoris noſtri honorandi *Schediaſma nouiſſimum de communibus erratis bibliorum germ. Luth. p.* 8. vbi meminit, ſe in nullo exemplo, niſi Luneburgenſi in forma maj. 8. de a. 1693. illud erratum deprehendiſſe emendatum, ſimul notans poſſeſſoris illius exempli ſimplicem ſatis *ἀρίσιν.*

Verſ. 15.

Ἀντοφθαλμεῖν.

Quod elegans verbum dicit *obuerſa prora luctari.* Pars enim prorae Ὀφθαλμὸς dicitur teſte Polluce *l. 1. c. 11.* apud Bezam. Alias proprie dicit *ex aduerſo adſpicere, aduerſo vultu ac oppoſita fronte intueri.* Aſt ſignificantius in germaniſmo *einem unter die Augen gehen*, vti h. l. vento.

Verſ. 17.

Χαλάσαντες τὸ σκεῦος.

Demittentes vas. Luth. *das Gefäſſe.* at generalius Reizius cum aliis *die Seegel.* at minus. Plenius *cum appenſo velo antennam.* Vid. Grotius, Heinſius, Pricaeus.

Verſ. 40.

Τῶν πηδαλίων.

Citra enallagen numeri *duo gubernacula* in puppi, vnum a dextro, alterum a ſiniſtro latere, ex antiquitate monſtrat D. D. Deylingius *Obſ. S. P. I. ed. alt. Obſ. LV.* et Iac. Elsnerus *Obſ. S. ad h. l. p. 488. ſeq.* Sic et Grotius iam annotauit, in antiquis nauibus bina fuiſſe gubernacula.

I. COR.

CAP. II, 13.

Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

Vbi primum τὸ πνευματικοῖς, aeque de *rebus* ac de *perſonis* praedicabile, rectius de *perſonis* accipitur, ſicut Syrus determinando ad genus maſculinum amphiboliam ſuſtulit. Deinde obſeruanda eſt cum Grotio et Heinſio verbi συγκρίνοντες notio helleniſtica *interpretandi, explicandi*, ex vſu τῶν ὁ pro ebraeo פתר. Vid. Gen. XL, 8. 16. 22. XLI, 12. 13. 15. Dan. V, 12. 16. etc. adeoque ſenſus eſt: Spiritualibns ſpiritualia explicantes. *Und erklären geiſtliche Sachen denen Geiſtlichen, (als welche davon den rechten Geſchmack haben.)* Quem ſenſum euidenter confirmant tam antecedentia, quam conſequentia. Πνευματικοῖς enim opponitur ψυχικὸς ἄνθρωπος. Quanquam ab iſto ſenſu parum abludit notio verbi συγκρίνω notior ac receptior *conferendi, comparandi, und halten zuſammen geiſtliche Sachen mit denen Geiſtlichen*, praeſertim ſi cum Lud. de Dieu illam explices per *aptationem, accommodationem*. Vſus illius *comparatiuus* apprime elegans eſt in loco 2. Cor. X, 12. in quo apoſtolus per ironiam loquens non ſolum ludit verbis ἐγκρῖναι *praeferre* et συγκρῖναι *conferre*, ſed etiam hanc venuſtam adhibet phraſin συγκρίνοντες ἑαυτὸς ἑαυτοῖς *conferentes ſeipſos* (non cum aliis eorumque maiore ſapientia ac virtute, ſed) *cum ſemetipſis*: nec minus huic ſynonymicam αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετροῦντες, *ipſi in* vel *cum ſemetipſis ſeipſos metientes*. Ceterum Lutherus vertens, *und richten geiſtliche Sachen geiſtlich*, confudit verbum noſtrum συγκρίνω cum ἀνακρίνω, verſ. 14. veluti et Reizius *und beurtheilen*, ad ſeruandum vtrobique eundem ſignificatum, et pro πνευματικοῖς elegit lectionem adverbialem πνευματικῶς, quae facile ex leui confuſione οι cum ω enaſci potuit. Senſu interim aeque bono et vero, quod *Spiritualia ſpirituali* (illuminata et regenita, non carnali) *mente ſint diiudicanda*. 2. Cor. X, 12.

CAP. V, 9.

Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

Scripſi vel *ſcribo* (coll. v. 11.) *vobis in* HAC *epiſtola*. Nam cum ἐν τῇ ἐπιστο-

CAP. V, VII. ἐπιστολῇ coincidit τὸ νυνὶ v. 11. vt particula exegetica illius, adeoque non alia epistola similis argumenti hanc praecessit, ceu multi opinantur.

Vers. 10.

Ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.

Quia debetis ex mundo iam exiisse. Quam versionem requirere et verba textus et rem ipsam et scopum, solide et erudite docet cl. Hombergkius *in Parergis suis sacris ad h. l. p. 247.* quemque sequitur vir doctus M. Laur. Mullerus *P. XXV. der Erleut.* integrum textum v. 9. 10. 11. dilucide ita interpretans: *Ich schreibe euch hiemit oder in gegenwärtigen Briefe, euch nicht zuvermengen mit den Hurern. Und zwar nicht vornehmlich mit den Hurern dieser Welt, oder Geizigen, oder Räubern, oder abgöttischen, immassen* (coll. Matth. XVIII, 32. 2. Cor. XI, 18. Ebr. XI, 9. etc.) *ihr von der Welt bereits ausgegangen seyn solt: sondern ich schreibe euch hiemit (ietzo,) euch nicht zuvermengen mit dergleichen, wenn er ein Bruder genennet wird, ist aber entweder ein Hurer oder ein Geitziger etc. mit dergleichen solt ihr auch nicht einmahl essen.* Quam quoque versionem approbauit et illustrauit nuper M. Io. Christoph. Gubitius sub praes. cl. Io. Guil. Bergeri *in diss. Vitemb. sup.* τὸ βαρὺ καὶ ἰσχυρὸν *Paulinum 2. Cor. X, 10. §. 5.*

CAP. VII, 21.

Δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω. ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.

Seruus vocatus es? Bist du ein Knecht beruffen? ne sit tibi curae, mache dir deshalben keine Sorge und Bekümmerniss, ac si propter seruitutem DEO minus sis gratus, et minori apud eum gratiae gradu. Nulla quippe in vocatione coelesti et regno Christi est praerogatiua serui et liberi, Gal. III, 28. Immo (ἀλλ᾽ enim non est h. l. aduersatiuum, sed *exaggerationum*, vti arguit insuper particula εἰ, itaque etiam sumitur Io. XVI, 2. et saxies in vno loco 2. Cor. VII, 11. si vel etiam potes liber fieri, potius vtere, subaudi, non τούτῳ *hoc*, liberum fieri, ceu communiter, sed ἐκείνῳ *illo, seruum esse*; vel cum Camerario et Er. Schmidio denominans τῇ δουλείᾳ *seruitute. Ia wenn du auch schon kanst frey werden, so brauche doch (ienes) viel lieber.* (de Ellipsi pronominis demonstrutiui vid. *Lux. Ebr. p. 373* et nominis analogi *p. 350.*) Quem sensum iam optime obseruauit interpres Syrus, dum

Io. XVI, 2. 2. Cor. VII, 11.

phra-

phrasin vltimam conciſam plenius παραφράζει ﻟﻜﻦ ﺍﻥ ﻗﺪﺭﺕ ﻓﺎﺳﺘﻌﻤﻞ ﺑﻞ ﺍﻟﺤﺮﻳﺔ Cap. VII, X.
elige tibi ſeruire. Non enim apoſtolo conſtitutum eſt, inculcare libertatem corporis, ſed mentis ſ. ſpiritus, in quam Chriſtus Corinthios absque vllo diſcrimine conditionis vel ſeruitutis vel libertatis pretioſe aſſeruit. Quem indifferentiſmum manifeſte confirmant non ſolum antecedentia: *Quilibet in ea vocatione, qua vocatus eſt, in ea, inquam, maneat*, id quod mox denuo repetit verſ. 24. et notanter addit: παρὰ τῷ Θεῷ *apud DEum*; verum etiam conſequentia: *Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus Domini eſt: ſimiliter etiam libertus vocatus, ſeruus eſt Chriſti. Pretio* (pretioſo λύτρῳ nempe ſanguine Chriſti) *redemti eſtis: ne fiatis ſerui hominum*, videlicet in fidei et religionis negotio, ita vt illi per ſuperſtitiones et conficta dogmata conſcientiis veſtris dominentur, vosque in ſeruitutem peccati ac errorum redigant. Contra igitur mentem Pauli et contextum, neque minus locum parallelum c. VI, 20. ſententiam vltimam Io. Saubertus *in Opp. Poſth. p. 80.* accipit de redemtione et ſeruitute corporali h. m. *Pretio emti eſtis? Seyd ihr loſs gekaufft? nolite fieri ſerui hominum* dominorum ethnicorum. c. VI, 20.

Verſ. 25.

Πιστὸς εἶναι.

Non *fidelem* eſſe, ſed *vt fide dignus ſim, habear.* Conf. de hac acceptione vocis πιστὸς 1. Tim. I, 15. III, 1. IV, 9. 2. Tim. II, 2. 11.

Verſ. 29.

Τοῦτο ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν.

Vbi primum particula τοῦτο hoc non ſubſeruit orationi, quae in verſione ſolet omitti, ſed eſt cauſalis. Deinde τὸ λοιπὸν non neceſſe eſt traiicere cum Luthero ad ſequens comma, et ad integrandum ſermonem aliquid infarcire, *weiter iſt das die Meinung*; ſed poteſt natiua conſtructio et ſignificatio commode ſeruari, et ita in vernaculo idiomate perſpicue reddi: *Weil im übrigen (oder was noch übrig iſt,) eine kurtze Zeit iſt, daſs auch die etc.*

CAP. X, 2.

καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Particulae diſceptitiae heic εἰς, aliis *per, per miniſterium, ſub, ſub*

CAP. X. XI. *ductu et auspicio*, *una cum*, *iuxta*, *secundum*, redditae cum aliis notionem propriam famosioremque seruantes notamus, phrasin *baptizari in Mosen* non tantum dicere, *baptizari in legem et doctrinam Mosis*, coll. Luc. XVI, 29. Act. XV, 21. XXI, 21. sed etiam vel maxime *in Mosen* vt mediatorem V. T. et typum ipsius Christi, quem in toto suo ministerio et mediatione inter DEum et populum illustri ratione praefigurabat, dictus propterea *primus Moses* Rom. X, 19. ipseque Christus dicebat ad Iudaeos Io. V, 46. *Si credieretis Mosi, credieretis vtique et mihi. In Mosen* itaque *baptizabantur nube et mari*, dum videlicet Israëlitae, solis calore solique squalore et hostis infectantis metu languidi, a *nube*, vt schechinae seu praesentiae DEI gratiosae illustri symbolo, irrigabantur, simulque ex *maris* hinc inde instar muri erecti aquis adspergabantur. Quo ipso sane Sacramentum baptismi luculenter significatur, ac patebit ex vtriusque, typi et antitypi, collatione. In illo Israëlitae ibant e communione et tyrannide Pharaonis: in hoc euadimus e manu hostium nostrorum, et potestate tenebrarum. In illo Pharao cum toto suo exercitu suffocabatur: in hoc omnis vis peccati. Ibi Israëlitae baptizabantur aqua: heic pariter. Ibi nube maiestatica et gratiosa DEI: heic itidem in nomine eiusdem DEI trinunius. Ibi in Mosen typum Christi: heic in Christum ipsum. Ibi accedebant ad DEum, ad accipiendum e monte Sinai regnum Israëlis cum suis legibus et statutis: heic baptizati introeunt in Zionem et regnum DEI, Conf. b. Io. Winckleri tract. germ. *de Paedobaptismo p. 100. seqq.*

CAP. XI, 10.

Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους.

Nescio cur hunc locum adeo vexent, modo mendi insimulatione, quasi legendum sit ἐξουβίαν pro ἐξουσίαν, nec non διὰ τῆς ἀγγελίας pro τοὺς ἀγγέλους, modo peregrinam nec vllibi vsitatam notionem περιβολαίου, munimenti et tegmenti capitis muliebris voci ἐξουσίας affricando. Paucis. Nonne omnino satius proniusue est, ἐξουσίας vocabulum in significatione natiua et propria seruare, et τὴν κεφαλὴν in eodem, quo supra v. 3. coll. Eph. V, 22. 23. et 1. Tim. II, 12. 13. sensu morali et respectiuo accipere? cum perspicacis ingenii viris Nortono Knatchbullo, et Io. Fr. Hombergkio, quibus nuperrime accessit D. Deylingius *Obs. S. P. I. ed. alt. Obs. LXII.* vt emergat haec sententia facilis et rationabilis vi connexionis euidentis: *Quoniam vir non est ex muliere, sed mulier ex viro. Neque creatus est vir propter mulierem,*

sed

sed mulier propter virum: Propter hoc debet mulier potestatem habere, ἐχειν (i. e. κατέχειν, Φυλάτ̃ειν, tenere, aestimare vel agnoscere) in capite, (seu quae est supra illo capite, nempe viro,) propter ipsos angelos, qui pariter in suis ordinibus sunt creati, iique vt ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις Christo subiecti sunt, 1. Petr. III, 22. coll. Col. I, 16. gaudentes, si omnia in ecclesia ἐν σχημάτι καὶ κατὰ τάξιν fiant, infr. c. XIV, 40. Germanice: *Darum soll das Weib die Macht erhalten und bewahren an dem Haupte (ihrem Manne,) auch wegen der Engel, (die, obgleich weit höhere und vollkommenere Creaturen, dennoch ihre Ordnung unter sich haben und halten.)* Quanquam nec inconcinne cum cl. Hombergkio διὰ τὰς ἀγγέλους *de angelis malis* accipi queat, quosque ideo coniungit Deylingius, q. d. apostolus: "ne in idem cum angelis illis illis κρίμα incidant, de quibus Iudas nos docet, *eos* τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν "*originem, principium suum non seruasse.* Conf. Iud. v. 6. Iam autem constat, mulierem ἀρχὴν suam et ortum viro debere, et hunc vel ideo potestatem in illam accepisse, docente Paulo in nostro loco. Oportet igitur mulieres merito hunc ordinem et principium seruare. A quo si discedant, et subtrahant se illi potestati, idem sane faciunt cum angelis, et idem iudici "um eas per consequens manebit. Et quod bene notandum est, tam Petrus quam Iudas *l. c.* inuehuntur in eos, qui κυριότητα ἀθετοῦσι, δόξας βλασφημοῦσι, καταφρονοῦσι Iud. v. 8. 2. Petr. II, 10. ἐλευθερίαν ἐπαγγελλόμενοι *libertatem promittentes.* ibid. v. 9. Vt adeo Paulus iisdem rationibus, quibus reliqui apostoli, heic velle vti videatur: Si enim mulier potestati refragetur, indubium est, quin inter eos sint, qui κυριότητα καταφρονοῦσι, coll. Gen. III, 16. et libertatem ab omni subiectione sibi promittunt, a qua tamen nec ipsi sanctissimi Angeli sunt immunes. Vnde et eleganter apostolus Iudas eos, qui *dominationes contemnunt*, vocat νύμφας ἀγρια θαλάσσης, ἀστέρας πλανήτας, νεφέλας ὑπ' ἀνέμων περιφερόμενας, tales scilicet, qui sine ordine, ratione et imperio vagabundi et πλανῶντες feruntur. " His iam subnectit apostolus verba vers. 12. πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, ἐν κυρίῳ. *Verumtamen neque est vir sine muliere, neque mulier sine viro, sed* εἷς ἐστὶ *vnus sunt*, quod omnino subaudiendum vi oppositionis et particulae χωρὶς coll. Gal III, 28.) *in Domino.* Qua mutua ἑνοίᾳ et fideli non tantum corporum sed etiam animorum coniunctione mitigare vult apostolus iniunctionem praecedentem, ne videatur seuera nimis, vt videlicet nec vir sua abutatur potestate, nec feminam suae taedeat subiectionis.

Cap. XI.

CAP.

Cap. XIII. XV.

CAP. XIII, 12.

Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

Minus clare cognouerunt interpretes heic vim et vsum verbi ἐπεγνώσθην, quod induerit indolem coniugationis passiuae *Hophal* Ebraeorum, sicuti clarius perspexit Beza *in Not. Mai.* et nuper doctissimus vir *der gründl. Erleut. P. XXI. p. 567.* Phrasis proinde integra ita potius cum eodem reddenda: Tunc vero amplius cognoscam (vi praepositionis ἐπὶ, *superueniens incrementum cognitionis* notantis) *prout et amplius* cognoscere factus fuero. *Denn aber werde ichs vollkommener erkennen, nachdem ich auch eine vollkommenere Erkennungs-Krafft werde überkommen haben.*

CAP. XV, 20. 23.

Χριστὸς - - ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο.

Factus est Christus *primitiae illorum qui obdormiuerunt*, non solum quatenus iam ab omni aeternitate *a cumulo ceterorum dormientium in puluere segregatus* et ordinatus est, vt per mortem et resurrectionem suam *aboleret* τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, nempe *diabolum mortis dominium et* Io. XII, 2. *robur habentem*, Ebr. II, 14; verum et inprimis quod ipse velut *granum tritici ceciderit in terram, et emortuum fuerit*, sed rursus ἰδίᾳ δυνάμει tertia die glorioſe *renatum* πολὺν καρπὸν *multum fructum tulerit* etiam reliquae sementi emortuae, vt et illa virtute illius ζωοποιηθεῖσα *reuiuiscat*, et ad κληρονομίαν ἀμάραντον seu *haereditatem immarcessibilem in coelis* exsurgat. Christus itaque ex iure ἀπαρχῆς seu *primitiarum primatum* habet resurrectionis praecipua ratione *futurae messis resurrecturorum*. Cui *primatui* nihil derogat exemplum *Mosis* in proprio corpore cum Elia apparentis, perinde ac primitiae DEO olim eleuandae et sanctificandae non desinebant esse primitiae, licet quispiam ante messem aliquas spicas praetereundo decerpserit atque ederit. Non enim heic praecise ordo resurrectionis, sed fructus eiusdem attenditur, quippe qui non tantum valet antrorsum sed et retrorsum. Christo proinde sub typo manipuli spicarum eleuato et sanctificato per resurrectionem, plena fruitio messis coelestis patriae nostrae subsequitur.

Vers. 24.

Ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί.

Ergone sic Christus in consummatione Seculi fiet Ex-Rex, eiusque regnum

regnum modo fuit temporarium ? quia heic dicitur, quod *traditurus sit* CAP. XV.
regnum DEO eique (est enim καὶ ἐξηγητικὸν) *Patri*, connotato etiam termino regni in vers. seq. 25, *ipsum regnaturum, vsque dum posuerit omnes inimicos sub pedibus suis.* Quin *et ipse Filius* dicatur *subiiciendus Patri*, hoc quidem fine, vt *DEus sit omnia in omnibus*, vers. 28. Sed quod ad primum regero: Ergone etiam DEus Pater *subiiciendo omnia sub pedes Filii* vers. 27. et *tradendo omnem ei potestatem in coelo et in terra* Matth. XXVIII, 18. desiit esse Rex? id certe nemo affirmabit. E. a traditione regni ad eius abdicationem et cessationem N. V. C. Sequeretur sic etiam hoc absurdum, quod Christus deponere pariter deberet rationem CAPITIS, corpusque et membra forent sine suo capite, sponsa sine sponso. Nec sic haereditas Christi maneret eius haereditas et peculium, quod tamen proprio suo sanguine sibi acquisiuit. Est itaque *traditio repraesentatiua*, qua παραστήσει fideles subditos suos coram Patre suo dicens: ἰδὲ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι δέδωκας, coll. Ebr. II, 13. et Iesa. VIII, 18. Io. XVII. Vt Pater non tantum εὐδοκίαν habeat in hoc regno tam auguste a se administrato, sed etiam agnoscat vt pariter SVVM, quod eos ad communionem sui admittere velit beatissimam. Succincte non minus quam plene exponit Dannhauerus *in Hodos. Phaenom. VIII.* "*Tra*
"*ditio est* οἰκονομικὴ, qua terminabit modum regni gratiae, non substanti-"
"am regni, et *triumphatoria* hostium subactorum, ad eum modum, quo"
"Titus Patri Vespasiano tradidit captiuos Iudaeos, *et repraesentatiua* ciuium"
"liberatorum. Disertius autem illustrat Dorscheus *Theolog. Zach. P. II. disp. 7. §. 7.* " Sicut belli dux destructis omnibus hostibus regi, qui per"
"ipsum hucusque bellum gesserat, victoriosum et triumphabundum exerci-"
"tum, seruatos ciues, populos liberos, praesentat et exhibet, vt iudicet et"
"iudicio suo comprobet praeclare et ad regis gloriam gesta, non autem depo-"
"nit potestatem, quam in exercitum habuit; ita multo magis Christus tan-"
"quam Filius etc.

Sic Oeconomus instituens παράδοσιν et παράστασιν totius rei fa-"
miliaris coram domino, eamque exquisitissimis rationibus propositis illae-"
sam, immo amplificatam et illustratam, sistens iudicio domini, non illico"
illo παραδόσεως actu deponit administrationem, coll. Matth. XXV,"
20. seqq. Proinde non est ista traditio argumentum inferioris potestatis in su-"
perioris manus resignandae: Quia est traditio Christi vt Domini; traditio"
ad summam gloriam, traditio cum plenaria subiectione omnium inimico-"
rum coniuncta, traditio, qua illud regnum, quod ex mortalibus collegit et"
inter mortales hucusque exerçuit, vbi plurima non raro reluctatio Gal. V."

CAP. XV. „Rom. VII. plenissime reformabit, restaurabit, glorificabit, angelicisque „cohortibus sociabit, vt plenissime impleatur, quod in hac vita inchoatum
vers. 25. „est. „ Quod ad secundum, particulam temporis ἄχρις ἧς, ἕως ἧς *Donec, vsque dum* non semper excludere futurum, sed saepe omne tempus sequens includere, idemque valere ac SEMPER, satis iam constat. Conf. quoque
vers. 28. supr. *pag. 9.* Quod ad tertium, *subiicietur Filius Patri*, id intelligendum secundum humanam naturam, secundum quam *Christus est DEI* I. Cor. III, 23. et *DEVS Christi* CAPVT, *sicut vir est caput mulieris*, c. XI, 3. et secundum quam *Christus est minor Patre*, Io. XIV, 28. Neque haec Filii subiectio capienda est δηλικῶς sed θεοπρεπῶς, non erit coacta aut inuita, sed filialis ac summe voluntaria, siue *erit humiliter sublimis et sublimiter humilis*, ceu argute et neruose eloquitur Dannhauerus *l. c.* Nec mens est, ac si antea subiectus non fuerit, sed quod tum subiectio illa illustriore ratione manifestanda sit. Quanquam etiam δευτέρως *subiicietur* Christus *quoad subiectionem corporis mystici*, in membris suis spiritualibus, quae cum ipso ἓν *vnum* sunt. Ad quartum denique quod attinet dubium, quod *DEus tum futurus sit omnia in omnibus*, „ nec hoc intelligendum est *exclusiue* „ad Christum, sed *ad media externa*, *Verbum* scilicet *et Sacramenta*, „quae cessabunt in beata aeternitate, vbi DEus non tantum *immediate* bea„tos est illuminaturus, seque iis *immediate* communicabit, verum ipse „etiam DEus tota beatorum satietas, tota laetitia, tota opulentia, tota quies, „tota aeternitas erit„ sunt verba D. Iägeri *in tract. de Foed. Gr. p. 184.* Beati namque in vera perfectione τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως *adhaerebunt*, et *curabunt duntaxat τὰ τοῦ κυρίου, quum iam perfecte sint sancti et corpore et spiritu*, I. Cor. VII, 32. 34. 35.

Vers. 29.

Ἐπεὶ ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν κ. λ.

Vere in labyrinthum quendam immitterer, omnia omnino diuerticula et anfractus sententiarum circa hunc locum longe vexatissimum si pererrare, atque critice perquirere aggrederer, praesertim quum iam in hoc multum desudarint, suaque ingenia exercuerint viri doctissimi peculiaribus disputationibus, Henr. videlicet Müllerus, Seb. Schmidius, Calouius, Gottfr. Olearius, aliique, quorum posstemus recentiores saltem sententias aliis intactas nempe Io. Harduini (nuper quoque notati D. Sal. Deylingio *Obs. S. P. II. p. 394. seq.* cui nihilominus nuperrime accessit cl. auctor *der gründl. Erlaut. P. XIX.*) Henr. Hammondi et Io. Clerici (cui tamen pollicem premit

mit Deylingius *l. c. p. 396.* §. 15.) itemque Io. Marckii et Sam. Przipcouii erudite examinauit. Nulla autem huc dum ſententiarum gloriari poterit, quod ex omni difficultate feliciter eluctata ſit absque vlla amplius formidine oppoſiti. Interim quae quo minore gaudet, ſolidioreque argumentationis nexu, quem monſtrauit Olearius, tanquam filo Ariadneo vtitur, felicioris eſt ſortis, acceptationeque dignior. Qualem prae ceteris, rite inuicem collatis, pro mea qualicunque iudicandi facultate iudico eam, quae pluralem ὑπὲρ τῶν νεκρῶν per *enallagen* non inſolentem coll. inpr. Matth. II, 20. Iſ. LIII, 9. et Ebr. IX, 23. ſumit ἐξοχικῶς pro *Chriſto mortuo*, quemadmodum dilaudatus Olearius poſt Alex. Morum *in Not. ad h. l.* et Frid. Spanhemium *in diatr. ad h. l.* quae eſt *in Tom. III. Opp P. I.* niſi quod hi male citraque neceſſitatem *baptiſmum* cum aliis faciant *metaphoricum*, pro *baptizari baptiſmate Chriſti.* Et quid? ſi dicamus, Paulum ſtudio in genere et πληθυντικῶς locutum eſſe, vt caput vna cum membris, Chriſtum cum ſuis fidelibus complectatur, ad magis exhauriendam emphaſin. Qua ratione ſenſus hic prodibit luculentiſſimus. Praeterea quid facient (quid conſequentur? *τί τὸ ὄφελος αὐτοῖς quae vtilitas erit ipſis?* verſ. 32.) qui vel quotquot baptizantur propter Chriſtum mortuum, cum eoque vt ſint mortui, (ac beneficiorum eius reddantur participes,) ſi omnino mortui non reſurgunt? Quid, inquam, ita baptizari ſe ſinunt, vt cum tali mortuo ſint commortui? Conf. Rom. VI, 4. Col. II, 12. CAP. XV.

II. COR.

CAP. I, II.

Ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ὑμῶν.

VBi Henr. Hammondus cum H. Grotio dictionem graecam ἐκ πολλῶν προσώπων componit cum ebraea מִפָּנִי, quae non ſolum notionem *faciei* inferat, ſed etiam *reſpectus*, vi radicis ſuae פָּנָה *reſpexit*, atque hanc h. l. *reſpectu plurium*, in gratiam plurium. Quae vero notio haut placet animaduerſori eius Io. Clerico, cui falſum eſt, vsquam מִפָּנִי ſignificare

CAP. I, II. *respectu.* Ita quidem est, si aestimetur e vulgari hypothesi, qua τὸ פני cum aliis voculis in regimine saepe *pleonasmo* orationis inseruiat. Ast falso huncce venditari, et omnino פני dictam notionem *respectus*, praesertim cum praefixo ל, sibi vindicare, inter accuratiores perspicacioresque philologos constat. Conf. *Lux Ebr. p. 359.* Deinde animaduertit, ἐκ πολλῶν πρεσώπων non significare *respectu multorum hominum*, sed *pluribus respectibus*, itaque vertendum esse: *Vt pluribus respectibus in nos collatum beneficium a pluribus gratiarum actione excipiatur pro nobis.* Vnde forsan hausit versionem suam D. Hedinger in *not. germ. ad h. l.* cum Reizio, *auf dass über uns für die aus vielen Absichten an uns gethane Gabe von vielen Danck geschehe.* Ceterum ipse concedit ebraismum in phrasi ἐκ πολλῶν πρεσώπων, ita quidem, vt respondeat ebraicae מפני רבים, tantummodo cum traiectione in graecis, pro ἐκ πρεσώπων πολλῶν *a faciebus multorum*, i. e. *a multis.* Quanquam ne sic τὸ πρεσώπων habeatur pro voce duntaxat syncategorematica atque otiosa, praestat eam accipere, perinde ac ebraeam פנים coll. *Luc. Ebr. p. 366. seq.* in significatione *personarum*, prout bene Luth. *durch viel Personen*, licet hoc male constructum. Porro διὰ πολλῶν, quod sequitur, eidem Clerico recte accipitur cum ellipsi εὐχαριστιῶν, vt plene habetur infr. c. IX, 12. coll. IV, 15. in nostro autem loco id nominis commode potuit latere in suo verbo εὐχαριστηθῇ, sicut et διὰ βραχέων est *paucis verbis*, Ebr. XIII, 22. Ac proinde talis ipsi exsurgit versio: *Vt a plurimis multae pro nobis agantur gratiae, propter beneficium in nos* a DEO collatum. Quae pressius ad literam adornata germanice sonat: *Auf dass unsernthalben von vielen Personen die an uns gethane Wohlthat (GOttes) mit vielen Danck möchte verdancket werden.*

CAP. II, 1.

Ἐκεῖνα δὲ ἐμαυτῷ ἔκρινα, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς.

Vbi (α) particula δὲ non habet heic loci iterum vim *aduersatiuam*, qualem in vers. 23. capitis superioris, vtpote cum quo noster versiculus arcte cohaeret; sed *ratiocinatiuam*, propter appositum etiam verbum *iudicandi.* (β) Hoc ipso verbo ἔκρινα Paulus leuitatis suspicionem a se amolitur, ceu bene annotat Rauppius *h. l.* docetque, non temere, sed praemeditate consilium de suo ad Corinthios aduentu distuliisse, donec remoto scandalo incestus omnique ἀταξίᾳ per emendationem vitae ipsi viam praeparauerint. (γ)

Dati-

Dativus pronominis reciproci ἐμαυτῷ aequiualet heic ebraeo לי, signifi- CAP. II. V.
canti etiam praepositionaliter *apud me*, ac proinde Lutherus recte *bey mir*, et Syrus בגוא *intra me*. (δ) Demonstratiuum τοῦτο non aeque referendum est cum aliis ad dictionem sensualem ἀναβάλλειν τὴν ἔλευσίν μου *differre aduentum meum*, sed ad explanatius *obiectum* sequens, ideo etiam pergit apostolus in articulo *obiecti n. g.* τό, non vero τοῦ, vt *causae finalis*, quam plerique heic attendunt, citra hocce constructionis graecae discrimen. (ε) ἐν λύπῃ capiendum est *actiue*, confirmante versu seq. *moestitia animique dolore vos afficiens*, vel *contristans vos*, nempe per *virgam* meam apostolicam, 1. Cor. IV, 21. 2. Cor. XIII, 2. 3. 10. qua tamen vos libenter vellem parcitos, 2. Cor. I, 23. Versio iam talis erit: *Ich habe dannenhero bey mir dieses beschlossen, nicht wiederum mit (euer) Traurigkeit zu euch zukommen.*

Vers. 8.

Κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.

Δεῖνωσιν verbi κυρῶσαι minus exprimit versio Lutheri: *Dass ihr die Liebe an ihm* beweiset. Plus Reizii aliorumque: *bestätiget, confirmetis*, at obscuriuscule, nec sufficienter. Plenius significantiusue per periphrasin *facere, vt charitas erga eum pondus et auctoritatem habeat, dass ihr euch mit euer* authendiquen (*d. i. wahren, aufrichtigen*) *Liebe in gute auctorität bey ihm setzet, an deren Gütigkeit er nicht den geringsten Zweiffel oder was auszusetzen habe.*

Vers. 10.

Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

Lutherus sat bene et proprie: *Auf dass wir nicht übervortheilt werden vom Satan.* Quam πλεονεξίαν Satanae eleganter explicat Camerarius: ἵνα μὴ διάβολος πλέον ἔχῃ ἡμῶν, *erepto fratre nobis; quod fieret, si ille obrutus et absorptus tristitia interiret.*

CAP. V, 2. 3. 4.

καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.

καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν

CAP. V. VI. ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

Quum hi versus mutuum inter se respectum habeant, etiam coniunctim appositos paulum clariore versione ad ductum literae illustrabimus. *Und zwar in dieser* (σκήνει *Hütten* coll. v. 4.) *seuffzen wir, und verlanget uns, dass wir mit unser himmlischen Wohnung schon möchten überzogen seyn.* Vers. 3. *So doch, dass wir angezogen, (mit der Hütte unsers Leibes,) und nicht bloss* (i. e. *ausser derselben*) *solten erfunden werden.* Sic loquitur etiam Plato, alio licet sensu, in Gorgia, vbi *viui* dicuntur ἡμφιεσμένοι σώμασι, *induti corporibus*, *mortui* vero γυμνοὶ *nudi*, ex animaduers. Io. Clerici ad Hamm. Vers. 4. *Denn ob wir zwar, so lange wir in dieser Hütten sind, beschweret sind und seuffzen, so wolten wir doch deswegen nicht gerne aus- sondern vielmehr (mit der himmlischen Wohnung und Herrligkeit derselben) übergezogen seyn, so, daß das sterbliche verschlungen würde von dem Leben.* Conf. 1. Cor. XV, 53. 54. Optat hisce Paulus, vt non tantum anima, sed etiam corpore absque praeuia destructione huius per subitam transmutationem, sicut Henoch et Elias, et quos viuos dies nouissimus deprehendet, ad plenariam fruitionem aeternae beatitudinis transferretur.

CAP. VI, 11. 12. 13.

- - - - ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται.

Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν. στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

Τὴν δὲ αὐτὴν ἀνθιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς.

Hos versus similiter relatiuos et cohaerentes coniunximus hoc modo interpretandos:

- - - - *Vnser Hertz hat sich (vor grosser Freude und Liebe zu euch) ausgebreitet, weit aufgethan, (um euch aufzunehmen, und darin zu wohnen. Ia daß ihr an meiner so aufrichtigen und hertzlichen Liebe keinen Zweiffel tragen möget, sage ich)* Vers. 12. *Ihr habt (albereit) einen grossen Platz (der Liebe) in uns, wir aber einen geringern in euren Hertzen.* Conf. c. VII, 15. Phil. II, 1. Contraria phrasis occurrit 1. Io. III, 17. κλείειν τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ *sein Hertz vor einem zuschliessen.*

Vers. 13. *Aber eine dergleichen schuldige Gegen-Liebe fordere ich von euch als (meinen) Kindern*, coll. 1. Cor. IV, 14. 15. *Darum breitet ihr euch auch aus (für Liebe und Freude gegen uns,)* coll. v, 11. Id quod

cap.

cap. seq. v. 2. ita eloquitur : Χωρήσατε ἡμᾶς *date locum nobis* (i. e. no- CAP. XI.
stris adhortationibus) *apud vos.* Lutherus : Fasset uns, *nemlich unsere* 2. Cor. VII, 2.
Lehre und Vermahnungen in euer Hertz.

CAP. XI, 6.

Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς.

Quae verba non loquitur Paulus e mente sua, ac si confiteatur, quod suum dicendi genus sit incultum, incomtum, rude et agreste, quemadmodum Io. quidem Clericus, suique similes, profane et irreuerenter de stilo Pauli blaterant, sed e mente et ore aduersariorum, vt sensus sit : *Si vel etiam idiota, disciplina docendique ratione, quamuis non scientia, habear; in omnibus tamen omnino rebus apud vos manifesti facti sumus.* Conf. M. Laur. Mullerus *in dissert. de Stilo idiotico p. 24.* et *der Erleut. P. XXVIII.* Eundem verborum sensum iam ex Augustino monstrat Honertus *in Syntagm. de Stilo N. T. Graeco p. 126.* h. in m. eloquente : *Videtur, vbi ait, Etsi imperitus sermone, sed non scientia,* QVASI CONCEDENDO *obtrectatoribus, sic locutus, non tanquam id verum agnosceret,* CONFITENDO. Atque hunc sensum vberius deducit et confirmat cl. Honertus.

Vers. 20.

εἴ τις καταβάνει.

Quaeritur, quae significatio verbi καταβάνει sit praeferenda, mentique apostoli propior? Complures accipiunt cum ellipsi casus rei, vt Beza et Er. Schmidius *stipendium* ex v. 8. Castellio *dona.* Rauppius *bona vestra.* Nec minus virtualiter Syrus, et Reizius accipit *a vobis, von euch.* Itemque Thomas Gatakerus, etsi cum periphrasi : *per technas callidas quaestum faciundo emungit vos*, in Aduers. Misc. Posth. c. 27. c. fin. Opp. Crit. p. 721. Qui vero sensus iam in significantiore verbo κατεσθίει *deuorat* inuoluitur, et praeterea a syntaxi natiua et simplici receditur, per quam haut opus est aliquo supplemento *rei*, quandoquidem tam verbum καταβάνει, quam duo praecedentia habent eundem casum *personae* ὑμᾶς *vos.* Huic igitur constructioni apostolicae si prosse inhaerendum est, praualebit haud dubie hic sensus : Si quis vos in suas partes pertrahit, quodcunque persuadet, et fucum facit. *Wenn euch einer (so sehr) einnimmt.* Conf. pro hac suppo-

sitione

CAP. XI. XII. sitione verbi infr. c. XII, 16. A qua leuitate animi bonos suos Ebraeos dehortatur apostolus, Ebr. XIII, 9. nec non Ephesios c. IV, 14. Itaque nostrum λαμβάνει in medio collocatum refert se ad duo verba dextrorsum et sinistrorsum vel vt causa ad suos effectus. Quia namque Corinthii adeo facile ab pseudapostolis et impostoribus persuaderi et imponi patiebantur, ideo καταδυλίουσι sub seruitutem legis suarumque traditionum capistrum eos reducebant, coll. Gal. V, 1. Act. XV, 10. bona eorum in ipsos profusa κατεσθίουσι *deuorabant*; atque per hunc prosperum successum κενοδοξίας et ἑτεροδιδασκαλίας suae ἐπαίρονται *efferebantur* ac inflabantur, adeo, vt etiam haec sua mancipia *ignominiose tractare* (quod vult phrasis εἰς πρόσωπον δέρειν, coll. Ps. III, 8. Iob. XVI, 10.) haut vererentur.

Vers. 24.

Παρὰ μίαν.

Pro ellipsi vulgari vocis πληγήν argumento loci Deut. XXV, 3. Er. Schmidio potius subintelligendum videtur ἡμέραν, additque *alternis vicibus*; ita vt quinquies eum *alternis diebus* 40 plagis ceciderint, et in summa quinque illis vicibus 200. plagas ei inflixerint. Quam quidem significationem esse certam, probat ex Polybio cl. Raphelius; qui nihilosecius mauult communem sententiam.

CAP. XII, 7.

ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ κ. λ.

Datus est mihi aculeus seu *crux carni*, *angelus* (*legatus*) nempe *Satanae*, *vt me colaphis quasi feriat*, etc.

Quodsi per vexatissimum σκόλοπα Pauli, vt quidem graecis synonymum σταυρῷ *crucis*, et penes LXX senes (vtpote quorum stilum scriptores N. T. plurimum aemulari constat,) dictionum ebraicarum שִׁכִּים Num. XXXIII, 55. סִירִים Hos. II, 6. (al. 8.) סִלּוֹן וְקוֹץ Ezech. XXVIII, 24. *spinas* et *aculeos* denotantium, metaphorice intelligamus *afflictionem cruciantem*, eamque non spiritualem et internam conscientiae, sed quae aegre faciebat τῇ σαρκὶ *carni* in arrogantiam, non libidinem, procliui et prurienti, adeoque *corporalem et externam*, ceu euidenter innuit *partim* appositio exegetica ἄγγελος Σατᾶν, maximopere nempe aduersans praedicationi euangelicae fideique doctrinae, qualis cumprimis erat *Hymenaeus*, omni-

omniumque pessimus *Alexander ille* ὁ χαλκεὺς *faber aerarius*, quem vel maxime titulo illo heic insignire voluisse apostolum, mihi cum Ambrosio, Chrysostomo, Erasmo, Musculo, Franzio *de Interpr. Sc. S. orac. 78.* et in primis D. Zeltnero *in pec. disp. ad h. l.* valde fit probabile, ex collatione textuum 2. Tim. IV, 14. 15. 1. Tim. I, 20; *partim* phrasis ἵνα με κολαφίζῃ, quae externam ignominiam, contumeliam et ludibria designat, idemque quod ista εἰς πρόσωπον δέρειν *in faciem verberare* c. XI, 20. quodque ebraea Ps. III, 8. Iob. XVI, 10. Mich. IV, vlt. Quodsi, inquam, illum σκόλοπα Pauli ita interpretemur, certe minus errabimus, et hac via fixam exegetis crucem felicius refixam esse arbitramur. Nec circa hunc locum dememinisse debemus Alexandri Mori, qui in doctis suis *Notis* τὸ σκόλοψ itidem reddit *crucem*. " *Crucem* autem suam vocare Paulum aduersarium " aliquem suum, miraturque σκόλοπα ita non verti, cum perpetuo Paulus " afflictiones suas ad instar crucis Christi depingat, et se *crucifixum* dicat mun- " do, et *una crucifixum* cum Christo, et *portare Domini stigmata in cor* " *pore suo*, et alibi τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἐν τῷ σώματι, ac denique ἀν- " τανα πληρῶν τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ, et addat ἐν τῇ σαρ " κί μου. Quid procliuius est, pergit, quam vt, cum dixit σκόλοπα τῇ σαρ- " κί, de persecutione similiter interpretemur, quasi quadam cruce, quam " Christianus quiuis post Christum baiulat, Paulus in primis, qui se κολα " φίζεσθαι pariter hic dicit, alapas Christo inflictas respiciens? adductis de- " inde auctoritatibus Hesychii, Luciani, Eusebii, Chrysost. Tertull de " significatione *crucis*, et *crucem figere* latine dici etiam de eo, qui mole " stiam grauem alteri creat. Quid mirum igitur, si Paulus eum, a quo su- " pra modum cruciabatur, aduersarium σκόλοπα vocet, id est, *crucem*, et " quasi tortorem suum, sed et *angelum Satanae*, vt superiori capite *Satanae* " *ministrum*? Quae duo non dubitamus posita ἐκ παραλλήλου, vt εἰς πρό " σωπον δείρειν ibidem pro eo, quod hic dicit κολαφίζεσθαι de publica et " atroci calumnia, si quis caput quod praecedit male separatum cum hoc ca- " pite diligenter contulerit, ei se facile nostra haec interpretatio probabit. "

GALAT.

CAP. I, 7.

ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο.

Ἑτέρωσιν constructionis recte animaduertit Beza, pro μὴ ὄντως ἄλλου.

CAP. I. Hinc bene Lutherus; *So doch kein anders iſt.* Syrus etiam aliquid difficultatis heic perſpiciens omiſſo ἄλλο ſimpliciter, nec ſic obſcure, reddidit: ܐܝܢ ܕܡܐ ܠܐ ܗܘ *Quale vero* (cum reſp. ad fin. vero praeced. ἕτερον εὐαγγέλιον. coll. 2. Cor. XI, 4.) *non eſt* ſeu *datur.*

Μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον.

Quid eſt *peruertere euangelium*? eſt *inuerſo ordine docere.* Nam bona opera, quae ſunt vero ordine effectus iuſtificationis, conſtituebant pſeudapoſtoli eiusdem cauſam, ceu bene Balduinus.

Verſ. 10.

Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν;

Vbi primum notamus, particulam γὰρ non eſſe heic cauſalem, ſed ſolummodo inſeruire interrogationi pro particula expletiua, aeque ac nonnunquam ebraeum כי vid. *Not. Sel. P. I. p. 50. med.* et germanicum *denn.* Conf. etiam Matth. IX, 5. XXVII, 23. Io. VII, 41. 1. Cor. XI, 31. Deinde phraſin ἀνθρώπους πείθω prorſus eandem, eiusdemque haud dubie ſenſus eſſe cum illa 2. Cor. V, 11. ἀνθρώπους πείθομεν, itidem *interrogatiue*
2. Cor. V, 11. capienda. Verbum autem πείθω proprie ſignificat *ſuadere, perſuadere*, idque vt verbum μέσον *rationibus* vel *veris* vel *falſis.* In ſuppoſitione priore videſis Act. XIII, 43. XVIII, 4. XIX, 8. XXVIII, 23; in poſteriori Matth. XXVII, 20. XXVIII, 14. Act. XIV, 19. et XIX, 26. quibus iam adde locum noſtrum et cit. parall. arguente in hoc etiam particula aduerſatiua δὲ. Senſus proinde verborum noſtrorum apologiam ſinceritatis Paulinae ſiſtentium hic erit: Nunc ergo (quum NVNC *iterum dixerim, eum anathema eſſe, qui aliud euangelium vobis annunciet*, vi nexus cum verſu praeuio) homines falſis perſuaſionibus deciperem? (cuius quidem fraudulentiae a pſeudapoſtolis inſimulabatur per doctrinam de iuſtitia fidei tantum gloriante in cruce I. C. deque omnimoda abdicatione circumciſionis et iuſtitiae legalis, coll. cap. vlt. v. 12. 13. 14. et 17.) aut ipſum DEum? Germ. *Solte ich denn nun wohl Menſchen (mit falſchen Gründen) uberreden, oder GOtt ſelbſt?* Atqui hunc, vult dicere, quin fraudem et paralogiſmos meos perſpiciat, quomodo poſſem? Et quomodo et illos vellem aut audebo, quum ego nouerim tremendum illum Domini diem, quo coram eius tribunali omnes ſumus ſiſtendi, inſtare? coll. l. c. parall. Quum autem pergit apoſtolus: Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν *aut num quaero hominibus placere?* vt videli-

cet

cet velificaturus Iudaeis circumcisionem et φυλάξωσιν νόμον simul admitte- CAP. III,
rem ac vrgerem, sicut faciebant Iudaizantes doctores, qui volebant εὐπρο-
σωπῆσαι *elegantem personam agere*, *sich angenehm machen*, ἐν σαρκὶ, per Gal. VI, 12;
admissionem externae circumcisionis *in carne*, vnaque Galatas ad eandem obligare, coll. iterum cap. vlt. v. 12. 13; id sane membrum disiunctiuum minime est suspectum ac παρέσακτον ex marginali nota scholiastae cuiusdam, prout visum est Io. Millio *in praefat. p. 124. c. 2.* approbanti lectionem Aethiopis: Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν; εἰ γὰρ ἔτι etc. Nec dubitat, quin ita ipse apostolus legerit, sensusque sit: *Num satago iam me ipsum gratum et probatum reddere hominibus an DEO? vni DEO certe.* Sed quod apostolus membrum illud vt suum legerit, nullum est dubium ei, qui genuinam eius mentem plene et considerate introspexerit. Sicuti enim in fine epistolae ita et statim in initio eiusdem dexteritatem officii sui contra aduersarios vindicare voluit.

CAP. III, 4.

Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ.

Sicuti verbum πάσχω vt verbum μέσον apud Plutarchum aliosque scriptores graecos *de quouis affectu aut re, quae alicui accidit*, vsurpatur, ita et *h. l.* in sensu boni seu beneficii vel mali seu damni accipi poterit. In hoc accipiunt communiter interpretes. Nos malumus in priore cum b. D. Schomero et cl. Hombergkio, praesertim quum nullae passiones dolorosae praecedant, vt mens verborum Pauli haec sit: Tantane signa gratiae diuinae sensistis (accepistis) frustra? Si modo et frustra (scil. beneficium illud Sp. S. v. 1.) *accipere potuistis.* Nec incommode idem verbum Hombergkius in bonam partem sumit in loco Marc. V, 26. vbi de muliere Marc. V, 16.
hoemorrousa dicitur, καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, *et multis beneficiis affecta erat a multis medicis.*

Vers. 13.

Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.
Exsecrabilis est omnis qui pendet in (de) ligno.

Quum apostolus hoc oraculum alleget ex verbis Deut. XXI, 23. קללת אלהים תלוי dubium subnascitur 1) cur praetermiserit et non expresserit nomen אלהים LXX senibus etiam expressum τῷ Θεῷ *DEO*

CAP. III. vel *a DEO* ? (Est enim in ebraeo genitiuus causae efficientis.) et contra alias voces nempe πᾶς et ἐπὶ ξύλῳ, quae in fonte ebraeo non exstant, superaddiderit ? Id vero dubii facile tollitur, si obserues, Paulum in citandis istis sensum magis secutum, quam verba, sicut alias, et virtualiter nomen *DEI* heic contineri; quandoquidem et in illo, quod immediate dixerat, *Christum factum esse pro nobis* κατάρα *maledictum, exsecrationem*, (i.e. sec. vim ebraismi *summe maledictum* coll. Luc. Ebr. p. 344. adeoque *reuera*, minime autem infarto ὡς similitudinis *quasi maledictum* ex opinione duntaxat Romanorum et Iudaeorum, secundum glossema Grotii ac Clerici, frigidam ita suffundentium Socinianis) tacite simul innuit *a DEO* factum esse. Nomina vero illa *omnis* et *in ligno* ἐξηγητικῶς sunt addita, quum *suspensio* facile supponat *lignum*, ex quo aliquis suspenditur: quumque propositio penes Mosen sit indefinita, adeoque aequipolleat, in materia necessaria, vniuersali, sicut et in illo Deut. XXVII, 26. *Maledictus, qui non stabiliuerit verba legis huius*, addita est particula vniuersalis a LXX et apostolo in ipsi. cap. nostr. v. 10. ἐπικατάρατος πᾶς κ. λ. Et studio videtur apostolus signum vniuersale adiecisse, vt ostenderet vim argumentationis, quae erat, quodsi suspensio ex auctoritate legis est exsecrationi DEO, etiam CHRISTVS, qui suspensus fuit, exsecrabilis DEO fuit exsecratione legis. Apparetne nunc, quaeso, in vtroque textu vel vmbra corruptionis alicuius? vt tamen temere suspicantur Hieronymus, Io. Morinus, et Procopius. Vid. b. D. Clotzii *tr. de dolor. An. Chr. p.* 287. *seqq.* 2) *Quo sensu solus suspensus in ligno DEO dicatur maledictus esse* ? quum DEus omnia in vniuersum peccata exsecretur, omnesque adeo peccatores legem DEI transgredientes, DEO maledicti sint, ac poenae non solum temporalis, sed aeternae etiam reus sit. Verus autem sensus ex *ceremoniali et typica* ratione petendus est: Qui typus, vt verbis Clotzii *l. c. p. 296.* ediseram, „ non erat in nuda similitudine mortis vio„lentae et ignominiosae in cruce, quae per se DEO exsecrabilis non est, si fiat „secundum et pro ratione meritorum, sed in simili insuper, licet non aeque „perfecta et late patente, typica tamen et vmbratili, ratione subitae atque „sublatae exsecrationis diuinae, prorsus vti *sacrificia* DEO mactata dicebantur *peccata* et *reatus*, non solum quod similitudinem haberent CHRISTI pro „peccatis in ara crucis mactati et mortui, sed etiam quod illam a DEO factam „et a CHRISTO subitam peccatorum imputationem et expiationem adumbrarent. Figura enim suo munere tum demum fungitur, quum id refert, „cuius est figura. „ Id adhuc magis eluceseet ex eo, quod *ante occasum solis eodem die, quo suspensio facta, suspensi cadauer sepeliendum fuerit, ne relicto*

relicto cadauere in ligno terra pollueretur, argumento legis Mosaicae citatae, obseruatae quoque Ios. VIII, 29. X, 27. et in ipso Christo Domino nostro. Cui non obstat factum Gibeonitarum in septem filiis Saulis suspensis, 2. Sam. XXI, 10. vtpote quorum arbitrio vt hominum gentilium, licet communioni Israëlitarum adscriptorum, supplicium istud in solidum reliquerat Dauid, eoque inconsulto et insscio ista relictio cadauerum per aliquot dies in cruce facta erat, subinnuente ipsamet scriptura *l. c. v. 11.* Quae vero sit ratio illius legis diuinae mihi simplicissima verissimaque est illa, quam post alias sententias epicrisi notatas adducit praememoratus Clotzius *l. c. p. 304. c. fin. seq.* „Quod videlicet suspensus in ligno sub exsecratione post finitum diem supplicii amplius non esset. Persoluta enim poena per suspendium crucis satisfactum erat ordinationi diuinae, vt mortalis iudex exigere amplius, et in poenam aut ignominiam vlteriorem corpus in furca relinquere de iure non posset, neque DEus amplius eam exigere vellet, si modo vera fide illum, qui ali quando in cruce ipsius loco piaculum futurus erat cum conuerso latrone ante mortem apprehendisset. Exsecrationi igitur erat suspensus coram DEO, verum non perpetuo, sed solum ad vesperam vsque illius diei, quo suspendebatur, a iudicibus etiam et promiscua plebe aestimabatur talis, quamdiu relinquebatur in patibulo; detractus autem et sepultus iam sub exsecratione DEI non erat amplius, et aestimabant eum omnes, iam iram et maledictionem DEI in illum desaeuiisse. *Terram* ergo *contaminabant* iudices, si quem ex, aut peruerso iudicio, aut feritate quadam contra legem vnius diei suspensum in furca relinquerent, eoque ipso iram et maledictionem diuinam in capita sua terramque etiam ipsam per semetipsos deuoluebant. Quo sensu etiam alibi *terra dicitur contaminari* Leu. XVIII, 25. 27. etc. Vbi et hoc addendum, quod ista de sepeliendis eodem mortis die suspensis ordinatio itidem fuerit *typica et ceremonialis*; ea praefigurans, quae nouissimis temporibus circa Christum erant euentura, quod scilicet vbi maledictum in crucis ligno et mortem nostri causa sustinuisset, sub exsecratione amplius non esset, et quia abunde DEO per mortem crucis satisfactum esset, vlteriori inhumationis poena non afficiendus, sed honestissima potius sepultura tumulandus esset. *In honorem* itaque *Christi crucifixi lege ista cautum est, vt corpora crucifixorum non maneant in ligno, sed sepulturae tradantur. Scelus igitur erat terram contaminans, relinquere cadauer in patibulo, quia erat abnegatio gratiae redemtionis et ablatae maledictionis per Christum futurae. Euidens enim testimonium erat, quum lex suspensum „sepeli-*

CAP. III. 2. Sam. XXI, 10.

CAP. III. „sepeliri iubet, DEum hoc supplicium elegisse, ad finiendam et amouendam „per illud exsecrationem a lege intentatam.“

Vers. 19. 20.

Τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. Διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου; ὁ δὲ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν. ὁ δὲ Θεὸς, εἷς ἐστιν.

Multum disceptant interpretes, quis heic per μεσίτην *mediatorem* intelligendus sit? alii *Mosen*, alii *Christum* volunt. In quo quidem adstruendo multus est Io. Ad. Osiander *in Typo legis Moralis XXXII. p. 44. seqq.* nec minus Calouius *in B. I, ad h. l.* Omnis autem disceptatio recidit, dummodo prius dispiciatur ac conficiatur, num haec verba διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου vnacum commate seq. sint adhuc Pauli respondentis ad prolepticam obiectionem, vt communis fert sententia? an vero iterum opponentis, quem sibi inducit apostolus, aduersarii? Permultum namque interest, verba disputantium inter se mixta rite nosse secernere, nec inuicem confundere, sed quae cuiuis parti sua sunt, plene nec mutilate reddere. Iam superiora verba si recta reputentur via, verius illa continuant antithesin μιμηλικὴν doctoris iudaizantis, ceu prae aliis perspexit vir doctus M. G. L. Oederus *in disp. Ien. a. 1715. hab.* et *anno seq. in Obseruat. S. P. II.* circa haec duo commata. Quanquam minus placet *parenthesis* eius, quaeque cuilibet lectori illico dura, ipsaque disputatio implicata apparebit, si nempe argumentatio antagonistae per responsionem eiusmodi *parentheticam* interrumpatur: *Quid igitur lex (transgressionum gratia addita est, donec veniret semen, cui promissio facta est) disposita per angelos, ministerio mediatoris?* Malim proinde legere absque tali interlocutoria *parenthesi*, et ad continuandam nihilominus antithesin cum maiore orationis δεινώσει *interrogatiuum* τί repetere, ideo omissum, quod facile subaudiri posset, praesertim quum eiusmodi repetitiones oratorise seu anaphorae et alias sint satis obuiae. Qua ratione iam clarum et indubium erit, per *Mediatorem* nullum alium, nisi *Mosen* intelligi, argumento etiam oppositionis membrorum in commate 20. Cuius etiam vim peruidentes nonnulli, particulam *aduersatiuam* δὲ posteriorem in *copulatiuam* cogunt. Iam sensus sic prone fluet. Postquam hactenus apostolus diuino zelo gratiam euangelicam iustitiamque fidei magnifice praedicauerat ac propugnauerat, et contra legi omnem iustificandi ac saluandi vim validissimis argumentis abiudicauerat, iam inducit ob id stomachantem aduer-

aduerſarium ſibi ita obloquentem: Quid igitur lex? (quale tandem legis officium erit, ſi reconciliandi cum DEO, ſi ſaluandi nonerit?) Cui protinus regerit apoſtolus: transgreſſionum (ſeuere coërcendarum) gratia addita eſt, (adeoque inſtar capiſtri populo immorigero duraeque ceruicis iniecta,) vsque dum venerit ſemen (Chriſtus,) cui (coll. Pſ. II, 8. velut capiti cum ſuo corpore myſtico coll. v. 16. quamuis etiam accipi queat cum ellipſi alias non infrequente *ἐν* in quo coll. v. 18. et 2. Cor. I, 20.) promiſſio facta eſt. Pergit apoſtolus e mente pſeudo-doctoris: Quid diſpoſita per angelos? (Actor. VII, 53. Ebr. II, 2. Deut. XXXIII, 2.) miniſterio mediatoris? Deut. V, 5. Atqui mediator vnius (partis) non eſt, (ſed duarum,) DEVS vero vnus eſt, (non duo, adeoque mediatore opus non habet.) q. d. Quid opus fuit tantis ſolennitatibus, tam magnifica et ſplendida legis promulgatione Sinaitica, vt vel ipſi *Angeli* eiusdem exſtiterint adminiſtratores? quid opus peculiari *mediatore* et internuncio inter partes diſſidentes, et inuicem reduniendas, niſi lex nos homines cum DEO reconciliatos eſſe arguat, et conſequenter vim ſaluificam inferat? Ad quod argumentum ſpecioſum ſane *νομικὸν*, (non Pauli, vtpote cuius euidens ſcopus eſt, auctoritatem legis heic loci, vbi contra Phariſaeorum opiniones ex inſtituto diſputat, non extollere, ſed potius deprimere,) apoſtolus ita excipit in ſeqq. vt iactata legis magnificentia, quam tacite non negat, quamque ipſe alias praeclare aſſerit, minime praeiudicet aut *obſtet* magnificis *promiſſionibus* euangelicis *DEI*, ſimulque monſtret *ἀδυναμίαν* legis in conferenda *vita ſpirituali*, et conſequenter vera coram DEO valente *iuſtitia*, v. 21. *quum omnes homines teſte ſcriptura ſint peccatores*, et in peccatis mortui, v. 22. ac proinde *lex* nonniſi officium *paedagogi* praeſtet, ſeueriori diſciplina ac *φρουρᾷ* homines compellentis *ad Chriſtum*, vt in eo veram vitam, iuſtitiam et ſalutem aeternam quaerant, fideque amplectantur v. 23, 24. Conferri meretur in vlteriorem illuſtrationem textus noſtri praelaudata diſputatio Ienenſis.

Cap. III. IV.

CAP. IV, 12.

Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς.

Mens Pauli paulo explicatior huc redit: *Eſtote ſicut ego*, (i. e. imitatores mei 1. Cor. XI, 1.) *nam et ego* (eram) *ſicut vos* (zelotes legis coll. Phill. III, 7.)

Verſ.

CAP. IV.

Vers. 25.

Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἰερουσαλήμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

Vbi quidem (α) comma, quod post Ἄγαρ in multos codices irrepsit, tollendum est. Absit autem vt etiam in ipla viscera textus sacri temerario grassemur, et cum Bentleio apud Io. Millium *in Prolegom. suis ad N. T. p. 137. b.* non solum vtrumque δὲ submoueamus, priori in locum τὲ γὰρ, et hoc vicisim in locum posterioris surrogato; sed et scholion Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ expungamus. Cui quoque lectioni vt genuinae intrepide applauderet ipse Millius, nisi vnanimis codicum in altera lectione consensus obstaret. (β) Lutherus verba intermedia obscuree reddens, *und langet biß gen Ierusalem*, haud dubie non intellexit *extensionem localem* seu *geographicam*, sed mentalem κατ' ἀναλογίαν montis Sinae et Ierusalem. (γ) Vtrumque δὲ non tam habet vim aduersatiuam, vti in vers. seq. quam *copulatiuam*. Versio itaque et sensus erit talis: Agar namque Sina mons est in Arabia, et conuenientiam habet seu typice respondet ei Ierusalem, quae nunc est, et seruit cum liberis suis, i. e. ecclesiae Iudaicae hodiernae (nempe tempore Pauli) adhuc sub lege *seruitutis* existenti. Cui vero opponitur in seq. versu Ἡ ἄνω Ἰερουσαλήμ illa superna Ierusalem (i. e. mons Zion praefigurans ecclesiam N. T.) libera. Vnde prodiit *lex libertatis*, vti ex *Sacra* filius *libertatis*, v. 28-31. Atque haec, notanter subdit Apostolus, *est mater omnium nostrum*, per euangelium generans nos ad υἱοθεσίαν καὶ ἐλευθερίαν filiorum DEI. Qualis quoque iam exstitit πάλαι *olim* ante τὴν νῦν Ἰερουσαλήμ, temporibus nimirum patriarcharum, prophetarum et regum, licet inuolucris tecta, nihilominus generabat veros DEI filios et vera libertate gaudentes, qui non in lege, sed in doctrina euangelica de Messia omnem iustitiam ac salutem quaerebant.

Vers. 28.

Κατὰ Ἰσαὰκ) Perperam hae voces in versione vernacula sunt traiecta. At recte in comm. lat. Lutherus coniunctas fiuit, rectequereddidit sicut Isaac. Respondet enim κατὰ ebraeorum כ *similitudinis*, significanti non modo *secundum*, sed etiam *Sicut*. Sic idem κατὰ adhibetur Rom. XV, 5. 1. Petr. I, 15.

EPHES.

EPHES.

CAP. III, 18.

Ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος.

VT (coniunctio enim ἵνα est scite traiecta, sicut etiam 1. Cor. IX, 15. 2. Cor. II, 4. Gal. II, 10. in amore (*auf daß ihr als in der Liebe*) radicati et fundati excellenter valeatis summa mentis vi pensitare, et pensitatum mente et affectu firmiter comprehendere (haec enim est emphasis verbi καταλαβέσθαι praepositione aucti coll. Actor. IV, 13. vbi Luth. *sie waren gewiß*, XXV, 25.) cum omnibus sanctis, quae sit illa latitudo et longitudo, et profunditas et altitudo? cuiusnam autem rei? Hanc silet nec exprimit apostolus, vti solent, qui cum affectu loquuntur, plus in mente quam ore habere. Qualis igitur illa? Num *amor DEI*? siue *mysterium gratiae et misericordiae DEI per Christum exhibitae?* secundum communem sententiam potiorum interpretum, arreptam haud dubie ex eo, quod *amor DEI et Christi* vtrumque latus dicti nostri attingit. Hinc et particulam τε in versu seq. 19. cogunt in *explanatiuam* contra naturam eius *coniunctionalem*, vtpote qua mediante noua materia priori superadditur, non dissimulante interprete Vulgato, nec Luthero, aliisque, per coniunctionem *etiam* reddentibus. Sed nec commode *amor*, qui vt *medium* contemplationis diserte constituitur, (*in amore* namque *DEI et Christi* iam ante cupiebat apostolus Ephesios suos *radicatos et fundatos esse*, quam ad tam excellens spectaculum admitterentur.) simul esse potest eiusdem *obiectum*. Aliud ergo erit, ad quod scopus apostoli, ipsa connexio, ipsaque dictio de dimensionibus proprie aedificii agens, lectorem sollertem ac circumspectum facile deducunt. Paulus prudenter se accommodans ingenio Ephesiorum, admirantium suum in toto orbe decantatissimum templum Dianae, ob oculos mentis eorum ponebat aliud templum longe augustius, magnificentius, admirabilius: templum non lapideum, sed spirituale, non caducum, sed perenne, non Dianae sacrum, sed Christo, quod est ecclesia. Cuius metirentur *longitudinem*, quae ab oriente in occidentem se porrigit; *latitudinem*,

CAP. III.

quae ab austro ad septentrionem vsque extenditur, siue quae per totum terrarum orbem, qua qua patet, diffusa est, adeoque catholica ecclesia: meditarentur pariter *profunditatem* templi huius mystici, qua nihil firmius, quippe *inaedificatum super fundamento apostolorum et prophetarum, cuius lapis angularis existit* IESVS CHRISTVS: denique *altitudinem*, ad coelum vsque pertingit, seu ecclesia militans cum triumphante intime coniuncta est. Atque istam elegantem allusionem tota Orationis Paulinae series suadet ac persuadet, eoque nos tanquam filum Ariadneum ducit formula relatiua in initio huius capitis, τέτε χάριν. *Huius rei gratia* (cuius vero? quod *non amplius sitis hospites et inquilini*, (vti antea in statu miserrimo peccatorum) *sed conciues sanctorum ac domestici DEI*, inaedificati super fundamentum *apostolorum et prophetarum, existente* lapide *illius* angulari IESV CHRISTO, *in quo totum* aedificium congruenter coagmentatum *crescit in* TEMPLVM SANCTVM *in Domino*, in quo et vos vna aedificamini, *vt sitis* DOMICILIVM DEI *in Spiritu.* c. II, 19. 20. 21. 22.) *ego Paulus vinctus ille Christi IEsu pro vobis gentibus*, (heic filum Orationis abrumpitur per longiorem παρενθετικῶς digressionem, quales Paulo sunt frequentiores, propter diuitias et ὑπερβεβοσσείαν cognitionis rerum spiritualium, et sanctum igneae mentis impetum. Conf. c. II, 2. 3. 4. 1. Cor. VIII, 1. 2. 3. XV, 1. 2. 3. etc. sed reassumtum in vers. 14. manifesto indicio repetiti oratorie τέτε χάριν) *Huius rei gratia*, inquam, *flecto genua mea ad Patrem Domini nostri I. C. ex quo* (I. C.) *omnis* πατριὰ *familia* (seu *omnis ad domum DEI pertinens*, coll. c. II, 19. 22.) *in coelis et in terra nomen habet.* Quid iam petit? *Vt det vobis secundum diuitem et gloriosam gratiam suam*, (coll. v. 7. et c. I, 6. 7.) *vt potenter corroboremini per Spiritum suum in interiore homine, et inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Quem in finem confirmatio fidei? *vt in charitate radicati et fundati valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit illa latitudo, et profunditas et sublimitas?* scil. τὸ ναὸν ἁγίου ἐν οἰκοδομῇ Θεῦ *templi sancti et domus DEI*, c. II, 21. 22. coll. Zach. II, 2. al. 6. Apoc. XXI, 16. Nec solum hoc, sed *etiam cognoscere charitatem Christi* (domum illam DEI doctrina et sanguine suo fundantis, mundantis et glorificantis) *omni* licet *cognitione superiorem.* (Quod comma Syrus minus presse expressit, praetergressus vocabulum *cognitionis* h. m. et cognoscatis ܪܘܒܐ ܕܚܘܒܗ ܕܡܫܝܚܐ *magnitudinem amoris Christi.* Ex qua συναφείᾳ textus simul manifestum est, intelligi potius amorem Christi *actiuum*, quam *passiuum*, quem quidem Lutheri

versio

verſio poſterior priori ſuae, *erkennen die Liebe Chriſti*, *die alle Erkenntniß* CAP. IV. V.
übertrifft, praetulit, in ſe ceteroqui bonum, verum, iucundum, immo nobis ſalutariorem.) Quis denique cognitionis coniunctae cum confirmatione finis? *Vt impleamini omni plenitudine DEI* i. e. omnia implente gloria ſeu ſchechina DEI, multo quidem illuſtriore, quam illa in templo vmbratili Hieroſolymitano, coll. 1. Reg. VIII, 10. 2. Chr. V, 13. 14. VII, 1. 2. Ezech. XLIII, 5. et Col. II, 9. 10. Ita textus praeclare optimeque cohaeret, et oratio Pauli per triplex ἵνα gradatim aſſurgit. Vlterius in locum noſtrum conferri merentur M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri *diſſert. de Templo DEI myſtico*, et M. Laur. Mulleri *gründl. Erleut. P. XXXIV.*

CAP. IV, 19.

Ἐν πλεονεξίᾳ.

Q. Num heic vocabulum πλεονεξία commode notionem tritam *auaritiae* ſeruare queat? Et videtur quod non. Quoniam iungitur vocabulis ἀσελγείᾳ et ἀκαθαρσίᾳ *laſciuiae* et *impuritati* gentili, adeoque potius maius eorum πάθος prae ſe fert, reddendum *mit einer unerſättlichen Begierde.* Sic Bibl. Gall. *auec un ardeur inſatiable.* et Reizius *in Unerſättigkeit.* Er. Schmidius: *certatim cum auiditate.* In quem modum diſertius explicat Robertus Bodius *in Praelect. in h. Ep. h. l.* „ Innuit Paulus, gentiles peccato ſic „ operatos eſſe, cum eo ſtudio, auiditate, animique contentione, quaſi de „ lucro quodam ageretur, quaſi inter ſeſe de tam inhoneſta victoria certamen „ iniiſſent. „

CAP. V, 13.

Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.

Prius comma aliter conſtruxit, translocato ὑποστιγμῇ ad φωτὸς, poſt Syriacam verſio Lutheri et Reizii: *Das alles aber wird offenbahr, wenns vom Licht geſtraffet wird*, et aliorum: *Omnia vero haec correpta a luce, manifeſtantur.* Quum tamen receptior interpunctio graeca multo ſit commodior, ob verbum φανεροῦται magis proprium *luci*, quam ἐλεγχόμενα, et oppoſitionem ad τὰ κρυφῇ γινόμενα v. praeced. et ἐπεξήγησιν membri ſeq. Ac proinde iuxta illius normam procedit haec translatio: Omnia vero haec

CAP. VI. arguenda, (qualia sunt αἰσχρὰ illa vers. anteced.) a luce manifestantur. *Alles dieses aber straffbahre wird vom Licht offenbahret.* Posterius comma obscuritatem habet, si verbum Φανερούμενον passiue reddatur: *Denn alles was offenbahr wird, ist Licht.* Quae autem eclarescit, si ex διαθέσει media actiue sumatur, ceu fere efflagitat mutuus membrorum respectus, h. m. Omne enim quod manifestat (res), lux est. *Denn alles was offenbahr machet, ist das Licht.* Atque ita rectissime Grotius, approbante Calouio *ad h. l.* Er. Schmidius, approbatus ideo a Gerh. Titio Th. olim Helmst. *in Animadu. Exeget. disquis. IV.* Reizius.

CAP. VI, 12.

Πρὸς τὰ πνευματικὰ πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Vbi 1) concretum accidentale πνευματικὰ accipiunt communiter pro substantiali πνεύματα. Sed potius neutrum plurale adiectiuum ponitur pro abstracto, *spiritualia* pro *spiritualitates*. 2) Lutherus postquam cum Syro τοῖς ἐπουρανίοις accepit pro nomine *loci*, non potuit non eum eodem praepositionem ἐν pro natura rei accipere pro ὑπὸ] *unter dem Himmel.* Quum tamen si vsum vocabuli spectes in ipsa hac epistola et alibi semper significet adiectiue *coelestia*, vel vi praepositionis ἄνω *supra coelestia* scil. πράγματα seu ἀγαθά *res* seu *bona*. Conf. c. I, 3. vbi Luth. recte *in himmlischen Gütern*, v. 20. II, 6. in quo Luth. *in himmlischen Wesen*, III, 10. adeoque rectius et in nostro loco redditur: aduersus spiritualitates nequitiae, vel, si mauis per aequipollentiam paulo clariorem, spirituales nequitias in supracoelestibus (rebus seu bonis.) Qualia sunt remissio peccatorum, iustificatio, filiatio DEI, glorificatio, ipsaque media salutis. Haec enim bona N. T. vocat Paulus τὰ ἐπουράνια *supracoelestia*, Ebr. IX, 23. Conf. *ad h. l. Not. Sel. p. 73.* Atque haec ipsa bona vt fidelibus dubia ac difficilia reddat, immo plane eripiat, praesertim ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ *in die illo malo* seu hora mortis, v. 13. omnem suam adhibet πονηρίαν, variasque μεθοδείας v. 11. diabolus. Aduersus iam hasce illis fideliter et strenue luctandum est, assumta τῇ πανοπλίᾳ τοῦ Θεοῦ, vt ne succumbant, sed valeant ἀντιστῆναι *resistere*, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι, *und, da sie alles wohl ausgerichtet, das Feld behalten*, v. 13.

Vers.

Vers. 19.

Ἵνα μοι δοθείη λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου.

Vt mihi detur verbum cum apertione oris mei, (coll. Ebr. Etym. p. 115. seq.) *vt palam et confidenter* (*frey-müthig und mündig*) *notum faciam mysterium euangelii.* Hoc modo congruentius interpungi existimem verba, cum Syro et Hombergkio, quam per vulgarem interpunctionem, quae dictionem ἐν παῤῥησίᾳ per στιγμὴν separat a sequente verbo γνωρίσαι, cum quo tamen probabilius construitur.

PHILIPP.

CAP. I, 21.

Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος.

OBseruandum est, in hoc dulcissimo Pauli oraculo non contineri proprie duas propositiones completas, ceu quidem cum Syro, Vulg. et Luthero plurimi opinantur et exhibent, sed vnam dundaxat, subiecto saltem et praedicato diuulsim posito, per figuram παραλλαγὴν seu *vicissitudinem ellipticam*, qua de vide sis *Not. Sel. in Hagiogr. p. 107.* Per illam demum enascuntur duae propositiones emphaticae h. m. Nam quod ad vitam attinet, Christus mihi *est* lucrum: et quod ad mortem, idem Christus *est* lucrum meum. Extra quem ebraismum si consideres, vtique vna, vt dictum, propositione categorica constat, videlicet hac, Bezae et Er. Schmidio obseruata: *Mihi enim* (καὶ καὶ *et in*) *vita et* (κατὰ *in*) *morte Christus est lucrum. Ich lebe oder sterbe, so ist Christus mein Gewinn.* Quam pariter integro contextui et indoli sermonis graeci conuenientiorem esse non diffitetur cl. philol. Helmst. C. H. Ritmeierus *in disp. de Nomenclaturis Mortis emphaticis ex N. T. § 10. c. fin.*

CAP. II, 6.

οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.

1) Haut necesse est, adeo desudare et tricas nectere circa adiectiuum

CAP. II. IV. neutrum plurale ἴσα, qua via cum principiis grammaticis conciliandum sit? Vid. D. Sonntagii *Spicil. Obseruat. Exeget. ex N. T. Obs. IIX.* omnium expeditissime illud explicabis per *ellipsin*, quod sit pro κατ' ἴσα scilicet μέρη, in aequalibus partibus *esse cum DEO.* Quid enim familiarius, quam adiectiuum absolute positum referri ad nomen aliquod sensuale, mediante etiam interdum praepositione? Quae resolutio virtualiter congruit cum illa adhuc simpliciore, per quam adiectiuum plurale neutrum *aduerbii* vices sustinet, quomodo ἴσα esset pro ἴσως aequaliter. 2) Phrasin οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο neruose interpretatus est idiomate germanico M. Laur. Mullerus *der gründl. Erleut. P. VIII. p. 487. seq. Zu dieser GOtt-gleichen Ehre und Herrligkeit zukommen, und das Recht der Herrschafft über seine Kirche vollkommen zuerhalten, hielte Christus IESVS nicht etwa vor eine solche schlechte Sache, zu welcher er nur so gleich zu*, wie ein Uberwinder zum Raube, greiffen *und zufallen könne; sondern sein Hertz war anders gesinnet, und bescheidete sich gar willig und gerne, daß solches ohne tiefste Demuth, Mühe und Arbeit nicht würde geschehen können.* Aliter affectus erat primus Adamus, vtpote ad quam similitudinem simul respici fit probabile, qui non tam humilis fuit, sicut secundus, Dominus noster I. C. Is quippe ἁρπαγμὸν ἡγήσατο non modo *rapiendum sibi duxit* fructum arboris vetitae, sed et *auide arripiendam sibi duxit* θεὸς μορφὴν seu τὸ εἶναι ἴσα θεῷ *DEI-conformitatem*, Gen. III, 5. Quem fastuosum ἁρπαγμὸν primi Adami secundus per suam obedientiam ad mortem vsque crucis sufficientissime luit, et abundatissime pensauit, Ps. LXIX, 6.

I. THESSAL.

CAP. IV, 6.

Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

QVantum interfit in interpretatione textus etiam connexionem materiae presse seruare, eiusque ope ad veritatem sensus peruenire, edocet hoc ipsum dictum Pauli, quod communiter explicant de fuga iniustitiae et auaritiae circumuentionis in negotiationibus. Quam incongrue autem monito hoc intercalari interrumperetur materia de vitanda fœtatione et impuritate!

Non-

Nonne ergo praestabit, mentique apostoli conformius erit, eandem continuare vsque ad versum seq. 7., in quo demum clauditur? et a genere ad speciem grauiorem *adulterii* adscendendo ita interpretari? Et non supergredi (terminos scilicet coniugii sui,) et defraudare (*plus habendi cupiditate*, vi verbi) in hoc negotio (articulus enim est emphaticus, innuente quoque versione neo-graeca εἰς τὸ πρᾶγμα τοῦτο, et Syra per suum ܠܐܚܘܗܝ) fratrem suum. Illi infinitiui reguntur a verbo εἰδέναι *scire* vers. 4. Eiusdem vsus cum verbo ὑπερβαίνειν est παρεβαίνειν apud Siracidem c. XXIII, 18. XLII, 10. Nec tacenda est emphasis paraphraseos Syriacae: *Et ne sitis audaces ad transeundum et iniuria afficiendum quisque fratrem suum in hoc negotio.* Praemonstratum sensum iam pariter apprehenderunt Hieronymus, Chrysostomus, Erasmus, Estius, Hammondus, Lud. de Dieu, Schomerus, Seb. Schmidius, Amelius *in der Eroert. T. I. m. Ian. p. 5. 6.* Cap. IV.

Vers. 8.

Εἰς ἡμᾶς) Pro hac lectione maxime genuina ac probatiore hodiernae editiones bibliorum Lutheri omnes legunt *εἰς ὑμᾶς in euch.* Num autem e mente et calamo beati viri ita fluxerit? addubito, immo potius mendum esse typographicum, quod tam late serpserit, fidem facit prima Lutheri translatio: *Wer nun aber verachtet, der verachtet nicht einen Menschen*, (ἄνθρωπον enim legitur in singulari, qualis ego Paulus quidem sum, non in plurali *Menschen*, qualem quidem locutio indefinita postularet.) *sondern GOtt, der seinen Heil. Geist* in uns *gegeben hat.* Quam quoque lectionem in sua latina versione exhibet de a. 1529. *Itaque qui* haec *spernit, non hominem spernit, sed DEum, qui etiam dedit Spiritum suum S.* In Nos. Quomodo etiam legitur in bibliis *Wormatiensibus* et *Tigurinis*, teste viro in scrutandis ac diiudicandis variantibus Versionum Lutheri lectionibus indefesso ac solertissimo M. Io. Melch. Krafftio *in Emend. et Corrig. in Hist. Vers. Germ. Bibl. Luth. p. 52.* Et omnino exigit hanc lectionem εἰς ἡμᾶς ipsa res et scopus Pauli. Voluit namque thesin hanc: Quicunque reiicit (me meamque doctrinam,) non reiicit hominem, sed DEum; probare per sequentia: et quidem illum (τὸν) qui dedit Spiritum suum S. In Nos seu Nobis. Haec vero probandi ratio de diuina sua auctoritate et Θεοπνευστίᾳ euanesceret, si legeretur: eo quod *dedit DEus Spiritum suum* In Vos *seu* Vobis. Et si vel maxime Luthero post primam suam versionem visa fuerit lectio graeca vna alteraue εἰς ὑμᾶς, qualem quidem etiam vetus interpres Syrus legisse

Cap. III. legisse praesumitur, qui itidem habet בְּחֻבָּה, ita, vt dubius factus in altera hodierna istam elegerit; nihilominus ex dicta ratione curae posteriores, heic et alibi non sapientiores, cedere debent prioribus. Ceterum dictio εἰς ἡμᾶς redolet ebraismum לָנוּ, εἰς respondente ל notae *dativi*. Conf. Ebr. II, 3. ibique *Not. Sel.* Hac occasione simul notetur, quod in loco Rom. XV, 7. biblia germanica legant *euch*. Quum tamen in textu originali graeco legatur ἡμας, *uns*. Quod recte restitutum est in exemplo Lipsiensi de a. 1694. in fol.

Rom. VX, 7.

I. TIMOTH.

CAP. III, 15.

στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

QVae verba dudum dubia facta sunt, qua constructionem, dum aliqui ea non per τελείαν στιγμὴν, secundum receptissimam, omniumque fere, saltem probatissimorum codicum fide nixam interpunctionem, sed per solum comma cum initio sequentis commatis 16. de *mysterio pietatis*, *Christologia*, arcte constructa malunt, ita, vt hoc dicatur *columna et firmamentum veritatis*, non ecclesia. Ita Io. Clericus *in Art. Crit. Vol. II. p. 137. 138. ed. Amstel.* simul prouocans ad consensum Sim. Episcopii *in Institut. Theol. L. I. S. I. c. 8.* et Io. Cameronis *in Myrothecio Euang. ad h. l.* Ita pariter Lud. Crocius *in Syntagm. Theol. l. IV. c. 2.* Io. Melchior *Opp. Theol. t. II. f. 258.* et ex nostris Er. Schmidius *in Annot. ad h. l.* I. H. Vrsinus *in Analect S. Vol. I. l. 6. c. 35.* quibus nuper accessit D. Zeltnerus *in disp. de Scriptura S. p. 71. 72.* et M. G. L. Oederus *in libello de Programmatis Graecorum p. 103.* Quibus iam e patribus praeiuit Io. Chrysostomus *ad h. l. homil. XI.* ἡ ἀληθεία δὲ τῆς ἐκκλησίας καὶ στύλος καὶ ἑδραίωμα. Istud equidem praesidium et lucrum, quod viri illi docti ex hoc nouae constructionis εὑρήματι sperarunt, ac si hac via eo tutius facilius que pontificios cum sua infallibilitate ecclesiae suae repellere valerent, certe non est tanti, quasi hi ideo *dextras illi daturi essent communionis*, vt phrasi Paulina vtar, et quasi non illico eam nouitatis, studio quaesitae et illatae, insimularent, eique multo antiquiorem ac probatiorem, ex cuius possessione non diu essent eiecti, opponere valerent: et quasi, si illis opposueris auctoritatem codicis Basileensis de a. 1540, ad quem prouocat Er. Schmidius, nec minus posterioris de a. 1545, qui cum praefat. Melancht. ex officina Io. Andr. Hervagii ibidem prodiit, non extemplo illorum γνησιότατα

ἦτα in dubium vocarent, aut de melioris notae κρείττοσιν, prae tot innu- CAP. III.
meris aliis codicibus, euictionem sibi praestandam expostularent. Nondum ergo video, quid nos vrgeat vulgarem interstinctionem, et adhuc dum commodiorem ac probabiliorem, vltro citroque licet denuo pensitatam, repudiare, quam quoque iure merito mascule defensitarunt post Iac. Gothofredum ICtum et Polyhistorem Genuensem *in Exercitat. I. ad h. l. de Ecclesia*, M. Immanuel Weberus Lipsi. *in disp. sup. h. l. a. 1681. hab.* in qua etiam argumenta Cameronis eneruauit, sicuti etiam fecit Thomas Gatakerus *in Aduers. Misc. l. 2. c. 20. c. fin.* D. Ittigius *in Progr. quodam, quod Exercit. Theol. Enneadi adiectum est*, et D. Deylingius *Obs. S. P. I. n. XLV. ed. pr.* qui in vlteriore huius loci illustratione, qua simul pontificiorum φλυαρίας neruus incisus est, otia nobis fecerunt. Salua itaque interpunctione vulgari, nec dum tamen salua sunt verba nostra quaestionis, an citra omnem oppositi formidinem pertineant ad praedicatum et encomium *ecclesiae*? Siquidem alii, vt Gatakerus praememoratus post Gregorium Nyssenum cum suo Guil. Chilinsvortho, et C. H. Ritmeierus *in Philologematum Sacr. Apospasmate ex Epp. Paul. Helm. a. 1705. ad disputandum proposito p. 25.* ad Timotheum referunt, ope *ellipseos* vel particulae ὃς vel participii ὤν. Et quamuis haec sententia speciem aliquam habeat, ex Gal. II, 9. et Apoc. III, 12. nec non ex locutionibus quibusdam antiquitatis ecclesiasticae apud D. Deylingium *l. c.* adeoque facilius lectori possit abblandiri; tamen nec huic calculum addimus. Multo minus commentitiae distinctioni Heinsianae, per quam vox στύλος ad praecedens membrum violenter rapitur, ne inanis scilicet fieret repetitio τοῦ Θεοῦ, h. m. ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία, Θεοῦ ζῶντος στύλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Quam licentiosam textus discerptionem iam castigauit supra cit. Gothofredus *p.* 24.

Vers. 16.

ὤφθη ἀγγέλοις) Haut adeo congrua heic loci apparet notio famosior, et scripturis alias vsitata *angelorum*, vt substantiarum spiritualium et coelestium, siquidem sic potius dicendum fuisset ὤφθησαν αὐτῷ ἄγγελοι, *visi sunt* seu *apparuerunt ei angeli*, nempe in natiuitate, tentatione, passione, resurrectione et adscensione. Ac proinde vox ἄγγελος h. l. fere nil aliud prae se fert, quam significationem propriam, *nuncii* seu *legati*, quemadmodum et ebraeum מַלְאָךְ; adeoque omnino praestabit cum Gottfr. Oleario *in disp. de Resurr. I. C. ex 1. Cor. XV, 3. seqq. p. 48.* interpretari: *Visus est* angelis, videlicet apostolis, *ceterisque fratribus, qui quod viderant, audiuerantque, ἐξαγγέλλειν possent, id est, testari atque aliis similiter annunciare.*

Cap. IV.

CAP. IV, 1.

Per διδασκαλίας δαιμονίων apprime conuenit intelligere cum eodem Oleario *Obſ. LXXII. ad Matth. XXIV, 4 - - 14. p. 681.* et praeeuntibus Medo et Knatchbullo, *doctrinam de Spiritibus beatis, animabuſue defunctorum colendis.*

IAC.

CAP. IV, 6.

Πρὸς Φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν;

IN quem locum plauſtra onuſta interpretationibus induxiſſe theologos recentiores, quae videre licet apud Thomam Gatakerum *in Aduerſ. Miſ. Poſth. c. 19. Opp. Crit. p. 635 - - 639*, haut opus fuiſſet conqueri Eraſmum, ſi omnes aeque aduertiſſent, omnium conuenientiſsime apoſtolum Iacobum reſpicere ad verba Moſis, inuidiam Ioſuae reprehendentis Num. XI, 29. Num. IX, 19. המקנא אתה לי Num inuides, inuidus es, tu mea cauſa? *Vtinam* (vid. *Ebr. Etym. p. 59.*) *totus populus Iehouae prophetae eſſent! daretque Iehoua Spiritum ſuum ſuper eis!* tantummodo quod Iacobus ea non αὐτολεξεὶ, ſed κατὰ διάνοιαν, ab *hypotheſi* ad *theſin* conuerſa referat, hoc ſenſu itidem interrogatiuo: Num ad inuidiam deſiderio fertur Spiritus, qui habitat in nobis? (in vtroque noſtrum et in aliis DEi ſeruis? immerito igitur illis prophetantibus, Eldad et Medad, inuides.) Germ. *Solte wohl der Geiſt, der in uns wohnet, Verlangen, (Gefallen) tragen nach (an) dem Neid?* μὴ γένοιτο. *Maiorem potius dat gratiam*, nimirum modeſtis et humilibus, ἀΦθόνως proximum diligentibus. Quae verba Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν non amplius ad allegatum oraculum ſpectantia, in antitheſin ἐνεργητικῶς ſubdit Iacobus. Atque iſtum reſpectum Iacobi apoſtoli ad dictam γνώμην Moſis vt *commodiorem*, vt *veriſimillimum* pariter praetulerunt poſt Iunium et Piſcatorem Glaſius *in Rh. S. col. 2070.* et Gatakerus *l. c.*

I. PETR.

CAP. II, 8.

οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν.

QVod dictum Petrinum secundum vulgarem constructionis rationem, *Qui offendunt verbo, non credentes, in quod et positi sunt*, euadit multis vere λίθος προσκόμματος in grammatica et theologia. Vid. Glassii *Gr. S. col. 607. seqq.* Qui vero *lapis offensionis* geminus tollitur, si nomen obiecti τῷ λόγῳ non construatur cum verbo προσκόπτουσι, quippe quod casum suum relatiui αὐτῷ virtualiter habet ex praeuio nomine λίθῳ, coll. Rom. IX, 32; sed cum ἀπειθοῦντες, auctoritate non solum interpretis Syri, verum et ipsius apostoli in cap. seq. III, 1. et IV, 17. Vnde valde probabile fit, eum et h. l. ita construxisse: sique hinc articulus *neutrius gen.* ὃ non referatur per insolentem anomaliam ad proximum λόγον, (vt quidem etiam factum a Syro) vel ad remotius λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἔκλεκτον, ἔντιμον, cum Luthero. Conf. *tom. II. Ien. Germ. ad h. l.* (quo quidem pacto durities sensus theologici sublata esset,) sed ad προσκόπτουσι, siue, quod idem, ad eius verbale πρόσκομμα. Vt ita sensus iuxta ὑποτύπωσιν natiuae suae syntaxeos, et ὑγιαινόντων λόγων postliminio hic compareat: Qui impingunt (in illum,) dum verbo (euangelii) non credunt, ad quod (impingere et cadere) etiam positi sunt. Germ. *Welche, da sie dem Worte nicht glauben, sind es, die sich daran stossen, (und fallen,) wozu sie auch (aus gerechter Straffe ihres Unglaubens) gesetzet sind.* Conf. Luc. II, 34. vbi etiam de Christo dicitur κεῖσθαι εἰς πτῶσιν *positum esse ad lapsum*, nempe incredulis et coeca mente ambulantibus. Qui enim non credit, condemnatur. Ita recte pariter ordinat et transfert verba D. Hedingerus *in Not. Germ. ad h. l.* Praefert etiam hunc sensum verborum, vtpote *se primum animo ingerentem, et optime cum serie orationis v. 7. consentientem*, doctissimus Hammondus *ad h. l.*

CAP. III, 19.

ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν.

Circa quem locum iusto vexatiorem si et meam mentem libere depro-

CAP. IV. mere licet, haut diffiteri possum, me a communi et recepta sententia, quod nempe heic agatur *de descensu Christi ad inferos reali et triumphatorio*, secessionem facere, et potius hunc sensum amare: In quo (Spiritu nempe suo aeterno coll. Ebr. IX, 14. et *Not. Sel. ad h. l. p.* 72.) etiam illis, qui iam sunt in custodia seu carcere (infernali) spiritibus, abiens praedicauit (*in praecone* inprimis *iustitiae Noa* 2. Petr. II, 5.) Germ. *In welchem (Geiste der Gottheit) ist er auch hingegangen, und hat geprediget (durch die frommen Väter A. T. insonderheit Noam, den Prediger der Gerechtigkeit, Busse und Vergebung der Sünden) denen (abgeleibten) Geistern, (welche iezt) im Gefängniss (oder höllischen Kercker sind)*, vers. 20. *Welche damahls ungläubig waren, da GOttes Langmuth einmahl wartete in den Tagen Noä (nemlich 120 Jahr auf ihre Busse und Bekehrung. conuersionem eorum*, etiam paraphrastice inserit Syrus, et Er. Schm.) etc. Quem quoque sensum praeferunt e nostratibus Io. Gerhardus *Comm. in h. l.* Winckelmannus *in h. l.* Horneius *in h. l.* Er. Schmidius *ad h. l.* Raithius *in Vindic. vers. germ. Luth. p.* 587. Gottfr. Olearius *in dissert. de Angelis desertoribus et captiuis ad Ep. Iud. v.* 16. §. *IV.* (nisi quod hic, voce φυλακῆς non pro *carcere*, sed pro *ipsa custodiendi actione* sumta, phrasin ἐν φυλακῇ εἶναι exponat *in statione versari, custodiam agere, munus custodiendi obire*, et hinc τὰ ἐν φυλακῇ πνεύματα *de principibus gentis antediluuianae, qui praesidebant, atque curam gerere populi debebant.*) Hedingerus *in not. germ. ad h. l.* et M. Laur. Mullerus *der Erleut. P. II, p.* 119. *seqq.* itemque Ioach. Langius *in Exeg. h. l. p.* 345.

CAP. IV, 6.

Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκί, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι.

In hoc loco, qui itidem inter δυσνόητα καὶ ἄπορα Petrina refertur, ceu ex tam variis variorum explicationibus, a b. Ittigio *in pec. disp. ad h. l.* recensitis et examinatis, videre est, non probamus (α) vocem νεκροῖς *mortuos* accipi pro *spiritualiter mortuis*, pro quibus militarent potius verba temporis praesentis εὐαγγελίζεται, κρίνωνται, quemadmodum etiam conuertunt: *nam idcirco etiam mortuis euangelium praedicatur, vt iudicentur* etc. (β) Vocibus κατὰ ἀνθρώπους per ἐπεξήγησιν addi vocem σαρκὶ, et vicissim κατὰ Θεὸν vocem πνεύματι; et exponi de *mortificatione veteris et vinificatione noui hominis.* Non enim dicitur κατὰ ἄνθρωπον, sed κατὰ ἀνθρώπους. (γ) Dictio-

Dictionem κατὰ ἀνθρώπους idem dicere, quod *secundum falsam et peruersam hominum opinionem*, et κατὰ Θεὸν *secundum DEI voluntatem* vel *iudicium*. Probamus autem 1) νεκροὺς *mortuos* accipiendos esse in eadem propria significatione, qua in praeuio versu 5, vi etiam aoristorum εὐηγγελίσθη, κριθῶσι. Quanquam *mortuis* non vt mortuis, sed quum adhuc in viuis essent, euangelium praedicatum sit, perinde ac *mortui* v. 5. non vt mortui iudicabuntur. Conf. Ruth. I, 8. 2) Phrasi *iudicari carne secundum homines* respici ad homines βλασφημοῦντας *vers. 4.* et ad τὸ κρῖμα *iudicium a domo DEI inceptum*, quum per mortis supplicium *carnis* quidem seu corporis iacturam fecerint conuersi et pii, quoad *spiritum* autem siue animam vitae aeternae sint participes. Et 3) interpretationem totius commatis, a cl. M. Laur. Mullero *P. XIII. der Erleut. p. 20.* neruose propositam: *Ja eben dazu (damit sie sich dem Willen GOttes gleichförmig machen möchten*, coll. v. 2.) *ist auch denen Todten (oder bereits verstorbenen Gläubigen) das Evangelium (bey Lebzeiten) verkündiget worden; so daß sie dabey zwar gerichtet (und biß zum Tod verfolget,) worden nach den Menschen (und so viel in derer Gottlosen Vermögen gewesen,) wiewohl weiter nicht als am Fleisch, aber nach GOtt (und dessen Gnade) im Geiste leben.*

Cap. II.

II. PETR.

CAP. II, 11.

Ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν.

ET hoc oraculum Petrinum audit obscurissimum difficillimumque, idque loquuntur tot diuortia sententiarum apud b. Gerhardum *Comm. h. l.* Dura pariter et obscura sonat versio Lutheri qua praedicatum controuersum, orta maxime ex arrepta lectione pronominis reciproci ἀυτῶν pro meliore relatiui αὐτῶν, *So doch die Engel, die gröſſer Stärcke und Macht haben*, nicht ertragen das lästerliche Gericht wider sich vom HErrn. Prae qua literae et contextui omnino est conformior planiorque Reiziana: Kein lästerlich Urtheil wider sie vor dem HErrn vorbringen. Et Hedingeriana cum paraphrasi: Kein lästerlich Urtheil fällen wider sie (*die oberzehlte*

Cap. II. *Herrligkeiten*) für dem HErrn. i. e. *Sind die Engel ſo beſcheiden, daſs, ob gleich ſie an ſolchen Perſonen viel ſündliches wahrnehmen, dennoch mit Ehrerbietung ihrer für GOtt gedencken; Wie greulich iſt es denn, daſs ſich die Irr-Lehrer mit böſen Urtheilen gegen ſie vergreiffen.* Nec aliter reddit cum Beza Er. Schmidius: *Quum tamen ipſi angeli - - non ferant adverſus eas* (δόξας i. e. perſonas ἐν δόξῃ, quales ſunt *magiſtratus*) *coram Domino maledicum iudicium.* In ſenſu autem illo Lutheri et alio quocunque recte notat nullam apparere connexionem, eſſe ſcopas diſſolutas, et plane eneruari argumentum apoſtoli a maiore ad minus. Equidem argumentatio haec non eneruatur, nec connexio tollitur per exegeſin Langianam: *Cum angeli* (boni) - - *non ferant contra ſe* (angelos malos, apoſtatas, vtpote eiusdem cum illis ſpiritualis naturae, licet qualitatis admodum diuerſae) *apud Dominum blaſphemum iudicium;* attamen durus et obſcurus manet ſenſus reciprocus, licet fundamentum eius quaeratur in loco parallelo Iud. v. 9. Id vero eſſe arenoſum, patebit ex veriori huius exegeſi infra.

Verſ. 13.

Ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν.

Vbi pro voce ἀπάταις Eraſmus coniecturauit, ſuccinentibus Camerario et Er. Schmidio, Grotio et Hammondo, itemque Hombergkio *in Pareng. S. p. 366.* ſubſtituendum eſſe ἀγάπαις. Qualem quidem correctionem nuda ſi coniectura nitatur non immerito indigne tulit, iuſteque ſtomachatur aduerſus eam Io. Saubertus *in Proleg. ad Var. Lect. Gr. Matth. p. 35. f.* cui tamen patrocinantem poſtmodum deprehendit codicem MS. Alexandrinum, qui illud ἀγάπαις expreſſe in textu legat. Cuius auctoritate ductum quoque interpretem vulgatum vertiſſe *in conuiuiis ſuis*, nec non Lutherum *prangen mit euren* Allmoſen. Quanquam et hoc addendum videtur, quod forte hi interpretes ideo etiam lectionem hanc probauerint, quod eam in loco Iud. v. 12. vt parallelo inuenerint. Nihilominus tenenda eſt lectio recepta probatiorum codicum, argumento etiam pronominis ὑμῶν, multo congruentioris ἀπάταις quam ἀγάπαις, ſiquidem hae non tam falſorum erant doctorum, quam ipſius eccleſiae, ac proinde Iudas non adhibuit pronomen αὐτῶν, ſed ὑμῶν *in agapis veſtris*, recte animaduertente D. Langio *ad h. l. p. 746.* Atque hinc recte ſe habet haec verſio: *Deliciantes* in deceptionibus ſuis, *coëpulantes vobiscum.* Germ. *Die zärtlich leben bey ihren Betrügereyen, (Heucheley und Schmeicheley,) wenn ſie mit euch zur*

zur Mahlzeit sind. Ita etiam Reizius et Hedingerus reddunt. Nisi simul cum Dan. Fesselio *in Aduers. S. l. 1. c. 13. p. 71.* aduertendasit pulcra et elegans vocum allusio, qua significetur, pseudo Christianos tum temporis ἀγάπαις h. e. *fraternis illis conuiuiis* πρὸς ἀπάτας h. e. *ad fraudes et deceptiones* abusos fuisse. VERS. IX.

IV D.

VERS. IX.

Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν· ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος.

QVot, quaeso, certamina *super hoc certamine Michaelem inter et diabolum de corpore Mosis* non exorta atque agitata sunt! Quae vero omnium felicissime decertata ac composita fuisse ab iis persuasissimus sum, qui defendunt, apostolum Iudam ad Zach. III, 1. 2. respicere, argumento luculento aduersarii vtrobique eiusdem, puta, *Satanae*, seu διαβόλου, et signi victoriae יגער בך יהוה ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος, adeoque (α) materiam certaminis et rixae esse non proprium et physicum *Mosis corpus*, quod *in valle terrae Moabiticae sepultum est* Deut. XXXIV, 6. sed figuratum et politicum, nempe *rempublicam V. T. Iudaicam*, quae *corpus Mosis* dicitur, quod *mediator* eius testamenti, et *caput* adeo eius *populi*, esset *Moses*, ac propterea *corpus* seu ecclesia *Mosis*, perinde ac ecclesia N. T. Christiana *corpus Christi* dicitur. (β) Litigantes ab vna parte esse *Michaëlem* aliquem i. e. *principem* t. t. populi Iudaici *Serubabelem*, eumque simul ἀρχάγγελον i. e. vi vocis *primarium legatum*, (qualis vere fuit, nempe *primarius* DEI Cyrique ad promouendam Hierosolymae cultusque sacri restaurationem missus *legatus*, vnacum Iosua summo sacerdote, quemadmodum ex Esrae et Nehemiae historia constat;) ab altera parte διάβολον et *Satanam* i. e. Iudaeorum aduersarios et calumniatores apud regem Persarum, *Tattenai et Schtarbosnai*, Syriae Iudaeaeque regendae praesides, qui restaurationem vrbis templique omnibus modis impedire satagebant, et quoniam in sua cum Iudaeis lite facile superiores se euasuros praesidebant, ideo *Satan* in visione

VERS. IX. sione Zachariae *ad dextram Iosuae Stans* sistitur. *Personam* autem *magistratum gerentem*, talem quidem, quae ecclesiam DEI infestat, sacrumque DEI cultum impedit, immo promotores eius acriter obiurgat, διαβόλῳ nomine merito venire, nemo negabit, licet propterea aduersus tales δόξας non sit ferenda βλασφημίας κρίσις, monente non apostolo tantum Iuda, sed et Petro 2. Petr. II, 11. id quod etiam *princeps Serubabel* cum proceribus aduersariis suis *verbis contendens* (διακρινόμενος διελέγετο) praestitit, dum illis mollissime respondit, nullis admixtis conuitiis, ceu apologia Iudaeorum edocet Esr. V, 11. 12. 13. 14. 15. et vindictam soli DEO commisit his vsus verbis: *increpet te DEus*! Hoc igitur exemplum modestiae in Iudaeis antiquioribus aduersus magistratum Persicum commendat Iudas, nec minus Petrus Iudaeis conuersis et Christianis sub magistratu Romano degentibus, vtne et in hunc, licet se prementem, loco reuerentiae debitae conuitia ac blasphemias coniicerent. Atque hic hactenus sensus multo mihi simplicior, historiaeque et rebus ipsis conuenientior videtur cum celeb. D. I. A. Schmidio *in disp. de Morte Mosis* §. 44-62, quique ὁμοψήφους ex parte, qua videlicet *corpus Mosis* et *diabolum* rixantem, adducit Io. Clericum *in annot. ad Hamm.* et Brand. Henr. Gebhardi *in commentationis ad h. l. quae* Io. G. Dorschei *fragmento commentarii in ep. Iud. adiecta est*. Add. etiam qua consensum cum *corpore Mosis* D. Gottfr. Olearius *in disp. de Transfigur. Christi p. 20.* et solida vtriusque textus Zachariae et Iudae per omnia conciliatio D. Io. Hulder. Heydeni *in nupera disp. Hal. de Mosis resuscitatione* §. 16-27. Nec crediderim, emunctae naris lectorem in hoc rationabili sensu amplius haesitaturum.

Vers. 12.

Δένδρα δὶς ἀποθανόντα.

Arbor *bis mortua* dicitur non simpliciter, quae penitus exaruit et emortua est; sed quae natura sterilis, in terra arida et effoeta, succo vegetali destituta, si in terram foecundam transplantetur et humore irrigetur, virescere incipit et spem facit melioris prouentus; sterilis manet tamen, et superueniente aestu, penitus exarescit. Haec similitudo optime quadrat in *hostes fidei* h. l. depictos. Illi enim natura mortui sunt, videntur autem praedicatione euangelii transplantari in ecclesiam, vbi nomen accipiunt viuentium, vt illos viuere appareat; sed tantum abest, vt reue-

reuera viuificati fuerint, vt et in *mortem secundam* inciderint priſtina reno- CAP. I.
uantes peccata, atque ſic extrema eorum peiora ſint primis, Matth. XII, 43. Quae apprime concinna eſt expoſitio Sam. Szattmar Nemethi *in comment. ad h. l.* qui commentario in ep. ad Ebr. ſuffixus eſt.

APOC.

CAP. I, 4.

Ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος.

CVi haec oratio graecis auribus horrida et ſoloeca videtur, eum ſcire iuuat, praeter orationem graecanicam in ſtilo N. T. dari etiam ἐβραΐζουσαν Vid. ſupra *p. 1. & 6.* Ioannes namque nomen DEI proprium et eſſentiale יהוה graece redditurus, vno vocabulo omnem vim eius exprimere haut poterat, ideo periphraſi vſus tribus temporibus diſtinctis, *praeſenti* (ὁ ὤν) *praeterito* (ὁ ἦν) et *futuro* (ὁ ἐρχόμενος) expreſſit, eo quod illa ipſa nomen ebraeum inuoluat, י ſignante *futurum*, ה ſyllabam primam participii beneni ſeu *praeſentis*, וה ſyllabam vltimam 3. p. ſ. *praeteriti Mt.* Quumque idem nomen apud ebraeos ex lege nominum propriorum ſit ſemper vniforme, nec in ſtatum conſtructum ſeu regimen declinabile, coll. *Luc. Ebr. p. 169.* ideo Ioannes ad indicandam hanc vniformitatem et in ſermone graeco reliquit inflexum, obſeruante pariter Beza *h. l.* quem notanter heic in ſolidum approbat Er. Schmidius *ad h. l.* Quemadmodum etiam in verſu ſeq. 5. et 6. amatam ebraeis ſyntaxeos variationem et in idiomate graeco aemulari amat Ioannes, dum a *participiis datiui caſus* τῷ ἀγαπήσαντι καὶ λύσαντι (a quibus, vtpote rectis a δοξολογία verſ. 6. nempe αὐτῷ ἡ δόξα *ipſi*, inquam, coll. c. II, 17. *ſit gloria* etc. incipiendus eſſet *verſus 6*, in vulgatis codicibus inepte diſcerptus.) ſtatim conuertit ſermonem in *tempus finitum* καὶ ἐποίησεν pro καὶ ποιήσαντι. Conferatur quoque Marc. XIII, 34. cum Pſ. CXXXVI. Vbi talis permutatio participiorum cum tempore finito ſaepe recurrit. Quae vero conſtructionis ratio vſitatatam *ellipſin pronominis*, ibi quidem אשר, arguit. vid. *Lux Ebr. p. 373. 375.* Sicut quoque in verbis mox ſequentibus καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ v. 5. & 6.

 Χριστοῦ,

χριστὸς, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, eiusmodi ellipsis simulque verbi subst. animaduertitur, nempe ὃς ἐστιν *qui est* testis ille fidelis. Inde interpres Syrus phrasin nostram plenius exhibet: *ab eo qui est, et eo qui fuit, et eo qui venturus est.* Id Ebraeus diceret מאת יהוה.

Μόνῳ σοφῷ Θεῷ σωτῆρι ἡμῶν δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Loca pro occasione illustrata.

Genes. XXIV, 32.	p. 87	Act. III, 21.	116
Num. IX, 29.	145	VII, 60.	67
2. Sam. XXI, 10.	141	Rom. VI, 17.	49
Ies. V, 27.	87	XV, 7.	152
Dan. IX, 27.	66	1. Cor. IV, 13.	110
Matth. XXVII, 63.	52	VI, 20.	125
Marc. II, 27. 28.	50	XI, 12.	127
V, 26.	139	XV, 25. 28.	130
VIII, 31.	52	2. Cor. V, 11.	138
XIII, 32.	51	VII, 2.	135
XIV, 72.	70	11.	124
Luc. XI, 44.	62	X, 12.	123
Io. XII, 2.	128	2. Thess. III, 2.	93
XVI, 2.	124	Apoc. XVI, 15.	68
Act. II, 30.	114		

Pauca haec emendanda.

P. 23 lin. 9. leg. in phantastica illa, ceu tabella quadam cosmographica, ibid. lin. 16. pro 2. leg. 5. P. 64. l. 7. a fin. leg. cuiusdam.

ἐνδυναμωμένος ἐν κυρίῳ,
καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ

HENR. BENED. STARKI

NOTAE SELECTAE

CRITICAE PHILOLOGICAE EXEGETICAE

IN

EPIST. S. PAVLI AD EBRAEOS

Consultis etiam optimis quibusquē interpretibus,
et dextre examinatis iuxta regulam
Apostolicam
Πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.

ACCEDIT

APPENDIX NOTARUM IN LOCA SELECTA

EPISTOLAE AD ROMANOS.

Nempe cap. I, 4. III, 25. 26. V, 16. 18. VI, 4. VIII, 3. XI, 15. 16.
et totius cap. difficilioris IX,
item
in Luc. VI, 1. de Sabbatho Δευτεροπρώτῳ
cum duobus Indicibus.

LIPSIAE
Impensis JOHANNIS HERREORDI KLOSII, Bibliopol. Lipsiensis.
Anno O. R. cIↃ IↃccx.

GRATIOSISSIMO. AC. CLEMENTISSIMO.

DEO PATRI

IN IESU CHRISTO.

EVERGETAE. ET. PATRONO. MEO. VERE. VNICO.
TER. OPTIMO. MAXIMO. INTEGERRIMO. FIDELISSIMO.

QVI.

A. PRIMORDIIS. VITAE. DENATVM. AD. VITAM. VERAM. RENATVM.
PATERNA. CVRA. FOVIT. REXIT. TEXIT.
PECCATIS. AVERSVM. NON. AVERSATVS. EST.
POENITENTIAM. HAVD. POENITENDAM. EXCITANS. ET. ACCEPTANS.

QVI

PRO. PROVIDA. SAPIENTIA. STVDIA. MEA. PRAETER. SPEM. DISPOSVIT. ET INCLINAVIT.
IN. MAIOREM. SVI. GLORIAM. ET. ANIMAE. MEAE. OBLECTAMENTVM.

QVI.

PER. VARIOS. CASVS. PER. TOT. DISCRIMINA. RERVM.
TENTATVM. ANIMAVIT. AMAVIT. ROBORAVIT.
OCVLO. SVO. MIRE. VIAS. PRAELVXIT. DVXIT. REDVXIT.

QVIN.

HEIC. ALMAE. LIPSIAE. OPINIONE. DEVTIVS. ET. QVOAD. IPSI. LIBVERIT.
PEDEM. MEVM. STITIT.
ETSI. OCVLVS. HINC. MALVS. EXSTITIT.
EI. AETERNO. PATRI. MEO.

HASCE. PRIMITIAS. EXEGETICAS.
IN TESSERAM. INNUMERABILIUM. BENEFICIORUM. BONORUM. DONORUM. NEC NON. AETERNI. AMORIS.
SACRAS ESSE. VOLVIT.
HUMILLIMUS. ATQVE. OBEDIENTISSIMUS. FILIUS.

HENRICVS. BENEDICTVS. SCHMIDE.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Lectori. χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Quo tutius, quo expeditius, quo firmius in via Scripturae veteris foederis interpretativa irem, per gradus ire amaui. Iacta enim prius **linguae ebraeae** ac cognatae **chaldaeae fundamenta** solida, insecuta est **ratio interpungendi fontis ebraei** vere diuina in infallibile sensus ministerium, ringentibus licet aduersariis, hic vere coecutientibus. Quae vltimam adhuc limam cum Deo et die exspectant. Haec nuperrime excepit studiosa **enucleatio locutionum sacrarum** siue **ebraismorum etymologicorum**, hoc nomine contradistinctorū **Syntacticis**, in **Luce ebraea** iam propinatis, et in posterum paulo plenius propinandis. Quibus suppositis intimam **studii hermeneutici** familiaritatem vnice ambiui, obnixe

obnixe expetiui, cuius quoque sublimitati, sanctissimaeque vtilitati ita me totum consecraui, vt non tam eidem immorari quam immori cupiam. Fructus autem dulces hinc per Dei gratiam redundantes erunt πρὸς τὸ συμφέρον. Cui proinde iam Notas selectas in totum V. T. et quidem primum in Pentateuchum libare animus erat. Sed eas praeuertunt hae ipsae Notae in Epistolam δυσερμήνευτον ad Ebraeos, partim desiderio multorum auditorum satisfacturus: partim, quod vice aureoli commentarii et compendii veteris sit testamenti: partim quod locutionibus hellenisticis largiter tincta sit: partim quod ad ritus veterum Ebraeorum non raro alludat: partim denique, ne quis opinetur, me non tam graeca quam ebraica pensi habere et profiteri. In earum autem propositione nulla hic et alibi apparebit inanis sermonis pompa, nulla πολυλογία, a qua naturae quodam rigore sum alienus, et ipsas res in neruos contrahere iubeor, sine tamen perspicuitatis iactura, atque hinc nullum facile verbulum frustra et sine ratione positum inuenietur. Quo ipso et discentibus plus inseruiri putem, quam ampullis, phaleratisque dictis et maeandris. Sententiarum pariter diuersarum seruatur frugalitas, ea tantum electa, quae in iusto suo examine prodiit probatior, verior

verior, aut veri ſalte ni ſimilior; nulla tamen ſpecioſa et veritatem mentita praeteritur, ſed decenti ratione luſtratur ac trutinatur. Omnis autem hic et vbiuis labor meus ad ſcrutinium genuini ſenſus literalis protenditur iuxta regulas bonae interpretationis, ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεός, nec ſic χερσὶν ἀνίπτοις, cum ſcriptura non ſit ἰδίας ἐπιλύσεως; adhibitis inſuper in conſilium varii generis interpretibus, vt ducibus non dominis, indicibus non iudicibus, ad diſpiciendum τὰς διαιρέσεις χαρισμάτων πρὸς ἑρμενείαν γλωσσῶν, quoniam quod vnus non vidit, vidit alius. Nam non omnia omnibus dedit Deus. Illa autem χαρίσματα in aliis exhibita floccipendere, et negligere velle, et iamtum cum cura exquiſitum denuo inquirere, nimiae ſane foret confidentiae et ἰδιογνωμωτύνης, vel ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. Quoniam autem ſaepe non inuenimus, quod quaerimus, noſtrum eſt ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ὃ ἐστὶν ἐν ἡμῖν, cum vere et hic ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως, continuis maxime precibus et ſuſpiriis, vt Deus det πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ſcripturam per ſcripturam reſignando, neque legamus כרברי הספר החתום Qua via ſaepe numero is minore ſollicitudine Spiritus ſ. φρόνημα ſ. ſenſum aſſequitur, qui eſt לפיד בוז בעשתות שאנן וחכמים בעינן Atque huc iure meritiſſimo accommodē verba viri illius pii populo ſuper

Saulem

Saulem cum prophetis prophetantem obſtupeſcenti reſpondentis: ומי אביהם 1 Sam. X, 12. *Et quis pater, auctor* (coll. Gen. IV, 20. 21.) *eorum*? hoc eſt, interpretante Vatablo, *qui docuit illos, et dedit illis Spiritum prophetiae, potuit etiam docere Saulem, et dare illi ſpiritum propheticum.* Praeſertim cum ſit סור יהוה ליראיו Senſui itaque literali probe fundato absque etiam oppoſiti formidine, omnis iam theſis theologica firmius poteſt inniti, fides ſuam habet ὑπόςασιν et ἔλεγχον, fideles fiunt ἀμετάτϖλοι καὶ ἀμεταχίνητοι, non κλυδονιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. Nec maiora ſolum atque exſtantiora loca verbaque ſcripturae iuſta κρίσει ſunt expendenda, excutienda, verum et quae minora atque minuta videntur, quandoquidem tota ſcriptura in maximis minimis eſt θεόπνευς@. Et vt praeclare Altingius monet *comment. ad Ebr. III. 12. p. 97. b.* "Scriptura multa continet, quae obiter „inſpicienti non apparent, ſed ſcrutando inueni„untur, et poſt plurimorum operam adhuc ſemper „relinquit copiam inexhauſtam. Neque ſuffiicit, vt „ſolum ea ſcripturae ſpectentur, quae momenti ma„ioris, ſed etiam, quae leuiora aeſtimantur, circumſtantiae veniunt conſiderandae. *Eſt illa pa„nis vitae, cuius non tantum fruſta maiora iſtam ha„bent indolem, ſed etiam micae, tametſi non nun„quam negligantur, et ſub menſam cadant et concul„centur.* Plurimorum illud vitium eſt, qu i nih

ſcri

„ſcripturae obſeruandum putant, quam quod ob-
„uium, vbi ſaepiſſime nequidem eam inſpiciunt,
„ſed quod alii viderunt, dixeruntque, tantum repe-
„tunt: vnde dicta ſeparata intuentur citra ſuum ne-
„xum, vt nec ſcopum nec cohaerentiam nec cir-
„cumſtantias attendant: aut ſi haec, quae externa
„quoque ſunt, perſequantur, quae remotiora ſunt,
„et profundius latent, non eruunt.„ Ceterum
haſce, quas cernis *Lector honorande*, notas graecas
aequi bonique conſulas velim, intereadum maio-
res ebraicas palmarius opū meum vſui tuo conſe-
crare potero. potero autem. ἰσχύσω ἐν τῷ ἐνδυνα-
μοῦντί με χριστῷ, ἡ δύναμις τοῦ κυρίου ἐν ἀσθενείᾳ
τελειοῦται. ἔρρωσο. Scrib. Lipſiae add. VIII.
Maii. MDCCX.

CAP. I.

v. 1.

Πολυμερῶς) Convenit cum ebraeo לְפָרָקִים quod et *partes* siue *capita* & *tempora* notat, quemadmodum dicunt Ebraei בארבעה פרקים בשנה *quatuor temporibus in anno*: sic הלומד תורה לפרקים *qui discit legem certis temporibus*. Vid. Buxtorf. *Lex. Chald. Rabb. Talm. col. 1841.* Observat pariter Seb. Schmidius ad *h. l.* vocem μέρος etiam dici de *tempore*, Col. II, 16. ἐν μέρει ἑορ[τ]ῆς *in parte festi*, h. e. in festo ad certam temporis partem alligato, vel in festi certo tempore. Vt adeo Deus locutus sit non simul et semel, sed pro sapientissima oeconomia πολυμερῶς *multis temporibus*, et *per multas partes*, doctrinas fidei et mysteria salutis, inprimis de Messia, eiusque triplici officio, beneficiis, etc. vt pote nulceo totius Scripturae.

Πάλαι) *Olim i. e.* in V. T. παλαιωμένῳ, vbi *Patres*, vbi *Prophetae*; cui opponuntur ἔσχα[τ]αι ἡμέραι *vltimidies* i. e. in N. T. vbi *Nos*, vbi *Filius* ἔνσαρκος. De phrasi ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν consule *Ebraism. nostr. p. 202. f.*

τοῖς πατράσιν) Hic quidam adscendunt ad patres vsque antediluvianos, sed minus commode, cum illi non fuerint proprie dicti Patres Iudaeorum, tantum de Patre Abrahamo se denominantium, in eoque gloriantium. Cum autem Abrahamo reliquisque Patriarchis Isaaco et Iacobo non locutus sit Deus *per Prophetas*, cum ipsimet essent Prophetae, non altius Patres eorum quaerendi sunt, quam ad montem Sinai, indeque eorum successores durante toto tempore πάλαι *olim*. Quo sensu *Patrum* appellatione vsus est Stephanus Act. VII, 38. 39. 44. 45. 51. 52. et Petrus XV, 10. et Paulus XXVIII, 25. I. Cor. X, 11.

CAP. I. ἐν τοῖς προφήταις) Praepositio ἐν respondet h. l. Ebraeorum בְּ הכרי *instrumenti*, *per* Num. XII, 2. Vnde crebrum illud ביד משה, vel ביד נביאיו *per manum Mosis vel Prophetarum suorum.* Qvanquam hic etiam emphatice loqventis *in* ipsis et *per* ipsos Dei praesentia & efficacia notetur, vt 2. Petr. I, 21. 1. Petr. I. 11. Matth. X, 20. 2. Sam. XXIII, 2. Hab. II, 1. qua *DEus qvasi insedit & inhabitavit Prophetis, atqve ita eorum mentem et lingvam moderatus fuit, qvemadmodum mens iuncta corpori actiones hominis moderatur*, ceu loqvitur Sam. Szattmar Nemethi *h. l.* Prophetarum autem istorum omnium primus Moses, qvem postularant. Deut. V, 27 seq. VI, 1. seq. IV, 1. 2. 5. idemqve maximus, Deut. XXXIV, 10. Vnde illi soli respondet internuncius vltimus, Deut. XVIII, 15. 18.

v. 2.

δι' οὗ) Hugo Grotius *h. l.* διὰ exponit *propter*, vt sit pro δι' ὅν. propterea qvod ad Ebraeos scribens videatur respicere ad dictum vetus Ebraeorum, *propter Messiam conditum esse mundum.* Sed eo hic respexisse non videtur, qvandoqvidem *causam finalem* clare expressit c. II, 10. ibiqve δι' οὗ *per qvem*, & δι ὃν *propter qvem* manifeste discriminat, qvamvis de Deo Patre vsurpata, adeoqve δι' οὗ h. l. idem est ac δι' αὐτοῦ in locis Joh. I, 3. 10. Eph. III, 9. Col. I, 16. Διὰ autem notare etiam *causam efficientem principalem* indubium est e cit. cap. II, 10. et. 1. Cor. I, 9. vbi de Deo Patre adhibetur, coll. Apoc. IV. 11. & Gal. I, 1. Rom. XI, 30. Et licet paraphrastes Syrus Joh. I, 3. 10. adhibeat phrasin *per manum eius*, tamen hac interdum principale etiam agens innuere, patet e v. 17. eiusdem capitis, vbi Lex dicitur *per manum Mosis* i. e. ministerio Mosis data, veritas autem et gratia *per manum I. C.* i. e. auctore eo facta. Sic de Deo dicitur, qvod omnia sint *per manum eius*, Rom. XI, 36.

Καὶ τοὺς αἰῶνας) Numero plurali B. D. Brochmandus *Comment. posth. ad h. l.* putat innui, Filium tum *mundi* ex nihilo *creati*, tum per lapsum *renovati*, tum αἰὼνος μέλλοντος Ebr. VI, 5. auctorem esse. Daniel qvidem Heinsius *Exercitat. Sacr. ad h. l.* mavult τοὺς χρόνους et ἔγχρονα significari. Annotat etiam Graecos contra Arianos maxime hoc vrsisse, qvod Filius dicatur tempora fecisse, atqve adeo sit ἄν αρχος sine principio. Belgae tamen nihilominus maluerunt *mundum.* Seb. Schmidius per αἰῶνας intelligit *secula huius mundi* solum, collato loco manifesto

festo 1. Cor. X, 11. cum etiam initio mundi competat pluralis τῶν αἰώνων, CAP. I.
vid. 1. Cor. II, 7. Col. I, 26. Eph. III, 9. Qvando igitur absolute dicitur vel αἰῶνες vel αἰὼν comprehenditur omne esse temporarium s. finitum, qvod in omnibus temporis distinctionibus existit. Vnde Filius Dei ab omnibus finitis excipitur, ipse cum Patre infinitus. Vt recte Graeci locum pro aeternitate Filii DEi vrserint. Haec solide Schmidius

ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων) Proprie non esse descriptionem filiationis, sed demonstrationem et confirmationem filiationis, accurate evincit Seb. Schmidius contra *Photinianos* hinc argumentantes: Qvalis est haereditas, talis etiam est filiatio & creatio. Atqvi haereditas & creatio est positiua non naturalis, E. etiam filiatio.

v. 3.

Ἀπάυγασμα τῆς δόξης) vbi ad τῆς δόξης etiam referendum relativum mox seqvens αὐτῷ cum Syro, Luthero, Belgis aliisqve, ne pessime cum Eniedino vocem δόξης adiective accipias qvasi *gloriae splendor* idem sit, qvod *splendor glorioſus*, vti qvidem h. l. explicat Iac. Cappellus, sed tamen in sensu orthodoxo *relatiue* emanans a Patre; & αὐτῷ ad ἀπάυγασμα, hoc sensu: *ipsissima substantia splendoris*; sive totum id, qvod splendor dici, concipi et esse potest, inesse Christo, vt nihil illo splendidius cogitari et fingi qveat. Qvanqvam ex hac iniqva & malitiosa contorsione nihil lucretur, dummodo vox graeca ἀπάυγασμα probe attendatur, vtpote quae est *relativa*, et *correlatum* suum necessario importat. Vi vocis enim est *relucentia*, *resplendescentia*, ein Abstrahl / lumen de lumine. Vnde bene versio Belgica *t' affschynsel*. Sic sapientia dicitur ἀπάυγασμα φωτὸς ἀϊδίου Sap. VII, 26. Δόξα autem in significatu *gloriae* & *maiestatis* videatur etiam 1. Cor. II. 8. Act. VII 2. 2. Petr. I, 17. Quamvis in nostro, qvem prae manibus habemus, loco malim cum Iac. Altingio *ad h. l.* notionem *imaginis*, vti δόξα τοῦ θεοῦ Rom. III, 23. pro *imagine DEi in homine* accipitur.

Καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως) et *expressissima imago Personae*. Ita rectius redditur, qvomodo Anglis: *and the expresse image of his person*. Filius enim non est χαρακτὴρ Dei Patris ratione essentiae considerati, qvippe vnius eiusdemqve numero essentiae cum Patre. nihil namqve sui ipsius character est; sed ratione *Personae*, qva Pater est, itaqve distinctus a Filio. Conf. Gerhard. *in h. l.* Brochman. Er. Schmid. Alting. Braun.

CAP. I. aliiqve et cum primis Seb. Schmidius et Calovius *B. I. h. l.* Significanter pariter Belgae vertunt: *het uytgedrukte beelt (ofte afdruk ukſel) ſyner ſelfſtandigheyt ofte perſoons*, addita hac gloſſa: *Ondat de perſoon des Soons den perſoon des Vaders volkomelick afbeelt, gelijk een afdruck het Zegel waerom hy ook hēt beelt des onſienlicken Godts wort genaemt*, Col. I, 15.

Φέρων τε τὰ πάντα) vbi τὸ Φέρων in notione *gubernandi & adminiſtrandi* ſumunt cum Eraſmo, Vatablo, Grotio, Henr. Hammondus et Io. Clericus ad eundem, itemqve Wittichius, tametſi hic *late*, vt ſub eo comprehendat *conſervare*. Sed cum Sociniſtae illa abutantur, praeſtat magis propria et emphatica *ſuſtinendi, portandi, conſervandi*, qvandoqvidem iſta potius huius conſeqvens eſt. *Fert* itaqve *Filius omnia imperio ſuo, & potenti iuſſu, & manu qvaſi ſuſtinet & baiulat, ne in prius recidant nihilum, vnde infinita virtute emerſerunt*, bene explicante Nemethi *h. l.* Nec voce πάντα ſola ea deſignari, qvae ad Chriſti regnum pertinent, iuxta pſeudogloſſema Socinianum, evidenter docent loca Ioh. I, 3. Col. I, 16. 17. et v. 10. huius cap. noſtri.

αὐτῦ) Qvod male Schlichtingius cum eoqve Grotius capiunt *relative* ad Deum Patrem, qvaſi Filius non ſua propria potentia omnia ferat, ſed *verbo potentiae Patris*, cum tamen probatiſſima lectio ſit per ſpiritum aſperum *αὑτῦ reciproce*, non αὐτῦ.

v. 4.

γενόμενος) idem h. l. eſt, qvod ὤν *exiſtens*, ſicut etiam ſumitur Act. VII, 38. vel cum Camerone et I. T. Majore *h. l. declaratus, manifeſtatus*, coll. Rom. III, 4. Iac. I, 12. Tametſi qvoqve recte cum Streſone, „ Wittichio, et Altingio *h. l.* dicatur γενόμενος *factus*, a γίνομαι *ſum*, „ *fio*, ſed non πεποιημένος *factus* a *facio*, *efficio*, nec ἐκτισμένος *creatus* „ a *creo*; ſed per aeternam generationem: etſic *factus eſt* Filius Patris, et „ Pater *factus eſt* ipſi Pater ab aeterno, de qva generatione v. 5. agitur. „ Verum h. l. Filius *factus* dicitur, non qva Filius abſolute, ſed qva *Me-* „ *diator*. qvo pacto non vno modo *factus* dici poteſt. Nam *factus eſt* „ aeterno decreto et pacto, praecognitus Rex Pſ. II, 6. 7. et victimalis agnus „ 1. Petr. I, 19. 20. *factus eſt* in plenitudine temporis ex muliere, Gal. „ IV, 4. ex ſemine Davidis, Rom. I, 3. caro Ioh. I, 14 ſub lege, Gal. IV, 4. „ imo θεάνθρωπος *factus eſt minor Angelis*, Ebr. II, 9. qvi hic *longe* „ *praeſtantior iis factus* dicitur, non qva Deus abſolute, qvi imminutionem

„nem et incrementum accipere neqvit, sed qva Mediator θεάνθρωπος CAP. I.
„qvi ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, sese exinanivit, Philip. II, 7
vt adeo *Ariani* non obtineant, qvod volunt.

Διαφορώτερον ὄνομα) Hoc excellentius nomen est, qvod vocetur et sit *Filius Dei*, vt ex seq. v. patet. In duabus autem rebus, interprete Stresone *h. l.* consistit illud grande nomen Christi. 1) in magnifica praedicatione, qvae fit de Christo in Ecclesia, qva Deus tam insignia testimonia dat Filio suo in Scriptura, et tanta magnalia, mirabilia et glorioſa ex scripturis curat praedicari in Ecclesia, Ps. LXXXVII, 3. 2) In religioso illo respectu, qvem Filio suo conciliat apud conscientias hominum, per qvem excitantur ad Filium adorandum et colendum cultu vere religioso soli Deo debito, vt in nomine Christi se flectat omne genu, Philipp. II, 10.

v. 5.

υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε) Totum dictum e Ps. II, 7. non posse commode explicari de generatione aeterna, cum non sit ad rem, qvia Paulus probare vult, Christum secundum humanam naturam haereditasse excellentius nomen h. e. nomen Filii DEi, recte observat Seb. Schmidius *h. l.* Proinde melius cum eodem dictum istud distinguitur, vt membrum posterius non sit exegeticum prioris, sed prioris ratio, ideo etiam per *Athnachum* disterminatum, h. m. *Filius meus s tu, ego* (enim) *hodie genui te.* Ita qvidem vt in primo membro pronomen σὺ supponatur pro tota Messiae persona secundum vtramqve naturam, hoc sensu: „Tu o „Messia secundum vtramqve naturam es Filius meus, qvia ego secundum „divinam naturam te ab aeterno genui. vt adeo secundum divinam „naturam sis Filius meus naturaliter & per naturam, secundum humanam „vero personaliter et per vnionem personalem. „ Nec incommode qvidem היום exponit ex Ies. XLIII, 13. subaudito verbo substantivo, iuxta cum praepositione מ, h. e. *ego anteqvam dies* (primus) *fuit*, vel *ex quo dici coeptum est* σήμερον, *genui te* vel *genueram te.* Sed cum (α) duplex ellipsis sit durior, qvamvis possit esse simplex solius מ *ante diem.* (β) aliqva occurrat diversitas, in loco Iesaiae fine ה demonstrativo, adeoqve indefinite et vage istud מיום reddendum *ante diem vllum*; in nostro autem Psalmi cum ה adeoqve magis specifice et emphatice, veluti freqvens illud כהיום *sicut hic dies*; idcirco pro simplicitate literae praevalebit simplex illa interpretatio vocis היום de praesentissimo atqve vnico

CAP. I. aeternitatis momento, vbi nec praeteritum, nec futurum. Si namqve hanc progeniem viperae infernalis affibilare atqve eludere non veretur, istam ellipticam multo magis.

ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα καὶ αὐτὸς ἔσεταί μοι εἰς υἱόν) Hoc dictum ex 2. Sam. VII, 14. petitum agi de Christo non typice, vel mystice saltem, sed *literaliter*, comprobat hic Apostolus, tantoqve magis comprobabitur, si monstraverimus posterius et dicti membrum in litera ibidem de eodem loqvi, qvod tamen etiam ii, qvi prius de Messia proprie, de Salomone supponunt, in qvem *iniqve acturum Deus virga & plagis hominum* (i. e, communi sive humana et levi castigatione) *animaduersurus sit*. Enimuero verba praesertim אנשים ובני ארם, qvae Ps. LXXXIX, 33. non occurrunt, sublimiorem summeqverigorosam insinuare castigationem mihi sano videntur. Qvocirca verba fontis in suo positu, suaqve ἐμφάσει probe ponderata אֲשֶׁר בְּהַעֲוֹתוֹ וְהוֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים וּבִנְגָעֵי בְנֵי אָדָם: ita verterim: *qvi dum iniqvitatem* (np. alienam hominum) *faciet sibi* (affixum sumendo vt separatum cum praepositione ל pro לו, vt saepe alias exponi postulat, sicuti הוֹשִׁיעָה לוֹ *salutem parare sibi*, 1. Sam. XXV, 31. coll. v. 26. 33. et Luc. Ebr. p. 293. § 71.) *vel* (relinqvendo suffixum, vti est, casum obliquum τῷ אשר referens vi Ebraismi, vid *Lux Ebr. p. 397.* (3) & nominativum verbi activi, vt alias vsu venit in scriptura, ex subseqventi membro adsciscendo) *Qvem dum iniqvum* sive *perversum facient*, *constituent (homines*, vt חַטָּאת sacrificium peccati Leu. XVI, 9.) *ideo arguam eum* (vt iustus iudex) *virga hominum, et plagis* (hinc נְגוּעַ *plagis affectus* Ies. LIII, 4. coll. v, 8.) *filiorum hominis s. Adami* (qvas scil. ipsimet meruissent.) Vt adeo hoc illustre oraculum Filii & Domini Davidis, adeoqve θεανθρώπου (2. Sam. VII, 19.) passionem satisfactoriam viuide praefiguret, coll. commentarii vice Ies. LIII, 4. 5. Haec ita cum interpretarer in Collegio in libros Samuelis ante annum, et qvod excurrit, habito, dein varios de isto sensu interpretes sed frustra consulenti venit opportune ad manum Dissertatio Rostochiensis *de Semine Davidis Christo solitarie intelligendo ex dicti natura 2. Sam. VII, v. 11. — 16.* sub praesidio Celeberrimi Theologi Dn. D. Grünenbergii habita. Qva auide & stante, qvod aiunt, pede perlustrata, deprehendebam easdem mecum ad hunc locum nostrum meditationes.

ditationes. De qvibus apprime gaudebam mihiqve gratulabar, tantum virum, cujus in interpretandis Scripturis raram ἀγχίνοιαν, dudum aestimare didici, habere ὁμόψηφον; tantummodo in hoc vnico in speciem διαφέρουσα, qvod infinitivum Hiphilicum בהעותו acceperit *permissive* h. m. *Qvi cum permittet perverse se tractari, illum corripi faciam* etc. Verum sic, qvod pace venerandi viri dixerim, non clarus mutuusqve appareret nexus inter antecedens peccatum et consequentem reatum sive poenam. Modum namqve perverse tractandi Messiae clare sistunt verba immediate consequentia, isteqve praesupponit suam causam. Proinde vt verba se amice inferant, servo significationem famosiorem *transitivam*. Qvod si vtiqve placeret *permissiva*, non aeqve repugnarem, hoc autem modo: *Qvi cum permittet perversum se fieri*, vi dicti 2. Cor. V, 21. *tum etiam permittam corripi eum virga hominum* etc. Qvi sensus cum superiori belle convenit, eundemqve intendisse Max. Reu. Virum ex vlteriori postmodum declaratione colligo, solummodo qvod istud *perverse* obscuritatem aliqvam inducat, cum omnino differant *perverse tractari*, & *perversum tractari* sive *haberi*, illud ex hoc consequitur. CAP. I.

v. 6.

πάλιν) Adverbium hoc hic communiter accipiunt sicut in v. 5. vt denotet iterationem citationis Scripturae, vbi per traiectionem construunt cum verbo λέγει h. m. *Iterum vero, qvando introducit* etc. *dicit*. Qvae tamen metathesis cum aliis non immerito duriuscula visa sit, illam particulam suo loco reliqverunt. Atvero si Pauli mens fuisset mediante illa novum scriptrurae locum subjicere, stilum suum non mutasset, sed vti v. 5. inceperat, καὶ πάλιν, ita hic perrexisset καὶ πάλιν. qvemadmodum ter fecit Rom. XV, 11. 12. coll. infr. v. 23. Et pro hoc sensu inconvenienter adhibetur particula adversativa δέ. Vnde etiam B. Lutherus eam omisit. Seb. Schmidius qvidem adstipulatur iis, qvi iteratum introductionis actum statuunt, qvem vero explicat de tribus distinctis introductionis praedictionibus, ita vt primum introductus sit Christus in hunc orbem in verbis allegatis Ps. 11. secundum in loco 2. Sam. VII, 14. et iterum sive tertium in Ps. XCVII, 7. Qvo abit etiam mens Glassii *Gramm. S. p. 787. ed. n.* Verum enimuero non video, qvid multum discrepet haec sententia a communi. Proinde idem dubium premit hanc, qvod illam. Id qvod tamen vrget ipse Schmidius, Vrgeo maxime, si vis eius vrgenda est, adversativum

CAP. I. ſatiuum δέ, qvod clare opponit et contradiſtinguit, non qvidem hunc primogenitum angelis, vt vult Schmidius, cum jam illa oppoſitio contineatur in immediate antecedentibus allegatis locis; ſed hoc πάλιν huius verſus illi πάλιν in v. 5. et innuit aliam introductionem a priori diverſam. Nec vllum hic aduertit diſcrimen Altingius, qvi vtrumqve πάλιν explicat de prima *introductione per promiſſionem*, qva Mediator, qvando Deus primum per προτευαγγέλιον Filium ſuum Mediatorem introduxit in mundum, eumqve hominibus in ſpem ſalutis notum fecit. Quae qvidem ſententia, absqve particula δὲ foret, haut parum placeret, ſicuti nunc propter illam magis placet ſententia B. Brochmandi *h. l.* qvi poſt Theodoretum priorem introductionem Chriſti in orbem exponit de *introductione per creationem*, ſive qva auctor condendae creaturae introductus eſt, Col. I, 15. 16. 17. Poſteriorem de *introductione per incarnationem*, ſiue qva creaturae lapſae reſtitutor introductus eſt, Ebr. II, 14; praeſertim cum de incarnatione verſum noſtrum 6. praeter Eraſm. Schmidium ad *h. l. p. 1295.* ipſe Seb. Schmidius cum praecipuis Patribus maxime Graecis accipiat. Reliqvas expoſitiones ſecundae introductionis de adventu Chriſti ad iudicium, itemqve de reſurrectione et adſcenſione in coelos, vide refutatas apud Seb. Schmidium *h. l. pag. 73.* adde Altingium *h. l. p. 36.*

πρωτότοκον] Qvem explicari a Paulo Coloſſ. I, 15 — 19. bene obſervant Seb. Schmidius & Brochmannus *h. l.* Ceterum Meſſiam debuiſſe eſſe בכור *primogenitum* veteres etiam Ebraeorum ſapientes faſſi ſunt in *Schemot Rabba Paraſch. 13. fol. 135*. R. Nathan introducitur loqvens, Deum dixiſſe Moſi, *qvemadmodum Iacobum feci primogenitum*, Exod. IV, 22. כֵּן אני עושה למלך המשיח בכור שנאמר אף אני בכור אתננו *ita ego faciam regem Meſſiam primogenitum, vti dictum eſt* (Pſ. LXXXIX, 28.) *etiam ego primogenitum eum dabo.* Hinc qvoqve *Cod. Peſah. c. 1, fol. 5.* et משיח dicitur ראשון לציון *primus Zionis*, ex Jeſ. XLI, 27.

προσκυνησάτωσαν) Ex hoc loco Pſalmi Chriſtum et ſecundum humanam naturam (licet non in ſe, ſed καθ' ἄλλο propter divinam naturam ipſi perſonaliter vnitam) adorabilem eſſe, contra *Reformatos* hoc argumento inſolubili probat S. Schmidius. Filius Dei in Pſalmo adorabilis fit per "mandatum Patris ſecundum eam naturam, in qva illis prius non erat ado- "rabilis. Atqvi ſecundum humanam naturam prius non adorabilis erat, " qvippe quae prius non fuit, cum diuina ſemper fuerit Angelis adorabi- "lis et adorata. E.

v. 7.

v. 7.

πρὸς) h. l. ponitur pro *περὶ de*, vt Luc. XX, 19. ſicut et Ebraeorum אֶל et ל Gen. XX, 2. 13. Ieſ. XXIX, 16. XLI, 7. vel etiam commode cum Camerario, Er. Schmidio, Heinſio, Wittichio, et Seb. Schmidio redditur *qvoad, qvod attinet*, auctoritate probatorum Graecorum.

v. 8.

Διὰ τοῦτο) Non ſignificat hic *cauſam*, ſed potius *finem et ordinem*. Conf. Pſ. CX, 7. et inprimis Philipp. II, 9.

v. 9.

Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν) Propter tempora praeterita praeſtabit cum Seb. Schmidio non tam de iuſtitia directiva accipere, qvam *de iuſtitia Chriſti activa*, in qva iuſtitiam fecit et malum nullum perpetrauit per omnes dies carnis ſuae ſ. humilitatis, non excluſa, ſed potius incluſa iuſtitia paſſiva. Chriſtus namqve ſic *dilexit iuſtitiam*, vt pro ea nobis acqvirenda mori non dubitauerit, et hoc pacto demonſtrare, qvantopere iuſtitiae ſupremi iudicis perfecte amet iuſtitiam.

ἔχρισέ σε) Vnctio habet tres gradus. Primus eſt *vnionis*, Luc. I, 35. Alter *miſſionis ad praedicandum*, Matth. III, 16. et Luc. IV, 18. Tertius eſt *exaltationis* ſ. *gloriae*, Act. II, 33. vltimus gradus hic maxime intelligendus videtur coll. Pſ. XVI, v. vlt. per rationes a Seb. Schmidio adductas *p. 95. 96.*

ἔλαιον) pro ἐλαίῳ eſt conſtructio non inuſitata, vt nomen cognatae ſignificationis in accuſativo adiungatur, vt 1. Cor. III, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα, pro γάλακτι et βρώματι.

v. 10.

Καθ' ἀρχὰς) Syrus bene vertit: ܒܫܘܪܝܐ *aprincipio*. Per pluralem autem, ſicut et בראשית Gen. I, 1. Chaldaeus Onkeloſus tranſtulit בקדמין *in principiis*, reſpicitur ad omnium rerum, qvae multa ſunt, principia.

v. 11. 12.

Coelorum mutationem mundiqve interitum a ſimilitudine detritae veſtis bene explicat Brochmandus *in h. l. p. 58.* veluti veſtis longo vſu" atteritur, et tandem abiicitur tanqvam qvae nulli ſit vſui; ita coeli longo" vſu attriti tandem veteraſcent, et velut nulli amplius exiſtentes vſui penitus" abiiciendi. Nec aliter Seb. Schmidius, coll. 2. Petr. III, 10. et maxime

CAP. II. voce ἐοιζηδὸν. Pro maiori autem huius theſeos illuſtratione ac confirmatione hic omnino meretur iungi accuratiſſima obſervatio Celeberrimi noſtri Gottfr. Olearii, *in obſervat Philol — Theol. ad Matth. XIX, 28. P. III, § 6.* „ *vlt.* ita de hoc loco Pſalmi CII, differentis: Locum illum Pſalmi reſpexiſſe „ non dubitem Ieſaiam Prophetam c. LI, 6. *Attollite in coelum oculos,* „ *terramqve deſpicite. nam et coeli tanqvam fumus evaneſcent* (כמלחו) „ *et terra ceu veſtimentum obſoleſcet* (כבגד נבלה) *eiusqve itidem morien-* „ *tur habitatores, cum interim mea ſalus ſemper durabit.* In qvo loco „ praeterqvam qvod *fumi* ſimilitudine, qvi, qvantum ad ſenſus noſtros, „ penitus diſperit, mundi interitus delineatur, qvod vix alium gignit con- „ ceptum, qvam penitus diffugientis, vt non ſit amplius, mundanae huius „ ſubſtantiae; omnino ſimilitudo veſtimenti veteraſcentis ex Davide de- „ ſumta, et ex mente eius proinde explicanda, non habet vim nullam. „ Veteraſcens ſcilicet veſtis plane abiicitur, penitus igitur ille qvoqve mun- „ dus cedat oportet atqve faceſſat. Nova vero veteri ſuccedit veſtis. „ Novum ergo et nos coelum atqve terram novam, *non renovatam* ſimpli- „ citer, vi oraculorum iſtorum exſpectemus. Et in § 5. ad loc. cit. Pſ. „ dixerat: qvod mihi in hoc loco maxime attendendum eſſe videtur, *nexus* „ eſt, et conſecutio orationis, quae ita fauet deſtructioni eſſentiali et „ omnimodae, vt nihil ſolidi ego ſaltem qvod opponi poſſit „perſpicere poſſim. - - - Modus interitus deſcribitur verbis: *vete-* „ *raſcent ſicut veſtimentum.* vt veſtem *mutamus* veteraſcentem, ita Deum „ hunc mundum *mutaturum* eſſe. Veſtem autem veteraſcentem *muta-* „ *mus*, abiiciendo eam nouamqve in locum ſubſtituendo. vnde conſeqvi- „ tur manifeſte, ita periturum hunc mundum, vt tanqvam *veſtis obſoleta* „ penitus abiiciatur, novusqve omni ex parte ei ſubſtituatur.

CAP. II.

V. 1.

περισσοτέρως) Cum haec vox alias ſimpliciter notet *eo magis, amplius*, vti etiam communiter hic vertitur; emphaſin tamen haud contemnendam in ea qvaerit Brochmandus *h. l. p. 63.* „ Omne illud, inqvit, qvod „ ſinguläre et eximium eſt prae ceteris aliqvid habens, qvo praeſtet, vocari „ ſolet Graecis περισσοῦ. Qvocirca περισσοτέρως προσέχειν τῷ εὐαγγε-

"λίῳ

„λίῳ est ea sedulitate et accurata industria attendere Evangelio, vt CAP. II.
„supra hos *emineas*, qvi nec dum satis didicerunt aestimare dignitatem „Evangelicae doctrinae, qvi nimo tanta alacritate ferri in attentam Evangelii auditionem, vt aliis, qvi non satis norunt aestimare eminentiam Evangelii *in excessu* peccare videaris. Nam adverbium περισσῶς saepe idem“ valet, qvod supervacanee. „ Rationem autem comparationis et connexionis accurate more suo format Seb. Schmidius h. m. Qvo itaqve maior et excellentior est revelator N. T. Iesus Christus tam prophetis qvam angelis, eo magis etiam nos oportet attendere sermoni N. T. qvam si per nudos angelos et prophetas factus esset. Ita et fere Braunius *h. l.*

παραῤῥυῶμεν) Qvod Syrus, et Arabs, Chrysostomus et Theophylactus, Hesychius, Suidas et Phauorinus, Grotius exponunt: *excidamus, prolabamur, pereamus*. Laurent. Valla et Seb. Schmidius vertunt: *praeterfluamus*, qvomodo et B. Lutherus: *praetervehamur*, dahinfahren scil. vt glossa addit wie ein Schiff für das Anfurth wegscheust ins Verderben. Qvem secutus videtur Christoph. Wittichius *h. l ne forte a portu salutis praeteruehamur*. cui παραῤῥεῖν idem est ac παραφέρεσθαι. Cui tamen versioni Erasmus Schmidius *ad h. l. p. 1298* hanc subdit notam, qvod Ῥέω et Ῥυέω nunqvam de rebus natantibus, vt sunt naves, vsurpetur, sed semper de aqvis aut aliis rebus fluentibus. Alii reddunt: *perfluamus, effluamus*, respiciendo ad vasa rimas habentia, qvae ita effluunt, vt nihil liqvoris retineant, in oppositione τῷ προσέχειν περισσοτέρως. vt igitur ille dicitur προσέχειν τῷ λόγῳ qvi sermonem auditum continet, ita contra παραῤῥυεῖ, qvi rimarum plenus hac et illac perfluit, sermonem auditum non continens. qvo sensu occurrit apud LXX Prov. III, 21. υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς. Et haec expositio textui videtur propior. Vide si lubet praeter Isidor. Clarium, Cameron. Stresson. Gerhard. et Raupp. *h. l.* Calov. *h. l.* Fesselium *Adverss. sacr lib. 4. c. 16. p. 405*. Hammond *h. l.* in primis Brochmannum *ad h. l. p. 64.* et Braunium *h. l. p. 118 120.* A qva non abludit versio Erasmi Schmidii: *ne qvando* (ea) *praeterfluere sinamus*, vel passiva, licet durior Nemethi *h. l. ne praeterfluamur*. Cum enim doctrina *pluviae* conferatur, Deut. XXXIII, 2. et doctores *stillare* dicantur, Mich. II, 6. 11. commodissime cum cl. Altingio *h. l. pag. 49.* neglecta attentio confertur vel *praeterfluere* vel *effluere* sinenti aqvam, qvae depluit aut affluit. Debebant itaqve esse Ebraei sicut R. Eliesер filius Hircani, qvi fuit cisterna calce oblita, qvae ne guttulam qvidem perire sinit, vt legitur *in Pirke aboth c. 2, tb. 8*

CAP. II.

v. 2.

ἐγένετο βέβαιος) קוּם *firmus factus est*, ſtabilitus eſt, ὁ λόγος ſermo np. lex, i. e. exponente Grotio, *minas habuit non irritas*. ſic et *promiſſa* dicuntur βεβαιοῦσθαι aut εἶναι βέβαια vbi rebus implentur, Rom. IV, 16. et XV, 8.

v. 3.

πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα) *Quomodo effugiemus?* ſupple ex v. praced. ἔνδικον μισθαποδοσίαν, *iuſtam retributionem?*

εἰς ἡμᾶς) Videtur purus ebraiſmus ex Ebraeorum לָנוּ *nobis*, ſicuti εἰς ὑμᾶς 1. Petr. I, 25. ex לָכֶם *vobis*. Et ita accipiunt cum Grotio, Anglis, Frid. Spanheimius et laudatus Olearius noſter, qvi reddit, *firmiter nobis tradita eſt doctrina ſalutaris*, et qvidem in oppoſitione ad *doctrinam* per *angelos* h. e. *miniſtros* teſtamenti prioris, *in obſervat. Philol — Theol. ad Matth. XI, 17. P. II. ſect. IV. § 1.* Aliud ergo ait, Spanheimius, didiciſſe Paulum ab Apoſtolis, qvod ad Galatas ſcribens negat, c. I, 12. aliud eadem, quae a Chriſto acceperat, fuiſſe ab oculatis teſtibus *confirmata*.

v. 4.

Σημεῖα, τέρατα, δυνάμεις) Tria iſta συνονύμως vſurpantur, vt vnum comprehendat caetera; ſed qvoties coniunguntur, vnum qvodqve vocabulum ſuam habet emphaſin; illud praeſentem Deum, iſtud ſtuporem et admirationem hominum intuentium, hoc potentiam homine maiorem vereqve divinam deſignat. conf. Act. II, 22. ex obſervatione Cameronis, et Altingii *h. l.*

v. 5.

γὰρ) Reſpicit et confirmat titulum Chriſti *Domini* abſolute v. 3. eoqve obiectionem praeoccupat, Dominus eſt Chriſtus praeco ſermonis de ſalute ſumma primus, qvia non ſubiicit angelis mundum futurum, qvi ſcilicet ipſi ſubiectus eſt. Alting. *h. l.*

v. 7.

βραχύ τι) Non accipitur *qvantitative*, qvaſi ἐλάττωσις Chriſti fuerit exigua, ſed *durative*, qvod breui tempore durauerit. Act. V, 34. ſic et ebraicum מְעַט vſurpatur de tempore. Conf. Pſ. II, vlt. et XXXVII, 10. et probatur haec expoſitio ex v. 9. vbi ad paſſionem Chriſti refertur.

παρ' ἀγγέλους) In fonte Pſalmi eſt מֵאֱלֹהִים, vbi etiam plerique interpretes cum LXX et Chaldaeo itemqve Ebraeis Raſchi, Aben Esra, et Kimchi

Kimchi per *Angelos* transferunt. Et placet qvoqve ex oppositione. Nam ii CAP. II.
sunt אלהים qvibus homo Christus et minor et maior fieri potuit. Hoc enim vult oppositionis sensus: *Eqvidem breui tempore feciſti eum minorem, qvam* אלהים, *ſed mox gloria et honore coronaſti eum* prae illis. Conf. Seb. Schmidius *h. l.* qvi tamen non negat, in suppositione *DEi* vocem אלהים bonum sensum facere posse, *minorem reddidiſti eum*, qvi τῷ εἶναι ἴσα θεῷ aeqvalis esse debebat, Philipp. II, 6. *paulo infra Deum*, vt fieret sicut homo.

v. 8.

νῦν) Qvod non restringendum est ad tempora Apostoli, sed ad hoc mundi seculum sive orbem praesentem, vt oppositum orbi futuro. sic enim vsurpatur τὸ νῦν in scriptura s. conf. Eph. II, 2. 2. Petr. III, 7. et eius synonymum ἄρτι 1. Cor. XIII, 12.

v. 9.

Apostoli cum verba dexterrime expressisse, tum et mentem optime assecutum Bezam hac versione: *ſed Ieſum illum videmus gloria et honore coronatum, qui parumper fuerat inferior Angelis factus*, (np. in humanae naturae assumtione, Phil. II, 7) *propter mortis perpeſſionem*, (s. mortem perpetiendam) *vt* np. *beneficio Dei pro omnibus mortem guſtaret*, e vero pronunciat Thomas Gatakerus *Adverſ. Poſth. c. 37. Opp. Crit. p. 821.*

χάριτι θεοῦ) Nonne potius *iuſtitia Dei?* qvae poscit mortem peccatoris, Gen. II, 17, Ezech. XVIII, 4. Rom. I, 32. III, 25. in fonte. Sed vtiqve et *gratia Dei*, cuius est pro fonte vadem s. fideiussorem, eiusqve solutionem pro illo admittere. Rom. III, 23. 24. Vtrumqve igitur verum, respondet ad id dubii Streso *h. l.* „ Christus pro nobis mortuus est, et vi di„vinae iustitiae atqve irae, et vi divinae gratiae. Vi *diuinae iuſtitiae* factum „est, vt peccata hominum non dimitterentur impunita, sed condemna„rentur et punirentur in carne Filii Dei, Rom. VIII, 3. Vi *divinae gratiae* „factum, vt non punirentur in nobis ipsis, sed vt nobis parceretur, et „peccata nostra in Christum transferrentur. Sic gratia s. dilectio et iustitia „s. ira Dei suaviter concurrerunt in nostri redemtione, Ioh. III, 16. Rom. „VIII, 32.

ὑπὲρ παντὸς) Luculentius demonstratur per singularem distributio. vt nempe redemtio sit facta pro singulis generum, pro *omni homine*, vti Syrus; non pro generibus singulorum, sive *pro omni υἱῷ filio* ex vers.

CAP. II. seq. sive *σώματος*, *pro toto corpore Christi mystico* np. Ecclesia, ceu portendunt Reformati, vid. Iac. Cappellus *h. l.* Nemethi, Wittichius et Braunius *h. l.* Streso et Altingius *h. l.* qvi *p. 62. b. Tom. IV. opp.* *τῇ ὑποθέσει* praefracte *δι' λέυων* notanter addit: *obstante licet vocum πολλοὶ* et *πάντες aeqvipollentia* 1. Tim. II, 6. coll. cum Matth. XX, 28. et. XXVI, 28. inpr. Rom. V, 18. et 19.

γεύσηται θανάτου) Qvod non dicitur ad diminuendum dolores, vt notet *leuiter sentire* in respectu triduanae saltim mortis Christi, vti explicant qvidam apud Iesuitam Iustinianum ad *h. l.* et noviſſime Braunius *h. l.* sed vsus phraseos in aliis etiam locis, np. Matth. XVI, 28. pro naturali, et Ioh. VIII, 52. aeterna morte, illam vim non admittit, recte etiam observante ipso Iustiniano. Et Braunio opponimus alium Reformatum videlicet Altingium grauius *l. c. p. 62. a* ita sentientem: „ista diminutio derogat“ tum *satisfactioni Christi*, qvi parum duntaxat commeritae ab hominibus“ mortis sustinuerit gustum poculi, cuius integram mensuram cum fecibus“ debebant ipsi epotare: tum *justitiae Dei*, qvi *προσωπολήπτως* gustū ipsius“ admiserit loco plenae bibitionis: sed eam sustinuit *in omni sua intensione*,“ et qvidem tamdiu donec exhausisset, vt nihil restaret pro qvo vel satisfa-“ ceret, vel detineretur in morte. Vnde sibi poculum istud irae divinae non“ gustandum sed bibendum dixit, vt nihil eius a se praeteriret, Matth.“ XXVI, 39. 42. Ioh. XVIII, 11. et *το βραχύ* non respicit modum s.“ mensuram mortis, sed morientis virtutem, qvi superare potuit.

v. 10.

Ἀγαγόντα) Rectius cum Erasmo, I. T. Maiore *h. l.* Calouio *h. l.* Seb. Schmidius *h. l.* per futurum imperfectum facta participii resolutione reddidit h. m. *Videbatur namqve illi conveniens, vt is, qvi multos filios in gloriam adducturus esset, perficeret auctorem salutis ipsorum per passiones.* Perspicuum totius versus sensum suppeditat cit. Maior: *Decebat enim* Deum Patrem, *propter et per qvem sunt omnia, vt, cum multos filios* adoptivos per afflictiones *ad gloriam adducere vellet*, etiam naturalem Filium *principem* causam *salutis eorum, per easdem* simili via *consecraret.* Ista suppositio participii robur accipit e principio perspicaciorum philologorum, non dari in graecismo *Aoristum secundum*, sed eum esse verius ipsum *imperfectum intensum*, a *simplici* distinctum, respondens *praesenti simplici et intenso.* Accedit et hoc, qvod *ἤγαγον* pro praesenti et imperfecto plane vsurpetur, np. Matth. XXI, 2. Marc. XIII, 11. Ioh. X, 16. Act. XVII, 5. IX, 2. De verbi *τελειόω* significatione *consecrandi* conf. nota ad c. V, 9.

v. 11.

v. 11.

ἐξ ἑνὸς πάντες) Quanqvam Seb. Schmidius plausibiles nec contemnendas rationes pro illa sententia, qvae subintelligit *Deum* adduxerit: nihilo segnius communiori τὸ ἐξ ἑνὸς de *Adamo* interpretanti mauult subscribere, vt sensus sit: sanctificantem Christum et sanctificandos homines ex vno homine Adamo esse, i. e. non tantum habere communem naturam humanam, sed et cum natura communi conditionem communem in omnibus infirmitatibus similem, excepto solo peccato. Qvem sensum confirmant seqventia, cumprimis versus 14. 17. 18.

v. 12.

Ἀπαγγελῶ etc.] Totum Psalmum XXII, ex cuius v. 23. verba h. l. citata sunt, agere de *Christo*, *eiusqve passione* ingenue prae aliis sociis agnoscit cum Belgis *in not. ad h. l.* Altingius, qvi *ad h. l. p. 69. a.* com„mentatur: ista affirmatio Apostoli manifestum facit, hunc Psalmum de „Messia fuisse intellectum illa tempestate. Si enim communi consensu „id non receptum fuisset, minus commode accersiviſſet inde probationem„ Deinde qvod Braunius *h. l. p. 163.* bene observat, qvod Christus sibi attribuat Ioh. XVII, 6. 26. et Matth. XXVII, 46. adde Wittichium et Nemethum *h. l.*

v. 13.

ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ) Verisimilior est assertio eorum, qvi statuunt hoc testimonium non esse desumtum ex Ps. XVIII, 3. sed ex cap. VIII, Ies. v. 17. tum qvod Ps. cit. non habentur verba adducta, Iesaiae vero l. c. verba illa totidem verbis ac syllabis apud ó senes deprehenduntur: tum qvod seqvens testimonium ex eodem illo capite Iesaiae petitum est, Vid. Ribera et Tena *h. l.* Grotius, Iac. Cappellus, Heinsius, Streso et Nemethi *h. l.*; Brochmandus et S. Schmidius *h. l.*. Nec in Ies. l. c. loqvitur Propheta, vt censent multi cum primis Reformatorum, vid. Altingius, Wittichius, Nemethus, et Braunius *h. l.* sed ipse Messias, ceu asserunt ipsi interpretes Batavi h. i. m. *alwaer Christus de ware Emmanuel den Propheet aenspreeckt, ende in sijn lijden vertroost met sijn ende aller Kinderen Godts exempel, die diergelijcke swarigheden altijt onderworpen zijn geweest, gelijck dat geheele capitel van't 8 v. voort een prophetie van Christo is.* idemqve Caspar Streso *h. l.*; et probatum ivit S. Schmidius *h. l.* et *comment. in Ies. ad h. l.* Qvi etiam qvoad cohaerentiam duorum locorum

istorum

CAP. II. istorum notat: priorem, *similitudinem in legis impletione*; posteriorem, *similitudinem in naturae communione*, probare.

v. 14.

Μετέσχε) De qvo verbo non inepte annotat idem Schmidius *h. l.* qvod non tam passionem qvam actionem denotet, et sit *se ipsum participem facere*, adducitqve pro hoc sensu loca 1. Cor. X, 21. 30. et v. 17. addde infr. VII, 13. itáqve discrimen magnum sit inter pueros, qvi κεκοινώνηκε *participes facti sunt* per parentes, cum ipsi prius non essent, et inter Christum, qvi anteqvam homo nasceretur, secundum divinitatem iam fuit, et *se ipsum* assumendo carnem et sangvinem *participem fecit*. Non immerito itaqve orthodoxi contra *Photinianos* pro divinitate Christi hinc disputant, qvia μετέσχε *participem se fecit illorum* np. carnis et sangvinis.

σαρκὸς καὶ αἵματος) Qvod Photiniani et cum illis Grotius explicant de infirmitatibus et afflictionibus humanis, adducto pro hoc sensu in primis loco 1. Cor. XV, 50. sed neqvam homines, vt digne eos excipit moderatissimus alias Theologus Seb. Schmidius *h. l.* convicti de hoc, qvod Christus prius exstiterit, qvam carnem et sangvinem assumserit, hac ratione elabi conantur, qvasi prius habuerit humanam naturam, et deinde infirmitatem assumserit. Nec *caro et sangvis* l. c. simpliciter infirmitatem, sed carnem et sangvinem infirmitate et corruptione adhuc oneratam designant, vt sensus sit: *caro et sangvis in ea infirmitate et corruptione, in qva nunc sunt, regnum Dei haereditare non possunt.*

τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου) *Mortis robur* ipsi tribuitur, qvia" habet aculeum mortis, peccatum 1. Cor. XV, 56. adeo vt occidat, qvem" ad peccatum pellicit aut impellit, Ioh. VIII, 44. qvod robur augetur, qvo" plura peccata persuadet, quum in qvovis peccato novus sit aculeus - - -" Diaboli robur in morte est per peccatum, adeoqve abolito peccato abole-" tur quoqve robur diaboli. Christus debuit abolere opera diaboli 1. Ioh." III, 8. eoqve peccatum, v. 5. Non habuit ipse peccatum, qvamobrem" etiam diabolus contra ipsum nihil potuit, Ioh. XIV, 30. Caruit robore" contra Christum, qvia caruit peccato in Christo, qvod ei aculeum mortis" suppeditaret. Verum habuit aculeum contra homines alios, qvi ea pro-" pter metu mortis angebantur, et servituti eius erant obnoxii. Haec elegan-" ter doctissimus Altingius *h. l. p. 74.*

τὸν διάβολον) Est vulgatissima apud Ebraeos traditio, esse מלאך המות *Angelum mortis*, qvem dicunt esse *Satan*. Notabilis ille in *tract. Baba Bathra*

bra cap. 1. fol. 16. col. 1. vbi de diabolo, qvi Iobum tentavit: אמר רל"ח הוא סמן הוא יצר הרע הוא מלאך המות *dixit R. Lakiſch, ille eſt Satan, ille eſt concupiſcentia prava, ille eſt Angelus mortis.* Et in Ionath. Targum Gen. III, 6. וחמת אתתא ית סמאל מלאך רמותא *et vidit mulier Samaelem* Angelum mortis. Et in Targ. Pſ. XCI, 5. *a ſagitta Angeli mortis, qvam iaculatur interdiu.* Talmudicis qvoqve vocari ſolet סמאל *Samaël, quaſi* סָר מֵאֵל *recedens a DEo*, cum Cocceio comm. ad Ebr. IX, 12. § 24. et Braunio *h. l.* vel cum Altingio *h. l. p. 74.* a סם ſive סמא *venenum*, vt *venenatum Deum* denotet. *Dicitur* סמאל השר הגדול שבשמים *Samaël princeps maximus qvi eſt in coelis*, in Pirke R. Elieſer cap. 13. et in Zohar fol. 28. col. 2. item סמאל הרשע ראש כל השטנים *Samaël improbus ille, princeps omnium diabolorum*, in Debharim Rabba Parſch. vlt. וזאת הברכה item סמאל גרים מותא לכל עלמא *Samaël cauſatus eſt mortem toti mundo.* Conf. Buxtorf. *Lex. Rabb. Talm. col. 1495.* Hinc Scriptura eum vocat ἀνθρωποκτόνον ἀπ' ἀρχῆς. Ioh. VIII, 44. et ὀλοθρευτὴν 1. Cor. X, 10, et Ἀβαδδὼν, ἀπολλύων qvi *Angelus abyſſi*, Apoc. IX, 11. Iſtam appellationem *Angeli mortis* haud dubie reſpexit Apoſtolus, quando diabolo attribuit *robur mortis*, CAP II.

v. 15.

ἔνοχοι ἦσαν δουλείας) Hac phraſi etiam videtur reſpici ad ſtatum eccleſiae V. T. ſub dura ſervitute legis ceremonialis, vbi multa et varia exſtiterunt metus genera, qvae diſtinctius expoſuit cl. Braunius *h. l. p. 174. ſ.*

v. 16.

ἐπιλαμβάνεται) De hoc verbo, qvod cum Photinianis Grotius arripit in notione *opitulandi, apprehendendi* et *vindicandi* tanqvam e ſeruitute et vinculis, qvam etiam tuentur Ribera, Camero, Cocceius, Wittichius tum *h. l.* tum *in Theol Pacif. c. 20. p. 284* et Nemethus *h. l.* et e noſtris I. T. Maior *h. l.* licet non in ſenſu Photiniano ad eludendam incarnationem Filii Dei, melius cum vetuſto interprete Syro tenetur ſententia communis in notione generali *accipiendi, aſſumendi*, qvae pro re ſubſtrata ſpecifice determinatur, vti hic ad naturae humanae aſſumtionem in vnitatem perſonae. Conf. Seb. Schmidius *h. l.* Calovius *B. I. h. l.* et Baieri *Diſſertat. ad h. l.*

CAP. II. Ἀγγέλων) Pro angelica natura nonnulli accipiunt, vt sit concretum pro abstracto. Nec ab re videtur S. Schmidio, non potuisse Apostolum „abstracto vti et dicere: non enim angelicam naturam assumsit, qvando„qvidem angelica natura non multiplicetur, vt humana, nec semen suum ha„beat. Angelum itaqve aliqvem filius Dei assumturus fuisset, si assumere „debuisset. Pluralis autem numerus est distributivus: non enim vnum ali„qvem ex angelis assumsit. Atqve haec etiam causa est, qvare Apostolus „mox variaverit, nec homines aut Abraham, sed *semen Abrahae* dixerit: „nimirum humana natura est multiplicabilis, et inde natura assumi potuit, „non homo.

Σπέρματος Ἀβραὰμ) *Seminis Abrahami* mentionem facit Apostolus, qvia cum Ebraeis agit, qvi in descensu ab Abrahamo nobilitatem suam constituebant, Abrahamum se habere patrem, Matth. III, 9. et esse Abrahami semen, filiosque gloriantes, Ioh. VIII, 33. 2. Cor. XI, 22. Act. XIII, 26. Luc. XIII, 16. XIX, 9. Tum qvia Messias magnifice ipsi erat promissus, et ex semine eius oriturus. alias etiam dicitur tam Filius Davidis qvam Abrahami, Matth. I, 1. et David eius pater, Luc. I, 32. ex eius semine natus, Rom. I, 3. Qvod autem *non Adami, patris omnium hominum, sed Abrahami semen assumsisse* dicitur, non inde concludendum est cum Altingio *h. l. p. 77. b.* eum non omnium hominum esse Mediatorem, sed nonnisi ei, qvi et filius promissionis est, ac fidei societate Abrahamo coniunctus; cui manifeste contradicit Paulus 1. Tim. IV, 10. coll. 1. Ioh. II, 2. Ioh. III, 16. nec ibi valet limitatio de gentilibus, qvatenus Iudaeis opponuntur. Imo sibi ipsi contradicit in proxime praecedentibus: *est redemtor hominum, Abraham namqve homo est, et quicunqve semen eius pariter homines sunt.*

v. 17

τὰ πρὸς τὸν Θεὸν) Vbi subaudiendum κατὰ cum Grotio, Erasm. Schmidio, et Wittichio *h. l.* vti et c. V, 1. et vertendum: *in iis*, sive *qvoad ea qvae apud DEum* scil. agenda erant. Syrus transfert: בהון קדם אלהא *in iis, qvae Dei sunt.* Similiter ὁ Senes phrasin Exod. XVIII, 19. מול האלהים exprimunt τὰ πρὸς τὸν θεὸν. Seb. Schmidio videtur πρὸς potius particula relativa, qva relatio inimicitiae inter Deum constituitur, quasi dicatur: *qvoad ea, qvae versabantur inter Deum et nos*, sive in quibus lis et inimicitia intercedebat nobis cum Deo.

CAP. III.

CAP. III.

v. 1.

Κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι) *Vocatio* illa *coelestis* recte accipitur tum *ratione originis*, coll. Philipp. III, 14. qvam solam respexerunt Syrus et Arabs: *qui vocati estis vocatione, qvae ecoelis est*: tum *ratione finis*, qvia fit ad res coelestes obtinendas in Christo. Huc solum respiciunt Grotius, Estius, Gerhardus et Hunnius *h. l.* vtramqve Belgae et Calovius *h. l.* tum *ratione medii*, qvia media, per qvae fit, sunt coelestia, verbum coeleste, Ioh. III, 31. 32. 34. XVII, 17. et Spiritus coelestis Ioh. XVI, 7. Act. II, 33. Jes. XXXII, 15. qvam addiderunt Iac. Cappellus, Altingius et Nemethus *h. l.* Qvanquam Seb. Schmidius putat, non exhauriri rem, itáqve existimat hanc vocationem supracoelestem vocari qvoque in oppositione V. T. ad significandam eam, quae N. T. est propria. Non tamen ratione promissionum quasi Vetus T. tantum caduca et temporalia bona promiserit, vt Iesuita Iustinianus et Photiniani volunt, sed ratione vmbrae et corporis Ebr. X, 1. qvia typi et figurae V. T. vocantur σκια τῶν ἐπουρανίων *vmbra supracoelestium rerum*, Ebr. VIII, 5. h. e. earum, quae in N. T. in Christo exhibentur. Hinc infra v. 14. Apostolus breviter comprehendit dicens: μέτοχοι γεγόναμεν τοῦ χριστοῦ, *participes facti sumus Christi.* Conf. Eph. I, 18.

τὸν Ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα) Non inanis est opinio Seb. Schmidii ad *h. l.* Paulum in his duabus vocibus *summam capitis secundi* inclusisse, et in nomine qvidem *Apostoli*, (coll. Gal. IV, 4. Ioh. XX, 21. I, 18. Matth. XV, 24. Ies. XLVIII, 16.) qvod c. II, 3 dixit de praedicatione euangelicae salutis a Christo coepta immediate, et mediate per Apostolos continuata: per nomen autem *Sacerdotis maximi*, qvod de morte eius pro omnibus v. 9 et seqq. et v. 17. expresse ἀρχιερέα appellavit. Deinde observandum, qvod Pontifex sub V. T. dictus quoque sit שלוח *Legatus* sive *Apostolus*, tract. Ioma cap. I. §. 5. Nec ab re est qvod Altingio *h. l. p. 82. a.* Paulus videatur speciatim spectasse illud Mal. II, 7. vbi τῷ כהן *sacerdoti* tribuitur singulariter *docendi* munus cum auctoritate, qvia est מלאך *Angelus, Legatus Domini* Dei *exercituum*, qvi etiam absolute appellatur המלאך *Legatus*, Eccl. V, 5. nam votorum non observatorum

CAP. III. expiatiopenes ſacerdotes erat, Num. VI. (vbi qvidem Iunius in not. *ad l. c.* ipſum *Angelum foederis Chriſtum* intelligit.) Hoc pacto Chriſtus abſolute Ἀπόστολος hic dictus eſt.

τῆς ὁμολογίας ἡμῶν) *Confeſſionis noſtrae* i. e. qvem nos confitemur ſive profitemur, qvia non ſolum ce Legato, ſed etiam de Pontifice dicitur, cuius propria doctrina nulla eſt diſtincta ab illa Legati: ſed profeſſio noſtra Pauli et Ebraeorum eum noſtrum Legatum et Pontificem agnoſcit, dum alii Moſen Legatum et Aharonem Pontificem profitentur, quo ſeqventia quoque collineare videntur, et collatio illa tum cum Moſe, tum cum Aharone inſtituta, bene notante Altingio *h. l.* itaqve convenientior et pronior eſt notio *confeſſionis*, quam illa forenſis Camerarii *ſponſionis*, quae diviſum alterum tantummodo praedicatum officiumqve ἀρχιερέα ſpectat.

v. 2.

τῷ ποιήσαντι αὐτὸν) Scilicet cum S. Schmidio ſecundum humanam naturam, ſecundum quam proprie cadit in ipſum τὸ ποιεῖσθαι, et ſecundum quam eſt ἀξιωθεὶς δόξης v. ſeq. vt ita propria ſignificatio verbi *faciendi* retineri poſſit, et Arianis diſtinctione naturarum facile reſponderi. Non tamen refragabimur illis, qvi ad omnem luſum et abuſum euitandum τὸ ποιῶν transferunt cum Eraſmo *conſtituere*, vt ſit idem quod καθίστημι e. V, 1. ſubaudientes ex praecedente verſu τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα, coll. Act. II, 36. et I. Sam. XII, 6.

ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ) Vbi οἶκος *domus* ſumitur pro *familia* (coll. Ioh. IV, 53. Act. XVI, 15.) eaqve ſpirituali, Eccleſia, coll. Act. II, 36. Hinc κατασκευάσας οἶκον v. 3. *praeparans* ſ. *exſtruens domum* eſt periphraſis patris familias, genitoris. Vid. Grotius, Hammond. ad eumque Clericus, Wittichius, Calouius *h. l.* et *Ebraiſm. Etymol. p. 53.*

v. 3.

παρὰ μωσῆν) Quod etiam veteres Ebraeorum ſapientes praetulerint Meſſiam Moſi ipſisque Angelis docetur in Midraſch Tanchuma ad *Parſch.* תולדות *fol. 11. col. 1.* et probatur ex Ieſ. LII, 13. *Extolletur et altus erit valde.* „ Extolletur ſupra Abrahamum, et efferetur ſupra Iſaacum, et al„tior erit Iacobo. Extolletur ſupra Abrahamum, ſicuti dictum eſt (Gen. „XIV, 22) *Suſtuli manus meas ad Dominum.* Altior erit Moſe, quia „dictum eſt, (Num. XI, 12.) *Si dicas mihi, porta eum*

in

„*in sinu tuo* Et elatus erit super Angelos ministerii etc. Sic Ralbag *ad Nu-* CAP. III.
„*mer. Parsch.* ברק Messias maior erit Mose, ideo etiam miracula eius
„erunt maiora miraculis Mosis. Idem tradit R. Nachman ad *Deuteron. Parsch.* נצבים et Sepher Ikkarim *lib. III, c. 13. et c. 20.* apud doctissimum Braunium *h. l. p. 192.* Magnam pariter differentiam futuram esse inter legem Mosis et legem Messiae docet Midrasch Kohelet cap. XI, 8. his verbis: *Lex quam homo discit in hoc seculo* (qualis est Lex Mosis sub V. T.) *est inanis, respectu Legis Messiae.* Conf. idem Midrasch super c. II, 1.

v. 5.

εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων) *In testimonium dicendorum* videlicet in diebus Christi s. N. T. Moses enim testimonium dedit futurae doctrinae Christi, quippe quam verbis et factis in lege et sacrificiis adumbravit, qvin in sua ipsius persona. Conf. Ebr. IX, 24. X. 1. Deut. XVIII, 15. 18. Ioh. V, 46. Vnde Erasmus subintelligendum censet, *a Christo*, vt sit sensus: Moses tantum typos ac vmbras rerum afferebat earum, quas Christus postea erat explicaturus. Quomodo recte explicant praeter Gerhardum et Hunnium h. l. Calouius *B. I. h. l.* et Schmidius *h. l.* itemqve e Reformatis Camero, Altingius, Wittichius, Braunius, et Nemethi *h. l.* qui etiam allegat Gomarum, euoluentem typum Mosis Christum praefigurantis.

v. 6.

Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ) *Christus vero* (scil. πιστὸς *fidelis* e. v. praeced.) *vtpote filius* (vbi ὡς respondet Ebraeorum כ *veritatis*, sicut Ioh. I, v. 4. et in v. anteced. ὡς θεράπων *vt pote minister*, qui vere id erat) *super domum* (Moses fuit *in domo* Dei, vt Eliezer in domo Abrahami, Gen. XXIV, 2. 10. at Christus *supra domum*, vti Isaacus v. 35. 36. c. XXV, 5. Nam Deus omnia suppossuit pedibus Christi, eumque constituit caput super omnia ipsi ecclesiae, Eph. II, 22. 23.) *sui ipsius* (sic enim rectius legi agnoscit Grotius, melioresque legunt codices, testibus Calouio et Altingio *h. l.* postulatque filii conditio, quemadmodum filius est dominus domus propriae, cuius haeres est.)

v. 9.

οὗ) Concinnior sane adhuc est sententia communis, habens illud οὗ pro adverbio locali, *vbi*, quam illa Erasmi Schmidii, qui vult οὗ esse relatiuum per Atticismum in casu respondens antecedenti, pro ᾧ scil.

CAP. III. πειρασμῷ. Proinde vertendum censet, vti etiam in versione habet, *qua* (sc. tentatione) *tentarunt me.* Verum relatiuum iuxta syntaxin naturalem ad propius respicit, quemadmodum quoque fit exemplis illius Atticismi. Conf. Ioh. II, 22. IV, 50. Marc. XIII, 19. 72. Luc. II, 28. III, 19. Eph. II, 4. 1. Cor. VI, 19. Act. I, 22. Ebr. VI, 10. Act. X, 39. etc. Vnde pro hoc sensu potius ita ordinanda fuisset verborum constructio: Κατὰ τὴν ἡμέραν τῦ πειρασμῦ, ὃ ἐπείρασάν μὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

πειρασμῦ) Non respicit solummodo illum vnum tentationis diem propter aquae defectum, sed vt ex sequentibus verbis petet, de toto tempore itineris in deserto.

v. 15.

Προσώχθισα) *Infensus, indignatus fui.* Huius verbi metaphorici emphasin accuratius euoluit cl. Altingius *h. l. p. 91. b. coll. p. 98. b.* h. m. Ira seu offensa grauis significatur, vt cum ripa iugi vndarum incursu ver„beratur, seu potius cum ripa iugiter flumen sistit, et vim vndarum susti„net, et frangit. Opportune autem isto vocabulo vsus est Apostolus, quo„ durationem indignationis diuinae diurnam simul exprimere voluit. Vti„ enim ripa constans est neque cedit aquae quantocunque impetu illisae, „ adeo vt fracta resiliat vnda potius, quam vt ripa commoueatur, idque„ quam diu flumen eundem seruat cursum et alueum sic quoque Deus suis „ sermonibus apud induratos corde nihil profecisse significat; quamuis XL „ annis allaberentur, imo illaberentur in aures ipsorum, nullo tamen fuisse„ fructu; vnde taedium et indignatio, etiam signis externis spumantis „ irae demonstrata, quemadmodum illabente in exstantiorem ripam flumi„ne cum impetu, aquae haud admissae propter eius duritiem, strepitum „ edunt et spumant repercussae. Cui quidem interpretationi apprime fa„uet illud Act. XIII, 18. *Circiter XL annos ἐτροποφόρησεν αὐτὺς mores i„psorum tulit*, quanquam molestiam afferrent, sustinuit et passus est.„

v. 10.

εἰ) *Si* coll. c. IV, 3. 5. exprimit hic Ebraeorum conditionale אם quod *post signum formale* vel *virtuale Iuramenti negat, cum particula negatiua* לא *affirmat vehementer.* Conf. Num. XIV, 23. vbi אם in posteriori membro exponitur per לא, et Ezech. XIV, 16. 19. cum v. 17. sic 1 Reg. I, 51. vbi Targum לא, LXX *εἰ μὴ quod non.* Gen. XXVI, 29.

vbi

vbi LXX μὴ ποιήσειν. Ita in N. T. Conf. Marc. VIII, 12. cum Matth. XVI. 4. vbi εἰ per ἀ clare exponitur, et in noſtro hoc loco Syrus transfert ܕܠܐ *quod non*, quomodo et Pagninus. Nonnuli quidem vim conditionalem vt ſerv ent, ſupplent *ne viuam*, aut *ne pro Deo habear*, ceu Grotius *h. l.* ſed *illud Deo indignum* merito cenſet B. D. Varenius *comment. ad Ieſ. V. 9.* contra Tremellium. et Seb. Schmidius ad hunc ipſum locum Ebr. ait: *in iuramentis Dei nullae imprecationes aut exſecrationes ſubaudiri debent.* itemque B. Gerhardus et Calouius *h. l.* priorem expoſitionem voculae ⸗N rectiorem iudicant. CAP. III.

v. 12.

βλέπετε) *Videte*, dependet hoc verbum a particula Διὸ *propterea* initio v. 7. intermedia enim ab inde verba parentheſin conſtituunt.

ἐν τῷ ἀποστῆναι) Subaudiri poteſt aliquid cum quibusdam, et quidem vel ὑμᾶς, *ita vt deficiatis*, quem ſenſum expreſſit Syrus, vel melius cum Seb. Schmidio αὐτόν: *ne ſit in vllo veſtrum cor prauum infidelitatis, ita vt deficiat ille.* Obſeruat etiam Grotius *h. l.* quod ἐν τῷ ſit pro εἰς τὸ.

v. 14.

τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως) *Illud initium ſubſtantiae.* Non incommoda nobis cum Calouio *h. l.* videtur hypallage Grotii et Cameronis *h. l.* pro τὴν ὑπόστασιν ἐξ ἀρχῆς *illam fidei ſubſiſtentiam*, (quae v. 6. dicitur παῤῥησία *fiducia* et ἐλπὶς *ſpes*) *quam ab initio habuimus*, quae quoque ſimpliciſſima eſt B. Dorſcheo in exegeſi *h. l.* ap. Calou. De voce ὑπόστασις conf. not. ad c. XI, 1.

v. 15.

ἐν τῷ λέγεσθαι) *Per hoc quod dicitur*, vt Er. Schmidius vertit, vel vt ἐν h. l. idem ſit cum διὰ, *propter dici* i. e. propterea quod dicitur. Nam τὸ ἐν etiam cauſam rei reddere annotauit idem ad Luc. I, 1. atque hanc poſteriorem acceptionem praeferimus cum Seb. Schmidio *h. l.* vt hac ratione ſumeret Apoſtolus iterum dictum Pſalmi, et verſus praecedentis cauſam reddat.

v. 17.

τὰ κῶλα) *Artus* totumque adeo corpus: a Graecis frequenter adhibetur interpretandae voci פֶּגֶר *cadauer*, tum bruti Gen. XV, 11. tum hominis Ier. XLI, 9. Sic etiam vertunt Num. XIV, 29. 33. Leu. XXVI, 30. Ieſ. LXVI, 24. et 1. Sam. XVII, 46. annotantibus Grotio et Druſio *h. l.*

CAP. IV.

CAP. IV.

CAP. IV.

v. 1.

φοβηθῶμεν) *Timeamus.* Significat h. l. sollicitam curam adhibeamus, omni studio et sollicitudine caueamus, laſt uns wohl fürſehen/ per metonymiam causae pro effectu, quandoquidem ex timore sollicita ista cura et diligentia nascitur. Conf. Philipp. II, 12. et infr. v. 11. hoc φοβηθώμεν exponitur per σπουδάσωμεν *studeamus, operam demus*, et supr. III, 12. redditur per βλέπειν *videre*.

ὑστερηκέναι) *Defuisse, posteriorem fuisse*, dahinten bleiben/verfehlen/ supplendum: ἀπὸ τοῦ εἰσελθεῖν *ab ingrediendo*, quod bene obseruauit Syrus, eumque secutus Arabs. sic cap. XII, 15. construitur hoc verbum cum ἀπὸ.

v. 2.

Ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν — ἀκούσασιν. Commode potest hoc membrum parenthesi includi cum Seb. Schmidio. Continet enim occupationem obiectionis: *non potuit ad illos peruenisse Euangelium, quia nihil ipsis profuit.*

ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς] *Sermo auditus.* exprimit Ebraismum קוֹל שְׁמוּעַ Ier. X, 22. Non tamen nulla est ista emphasis, quam de coniunctione duorum illorum vocabulorum affert Altingius *h. l. p. 105. b.* ὁ λόγος est promissionis verbum in se, ἀκοὴ modus declarationis, vt ad aures hominum peruenire; ille est ἐπαγγελία *ingressus in requiem Dei*, haec est εὐαγγελισμὸς ἐπαγγελίας, quod fuerit εὐηγγελισμένη; quorum illud primi, istud secundi versus est.

μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν] Obscuram hanc constructionem alii quidem cum Dan. Heinsio *Exercit. Sacr. h. l.* clariorem reddiderunt hac versione: *Non commixtus fide ab iis, qui audiuerunt.* Sed sensum eius genuinum minus feliciter attigerunt, licet attigisse persuasus sit Heinsius. Felicius penitiusque phraseos huius singularis Paulinae mentem introspexit et expressit Seb. Schmidius hac versione: *Non commixtus fide* (s. *per fidem*) *cum iis qui audiuerunt.* Cum sermo auditionis et fides non commode possint dici res commiscendae, quandoquidem iste hanc producat. Quomodo autem causa cum suo effectu commiscebitur?

„ſcebitur ? Idem ante eum perſpexit B. Dorſcheus ap. Calou. *h. l.* Hoc CAP. IV.
„dicitur, inter ipſum verbum auditum et inter ipſos auditores non factam
„eſſe *συγκρατίαν τῇ πίστει*, et ſermonem praedicatum non fuiſſe mediante
„fide contemperatum illis , qui audierant —Sic itaque *συγκρασία τοῦ*
„*λόγου* fit apud auditores , quando *πίστις* producitur, quae ſtatim bona
„*λόγου* apprehendit et applicat. Hic eſt igitur ordo, vt ſcilicet *per fidem*
„*fiat συγκρασία Euangelii auditi cum auditoribus.* Huic nobili pari
Theologorum Argentoratenſium iungatur e Reformatis Altingius
„*p. 105. ſeq.* potius commiſcenda ſunt, inquiens, *λόγου ἀκοῆς* et *διακε-*
„*κραμένους.* inſtrumentum commixtionis eſt *fides.* iſtam enim digeſtionem
„praeſtat fides , quae non tantum guſtat bonitatem verbi Pſ. XIX, 11.
„CXIX, 103. et Dei in verbo Pſ. XXXIV, 9. 1. Petr. II, 3. ſed illud edit
„ac digerit, vt vita ac robur inde percipiatur, Ioh. VI, 35. 53. ſ. 63. coll.
1. Reg. XIX 8. Mixturam autem putamus cum eodem Schmidio
„nihil aliud eſſe , quam *immanentiam in homine*, Ioh. XV, 7. emphatice
„vero iſta immanentia per mixturam ſignificatur, quia quae commiſcen-
„tur, intimam naſcuntur *περιχώρησιν* ſeu *immanentiam.* Huc facit,
„quod Iac. I, 21. ſermonem dicit *ἔμφυτον implantatum in nobis.* Oppo-
„ſita eſt haec commixtio *effluentiae*, quando vox audita mox effluit , nec
„commiſcetur manetque, ſupr. c. II, 1. Qua ratione patet, quod verbum
„auditum intret quidem ſemper ad interiora etiam hominis, quando audi-
„tur ; ſed non maneat, quando fide non tenetur , ſiue *fide cum audiente*
„*non commiſcetur.*

v. 3.

Καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων) Vbi *καίτοι* communiter vertunt *et quidem*, quomodo et *το καίτοιγε* Act. XVII, 27. vel etiam *nempe, nimirum* , vid. S. Schmidius , qui etiam commode ſubaudit articulum *καίτοι τὴν τῶν ἔργων*, et genitiuum *τῶν ἔργων* conſtruit cum voce *κατάπαυσιν*, vt nomen verbale habeat caſum verbi ſui, vt Graecis maxime vſitatum, idemque ſit *κατάπαυσίν μου τῶν ἔργων*, ac *κατάπαυσίν μου ἀπὸ τῶν ἔργων.* Nam vtraque conſtructio cum et ſine praepoſitione eſt verbi *πάυω* et *καταπάυω.* Ita ſenſus planus foret hic: *in requiem meam , nempe illam ab operibus a fundatione mundi factis*, ſiue reſoluendo participium, *quae a me a fundatione mundi facta ſunt.*

CAP. IV.

v. 4.

καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς etc.) *Tum acquieuit Deus septima die ab omnibus operibus suis*, in Messiae refectione pleniſſime aequieſcens. Exod. XXXI, 17. שָׁבַת וַיִּנָּפַשׁ non tantum *quieuit*, (quod de quauis ceſſatione dici poteſt) ſed etiam *reſpirauit* ab eo quod moleſtiam dabat, Ex. XXIII, 12. qualem moleſtiam ἀνθρωποπα θῶς Deus non habuit ex creatione, obſequentibus mandato eius creaturis Pſ. XXXIII, 9. et CXLVIII, 5. ſed ex corruptione per peccatum, Gen. VI, 6. et inde *reſpirauit*, quando in Meſſia refectum dedit, et per Euangelium homini corrupto indicauit ingreſſum in iſtam requiem Dei per fidem. Haec profunde prae aliis Altingius *p. 114. b.* in ſummam contracta, quae ante prolixius diſſeruerat. Conf. etiam *Tom. V. lib. 1. de Sabbatho.*

v. 5.

ἐν τῷ) Scil. τόπῳ, quia in verſu praeced. 4. fuit particula loci πῦ *alicubi* i. e. ἐν τινὶ τόπῳ.

v. 9.

σαββατισμός) Exprimere mihi videtur cum Altingio *p. 118. a.* vocabulum ebraicum שַׁבָּתוֹן. Cui etiam שבת et שבתון non ſunt abſolute ſynonyma, illo diem connotante, hoc non item, ſed officium aut conditionem aliquam, *quies religioſae quietis*, in qua cultus diuinus ſit ex inſtitutione Dei. *ibid c. fin.*

v. 10.

ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ etc.) In enodatione huius loci palmam aliis interpretibus praeripuiſſe eundem Altingium acris iudicii virum nullus dubitem, quod nempe habeatur *deſcriptio Chriſti* in verbis: *qui in requiem ſuam ingreſſus eſt*, quandoquidem articulus ὁ εἰσελθὼν demonſtratiuus ſit, vt הבא *qui ingreſſus eſt* Pſ. CXVIII, 26. cui reſpondeat mox αὐτὸς *ille ipſe*. *Ingreſſus* cum dicitur *in requiem ſuam*, ſimul indicari, aliquando caruiſſe requie, et quam poſtea aſſecutus eſt per reſurrectionem, requiem ipſi fuiſſe *ſuam*, propriam et peculiarem. *p. 124. a.* poſtquam *p. 123.* non leuia dubia oppoſuit interpretationi communi. Et *p. 124. b. Proprium opus Dei* h. l. eſt promiſſionis de Meſſia verbis factisque declaratae, ſeptimo mundi die, primo Sabbatho. Nihil enim vltra egit, vtpote omne iudicium tradens filio, poſtquam omnia agenda prius definiuiſſet. *Opus Chriſti* fuit refectio corrupti operis, non

per

per alium, sed per se ipsum, quem Pater restitutorem constituerat, per agenda, iuxta ordinem in promissione delineatum, superato corruptore, eiusque opere destructo. etc. Et *p. 125. a.* concludit: hic est sabbatismus, diem religiosae quietis significans, qui populo Dei relictus est; quoniam Christus in eo quieuit ab opere suo proprio, quemadmodum Deus a proprio suo opere quieuit, quando Christum talem promisit septimo die; et dum non aliud huius beneficii, personalis victoriae Christi et quietis a labore, habebant praeterquam in promissione, illum diem habuerunt sanctum, cui nunc dies resurrectionis Christi hebdomadatim surrogatus est, dum victoriam illam consummatam audiunt. Aliquid hic etiam vidit Wittichius, qui vltima verba interpretatur de *quiete Dei redemtoris ab opere redemtionis*, quod ipse Christus vocet *opus*, Ioh. XIV, 34. Nec minus Nemethi ad eadem commentans: „non est opus creationis, sed alterum *opus* „illud augustum *Redemtionis*, soli DEo proprium, aeque ac creatio. „Quum itaque opus redemtionis et sanctificationis consummatum est in „morte Christi, iuxta illud τετέλεσται Ioh. XIX, 30. Et Christus ipse „quieuit in sepulcro, septimo hebdomadis die, tunc merito dicitur De„us quieuisse ab operibus suis ante secula decretis, in fundatione terrae „iam intentis.

CAP. IV.

v. 11.

Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.) *Studeamus igitur ingredi in illam requiem*, quae scilicet Christi est, et in qua Dei acquiescentia est consummata. In hanc requiem ingrediendum est per fidem, coll. supr. v. 3. infidelitate excludente, quemadmodum veterum exemplum docuit, quos infidelitas promissionis de obtinenda Cananaea, eiusdem ingressu excluſit; et multo magis infidelitatem praestantioris quietis, quae in verbo promissa est, fruitione excluſisse est certissimum. 1. Petr. I, 8. 9. Eph. II, 8. Haec itidem praeclare Altingius *p. 125. b.*

v. 12.

Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ etc.) Nobilem de h. l. controuersiam, loquaturne de *verbo Dei hypostatico s. personali*, an προφορικῷ s. *praedicato*? (vtriusque sententiae auctores et rationes dubitandi haut leues videri possunt praeter Calouium *B. I. h. l.* apud Seb. Schmidium *h. l.*) tutius dirimi posse arbitror, si cum eodem laudatissimo Theologo statuatur, non opponenda esse sibi inuicem *verbum hypostaticum et praedicatum*,

CAP. IV ſed ſubordinanda. Cui etiam non refragatur Gerhardus et Rauppius *h. l.* nec Altingius *h. l. p.128.* argumentationi tamen Apoſtoli plus virium tribuens, ſi de Filio Dei accipiatur propter v. 13. Connectunt etiam ambo illa Streſo et Nemethus *h. l.* Certum namque eſt, quod praedicata hic ſint, quae partim verbo praedicato ſuo modo ſunt communia, partim hypoſtatico abſtrahendo a praedicato non ſunt congrua. Sententia igitur Schmidiana haec eſt, quod Paulus loquatur de verbo Dei hypoſtatico Ieſu filio Dei, vt v. 14 appellat, prout ille ſeſe in verbo praedicato ſiſtit, exhibet, probat in conuictione maxime cordium humanorum, vt adeo quod de verbo Dei hypoſtatico dicitur per verbum praedicatum operanti, id ſuo modo ad verbum praedicatum quoque pertineat. Nec adeo erit, vt in iſta ſubordinatione τῷ λόγῳ perſonalis et realis cum cl. Marckio *Exercit. Bibl. Exerc. 37. § 12. c. fin. p. 795.* metuamus, *ne ſenſus diſtinctiſſimi et ſatis oppoſiti inter ſe temere iungantur*, praeſertim cum ipſe concedat hic rerum connexionem; illudque *temere* facile concedamus. Iam in ſpecie ſubiectum ὁ λόγος ponitur abſolute ad confirmationem prioris ſententiae; et enerue eſt, quod poſterioris patroni opponunt, vocem τῷ λόγῳ de filio Dei Iohanni eſſe peculiarem, Paulo autem inuſitatam. Illos enim meminiſſe oportet, quod ſtilus Pauli in hac epiſtola multa habeat ſingularia, ſublimiorque ſit; quodque inſuper ad Ebraeos ſcribatur, quibus phraſis מימרא דיי i. e. ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ex Targumin erat notiſſima, bene id obſeruante excellentiſſimo D. Gottfr. Oleario *in Analyſi Logica huius Epiſt. p. 19.* et Altingio *h. l. p. 129. a.* (qui etiam *p. praeced. b.* λόγον de Filio Dei vult intellectum Luc. I, 2. cum *ſermonis externi* non potuerint eſſe αὐτόπται *ſpectatores*, quandoquidem auribus non oculis percipiatur. Spectatores ergo λόγῳ quando dicantur Apoſtoli, perſonam indicari, et idem dici, quod 1. Ioh. I, 1. vt pote qui ἀπ' ἀρχῆς fuerint cum Chriſto, Ioh, XV, 17. vt iſta quoque particula vim addat expoſitioni. Alterum, quod fuerint ſermonis ὑπερέται *miniſtri*, poſtulare perſonam, cui miniſtrent, col. Act. XXVI, 16. Ioh. XVIII, 36. 1. Cor. IV, 1. (ſed vide Eph. III, 7. Col. I, 23.) Nec minus ita ſumi in illis Pauli, τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ Act. XX, 32. ipſi fit veriſimile, quoniam commendentur homines non rei, ſed perſonae, cit. Act. XIV, 23. 1. Petr. 4. 19: ſic *Deo*, ſic ergo etiam *ſermoni gratiae eius* (reſpectu vel *cauſae impulſiuae* dationis eius, vti filius amoris Dei Col I, 13. coll. Ioh. III, 16 vel *effectus* ipſius dantis, quia ipſe gratiam Dei diſpenſat Ioh. I, 17. vti Deus

us dicitur Deus pacis et dilectionis, 2. Cor. XIII, 11. et c. I, 3.) alias Euangelium commendari hominibus, 2. Tim. II, 2. non homines Euangelio. Denique *aedificare et dare haereditatem* esse proprie effecta personae) Conf. de phrasi illa chaldaica Differt. Laurent. Wegeri Philologi Regiomontani *de verbo Dei.* et Pfeifferi *Crit. S. p. 276. seqq.* ibique citatos auctores, quibus adde Bochartum *Geogr. S. P. II. p. 904.* Miror itaque, Io. Clericum *in annotat. ad Hammond. h. l.* aliud temere statuere, dictam nim. phrasin *Verbum Dei* Iudaeis eius aeui pro *Deo* et quouis diuino attributo, non pro *Messia*, vsu veniisse. Ast quid monstri alat haec eius expositio, non obscure eluceret, si conferatur eius annotatio ad c. I, 2. Iesum constituit heredem seu dominum omnium, *per quem et secula fecit*; hoc est cum per λόγον *rationem* aut sapientiam aeternam arctissime cum eo coniunctam, omnia olim creasset, et ad v. 3. Sane Filius Dei, etiam quatenus homo, est *splendor gloriae Patris* cum magnitudine miraculorum diuinam potentiam expresserit; et *imago impressa eius substantiae*, quia summas eius virtutes refert. In quibus spiritus Socinianus vt miser forex se prodit. Sed misso subiecto potius praedicata sunt examinanda. CAP. IV.

ζῶν) Quod praedicatum et quidem vt participium *viuens* potius quam *viuum* maxime vrget S. Schmidius, quippe quod proprie conueniat suppositis, conf. de Deo Matth. XVI, 16. 1. Thess. I, 9. 1. Tim. IV. 10. VI, 17. Ebr. III, 12. de Christo Apoc. I, 18. bis: nec credit, vllum exemplum proferri posse, vbi quid proprie vocetur ζῶν *viuum* quod non habeat vitam formaliter: obiectionibus etiam satisfacit. Competit autem *verbo Dei hypostatico* absolute, formaliter et effectiue; ipsum etiam *Verbum praedicatum* dicitur habere vitam communicatiue et effectiue, vt det vitam, quam ipsam formaliter et originaliter non habet. Vnde nec *verbum viuens* vel *viuum* proprie appellari potest, licet *verbum vitae* nominetur recte. Quando autem Ioh. VI, 63. in casu recto dicitur *vita*, id dici tropice per vsitatam metonymiam effectus pro causa agnoscunt Theologi. Hic loci tamen verbum hypostaticum appellatur ζῶν *viuens*, *viuus*, praecipue quomodo in effectu probet conscientiis nostris se ζῶντα *viuum*, et propterea putat S. Schmidius subaudiri posse et debere τὸ ἐν ἡμῖν, sicut Paulus Gal. II, 20. dicit. *Viuit in nobis* per verbum suum, quod conscientiis nostris, ex quo audiuimus, implantauit, vt doceat et conuincat nos de hoc, quod ipse viuat in seipso, tantamque virtutem in nobis per verbum

CAP. IV. ſuum exſerit, vt verbum ipſius non contemnamus, ſed pro verbo vitae agnoſcamus et teneamus, nec pro litera mortua habeamus.

Καὶ τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον) Vbi Filius Dei non in ſe comparatur cum gladio, (nam in viſione apocalyptica Ioh. I, 16. XIX, 15. non apparuit vt gladius, ſed vt vir, *ex cuius ore gladius egreditur*, quo belligerat Apoc. II, 12. 16. Conf. Ieſ. XLIX, 2. vbi deſcribitur: *Os ipſius ſicut gladius acutus, et ipſemet vt ſagitta electa* vel *mundata*,) ſed cum gladio, quatenus gladium verbi ſui vibrat, eoque ſecat et pungit hominum corda et conſcientias. Inſuper reſpexiſſe Paulum ad eiusmodi gladium vel cultrum, quo vti ſolebant in mactandis victimis, cum iſti cultri acutiſſimi fuerint, maxime veriſimile fit cl. Braunio ad *h. l.* quod tales acutiſſimi cultri hodieque Iudaeorum lanionibus in vſu ſint, et vtrimque ſecantes veteribus etiam in vſu fuerint; quomodo etiam accurate et quidem duodecies vnguibus et nudis digitis examinentur, ne vllam crenam habeant, probat laudatus auctor ex ספר שחיטות ובדיקות *libello mactationum et explorationum*; qui etiam duos cultros vnum ordinarium, quo hactenus vtuntur laniones, ab vno tantum latere habentem aciem, et alterum μάχαιραν δίστομον, vna cum ſex aliis crenas habentibus, itaque ad iugulationem ineptis, exhibuit in tabula aenea. Sequentem phraſin Apoſtolicam

Καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν) *Et pertingens vsque ad diuiſionem animae et corporis, compagum et medullarum*, proxime accedere ad id, quod Germani de magnis terroribus et commotionibus cordis dicere ſolemus: **es gehet mir durch Marck und Bein**/ bene notat Seb. Schmidius. Vt adeo optime phraſis Apoſtoli de compunctione cordis, quando aculei a verbo ipſi infiguntur, et compages corporis quaſi diſtrahuntur et medullae penetrantur, accipi poſſit. Nec tamen reiicienda eſt explicatio, quae dicit intelligi per μερισμὸν ψυχῆς καὶ πνεύματος luctam carnis et ſpiritus, vt ſenſus ſit, **biß daß es unterſcheidet das was fleiſchlich iſt/von dem/was geiſtlich iſt.**

V. 13.

Τετραχηλισμένα) *Intime patentia.* Dicitur tropice de ſacrificiis, quorum pelles detrahebantur, et per mediam ſpinam diſſecabantur, vt interiora omnia oculis paterent. Ita cum Chryſoſtomo, Oecumen. Theophyl. Grotius, Eſtius et Corn. a Lapide *h. l.* Hammondus, Altingius, Nemethus,

Nemethi, et Braunius *h. l.* Gerhardus, Dorscheus ap. Calou. et Brochmandus *h. l.* Quemadmodum enim Apostolus versu praecedente sumserat gladium per metaphoram a lanione praesertim a sacerdotibus; ita per eandem metaphoram ab inspectione et perscrutatione lanionis, maxime sacerdotis in templo, dicit omnia coram Christo, supremo sacerdote esse *φανερὰ* s. *γυμνὰ* etc. Eadem phrasis totidem fere verbis occurrit in *tract. Talmud.* תמיד *cap. IV, § 2.* Postquam ibi dictum esset, sacerdotem sacrificium iuge ouem pedibus suspendisse, partesque varias abscidisse, additur tandem: קרעו ונמצא כלו גלוי לפניו *lacerauit illud (animal) et reperiebatur omne apertum coram facie eius.* Conferri meretur memoratus Braunius, illa ex ritibus et antiquitatibus iudaicis deducens, simulque monstrans in tabula aenea, quomodo sacerdos sacrificii intima omnia perscrutatus fuerit.

CAP. IV.

Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος) Quod communiter reddunt: *de quo nobis est sermo*, vt πρὸς sit pro περὶ. Sed rectius dilaudatus Olearius noster *h. l.* interpretatur: *cum quo nobis hic res est*; eo quod ista vis phraseos Demosthenis, ceterisque antiquis Rhetoribus sit familiarissima: *λόγος ἐστί μοι πρός σε.* Consentit Bezae versio: *qui cum nobis est negotium*, et Belgica: *met welcken wy te doen hebben.*

v. 14.

ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν) *Habentes igitur Pontificem magnum.* Ita vocat Christum non pleonastice, cum infr. c. X, 21. vocet ἱερέα μέγαν sed καὶ ἐξαίρετον et in oppositione aliorum multorum ἀρχιερέων, qui non solum inde ab Aharone vsque ad Christum exstiterunt, verum etiam quod sacerdotis maximi סגן s. *vicarius*, postquam partes eius obiisset, itidem *sacerdos maximus* nuncupabatur. Hinc *Annas* et *Caiaphas* dicuntur ἀρχιερεῖς, Luc. III, 2. tum quod sub templo secundo in primis circa extremum eius singulis fere annis noui Pontifices surrogabantur vel intrudebantur, pecunia malisque artibus praedominantibus, et hinc γένος ἀρχιερατικὸν eorum, qui vnqam functi erant pontificatu, Act. IV, 6: tum quod nomen ἀρχιερέων in sensu latiori etiam tribuitur Principibus, qui certis Sacerdotum classibus praerant.

v. 16.

Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος) *Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae.* conferre iuuat, quae ad illustranda

CAP. V. lustranda haec verba ex antiquitate ebraica monstrat excellentissimus Dassouius *Disp. II. de emph. Sacr. voc. comm. 8. p. 21. s.*

CAP. V.

v. 2.

Μετριοπαθεῖν) *Misereri quantum satis est*, ita Beza. Mittleiden haben/so viel die Noth erfodert / als es genug ist / nach dem Maaß der Sünden und der Gefahr. Pleniorem vim huius verbi docte notavit Camero *h. l.* Μετριοπαθεῖν, inquit, duo in se complectitur, quorum prius significatur voce μέσῳ, nempe ἐπείκεια et ἐυγνωμοσύνη, vnde oritur vel excusatio, vel, si res poscat, purgatio, quae virtus plerumque inde proficiscitur, quod meminimus et nos esse homines, unde fit, vt de aliis non durius, quam de nobismetipsis statuamus. Alterum vero est συμπάθεια, quum sensu alienae miseriae afficimur. Quid est ergo μετριοπαθεῖν? ὑπὸ ἐπιεικείας τινὶ συμπάσχειν, *alterius malis affici, eo quod non rigide et seuere, sed humaniter et placide de aliis iudices, tanquam si tua ipsius res ageretur, vt qui te putes eadem conditione.*

v. 3.

Διὰ ταύτην) *Propter hanc* scil. ἀσθένειαν *infirmitatem*, vt recte supplent Ludou. Tena *h. l.* Belgae, Altingius, Wittichius et Nemethus *h. l.* Er. Schmidius et Seb. Schmidius *h. l.* vt minime opus sit hic agnoscere ebraismum, quasi sit διὰ ταύτην pro διὰ τοῦτο, quos merito refutat Er. Schmidius *p. 1306.* et verbum

προσφέρειν) *Offerre*, includere suum nomen verbale προσφορὰν, *oblationem, victimam* obseruant Beza et Er. Schmidius *h. l.*

v. 4.

τὴν τιμὴν) Commode quidam articulo τὴν vim relatiuam et emphaticam tribuunt, *hunc honorem*, pontificatum scilicet.

ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ) Quod membrum ellipticum bene cum Er. Schmidio Seb. Schmidius ex praecedente membro supplet h. m *Et non sibi quis sumit illum honorem, sed qui vocatus est a Deo* sumit illum; quemadmodum et in sequente membro aliquid repetendum: *sicut et Aharon* vocatus sumsit.

v. 5.

v. 5.

Ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν etc.) Quod membrum pariter requirit supplementum: *Sed is qui dixit ad ipsum: Filius meus es tu, ego hodie genui te* ἐδόξασεν αὐτὸν, *glorificauit ipsum*, vt esset Pontifex, vel vt Er. Schmidius: *eum hoc honore dignatus est.* Sic Belgae in not. *heeft hem hier toeverheerlickt.*

v. 7.

εἰσακουσθεὶς τῆς εὐλαβείας) Biuium h. l. sententiarum occurrit de vero sensu vocis εὐλαβείας: vna significationem *metus*, altera *reuerentiae* sequens. In priorem cum Beza, Belgis, Grotio, Scaligero, Camerone, Iac. Capello, Hammondo, Stresone, Altingio, Wittichio, et Nemetho *h. l.* lubentius pedibus imus, suadente contextu et syntaxi naturali. Praeter argumenta, quae recenset Gerhardus et ex eo Seb. Schmidius, licet vterque posteriorem eligant, et haec maxime addi possent: quod non tantum verbum εὐλαβεῖσθαι *timoris* significationem habeat Act. XXIII, 10; sed et frequens ista sit apud LXX interpretes, quos Apostolus noster sequi amat. Nam ebraicum יָרֵא, quod significat *anxie timere* verterunt εὐλαβεῖσθαι Ies. LVII, 11. Ier. XXXVIII, 19. XLII, 16. etiam per φοβεῖσθαι Ier. XVII, 8. eiusque deriuatiuum יִרְאָה per εὐλάβειαν Prou. XII, 25. Ios. XXII, 24. Ezech. IV, 16. XII, 18. 19. Notat itaque hic εὐλάβεια sollicitum et anxium timorem, quem maxime concipit humana natura a morte, et hanc anxie timuit homo Christus, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *et exauditus est*, et per consequens *liberatus est ab hoc metu* scil. mortis et dolorum infernalium, vt obiecto remouendo vi praepositionis ἀπὸ, quam recte vrgent Belgae *in not.* et Er. Schmidius. quo in sensu nec ipsi displicet Seb. Schmidio. Sic verbum ebraicum עזר *iuuare* ab iisdem Graecis exponitur per εἰσακούειν 2. Chron. XVIII, 31. nec non יוֹשִׁיעֵנִי *seruabit me*, Ps. LV, 17. LXX ἐσώσατό με. Nam *exaudire DEi* est *iuuare, seruare*, quae realis exauditio est. Quanquam nec male, ni melius, cum τῷ πάνυ Grotio statuas contractam locutionem, Ebraeis et Graecis frequentem, vt sensus sit: *et exauditus liberatus est ab isto metu.* Plane vt in loco huic gemino Ps. XXII, 22, *serua me ab ore leonis, et a cornibus monocerotum* עֲנִיתָנִי *exaudiuisti me*, i. e. exaudiens liberasti me. Similiter Ps. CXVIII, 5. עָנָנִי *exaudiuit* (i. e.

CAP. V. exaudiens collocauit) *me* in lato. Quibus addatur Ies. XXXVIII, 17. וְאַתָּה חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי מִשַּׁחַת בְּלִי at tu *amore prosecutus es animam meam e fouea* consumtionis i. e. amore prosecutus reduxisti animam meam a fouea, coll. Ps. XXX, 4. Cuius *metaleptseos* exemplum et infr. c. X, 22 occurrit: *adsperso* quoad *corda* et mundati *a conscientia mala*, coll. c. IX, 14. Plura vide si lubet in *Luc. Ebr. p. 316. seq.* Non itaque videmus, quid huic interpretationi praeferendae obstet, cum in posteriore ἀπὸ velint acceptum pro διὰ vel κατὰ vel ὑπὲρ vel cum Camerario pro μετὰ, qui etiam subintelligit προσευχόμενος, vt idem sit ac *cum pietate* s. *reuerentia precans*. Quam expositionem valde Seb. Schmidius approbat. Verum duriuscula est illa permutatio particulae et ellipsis. Istaque insuper εὐλάβεια *reuerentia* erga Deum Patrem iam supponatur et includatur in praecedentibus δεήσεσί τε καὶ ἱκετηρίαις *precationibus et supplicationibus*.

v. 8.

ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοὴν) Vbi notetur 1) Graecismus ἀφ' ὧν pro ἀπ' ἐκείνων ἃ ἔπαθεν *ex illis, quae passus est*. quomodo et in ebraismo ista ellipsis demonstratiui adhibetur, vt Ruth. II, 9. *et bibas* מֵאֲשֶׁר *de* (eo) *quod haurient*, coll. Exod. XXIX, 27. Vid. *Lux Ebr. p. 295.* 2) elegans paronomasia ἔπαθε ἔμαθε, iuxta illud peruulgatum τὰ παθήματα μαθήματα, *vocumenta documenta*. Non quidem necesse est, ut verbi ἔμαθε significationem neutralem *didicit* deseramus, et cum Dan. Fesselio *Aduers. Sacr. l. 1 c. 2. p. 26.* transitiuam et causalem *docere, discere fecit* amplectamur. Modus autem discendi est *practicus et experimentalis*, debuit de acerbitatibus passionum iraeque diuinae et mortis, experiundo et vere sentiendo erudiri, quod supra c. II, 18. coll. IV, 15. dicitur πέπονθεν πειρασθεὶς *passus est tentatus*, siue *cum tentaretur*, idque κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα ἀδυνατῶν ἡμῶν *quoad omnia ad similitudinem infirmitatum nostrarum*, eoque δυνάμενος συμπαθῆσαι καὶ τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι, *posset compati vere tentatis iisque succurrere*. Debuit itaque sensim sensimque πειρασθεὶς μανθάνειν reapse *tentatus discere*, quam perfecta et nunquam declinans obedientia erga Deum, quam clara demonstratio iustitiae (Rom. III, 25. in graeco) et sanctitatis Dei, quam operosa sufficiensque satisfactio esset necessaria, vt *per unius* δικαιώματος *iustitiam*, vel potius *satisfactionem* (nam δικαίωμα differt

fert

fert a δικαιοσύνη, eſtque ſecundum Ariſtotelem *Eth. l. 5. c. 7.* ἐπανόρθωμα τῆς ἀδικήματος *correctio iniuriae* h. e. *ſatisfactio* pro laeſione iuris. Habent ita Sociniani vocabulum *ſatisfactionis* in ſcriptura. Vid. Pareus ap. Polum ad Rom. V, 18. B. Iac. Wellerus *h. l.* et B. Calouius contra Grotium *h. l.) gratia Dei et donum in gratia* (ſatisfactionis) *quae eſt vnici illius hominis I. C. abundaret in omnes homines, ad iuſtificationem vitae,* (zur Freyſprechung des Lebens) loco condemnationis et mortis per lapſum vnius hominis commeritae, Rom. V, 18. coll. cum 15. Plenius adhuc B. Dorſcheus apud Calou. *h. l.* non tantum de *experimentali*, ſed et „*aeterni Patris communicatione* interpretatur. Certe, inquit, cum Chri„ſtus preces et ſupplicationes cum clamore valido et lacrimis ad eum, qui „poterat ipſum ex morte liberare, obtulit, hoc ipſo voluit μανθάνειν, „hoc eſt, non tantum experiri, ſed omnino etiam ex diuina communica„tione diſcere, quousque ipſum deſerturus eſſet Deus Pater in tentationi„bus, et paſſionibus infernalibus, et quando terminum et menſuram dolo„rum ſuorum Deus Pater eſſet poſiturus. Hoc *didicit*, hoc eſt, ex diuina „communicatione percepit, cum fuit exauditus. - - - *Didicit* propo„ſitis et impoſitis ipſi a Patre ſuo paſſionibus ſeu communicato patiendo„rum catalogo.

CAP. V.

v. 9.

Τελειωθεὶς) *Conſummatus*. Qua voce notatur *conſummatio* non eius „ſacerdotii per oblationem victimae, ſed *conſecrationis* ad ſacrificium rite obeundum. Vnde verba c. II, 10. de Patre, quod ipſum decuerit *ſupremum ducem ſalutis filiorum Dei per paſſiones* τελειῶσαι *conſummare* ſ. *conſecrare*, a praeſenti dicto accipiunt, et viciſſim illi foenerantur mutuam lucem. Nam τελειόω a Graecis interpretibus vſurpatur pro conſecratio-“ ne ſacerdotali, quando conſecrando implebantur manus partibus *ſacrificii*“ *impletionum*, ſ. vt iidem loquuntur τελειώσεως *conſummationis*, quod“ poſtquam per ſeptiduum circa ipſũ factum erat, tum fuit ille τελειωθεὶς“ *conſummatus*, plene conſecratus. (Vid. *Ebraiſm. Etym. p. 66.*) Ita quo-“ que Chriſtus, poſtquam dies impletionis ſuae peregiſſet, agitando ſemet“ ipſum coram Deo in deprecationibus et ſupplicationibus, quo functioni“ ſuae exercendae magis magisque praepararetur et diſceret experiundo,“ quae porro idoneum facerent ad ipſam obedientiam ſui muneris, vere fuit“ τελειωθεὶς *ſufficienter et perfecte conſecratus* ſacerdos, non minus quam“ antecedens Patris ſermo ad ipſum *legitime vocatum* conſtituerat. Sic“

CAP. V. aptiſſime cohaerent primum κληθὸς *vocatus* v. 5. alterum πλειωθεὶς "
conſecratus, hoc v. 9. tertium προσαγορευθεὶς v. 10. *cognominatus*, "
vel potius *publice ſalutatus*, vt vult vis verbi. nam ἀγορέυω eſt *publice* "
verba facio ab ἀγορὰ *forum*, quod ab ἀγείρω *congrego*, vt ad plurium "
notitiam perueniat quod proponitur. προσαγορέυω eſt *compello, ſaluto* "
aliquem *publice*, *proclamo coram omnibus*, *publico loco*. Haec erudite "
Altingius *h. l. p. 147.* Conf. et Hammond. *h. l.*

v. 12.

τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τῦ θεῦ) Vbi τὸ ἀρχῆς non male Lutherus, Gerhardus, Calouius, Grotius, Nemethi aliique acceperunt pro adiectiuo *elementa initialia*, *prima*; niſi mauis cum Seb. Schmidio explicare per *appoſitionem* h. m. *elementa*, *quae ſunt principium eloquiorum Dei* i. e. quae primo ex λογίοις τῦ θεῦ *eloquiis Dei* docenda ſunt, praeſertim cum cap. VI, 1. vox στοιχεῖον (qua de conf. etiam Gal. IV, 3. 9. Col. II, 8. 20. 2. Petr. III, 10. 12.) omiſſa ſit, et tantum vox ἀρχῆς poſita. Non itaque videmus, quomodo in hac phraſi poſſit obtinere iſta differentia, quam cum Iac. Cappello et Nemetho venatur Braunius *h. l.* vt στοιχεῖα elementa notent legem ceremonialem, ſive vt p. 313. effert, vmbras et ceremonias VT. quibus vt pueri ſub ſeruitute tenebantur, eaque fuiſſe *lac* ſub V. T. λόγον a. τῆς ἀρχῆς τῦ χριστῦ c. ſeq. v. 1. prima initia religionis Chriſtianae et cognitionis fidei. Nam Apoſtolus ſcribit Ebraeis a Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum iam tum conuerſis, et tamdiu in Chriſtiana religione inſtitutis, vt potuerint iam eſſe magiſtri; nec ceremonialia Moſaica fuerunt Iudaeis lac, ſed potius durus crudusque cibus, et amarior, quam illae colocynthides filiis prophetarum, 2. Reg. IV, 40. vel ficus illae in corbe Ieremiae repraeſentatae, Ier. XXIV, 2.

CAP. VI.

v. 1.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τῦ χριστῦ λόγον) *Quapropter relinquentes ſermonem initialem Chriſti*, ſ. de Chriſto i. e. qui initium eſſe debet doctrinae de Chriſto. Vnde et Catechetae notante D. Zentgrauio *Diſſert. de ſimpl. Catech. ad h. l* § 10. *c. fin.* ab Athanaſio *Orat. 3. adu. Arian. f. 405.* dicti ſunt λόγον ἐξ ἀρχῆς σπείροντες, *verbum a principio ſeminantes*;

cum

cum paulo ante *primam Christianismi institutionem tradere*, κατηχεῖν CAP. VI.
κατὰ τὴν ἀρχὴν, eos dixisset. Hac etiam vocis ἀρχῆς acceptione scripsit Origenes περὶ ἀρχῶν h. e. de principiis s. elementis doctrinae Christianae libros IV. de quibus Eusebius *Hist. Eccl. l, 6. c. 23.* Ceterum ipsum Deum προτευαγγελίῳ promulgatione Gen. III, 15. *primae Catecheseos* et elementarem fidei saluificae doctrinae *summam* quandam protoplastis, in summa viae salutis ignorantia, tradidisse non male dicitur. Nec contemnenda sunt, quae de *capitibus catecheticis, quae Adamus in sua ecclesiola suos liberos docuit*, notauit B. D. Bebelius *de Eccl. antediluu p. 36.* Praeter haec nouam plane phraseos nostrae Paulinae interpretationem aggressus est Iac. Lydius *Agonist. Sacr. c. 16. p. 83. seqq.* qui mentem Andreae Meluini Scoti melius explanaturus, verbum ἀφέντες non accipit in significatu communi *omittendi* aut *relinquendi*, sed *emittendi*, vt alludat ad ἀφέσεις editores ludorum Circensium, eo quod apertis ostiis ipsi quadrigas e carceribus emitterent. Deinde voci ἀρχῆς non significationem *initii* tribuit, sed *principatus*. Vnde haec fluit eius versio: *emisso Christi principatus sermone*. subnexa hac paraphrasi: vult ergo Apostolus, vt Ebraei illum de Principatu Christi, quem partim explicarat, partim adhuc exsecuturus erat, sermonem (hactenus intra eos quasi suppressum et carcere clausum) nunc porro apertis ostiis e carceribus emittant. Verum enim vero plane non video, ni totus fallor, quomodo haec licet docta et satis speciosa interpolatio hic locum habere possit. Nam (α) vocis ἀφέντες allusio agonistica non conuenit in auditores Pauli, quasi tales fuerint, qui sublime mysterium de sacerdotio Christi hactenus inter se coërcitum iam ruptis quasi repagulis emittere deberent, cum in doctrinam illam δυσερμήνευτον prius essent *intromittendi et ad perfectionem ferendi*. Nec (β) vox ἀρχῆς h. l. illam suppositionem *principatus* admittere videtur. Non enim egit Apostolus de officio Christi regio, quod proprie ἀρχὴ designaret: non dixit Christum ἄρχοντα sed ἀρχιερέα. Et si hunc sensum hic intendisset, potius et expressius pro vocabulo τῆς ἀρχῆς dixisset τῆς ἱερωσύνης, vt cap. seq. v. 5. 12, et 24. vel λειτουργίας vt c. VIII, 6. Elumbis etiam est *prima* ratio, quod ab ἀρχὴ ἀρχιερεὺς dictus sit Christus, quasi dicas *princeps sacerdotum* h. e. qui principatum habet inter eos. Primum illo *hoc est* non opus fuisset, cum in voce *principis* satis intelligatur, nisi forte vocabulum *principatus* clarius hoc ipso excludere voluerit. Deinde ἀκριβῶς

CAP. VI. loquendo ab ἀρχὴ non dicitur ἀρχιερεύς, sed illud cum substantia vocis ἱερεὺς, saltem componitur. Nec stringit *secunda*, quod hoc sensu ἀρχὴ reperiatur 1. Cor. XV, 24. it in Ep. Iudae v. 6. Reperitur namque etiam in sensu *initii* haud procul ab hoc loco np. v. 12. cap. praeced. quidni ergo retinetur sensus propinquior, praesertim cum nulla vrgens sit necessitas longinquiorem adsciscendi. Consideretur iam vtraque phrasis τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τ. θ. et τὸν τῆς ἀρχῆς τ. χριστ. λόγον, et dilucide apparebit quam sit παράλληλος, *coll. not. ad v.* 12. suadet quoque clara oppositio, dum *sermoni initii* s. primis capitibus doctrinae *Christi*, qui vocatur lac, opponitur τελειότης *perfectio* solidior cibus dicta.

Μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων) *Poenitentia a mortuis operibus.* Qua nomenclatura venire possunt peccata quaeuis, quae ἔργα *opera* carnis vocantur, Gal. V, 19. Epitheton autem νεκρὰ *mortua* malis operibus siue peccatis tribuitur iure summo (1) *quoad causam efficientem*: quia omnis homo irregenitus, eoque naturalis Adami filius, non tantum mortis est reus, quia ἐφ' ᾧ *in ipso* peccauit, Rom. V, 12; sed etiam mortuus est modo spirituali, viua virtute ad recte agendum prorsus destitutus, Eph. II, 1. 5. V, 14. Col. II, 13. Vnde vita Dei carere dicitur, Eph. IV, 18. (2) *quoad effectum.* Nam peccata omnia sunt mortifera, iuxta Dei tum veritatem, Gen. II, 17. tum iustitiam, Rom. I, 32. et habent mortem extremam sc. mercedem, VI, 21. eamque debitam ceu stipendium militare, v. 23. Peccatum parit mortem, Iac. 1, 15. Mors autem recte dicitur in opere illo esse, adeoque illud mortuum esse opus, quod mortem affert, argumento loci 2. Reg. IV, 40. Veruntamen specialiores adhuc causae fuerunt Apostolo, quaeque Ebraeis propriae censendae, quod propria ipsorum opera ante conuersionem ante Christianismum patrata, *mortua* dixerit. I. *ratione operum optimorum*: quia perfectissima opera Iudaeorum mortua fuerunt: omnes iustitiae ipsorum vt vestis menstruata, Ies. LXIV, 5. iustitia enim ipsorum propria, quam erigere satagebant, atque in ea acquiescebant, coniuncta fuit cum ignorantia iustitiae Dei, et negatione subiectionis ipsi debitae, Rom. X, 3. adeoque mortua fuit ac falsa. Veram autem et viuam iustitiam, (quae est Iesus Christus, iustitia Dei, 1. Cor. I, 30. 2. Cor. V, 21. in quo et per quem viuunt credentes in ipsum, Gal. II, 20. et viui viuos fructus ferunt, Ioh. XV, 4. seqq. Rom. VII, 4. VIII, 1. seq.) repudiarunt ceu scandalum, 1. Cor. I, 23. in quo proposito perseuerantes morituri

morituri erant in peccatis suis, Ioh. VIII, 24. quantumcunque seipsos iustificarent, Luc. XVIII. 9. seq. XVI, 15. omni illa abundantia iustitiae Pharisaeorum et scribarum non sufficiente ad patefaciendum ipsis ingressum in regnum coelorum, Matth. V, 20. Atque ita omnia eorum opera erant sicut opera mortuorum, sicut foetor, Ps. XIV, 3. putredo Eph. IV, 29. et obscuritas s. tenebrae Eph. V, 8. 11. Rom. XIII, 12. II. *Obiective ratione remedii*: quia quaecunque adhibuerunt remedii loco ad abolendam operum suorum iniustitiam, fuere mortua opera. Victimae brutorum quantumcunque multiplicatae non maius apud Deum habuerunt pretium, quam cadauera aut morticina, quoties per illas ipsas sperabatur expiatio, Ies. I, 11. seq. LXVI, 3. Impossibile enim sanguinem taurorum vel hircorum abolere peccata, Ebr. X, 4. Nam licet purgaret immundos ad munditiem carnis, tamen conscientia non mundabatur ab operibus mortuis, Ebr. IX, 13. 14. imo quoties repetebantur eadem quotannis sacrificia, recordatio fiebat iterum eorundem peccatorum, conscientia neutiquam tranquillata, Ebr. X, 2. 3. vt ceremonialia quoque Iudaeorum opera nonnisi mortua fuerint, plane inefficacia: imo scriptio chirographi quodammodo, quo reatum mortis fatebantur, memoriamque eius conseruabant: quomodo ipsis ritus illi fuere contrarii: licet omnibus illis, quotquot eundem reatum per fidem in typo adscribebant sponsori Christo, (qui sanguine suo conscientias vere purgat a mortuis operibus, Ebr. IX 14.) redditi fuerint ὑπεναντιοι subcontrarii, debiti confessionem, simulque vadis successuri fiduciam testantes, Col. II, 14. Ad iustitiam etiam Iudaeorum propriam referendum porro est *ius haereditarium*, quod sibi vendicabant ob genus Abrahamicum, et propter quod sibi omnia deberi rebantur. Quamobrem Iohannes Baptista necessariam Iudaeis resipiscentiam ad huius quoque iuris abnegationem extendit, quod eiusmodi gloriatio cum resipiscentiae fructibus haud quaquam componi possit, Matth. III. 8. 9. Haec igitur resipiscentia ab operibus mortuis summo iure primum inter fundamentalia capita apud Ebraeos obtinuit locum, vtpote sine qua ne latum quidem vnguem a Iudaismo ad Christianismum potuissent promoueri. Sane nil pulcrius, nil solidius hac doctrina ex scripturis enucleata iudicioso Altingii *Opp. tom. V. Hept. VI. Theol. Dissert. I. c. 1. p. 159. seq.* et *Comment. ad h. l. p. 156 tom. IV. opp.*

CAP. VI.

Καὶ

CAP. VI. Καὶ πίστεως ἐπὶ θεον) *Et fidei in Deum.* Hoc primum fundamendum esse nequibat, quia fidei non est locus, quantisper opera, eaque mortua, in pretio sunt: nec per illam viuere quisquam suscipit, qui se per ista putat viuere. Proximum vero est a primo, quia mortem suam agnoscentes atque abhorrentes, vitam extra se quaerendam, et legitimo modo quaerendam esse animaduertunt. Idem *ibid.* Adhaec non susque deque habenda est emphasis praepositionis ἐπὶ iuxta πίστιν, dicentis fiducialem fidem, quae nititur *super Deo*, illique firmiter confidit, bene annotante Seb. Schmidio *h. l.* Conf. Rom. IV, 5. Act. XVI, 31. Cui accedit Braunius, „notandum est, inquiens, Paulum vrgere heic fidem in Christum, ideo „credere in Christum, et credere in Deum perinde est. Vnde necessario „colligendum est, Christum esse Deum omni sapientem, summe bonum „et omnipotentem.

v. 2.

βαπτισμῶν διδαχῆς) *Doctrinae de baptismis.* Numero plurali, quem alii simplicius per vsitatam enallagen numeri explicant, sicuti Syrus habet singularem, Paulum respicere ad baptismos V. T. varios placet nobis cum Seb. Schmidio, et Zentgrauio *h. l.* itemque Nemetho *h. l.* Eiusmodi enim, inquit Schmidius, rituales baptismi ex V. T. sicut non poterant cum per„turbatione Ecclesiae tenerae statim abrogari, sed vt ceremoniae adiapho„rae factae tolerabantur. Ita quando Ebraei de baptismo N. T. informan„di erant, necessario simul docendi erant discrimen baptismi sacramentalis „et istorum ceremonialium, vt necessariam sacramenti notitiam haberent. Quae sententia etiam admodum probabilis est Rauppio *comment. Synopt. ad h. l.* Minime autem gentium ratio numeri pluralis petenda est e glossa Caluiniana de baptismo duplici, externo et interno, quam hic fideliter seruat cum Grotio Braunius *h. l.* Nec displicet Marckio *Exercit. Bibl. ad h. l. p. 896.* quanquam p. seq. ait: optime subsistere alios apud solum externum, s. per enallagen, s. ob trinam immersionem vel adspersionem, s. respectu multitudinis baptizatorum.

ἐπιθέσεώς τε χειρῶν) *Impositionis manuum.* Per illam χειροθεσίαν non tam significari quid ceremoniale et temporarium de collatione donorum Spiritus S. miraculosorum, quam potius perpetuum et necessarium doctrinae Christianae punctum, quale est *constitutio ministrorum Ecclesiae*, veri similius simpliciusque statuitur cū B. Brentio, Calouio, S. Schmidio *h. l.* Zentgrauio

Zentgrauio *Dissertat. cit.* nec minus Altingio *Dissert. cit. c. 4. th. 4. et Comment. ad h. l.* Quoniam α) in singulari tanquam de vna Apostolus loquitur, quamque alias ita appellat, np. 1. Tim. IV, 14. 2. Tim. I, 6. 1. Tim. V, 22. eaque facta in Diaconorum initiatione, Act. VI, 6. nec non speciali auctoratione Doctorum IX, 12. 15. 17. XIII, 3. quemadmodum cum Leuitae ad suum munus initiarentur, Israelitae iussi sunt *manus suas ponere super illos*, Num. VIII, 10. β) Apostolus sollicite Ebraeis persuasum voluit audientiam tum Doctoris Christi, Ebr. XII, 25. seq. tum eorum, per quos loquitur, Apostolorum Doctorumque aliorum, Ebr. II, 1. 3. XIII, 7. 17. Ebraeis dicitur illud symbolum inaugurationis סמיכה, et ordinans הסומך et ordinatus הכמוך. CAP. VI.

v. 3.

Καὶ τοῦτο ποιήσομεν) *Et hoc faciemus.* quidnam? videlicet quod dixerat: ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα *ad perfectionem feramur*, v. 1. Id enim scopo Apostoli conuenientius cum Isid. Clario, Nic. Zegero, Ludou. Tena, Stresone, Altingio, et Calouio *h. l.* it. Marckio *Exercitat. Bibl. XLVII, § 11. p. 975.* et *976.* adducit etiam pro hoc sensu Oecumenium, Theophylactum, Theodoretum, Estium, Piscatorem et Gomarum.

v. 4.

Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας) *Impossibile enim semel illuminatos.* vbi I. ἀδύνατον non est cum Socinianis explicandum per *difficile.* Quinque alias modis dici in sacris ἀδύνατον notat B. Dorscheus ap. Calou. *h. l. p. 1236. b.* (α) illud quod est a iustitia alienum, Matth. VI, 24. 1. Cor. X, 21. Act. IV, 20. 2. Cor. XIII, 8. (β) quod est difficile et raro contingens, vt Matth. V, 14. Marc. IX, 39. (γ) quod est ἀβάλητον, Gen. XLIII, 32. Marc. VI, 5. (δ) quod est ἀδύνατον naturae, Ioh. III, 4. Matth VII, 18. (ε) deniq; quod simpliciter est impossibile. Atque haec quinta τοῦ ἀδυνάτου significatio est principalis et propria. Itaque tamdiu h. l. obtinet merito, donec contrarium probetur, praesertim cum Matth. XII, 32. hoc peccatum diserte *irremissibile* dicatur. II. Plerisque Patribus Graecis et Latinis Dan. Fesselio *Aduers. S. l. 7. c. 1. p. 109.* allegatis φωτίζεσθαι est *baptizari*, vt sit sensus: *semel baptizatos impossibile esse iterum baptizari, et per baptismum ad poenitentiam renouari.* sic Syrus vertit: *qui una vice ad baptismum descenderunt*, ob κολυμβήθρας, in quas descendebant si immergebantur, Ioh. V, 2. seqq. Haud secus illud φωτισθέντες Ebr. X, 32

CAP. VI. Syrus et quidam ex Patribus reſpectum habent ad baptiſmum, qui veteribus dicebatur φώτισμα et φωτισμὸς *ſacramentum illuminationis*, vid. Abrah. Scultetus *in exerc. euang. l. 2. c. 1.* Quibus etiam adſtipulatur doctiſſimus Anglus Henr. Hammondus *h. l.* et e noſtris Quiſtorpius *h. l.* Verum praeſtat omnino cum Grotio, Druſio, Altingio, Clerico *h. l.* Feſſelio *l. c* Calouio, Dorſcheo, Schmidio, aliisque communiter de *illuminatione per* ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας *cognitionem veritatis coeleſtis* accipere, ceu hunc φωτισμὸν exponit locus parallelus c. X, 26. et de τῷ φωτισμῷ τῷ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ χριστοῦ *illuminatione Euangelii de gloria Chriſti*, 2. Cor. IV, 4. coll. v. 6. qua fiunt υἱοὶ vel τέκνα φωτός *filii lucis*, Luc. XVI, 8. 1. Theſſ. V, 5. Eph. V, 8. et φῶς ἐν κυρίῳ *lux in Domino*, Eph. l. c. Et notandum, quod ebraicum הוֹרָה *docere* LXX. transferant φωτίζειν Iud. XIII, 8. 2. Reg. XII. 2. (al. 3.) et XVII, 27. vtita et cum iis Paulinũ φωτισθέντες idem ſit atque *docti et inſtituti in religione Chriſtiana.*

τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου) Per *donum ſupra coeleſte* vi articuli repetiti omnium commodiſſime cum Streſone, Altingio, Wittichio, Nemetho, Braunio *h. l.* et Marckio *Exerc. Bibl. ad h. l. p. 982.* Dorſcheo et S. Schmidio *h. l.* intelligimus *Chriſtum*, quem Pater nobis coelitus donauit Ioh. III, 16. et qui nobiliſſimum omnium donorum eſt, qui etiam ſe ipſum vocauit δωρεὰν τοῦ Θεοῦ IV, 10. et Paulus Ebr. III, 14. et 6. *participationis Chriſti* meminit. Ordo verborum quoque congruet. nam (1) eſt *illuminatio* ad cognitionem et fidem in Deum et Chriſtum. Quam 2) ſequitur *participatio Chriſti* per fidem, et 3) *participatio Spiritus ſ.* quem Chriſtus dat. Qua via prope omnes aut praecipuae ſententiae ap. Schmidium coniunguntur.

v. 5.

Δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος) Merito illis accedimus, qui per *virtutes futuri ſeculi* intelligunt ſenſum et guſtum vitae aeternae. Quid enim aliud eſt regnum gratiae in hoc ſeculo, quam initium regni gloriae in altero ſeculo? ſiquidem *regnum Dei* in hoc etiam ſeculo *eſt iuſtitia, pax et gaudium in Spiritu ſancto*, quae vtique ſunt bona futuri regni gloriae et tales δυνάμεις, quibus renati κρατοῦνται *corroborantur*, Eph. III, 16. et δυνάμενοι *potentes facti*, Col. I, 11. Vid. pluribus S. Schmidius, contra Caluinianos etiam diſputans.

v. 6.

v. 6. CAP. VI.

Καὶ παραπεσόντας) *Et prolapsi sunt.* Duriuscula euadet oratio, si iuxta S. Schmidium particula καὶ induat vim adversativae *sed*: nec valet ratio, quod v. 8 in similitudine expressa sit aduersativa δὲ, quoniam est dispar constructio. hic enim in v. praeced. 7. subiectum habet suum praedicatum, itaque suum perfectum sensum; sed illic sensus adhuc est pendens et fluens per descriptionem subiecti, cuius praedicatum post verba καὶ παραπεσόντας demum sequitur, sensumque absoluit. Recte autem contra abusum Caluinianorum excusat B. Lutheri versionem: wo sie abfallen / quod illud wo *cum, quando* non sit conditionis, sed *temporis*, hoc sensu: *non possunt renouari tum, quando cadunt.* Et ita clarius vtique fluidiusue τὸ καὶ redditur.

v. 8.

Κατάρας ἐγγὺς) *Maledictioni vicina.* Quae phrasis eo non interpretanda est, quasi spem aliquam Apostolus relinquere voluerit; hoc enim esset contra superius ἀδύνατον, sed ex vsu Scripturae s. iudicanda, iuxta quem *prope esse, appropinquare* aliquid dicitur, *quando praesens est*, et terminum suum attingit. Proinde *maledictioni vicina* dicitur, quae maledictionem habet et post se trahit praesentissimam. Conf. S. Schmidius *h. l.* qui etiam recte obseruat, quod phrasis

ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν) *Cuius finis est in combustionem*, ebraismum habeat, in quo frequenter verbum subst. היה construitur cum praepositione ל, quod hic et alias per εἰς redditur. Idem itaque est, ac si diceret: *cuius finis est combustio.* Ceterum eleganti metaphora illustrat et confirmat Apostolus, quae tribus praecedentibus versibus proposuit, et quidem per *terram frugiferam et benedictam* intelligit homines illuminatos in Spiritum s. nondum peccantes, eosdem vt malitiosos apostatas, et plene in Spiritum s. peccantes per *terram infrugiferam et maledictam.* Specialiorem autem huius tropologiae euolutionem desiderans adeat alleg. Schmidium et Dorscheum ap. Calou. *h. l. p. 1238.* et de voce τρίβολος fuse differentem Er. Schmidium *h. l. p. 1308.*

v. 9.

Τὰ κρείττονα) Recte cum Beza et Er. Schmidio subaudit Seb. Schmidius τῶν *meliora istis*, cum respectu ad antecedentia de peccato in Spiritum s.

CAP. VI. ἐχόμενα) Dicuntur, quae ita se consequuntur, vt etiam se mutuo tangant, et ab inuicem pendeant. Sunt ergo τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, ea quae cum salute quam proxime sunt coniuncta, siue a quibus salus aeterna arcte intimeque dependet. Sic LXX ebraeum אַחַר *post, statim postea* quatuor in locis transtulerunt ἐχόμενος, np. Gen. XLI, 23. 2. Sam. XXI, 1. Ps. LXVIII, 26. et Ps. XCIV, 14.

v. 10.

τὸ ἔργον ὑμῶν καὶ τὸν κόπον τῆς ἀγάπης) Magis placet cum Belgis, Wittichio, Nemetho, Braunio *h. l.* et Seb. Schmidio *h. l.* per ἔργον intelligere *opus fidei*, siue ipsam *fidem*, vti expresse vocatur 1. Thess. I, 3. 2. Thess. I, 2. Ioh. VI, 28. 29. *Bona* autem *opera* in sequentibus καὶ τὸν κόπον τῆς ἀγάπης *et laboris dilectionis*. Eadem plane phrasis occurrit l. c. 1. Thess. I, 3.

διακονεῖν τοῖς ἁγίοις) *Seruire sanctis* significat h. l. eleemosynam distribuere egentibus fidei domesticis.

v. 12.

Καὶ μακροθυμίας] Aptius h. l. hanc voeem Estius, Belgae, Altingius, Dorscheus et Seb. Schmidius *h. l.* interpretantur *perdurationem, perseuerantiam, patientem exspectationem* inter varia huius mundi aduersa et auocamenta, quae *in longum extenditur*, adeo vt cohibeat omnem iram ob moram diuturniorem alias obortiuram, quali μακροθυμία non erat praeditus Rex Ioramus 11. Reg. VI, 33. Conf. Iac. V, 7. 8. Luc. XVIII, 7. II. Petr. III, 9. 1. Cor. XIII, 4. et μακροθύμως Act. XXVI, 3. Potest etiam per figuram hendyadyn explicari, vt idem sit ac διὰ πίστεως μακροθύμως *per fidem longanimem*, quam intendere videtur B. Gerhardus, quando *h. l.* ait: ad capessendam promissorum bonorum haereditatem requiri fidem μακροθυμοῦσαν καὶ ὑπομένουσαν. Similiter v. 15. accipiendum est μακροθυμήσας *obdurans*, *patienter exspectans*, istaque μακροθυμία Abrahami nixa fuit promissione et iuramento Dei, v. 13. adeoque affectio *fidei*, quae ista obiecta habet et fundamenta.

v. 17.

ἐν ᾧ Melius cum Seb. Schmidio et Braunio *h. l.* refertur ad vltimum vocabulum versus praecedentis ὅρκῳ, et ἐν exprimit Ebraeorum ב *instrumenti, per quod* scil. iuramentum.

Περισ-

Περισσότερον) Construitur non cum participio βουλόμενος, sed cum ἐπιδεῖξαι *demonstrare*, et idem est atque *ex abundanti*. CAP. VI.

v. 19.

Ἣν ὡς ἄγκυραν etc.) *Spei cum anchora nauali* comparationem interpretes post Chrysostomum, Theophyl. et Theodoretum *h. l.* praesumunt et instituunt, alii aliis doctius. Dubium tamen haud inconcinnum hic obiicit supra laudatus Dassouius *disp. III. de emph. sacr. voc. comm. 8 § 3. an anchora naualis in templo fuerit*, vel *qua fortuna illata in illud sit, vt et quomodo naualis anchora ingrederetur ad ea quae erant intra velum?* Qui deinde huius anchorae Apostolicae explicationem historiae veteri apprime congruam in medium feliciter protrahit, quod videatur esse *vncus* trabem minorem sustinens, ex qua pendebat velum sancto sanctorum oppansum, adeoque ingrediens intra illud : probatque istam acceptionem vocabuli *anchora de vnco* et ap. Graecos ex Scapulae Lex. idem ex R. Nathanis Aruch, et Maimonide. Hinc in § 7. vlt. comparationem spei cum illo vnco erudite sciteque format h. i. m. sicut anchora s. vncus ingrediebatur intra velum, ita et spes nostra protenditur in coelum, licet non in aeternum duret. Sicut etiam anchora firmiter sustinebat velum ; ita etiam spes nos firmiter sustinet in tentationibus. Sicut velamen consistere per se nequit, sed sustineri debet : ita nec imbecillis caro nostra consistit, nisi spe corroboretur, ne nutet aut concidat. Sicut praeterea anchora sursum eminebat : ita et spes nostra tendit sursum, vbi Christus est, quod de anchora nauali dici non poterat. Denique sicut anchora suum robur adipiscebatur ex ligno cui infixa erat, ita etiam spes nostra suum robur accipit ex ligno vitae Christo, cui firmiter adhaeret, eiusque verbo euangelii ita innititur, vt non dimoueatur.

CAP. VII.

v. 1.

ὁ Μελχισεδέκ) Quis fuerit ratione personae? vexatissima intricatissimaque illa est quaestio, faciliusque quaeritur quam exquiritur, qua de valeret πολυθρύλλητον illud Ebraeorum : יהי מונח עד שיבוא אליהו *maneat relictum donec veniat Elias.* Quorundam veterum sententia, quod fuerit vel *Angelus* vel *Spiritus S.* sua absurditate se ipsum destruit. Complures

CAP. VII. cum Targum Ionathanis, Ieruſchalmi Cap. XIV, Gen. Pirke Elieſer cap. VII. Raſchi, Aben Eſra aliisque Ebraeis ſtatuunt, fuiſſe *Semum* filium Noachi. Sed cum non competant ipſi notae Melchiſedeci a Paulo recenſitae, ideo nec ipſe Melchiſedecus eſſe poteſt. Aliis, interque eos et Io. Clerico ad *l. c. Gen. p. 112.* placet *Cananaeum* hunc potius fuiſſe. Enimuero haut veriſimile eſt mihi cum Altingio *h. l. p. 193. b.* ex Canaan, qui maledictione Noachi ſeruus conſtitutus eſt tum Semi, tum Iapheti, quendam ortum fuiſſe maiorem Abrahamo, qui promiſſiones acceperat, benedicentemque illi. Multo minus ex eadem gente maledicta aſſumtum fuiſſe, qui typus foret Meſſiae adeo inſignis, et cui quadrarent iſta omnia, quae adſcripta illi legimus. Id nec multo minus valebit de *Chamo*, cuius amaſius et promachus factus eſt ante quinquennium Petrus Iurius vel Iuriaeus *dans l' hiſtorie critique P. I. chapitr. IX. X. XI.* qua de hypotheſi ipſe parum boni ſubodoratus *c. X. p. 72.* ſcribit: *Je ſcay bien, que c' eſt vne penſée, contre laquelle tout le monde ſe reuoltera, et qui paſſera pour la plus grande temerité, dont vn èciuain puiſſe etre capable, parceque le nom de Cham eſt de mauvaiſe odeur dans l' Egliſe, et que perſonne ne le iugera digne de porter ce grand character du plus excellent de types, qui ont figuré le Seigneur Ieſus Chriſt.* Hinc iure Iurium refutauit prolixiſſime Ioh. Marckius *Exercitat. Scriptur. II. ad Gen. IX, 20 — 27. a § 31. — 40. p. 172 — 207.* et nouiſſime d. 5. Febr. anni huius 1710. Vitembergae cl. Wichmannshauſen. Iam etiam ante triennium rationes Iuriaei pro excuſando chami delicto, tanquam typico, ſub accuratum examen vocauit celeberrimus Buddeus in eleganti *diſſertatione de Peccatis Typicis § 14. ſeqq.* Aliis, vt Rauppio *comm. ſynopt ad l. c. Gen.* indubius eſt, *vir quidam ſanctus e Semi poſteris.* Quam ſententiam vt veriſimilem etiam defendit Claudius Fraſſenius Theologus Pariſienſis in *Diſquiſ. Bibl. in Pentateuch p. 21. — 225. anno 1705 Pariſiis editis*, et ſequente anno 1706. ſingulariori tamen ratione demonſtratum iuit Ludouicus Borgeſius Theologus Bernenſis *in Hiſt. Crit. Melchiſed. cap. VI, p. 47. ſqq.* quod ſcilicet fuerit proles Semi in Chaldaea natus ac educatus, indeque profectus in terram Canaan peruenerit, ibique vrbe et aede ſacra exſtructis ſupremum in coloniam, quam ſecum duxerat, dominium ac ſummum pontificatum ſibi vindicauerit. Aſt haec opinio nulla idonea ſuffulta legitur ratione, fideque digna relatione, licet auctoritate Arabis cuiusdam hiſtorici; cuius tamen genealogiam Melchiſedekianam a Phalego vsque ad Semum pertextam apud cl. Braunium in *h. l.* ex Hottingero

Hottingero de *vsu Ling. Orient. in Theol. c. 8.* ipsemet inter dubia et plane in certa numerat, mauultque hic ἐπέχειν, quam incompertum quid pronuntiare, ac inanibus indulgere coniecturis. Quae verba in ipsius met opinione si nostra fecerimus, non vertet nobis vitio. Eodem anno Henr. Hulsius Professor Theol. Duisburgensis edidit *Melchisedecum vna cum Parente*, quem tandem inuenisse multum sibi placet, et quidem in *Henocho*, qui e coelo redux in Salem commoratus fuerit, ac ministerio suo in terris functus, dein viuus in coelum redierit; eamque ex Theologia gentilium fabulosa demonstrare satagit. Verum et haec sententia sua difficultate non leui premitur, et ipse praeuidit paradoxi quid inuoluere et haeretici quid sapere videri *p. 18.* Alia enim vt taceam, nonne Henoch in tali secundo aduentu erat idem substantia, licet alius qualitatibus, qui fuerat ante in terris? nonne idem numero corpus attulit, quod a parentibus habuit? nonne idem ille Henoch manebat nihilominus septimus ab Adamo? ergo non fuit ἀπάτωρ ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Vid. etiam quae ad hanc sententiam generatim respondet Marckius *ibid. § 30. p. 170. 171.* Id interim, probe perspexit cl. Hulsius, Melchisedecum tam [illegible]μερέστως et singulariſſime ab Apostolo descriptum non posse esse nudum aliquem hominem terrenum. Quare omnibus in hoc argumento dubiis vltro citroque sine praesumtionibus in timore Domini rite ponderatis et examinatis, partes communis sententiae nunc defero, illis potius et tutius subscribens mente ac calamo, qui ipsum *Christum Dei Filium Melchisedecum* statuunt, sicuti in primis post Molinaeum *in Vate*, et Cunaeum *de rep. Ebr. l. 3. c. 3.* duo ἐπίσημοι inter Reformatos Iacobi Altingius *comment. ad h. l. p. 197. — 201. coll. Hept. 3. Dissert. 2. § 20. in Tom. V. opp.* cuius nemo in hoc negotio meminit, et Gaillardus *in fasciculo XII. Exercitationum*, in Actis etiam Erudit. Lipſ. anno 1686 p. 150 — 153. synoptice recensitarum. Nec putem, qui cuncta eorum momenta νενεχῶς et ἄνευ πεοκρίματος pensitauerit, multum reluctaturum, nedum vt absurdam statim reiecturum. Non equidem me fugit, quid Cunaeo fusius responderint Schlegelius *in Regio Christi sacerdotio p. 478. seqq.* et Leidekkerus *lib. 2. de Rep. Ebr. c. 2. p. 55. seqq.* sed qui duum viros istos, sententiam hanc solidius qui expoliuerunt, ex professo refutauerit, noui neminem. Ne actum agam, nolo cuncta argumenta huc transcribere, quorum tamen quaedam occasione subsequentium versiculorum tangentur, primarium saltem aduersus thesin hanc, quod etiam sedulo ante hac vrsi, hic neruose

CAP. VII.

colluſtra-

CAP. VII. colluſtrabimus. Eſt autem illud, quo Melchiſedecus etiam deſcribitur vt ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ *aſſimilatus Filio Dei*. E. non poteſt eſſe ipſe Filius Dei. Sed quod non implicet, *aliquem poſſe eſſe ſibi ſimilem* ſiue *aſſimilari* pro varia habitudine, docebit ipſa ſtatim Scriptura. Quando Nebucadnezar de quarto ambulante in medio ignis inquit: *Et aſpectus quarti ſimilis eſt Filio Dei, Dan. III, 25.* Nonne hic quartus vt pote Filius Dei ἀφωμοιωμένος aſſimilatus fuit Filio Dei? ſic conferatur Ezech. I, 26. et Dan. VII. 13. cum Matth. XXVI, 64. Nonne hic Filius" hominis ſimillimus erit illi tanquam Filio hominis in viſione? Filius ergo" Dei ἄσαρκος in ſpecie carnis aſſumtae aſſimilatus fuit ſibi ipſi, Filio Dei" ἐνσάρκῳ in veritate carnis aſſumtae. Quod ſi in viſione iſtam ſimilitu-" dinem debemus agnoſcere, quidni quoque et longe magis, vbi non ſpe-" cies corporis, ſed verum corpus, quod videri palparique potuit, per oeco-" nomiam quandam diuinae diſpenſationis. Filius Dei victoris habitu," duobus Angelis comitatus in apparatu ſimili, qui edit apud Abrahamum," quis neget ἀφωμοιωμένον Filio Dei in aſſumta carne, viatoris habitu" ambulanti cum duobus illis Emmauntem euntibus, et his inuitantibus" ad eandem menſam accumbenti, Luc. XXIV, 15. ſ. Idem Filius Dei viri" luctatoris inſtar congreſſus eſt cum Iacobo, qui robur eius ſenſit, luxato" per eius contactum femore, et ſuum contra exſeruit conſtringens eum ſuis" brachiis, vt diſcedere ipſo nolente nequiret; quidni dicamus ἀφωμοιω-" μένον Filio Dei, qui viſus eſt Paulo in itinere Damaſceno contranitentem" ſuis molitionibus inimicis potenter deiiciens, Act. IX, 4. 5. XXII, 6. 7. Meſſias ἄσαρκος vti occurrit Abrahamo reduci a caede regum, ἀφω-" μοιωμένος dicendus eſt Filio Dei ἐνσάρκῳ, de quo Apoſtolus agebat, Ieſu" Chriſto, qui ingreſſus erat intra interius velum, factus ſacerdos ſecundum" ordinem Melchiſedeki. Haec hactenus Altingiana *p. 198. b.*" merentur addi ad Gaillardum, et quidem *ad finem pag. 56.* Sicut autem Apoſtolus dixit: *Melchiſedecum aſſimilatum fuiſſe Filio Dei*, v. 3. ita notanter v. 15. vicibus commutatis ſed et reciprocantibus dixit; Filium Dei, ſacerdotem aeternum aſſimilatum Melchiſedeco, *exſurgit* quippe *ſacerdos alius ſecundum ſimilitudinem Melchiſedeci.* Nec praetereunda eſt Riueti *in Gen. XIV.* ratio praecipua, quam ſolam ſufficere putat refellendae pariter opinioni de Filio Dei Melchiſedeco, petita ex c. V. 1. *Omnis ſacerdos ex hominibus aſſumitur, et pro hominibus conſtituitur* etc. *At Melchiſedek fuit ſacerdos, quod ex Moſe et Apoſtolo conſtat. E. ex hominibus aſ-*

ſumtus

sumtus fuit. Sed vero Gaillardus, postquam hoc argumentum in ipsius sententiam retorserit, bene phrasin *assumtum esse ex hominibus* ex mente Apostoli explicat, quod significet *hominem genitum sicut caeteros homines ex naturali coniugio et libidine carnis.* Idque extemplo probare Apostolum, *quod circumdatus infirmitate propter illam offerre debeat pro peccatis suis.* Riuetum itaque manifeste argumentatum esse ex eo, quod Christo nullo modo conueniat, adeoque geminum paralogismum commisisse, alterum a diuisis ad coniuncta, alterum a coniunctis ad diuisa. Vid. *Exerc. 6. p. 97. — 100.* Neque possum, quin adducam hanc Heideggeri obiectionem: *quod Filius Dei in V. T. sacerdos Dei altissimi esse actu non potuerit.* Praeterquam enim quod Christus sit *sacerdos in aeternum* non tantum *a parte post*, sed etiam *a parte ante*, conf. B. Carpzouii *Disp. Acad. XX. ad Ps. CX, 4. p. 946. 947.* Sacerdotis munere actu functus viuide repraesentatur primum *Gideoni*, Iud. VI, 18. 19. postea *Manoae*, Iud. XIII, 19. 20. quae duo illustria sane loca solertiam Gaillardi et Altingii aliorumque subterfugisse miror. Totum quippe sacrificium oblatum ad Angeli instar *summi sacerdotis* praescriptum paratur; qui etiam ipse hoc sacrificium accendisse dicitur; quod munus in Mosaicis legibus nemini praeter sacerdotes demandatum Leu. I, 7. 9. 13. etc. Deinde, quod victimam mirabili plane modo parauerit, et aptauerit ad sacrificium, *sacerdotis* ipsum partes egisse, satis ostendit. Manoa itaque totam oblationis curam Angelo relinquebat, bene gnarus, hunc sibi honorem per diuina instituta non patere. Accenso tandem sacrificio, in ignis flamma quasi semetipsum כופר et victimam sistens, adscendit, ac Patris gratiam mortalibus conciliauit. Recte igitur ac neruose rem complexus est B. Augustinus Quaest. in libr. Iud. c. 54. h. m.: *Quod ergo stetit Angelus in altaris flamma, magis significasse intelligendum est, illum magni consilii Angelum, in forma serui, h. e. in homine, quem susceperus erat, non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum.* Haec pereleganter proferuntur in Dissertatione Halensi de *Angelo interprete* § 23 sub praesidio excellentissimi I. H. Michaelis. anno 1707 habita. Quidni igitur et tempestate Abrahami *sacerdos actu* fuerit, ei *benedicendo* (vt ibi *offerendo*) et praecipue confirmando magnificam promissionem de semine Christo, et haereditate terrae Canaan, coll. c. XII. Gen. a quo etiam in honorem summi sui sacerdotii decimas Deo

Cap. VII.

CAP. VII. sacras actu receperit? Non ergo *Christus schemate et actione sacerdotali Abrahamum fefellit*, vt obiicit Leidekkerus *l. c. p. 58. a fin.* Praeter haec iuuabit melioris ideae gratia cum Altingio *p. 201.* monstrare in tabula ὁμοίωσιν *Melchisedeci huius et Christi*, secundum descriptionem de eo editam, in ea quae intercedit diuersitate.

Persona	
Filius Dei Messias ἄσαρκος	Filius Dei Iesus Christus ἔνσαρκος
Nominibus	
Melchisedeck, Rex Iustitiae Rex Salem, pacificus.	Rex iustissimus, ἀναμάρτητος. Pax, pacisque auctor et conseruator.
Natura	
Visibili	
Corpus assumtum fuit ingenitum naturaliter; et genus seu successionem naturalem non habuit.	Humana natura non fuit genita naturaliter, sed concepta ex virgine per Spiritus s. operationem; neque naturale genus inde descendit.
Inuisibili	
Aeternus Deus, principio et fine carens	Verus et aeternus Deus.
Munere.	
Sacerdos in perpetuum; vtpote testimonium habens quod viuat.	Sacerdotium habet ἀπαράβατον, ob vitam ἀδιάλυτον.

ὁ Μελχισεδὲκ) Non tam proprium nomen est, vt pote cui articulus emphaticus non praefigi assolet, quam potius descriptiuum *qualitatis*, quomodo Apostolus explicuit, *Rex iustitiae*, cum alias nomina virorum propria inter-

interpretari non consueuerit, adeoque sensus Dauidis est Ps. CX, 4. *Tu es sacerdos in aeternum, eo modo et ordine vti decet regem iustitiae*, sic Molinaeus *in vate l. 4. c. 13.* Altingius et Gaillardus, praeeunte Aben Esra: על דבר שאתה מלכיצדק *propterea quod tu es rex iustitiae.* Neque hic quicquam absurdi, ait Altingius *p. 195. b.* Christum ἔνσαρκον esse sacerdotem secundum ordinem sacerdotii Christi ἀσάρκου: quemadmodum Christus ἔνσαρκος declaratur ille *Immanuel*, Matth. I, 23. qui ἄσαρκος populi et terrae suae dominium habuisse declaratus fuit, Ies. VII, 14. VIII, 8. 10. Proinde ἀπροσδιόνυσος est oppositio ista Leidekkeri *l. c. p. 57 a.* „ vti *Aharon* dici non potest sacerdos secundum *τάξιν Aharonis*, sic nec „Christus, solus si sit aut ipse *Melchizedek*, sacerdos secundum *τάξιν Mel-* „*chizedeki.* Nam ante Aharonem nullus fuit Aharon, at Christus prius fuit quam incarnatus, et *sacerdos aeternus*. Pariter CAP. VII.

Σαλήμ) non esse proprium nomen vrbis, sed appellatiuum, liquet itidem ex Apostoli interpretatione per *pacem*. *Salem* autem Abrahami tempestate vrbem fuisse, nusquam liquet. Solent enim Spiritus s. amanuenses vrbem designare primum proprio et antiquo nomine, et illico nouum apponere, vt Gen. XIV, 2. *Rex Bela, quae Zoar.* Ios. XVIII, 13. *Lus, quae postea Bethel*, coll. Gen. XXVIII, 19. et l. c. Ios. v. 14. *Kirjath baal, quae Kiriath Iearim.* Haud secus *Ierusalem* dicta fuit prius *Iebus*, Ios. XV, 8 XVIII, 28. Si igitur haec vrbs in Cananaea extiterit tempore Abrahami, Iebus appellata fuit, dein tempore Iosuae *Ierusalem*, et semel tempore Dauidis et Asaphi apocopate *Salem*. quod nomen decurtatum esse ex Ierusalem multis exemplis demonstrauit Bochartus *Phaleg s. Geogr. s. l. 2. c. 24. et Hieroz. l. 2. c. 15.*

v. 3.

Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ) *Sine patre, sine matre.* Quod vulgo cum Syro accipiunt non de rei ipsius veritate secundum literam et simpliciter vi *α priuatiui*, sed secundum quid et quoad nos, quod *pater et mater eius in Scriptura non sint nominati.* Sed hac ratione eundem ἀναμάρτητον vocare liceret, quia nullum eius peccatum memoratur. Valebuntque ista de pluribus aliis Iobo, Elia, atque ipso rege Sodomae, cuius historia intexitur, ceterisque bello commissis regibus, de quorum omnium parentibus sacrae paginae pariter silent. Quin imo sic nihil μυστηριώδες dicitur, quia auctores classici de ignobilibus terrae filiis sic loquuntur.

CAP. VII. Quomodo Seneca *Epist. 108: duo sunt reges Romanorum, quorum alter patrem non habet, alter matrem. nam de Seruii matre dubitatur; Anci pater nullus, Numae nepos dicitur.* sic Horatius *lib. I, Sat. 6.*

persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum
Multos saepe viros, NULLIS maioribus ortos,
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos.

Hinc quoque nata est peruersa opinio aliquot Ebraeorum apud Sixt. Senensem *Biblioth. S. lib. 7. annot. 90.* qui ideo scripturam patrem et matrem et genealogiam Melchisedeci reticuisse impudenter asserunt, vt natalium illius infamiam celaret, quod ex impura muliere et viro scortatore prognatus sit. Potius coniungenda sunt *ἀπάτωρ ἀμήτωρ sine patre et matre* iunctis, et ad generandum concurrentibus, quomodo veriſſimum quid dicunt, et mysterium humanae naturae Christi explicant. Quemadmodum idem dicitur

Ἀγενεαλόγητος.) *sine geneologia*, non antecedenter: sic nunquam talis probabitur, qui *qua Deus* habet patrem proprium Deum Ioh. V, 18. Rom. IIX, 32. et *qua homo* ex semine Dauidis est secundum carnem, Rom. I, 3. sed consequenter, qui prolem naturalem non habet, vt caput et initium naturalis generis foret, et ab ipso ceu stipite genealogia carnalis texi queat. sic accipitur τὸ תולדות *generationes*, non de maioribus et progenitorum serie, sed de liberorum successione seu progenie, Gen. V, 1. s. VI. 9. 10. X, 1. s. XXXVI, 1. 19. XXXVII, 2. Ruth. IV, 18. s. Propterea non supponenda est haec vox cum Epiphanio aliisque secundum quid et certo respectu, quod nim. ita dicatur *respectu generis sacerdotalis*, qui genus sacerdotale non habebat, seu ad quem officium sacerdotale non per genus et sanguinem descendit. Id quod demum clare v. 6. de eo negatur, variato etiam stilo μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν.

v. 5.

Κατὰ τὸν νόμον) Non inepte post Hammondum obseruat Seb. Schmidius, versionem communem, *secundum legem*, textui non congruere, cum haec iam contineatur in τῷ ἐντολὴν fundatum in lege; sed potius hoc esse epitheton populi, subintellecto articulo, et vertendum: *sub lege*, h. m. *praeceptum habent decimandi τὸν λαὸν τὸν κατὰ τὸν νόμον, populum qui sub lege est.* Vt ita distinctius Apostolus describat, quem populum potuerint decimare: vrgere etiam hanc oppositionem hoc, quod

alias

alias Apostolus incommode interposuisset hanc particulam inter nomen populi exponendum et inter eius expositionem, dicturus potius fuisset: *decimandi secundum legem populum, id est, fratres.* Et sane interpretes nonnullos id uidisse, ideoque traiecisse verba, quemadmodum etiam B. Lutherum. Quod incommodum si aequius expendisset Io. Clericus, istam constructionem doctissimi Hammondi non barbaram vocasset. CAP. VII.

v. 7.

Τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται) *Minus a meliori benedicitur:* vbi primum notandus est graecismus neutrius generis de personis generaliter etiam soliti. conf. infr. v. 19. Matth. XVIII, 11. Ioh. VI, 37.39. coll. 40. Eph. I, 10. Deinde *quomodo ex benedictione praerogatiua Melchisedeci prae Abrahamo concludi possit?* cum saepe homines Deo benedicant sine dubio maiori; et inter homines saepe minores maioribus benedicant? satisfacit prae aliis distinctio S. Schmidii inter *benedicere proprie et improprie dictum.* Illud cum effectu coniunctum est, quo alteri boni aliquid datur, quod per se habere non posset; hoc, quo vel petitur alteri bonum, vel de illo praedicatur. Vid. et Andr. Masius *ad Ios. XIV, 13.* et Thom. Gatakerus *Aduers. Postb. c. 7. Opp. Crit. p. 471. 472.* De benedictione proprie sic dicta verissimum est Apostoli effatum. Clarum namque est, quod quisquis alteri cum auctoritate et effectu benedicat, bonum promittens simulque conferens, quod ille sibi ipsi conferre non potest, illo vtique maior sit, itaque Melchisedecus Abrahamo. Abrahamum vero non posse dici minorem rege et sacerdote Salemensium solide euincit Gaillardus *p. 146. — 154.*

v. 8.

Καὶ ὧδε) Et *heic* idem est ac in negotio leuiticae decimationis: et ἐκεῖ δὲ *ibi vero*, hoc est, in negotio decimationis Melchisedecianae Gen. XIV.

Ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι) *Morientes homines*, vbi τὸ ἄνθρωποι Seb. Schmidio non videtur frustra positum, vt scilicet id, quod supra Apostolus dixit de Melchisedeco, quod sit assimilatus filio Dei, hic de sacerdotibus leuiticis negetur, q. d. hic decimas accipiunt qui moriuntur, et *nudi homines* hactenus sunt, non assimilati in hoc, vt viuant in aeternum, maneantque sacerdotes, coll. intr. v. 28. vbi manifeste homines opponuntur Filio. Quae expositio Schmidiana belle confirmat hypothesin nostram, quod *Melchisedecus* sit *Filius Dei.*

CAP. VII. Μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ) *Qui teſtimonium habet*, vel *cui teſtimonium perhibetur* (ita enim rectius redditur, ſicut et Act. VI, 3. X, 22. XXII, 12.) *quod uiuat*, *coll. v. 16.* teſtimonium nempe Dauidis aut potius Dei, cuius verba ſolennia iure iurando confirmata ille recitat, Pſ. CX, 4. „Quoniam autem teſtimonium dicit Scriptura de Melchiſedeci vita, quomodo iſtius demonſtratio in nudo ſilentio conſtitui poteſt? Atqui ſilere et teſtimonium dicere contradictoria ſunt. Teſtis tacens non eſt teſtis. Quod argumentum iure indeclinabile audit Altingio *p. 195. a. coll. 205. a.* Cuius robur eo adegit cl. Braunium *h l.* vt ſtatuerit forte viuum in coelum ſublatum eſſe, vt Henochum et Eliam, licet id Scriptura claris verbis non tradat, cum hic expreſſe dicatur, *adhuc viuere.*

v. 11.

ἐπ' αὐτῇ) Quod relatiuum non dubitamus cum S. Schmidio potius ad τελείωσιν referre, quam ad propius λευιτικῆς ἱερωσύνης. Nec inualida eſt eius ratio, quod non raro relatiua ad remotiora nomina referantur, maxime ſi in caſu recto poſita ſint, et dicant, de quo ſermo eſt et diſputatio. Iam τελείωσις eſt in caſu recto et praecipuum in propoſitione nomen, de quo quaeritur, an per leuiticum ſcil. ſacerdotium conſummatio fiat? et ἐπὶ eſt *ſuper* vt alias, et notat finem ſ. ſcopum, qui intenditur et obtinendus eſt, ita Matth. XXVI, 50. amice ἐφ' ᾧ *ſuper quo* ades? h. e. in quem finem aduenisti? itaque parentheſin hanc cum eodem vertimus: *populus enim ſuper hac* ſcil. conſummatione (h. e. eum in finem per ſe tendente, vt iuſtificationem coram Deo et vitam aeternam conſequeretur, coll. Luc. X, 25. et intr. v. 18. 19. coll. cum Rom. VIII, 13,) *legem accepit.*

v. 14.

Ἀνατέταλκεν) *Exortus eſt.* Quod verbum de ortu luminarium nec non germinum vſurpatur. Graeci ſaepiſſime vſi ſunt pro צמח *germinauit*, et quando Meſſias dicitur צֶמַח *germen* ordinarie expoſuerunt per ἀνατολὴ Ier. XXIII, 5. (XXXIII, 15. reddiderunt βλαστὸν) Zach. III, 8. VI, 12. vt nullus dubitem cum Altingio *h. l. p. 210 b.* reſpexiſſe Apoſtolum verbum צמח, quod de ortu Meſſiae legitur Pſ. CXXXII, 17. ἐξανατελῶ, Ezech. XXIX, 21. ἀνατελεῖ, vti et Zach. VI, 12. quod virtute diuina germinauerit. Lucas eapropter Ieſum vocauit ἀνατολὴν

ἐξ

ἐξ ὑψηγεννησεν, quod non vt alia ex terra, sed *ex alto* natiuitatis origi- CAP. VII.
nem duxit, Luc. I, 78. 35.

εἰς) *De* h. l. significat, sicut Eph. V, 32. bis sumitur.

Περὶ) Melius vertit cum Er. Schmidio Seb. Schmidius *quoad sacerdotium*, quasi scil. ad illam pertinere debeat.

v. 16.

Κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς) Vbi posteriora prius νόμον magis exponunt, hoc sensu, *non secundum legem*, hoc est *mandatum carnale*. Lex autem dicitur *carnale mandatum* respectu τελειώσεως *consummationis* et iustificationis nostrae, et quidem σαρκικὴ dicitur ab *obiecto*, qui sunt homines σαρκικοὶ *carnales*, qui cum illam implere nequeant, nulla illi virtus consummandi siue iustificandi relinquitur, coll. Rom. VIII, 3. bene annotante Seb. Schmidio *h. l.* Nec multum abit B. Brochmandus *h. l.* qui docet, ita vocari foedus legale, quia nitebatur viribus naturae, veluti contra Euangelium siue foedus promissionis vocari νόμον τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, Rom. VIII, 2. quia non fundatur viribus naturae nostrae, quae caro est.

κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου) *Secundum virtutem* intrinsecam et essentialem *vitae indissolubilis*, in oppositionem vitae Aharonis, quae erat ζωὴ σαρκικὴ *vita carnalis* ex coniunctione corporis et animae, adeoque κατάλυτος *dissolubilis*. Durior apparet interpretatio Wittichii aliorumque de *Euangelio* vi Rom. I, 16. vt sensus hic sit: Christus est sacerdos iuxta Euangelium, quod habet vim viuificandi, et indissolubilem vitam producendi.

v. 18.

Προαγούσης ἐντολῆς) Quod recte Seb. Schmidio non idem est, ac praecepti prius dicti in v. 16. sed verbum προάγειν de tempore accipit post Grotium et Dorscheum *h. l.* vt praecedens mandatum sit illud, quod praecessit prophetiam Psalmi in versu praecedente allegatam, itaque optimus sensus sit: *per hoc, quod Christus constituitur in Psalmo sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedek*, abrogatur mandatum illud, quod Christum sacerdotem praecessit, quod Apostolus v. 16. ἐντολὴν σαρκικὴν appellat.

ἐπισα-

CAP. VII.

v. 19.

ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος) Vbi primum cum Belgis, Pareo, Seb. Schmidio et Brochmando ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ſubaudiendum ἐτελείωσε, *ſuperinductio melioris ſpei* ſcil. *perfecit.* Deinde τὸ ἐπεισαγόμενον, monente Beza, vocant Graeci, quod aliunde inuectum eſt. ἐπεισαγωγὴ ergo ἐλπίδος κρείττονος eſt ſpes aliunde, quam per legem introducta. Certior ea propter et verior interpretatio eſt Caſtellionis, Cameronis, Altingii *h. l.* Gerhardi, Rauppii, Brochmandi *h. l.* aliorumque, nomine ἐπεισαγωγῆς τῆς κρείττονος ἐλπίδος ſignificari *ſacerdotium IeſuChriſti*, quod titulo iuſtiſſimo vocetur *ſuper inductio melioris ſpei.* Nam per ſacerdotium Leuiticum, ſcribit B. Brochmandus *h. l.* ſpes plane ademta erat obtinendi τελείωσιν *perfectionem*; ſacerdotium autem Chriſti affert ſpem certam conſequendi remiſſionem peccatorum, iuſtitiam et vitam aeternam, veluti Apoſtolus hoc ipſo capite docet infr. v. 25. ſacerdotium legale cum foedere legali iunctum arcebat a Deo, lex omnem ſpem ad Deum acceſſus nobis blane praeſcidit; at per ſacerdotium Chriſti appropinquamus Deo. Vocatur autem ſacerdotium Chriſti ἐλπὶς *ſpes* reſpectu veterum, qui praeſtantius ſacerdotium exſpectabant, atque illa ſpe ſeruati ſunt, ſunt verba Cameronis *h. l.*

v. 20.

Hic verſus et 22 arctum habent nexum, vt indicant voces καθ' ὅσον *quatenus, in quantum*, et κατὰ τοσοῦτον *eatenus, intantum.* Quoad ſenſum autem poſſunt cum Altingio et Seb. Schmidio ex verſu 22. vltima verba γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς referri et ad finem verſus huius addi, vt verſio eſſet: *In quantum non ſine iureiurando factus eſt ſponſor Ieſus.* v. 22. *in tantum melioris teſtamenti factus eſt ſponſor Ieſus.* Plurimi quidem ex parentheſi ſupplent ἱερεὺς γεγονως *factus ſacerdos*; ſed ex parentheſi aliquid ſupplere incongruum cenſet S. Schmidius.

v. 22.

ἔγγυος) *Sponſor*, qui data vel *ſtipulata* manu aliquid promittit, vt explicat Er. Schmidius *h. l.* et hinc non fruſtra hanc vocem potius quam μεσίτην ab Apoſtolo adhibitam eſſe autumat Seb. Schmidius, quod nimirum reſpiciatur ad iuramentum diuinum in praecedentibus, atque introducatur nobis tum Deus Pater tum Chriſtus, vbi prodeunte Chriſto, et data manu ſatisfactionem per ſanguinem ſuum promittente, Deus pater vicißim manum manui det et iuramentum addat: *Tu ergo eris ſacerdos in*

aeternum

aeternam secundum ordinem Melchisedek. Quibus verbis non immerito subdit: iucundissima haec est et consolatione plenissima repraesentatio. Roborari quoque neruum conclusionis Apostolicae a iuramento Dei ad ἔγγυον s. sponsorem, qui data manu promittit, siquidem hac ratione Deum Patrem et Christum constitui correlata, quae se inuicem infallibiliter inferunt: eandem vero vim vocem μεσίτης hic non habere. Minime autem gentium ex τῷ ἔγγυος huius loci, eiusque data explicatione cum Cocceianis colligendum est, Christum in V. T. nudi *fideiussoris s. adpromissoris potius*, quam *expromissoris* partes sustinuisse. Videsis quae de hac voce differit cl. Deylingius *P. I. obseru. Sacr. XLIX p. 203. seqq.* Nec praetermittendum est, quod Christum vt ἔγγυον *sponsorem* nostrum ex loco Ies. LIII, 7. libentissimus agnoscat Gatakerus *aduers. lib. 2. c. 14. Opp. Crit. p. 349.* dum נענה sumit in *responsione non vocali*, sed *reali* pro *sponsione*, secutus Cappellum in priuatis ad D. Guilielmum Bradshauum literis primordia versus reddentem: *Exigitur* scilicet *debitum nostrum ex rigore iustitiae diuinae; ipse vero spondet*, siue *sponsor, fide jussor constituitur.* Enimuero 1) pro hoc sensu dici debuisset נגשנו, vt responderet duobus immediate praecedentibus verbis תעינו, פנינו. 2) Pronomen copulatum והוא indicat vnam eandemque personam, non duas diuersas, coll. c. XXX, 15. 3] ipse Cappellus in verbis ibidem subditis agnoscit, verbum ענה nullibi alias in hac significatione occurrere; nec lingua Ebraea ex Gallica, in qua respondere pro fideiubere vsurpatur, non est aestimanda. 4) non bene sic cohaereret membrum sequens. 5) eum sensum non admittit syntaxis arctior vocum, eum in sensu aduersatiuo accentus paulo maior, saltem pro *legato Kadma* ipse eius Dominus *Geresch* in נגש requireretur.

CAP. VII.

v. 23.

Διὰ τῷ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν) Circa horum verborum interpretationem communem de *mortalitate simpliciter* mouet dubium Seb. Schmidius, quod non satisfaciat oppositioni inter Christum et Pontificem V. T. cum etiam Christus mortuus fuerit, ideoque malim cum ipso et Wittichio *h. l.* repetere simpliciter τὸ ἱερεῖς *sacerdotes* hoc modo: *quia per mortem prohibebantur permanere* sacerdotes. Quando natura humana Christi, bene annotante Altingio *p. 217. a* fuit victima, quae morti daretur, debuit vtique illo ipso tempore morientis mortuaeque victimae esse et superesse sacerdos, qui omnia circa victimam agenda perageret, et macta-

CAP. VII. mactatae sanguinem in adytum inferret; quod diuinae naturae in Christo opus fuit, Ebr. IX, 12. 14. et potissimum est in sacerdote c. V, 1. neque potuit olim a mediatore Filio Dei fieri, quandoquidem victima idonea destituebatur, quae praeter proprium corpus statuto tempore nulla esse potuit.

v. 25.

Τὰς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ) *Accedentes per illum ad Deum.* Creditum id olim inter Iudaeos, qui accessum ad Deum praeclusum dicunt, nisi per *Schechinam*. Memorabile quod annotat idem Altingius *l. c. b.* ex R. Menachem Rakatanensi *fol. 135. col. 2.* אין לבא לפני המלך ית' ויר' בלעדי השכינה *non datur ingressus ad Regem benedictum et excelsum sine Schechina*: additque dicta, indicium huius rei facientia, Ps. XVII, 15. (vbi צדק denotabit *Schechinam*, cuius ratio arcessenda ex Ies. XLV, 24. Ier. XXIII, 6) et Gen. XLIV, v. vlt. (vbi per cabbalisticam interpretationem *Pater meus* notat Patrem coelestem, et הנער *Beniamin Filium dilectionis Dei Messiam*, quo sine nemo acceptus apud Deum, vt non liceat praesumere accessum sine hoc) Adde hic quae fuse porro attexit Menachem in hac et seqq. columnis fol. 135. Idem ad Exod. XXIV, 1. et hic quoque R. Bechai.

v. 26.

Κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν) *Separatus a peccatoribus.* Procul dubio respicit Apostolus ad ritum Iudaicum, qui huic loco amicam foeneratur lucem. Docetur enim in *tract. Ioma cap. I. § 1.* septem diebus ante diem expiationis separant sacerdotem magnum a domo sua ad conclaue Parhedrorum, substituuntque ei alium sacerdotem, si forte ei accidat vitium. Separatus igitur sic fuit ab omnibus hominibus vt pote peccatoribus, paucos tantum habens ministros sacerdotes, qui sanctitate reliquis omnibus praeferebantur.

Καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος) *Et altior coelis factus.* Summus sacerdos non tantum isto die expiationis separatus fuit a peccatoribus, sed deductus etiam fuit a senioribus synedrii magni in conclaue altum templi np. conclaue parhedrin, vti in loco alleg. dictum. Deinde iure iurando ad stringebatur, vt omnes leges pie in adyto obseruaret, ad aliud conclaue excelsum domus Abtines deducebatur, vt discimus ibidem § 5.

Haec

Haec enim duo conclauia habuit Pontifex in templo, alterum in septentrione, alterum in meridie fuit, vt ibidem traditur. Et haec loca alta erant vmbrae coeli. CAP. VIII

v. 27.

Communis quidem interpretum sententia explicat hunc versum cum relatione ad Leu. XVI, 6. seqq. veruntamen cum illae victimae nonnisi semel quotannis caederentur, et hic de quotidianis oblationibus sermo sit, hinc sedulus antiquitatum ebraicarum scrutator celeberrimus Dassouius ex Theodoreto et Maimonide probat, summum etiam sacerdotem quotidie munus in sartagine coctum vnam partem mane, alteram vesperi pro peccatis propriis obtulisse, idque praeter illud iuge sacrificium quotidianum ex publico fisco datum in holocaustum. Vid. *in Dissertat. I. de emphasi sacr. voc. comm. XI. p. 39 et 40.* De isto quotidiano munere summi sacerdotis ex Leu. VI, 20 seqq. pariter interpretatur B. Neumannus *Disput. de Pontifice N. T. ad h. l. p. 20.*

CAP. VIII.

v. 2.

Τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς) sancti *sanctorum minister et tabernaculi illius veri*, id est, coeli, τῶν αἰωνίων σκηνῶν *aeternorum tabernaculorum*, Luc. XVI, 9. Nam in coelo Christus potissimam partem sacerdotii obiit, cum in illud intulit sanguinem suum, tanquam in adytum. Non tamen excluditur hic ecclesia, cum Christus λειτουργὸς sit in coelis et viatorum et comprehensorum intercessione sua, quam ad dextram Dei peragit, ceu aeternus Pontifex, coll. Ebr. IX, 24. Belgae quidem interpretes cum suo Caluino, Beza et Pareo, Nemethi et Streso *h. l.* per *tabernaculum verum* intelligunt *naturam humanam* siue *corpus Christi*; quibus vero respondeat eorum consors Altingius *h. l. p. 226.* qui sententiam illam dicit alienam; qui etiam ἐναντιοφανὲς illud: *sedere dicitur et simul minister, quibus est standum*, docte expedit ex Ebr. X, 11. 12. ministri *stare* imperfectionem ministerii indicat, coll. " Luc. XVII, 7. 8. *sedere* autem consummationem operis perfectam, " vt nihil agendum restet, et quidem apprime circa Christum venit " notandum.

CAP. VIII, v. 4. et 5.

Ἦν ἐπὶ γῆς) *Esse super terra* est esse sacerdotem terrenum et versantem circa typos et vmbram. Non igitur sumitur γῆ de loco, sed de statu. Vid. Seb. Schmidius *h. l.*

ἱερεὺς) Rectius secundum eundem Schmidium significat h. l. in stricta significatione sacerdotem verum pro nostra redemtione et salute sufficientem. Quo modo consequentia erit manifesta et firmissima: *si Christus esset super terra* siue *terrenus et typicus, non esset sacerdos nostrae redemtioni sufficiens.* Nam Apostolus in hac epistola non de quouis sacerdotio, sed de sacerdotio Christi vero agit. Eadem videtur fuisse mens B. Hunnii nostri, *si terrenus*, ait, *esset Pontifex, tum non esset ille verus magnus Pontifex per reliquos adumbratus.* Circa hunc versum 4tum et 5tum non male obseruat idem Schmidius, quod male auctor versuum distinxerit, dum praedicatum et subiectum diremit. Distinctio namque vera haec esse deberet: v. 4. *siquidem enim super terra esset, neque sacerdos esset; cum illi sacerdotes, qui offerunt secundum legem dona, sint ii* (quam emphasin suadet articulus τῶν) *qui figurae et vmbrae ministrant supra coelestium* (quae verba sunt exegetica verborum praecedentium *sacerdotem esse super terra*, vt adeo idem dicatur aliis saltem verbis magis declaratiuis.) v. 5. *Quemadmodum diuinum responsum accepit Moses* etc. Ceterum de verbis *si supra terra esset, non esset sacerdos*, praesentiae Christi corporali in hac terra ante iudicium non aduersantibus videsis contra Pareum cum ἐλέγχῳ disputantem Seb. Schmidium *h. l* Per τῶν ἐπουρανίων *supra coelestia* intelligitur meritum et beneficia Christi, in primis ob virtutem iustificandi et saluandi propriam, quam virtutem in se non habuit lex conf. Gal. III, 20. et inf. IX, 9 X, 4.

ὑποδείγματι) Theophylactus praepositionem facit emphaticam ad imminutionem, ὑποδείγματα, τυτέστι, ἀμυδρὰ δείγματα *obscurae ostensiones*, vti ἀμυδρὰ γράμματα sunt literae fugientes, vetustate propemodum abolitae aut obscure admodum scriptae. Ast intelligi hic exemplar non vmbraticum aut praefiguratiuum, sed *propositum ad imitandum*, eamque magis propriam esse exemplaris significationem, obseruat Estius *h. l.*

Κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοὶ ἐν τῷ ὄρει) *Iuxta typum ostensum tibi in monte.* qui procul dubio non tantum delineationem tabernaculi, et eorum, quae in eo esse debuerant, complexus est, sed et mysteria ipsa certa

certa ratione insinuauit. Ita B. Dorscheus *h. l.* Quibus Calouius *p. 1272.* suammet epicrisin accuratiorem subiungit h. m. Rectius forte dicetur, voce δειχθέντα exprimi *ostensionem non simplicem*, sed *cum declaratione significationis* factam, aut certe isti typi ostensioni coniunctam „fuisse *typi explicationem*, de cuius significatione Moses in monte informatus fuerit. - - - Verisimile videtur, Deum Mosi, cum quo adeo familiariter conuersatus erat, quemque in montem ad se accersiuit, non *nudos* et *vmbratiles typos et figuras* monstrasse, sed in primis patefeciisse τὰ „ἀληθινὰ, τὰ ἐπέρχνια, *vt finem et scopum tam operosae structurae ne „ignoraret tantus Dei propheta.* Quibus subiicit haec elegantia Flacii „consona: Deus non otiose tantum ideam operis monstrauit Mosi, quam „in constructione tabernaculi imitaretur; sed quod voluerit significare, „apud se proprie esse illud verum tabernaculum ae sanctum sanctorum, „verumque sacerdotem, ac illum ab aeterno mactatum agnum, et illam „copiosam redemtionem aut propitationem, quae perpetuo sit mendica „fide ad thronum gratiae quaerenda.

Cap. VIII.

v. 7.

Ἄμεμπτος). *Irreprehensibile* non vocatur testamentum vetus, quoniam homines irreprehensibiles reddere non poterat.

v. 8.

Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς (scil. τοῖς ὑπὸ τῆς πρώτης ἐκείνης ὄσιν) λέγει, *reprehendens enim illos* (qui sub priori illo sc. testamento erant) *dicit.* vt ita ad antecedentia fiat relatio quoad sensum, id quod in ebraismo non est infrequens, vt pronomen respiciat ad subiectum sensuale, Vid. Num. VII, 89. Ios. XIII, 8. Ps. CXV, 9. Ies. III. 26. Jon. I, 3. et *Lux Ebr. p. 295.*

v. 10.

Κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν) *Ideo ego neglexi, non curaui eos.* Ita Apostolus cum τοῖς LXX, quos etiam sequuntur Syrus er Arabs, transfert ebraeum בעלתי, quod alias significat *dominari*, et in specie *maritum esse* vel *fieri*, sed tum cum constructione accusatiui vel ל, sed *in constructione cum* ב *in malam partem sumi, idemque esse ac* בחל *fastidire, aspernari*, vsu etiam arabismi docet R. Ioseph Kimchi apud filium Dauidem ad h. l. et c. III. 14. Ier. cum R. Ebn. Iannahio (cuius in plerisque vitula

CAP. VIII. araſſe, eumque ſaepiſſime nomine R. Ionae citare Dauidem Kimchium, notat Pocockius *Port. Moſ. p. 8. ed. Lipſ.* et R. Tanchuma. Haec videtur expeditior conciliatio, quam quoque tenent Pocockius *l. c. p. 6. ſeqq.* et Friſchmuthius *diſſert. de Foed. nou. cap. 1. § 24. ſeqq.* aliique.

v. 11.

Καὶ ὃ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτῦ etc.) De hoc loco XIV tam ex antiquis quam recentioribus ſententias propoſuit famigeratiſſimus D. Fechtius in epimetro V ad diſſert. Theol. Ioh. Breueri *ad l. c. Ier.* quamuis numerus iſte poſſit imminui, et cognatae ſub vnum conceptum redigi, vti II, III, VIII, XII. et plane VI Dorſchei, et XIII Prückneri, et haec magis ſe mihi approbat vt ſimplicior, et lectori ſe prone inſinuans, quod nempe N. T. ſolenniter per Chriſtum promulgato, non docuerit vnusquisque *tantum* ſuum fratrem, ſuum conciuem, ſuum proximum, et illi *tantum* praedicaturus ſit cognitionem Domini, ſed *claue cognitionis* latius meliusque quam legis doctores nouerit vti, ita vt *plena ſit terra cognitionis Domini ſicut aquae mare obtegentes*, Ieſ. XI, 9. et magnifica virtute euangelii praedicati et lecti *a Deo docti*, Ieſ. LIV, 13. Ioh. VI, 45. *gloriam* paternae eius dilectionis in Ieſu Chriſto *omnes retecta facie tanquam in ſpeculo ſint intuituri*, et propter hanc cognitionem ab omnibus peccatis ſuis iuſtificati, vt ſequitur, coll. Ieſ. LIII, 11. Ioh. XVII, 3. *in ipſam imaginem transformandi ſint a gloria in gloriam*, 2. Cor. III, 18. His paucis placuit Dorſcheianam ſententiam illuſtrare; qui quoque pro confirmatione *comparatiuae* enunciationis recte adducit Gen. XXXII, 29. 1. Sam. VIII, 7. cui addantur Ier. XVI, 14. et Gen. XLV, 8.

v. 13.

ἐν τῷ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην etc.) Pulcre B. Winckelmannus *diſp. XVIII, Tom. IV. Gieſſ. th. 84. et ſeqq.* de his differit: Et ſane cum patres vetus pactum irritum fecerint, niſi Dominus illud nobis" antiquaſſet et abrogaſſet διὰ τὸ ἀυτῆς ἀνωφελὲς καὶ ἀσθενὲς (ſiquidem" ad perfectionem nos adducere non poſſet) inſtituto N. T. de dando et" mittendo nouo mediatore ac redemtore, in aeternum nobis pereundum" fuiſſet. Sicut ergo Vetus T. veterem hominem corruptum peccato da-" mnat et mortificat: ita nouum abolito vetere homine, remiſſis ſcilicet pecca-" tis viuificat per fidem in Chriſtum et nouum reddit. *Sumus enim in" Chriſto Ieſu noua creatura, vetera praeterierunt, ecce noua facta ſunt" omnia*, 2. Cor. V, 17. Adhaec etiam lex veterem hominem coercet et" fraenat

fraenat externa disciplina: nouum a. T. non solum viuificat et consolatur, sed etiam ita nouum reddit, vt incipiat *seruire Deo in nouitate spiritus, et non vetustate literae*, Rom. VII, 6. Atque ita vetus ille *homo, qui foris est, corrumpitur, et is, qui intus est, de die in diem renouatur.* 2. Cor. IV, 16. Atque hoc est beneficium renouationis, quod per prophetam Dominus promisit, *se daturum cor nouum et spiritum nouum* etc. Ezech. XI, 19. XVIII, 26. 27. Hanc appellationis rationem etiam notauit Augustinus: Testamentum, inquiens, vetus pertinet ad veterem hominem, a quo necesse est hominem incipere; nouum autem ad hominem nouum, quo debet homo ex vetustate transire. „ Ad quae obseruat B. Calouius *p. 1284*, quod praeiuerit B. Chemnitius, et eadem fere ratione haec discrimina tradiderit, *P. III. LL. Theol. de discrim. V. et N. T. p. 91.*

Cap. IX. Cap. IX.

Cap. IX.

v. 1.

Ἔσχε μὲν οὖν) Quae particula conclusiua siue consecutiua negotium facessit interpretibus, vnde difficultatem hic peruidens Vulgatus eam audacter nimis e censura Seb. Schmidii sicco pede transiit, quem quoque secutus est Lutherus noster. vt breuissimis dicamus, deducit nos haec particula a generaliter in toto capite praecedente tractata praeeminentia λειτουργίας s. sacertii Christi *ratione modi administrationis* (quod scilicet (α) versetur circa *supracoelestia*, v. 5. (β) ἐν ἁγίοις, τῇ σκηνῇ τῇ ἀληθινῇ *in sancto sanctorum* et *tabernaculo illo vero*, non vmbratili et typico v. 2. quodque sit (γ) κρείττου & τῆς διαθήκης, *melioris testamenti.* v. 6.) ad specialius instituendam gloriam administrationis sacerdotii Christi prae Aharonica. Conf. Seb. Schmidius *h. l.*

Ἡ πρώτη σκηνὴ) *Primum tabernaculum.* Lectionem vocis σκηνὴ, quae suspecta est viris doctis, et solum adiectiuum ex fide quorundam antiquorum exemplarium ponendum esse et referendum ad διαθήκην, a Millio recensitorum, *vti* Photius ap. Oecum. Chrysostomus, Millius *not. ad h. l.* Vatabl. Tena, Grotius, Clarius, Zegerus, Beza, Angli, Belgae, Camero, Capellus, Hammondus, Streso, Altingius, Wittichius, Nemethus, Braunius, *h. l.* Lutherus et Dorscheus *h. l.* defendunt rationibus haut leuibus Seb. Schmidius, et Dn. Olearius *in supra cit. Anal. Log. p. 26.* Conferatur saltem clara oppositio huius versus 1. et 2.

Δι-

CAP. IX. Δικαιώματα λατρείας) Vbi 1) vox δικαιώματα potest respondere vocibus ebraicis חקות *statuta* et מצות *praecepta*, sicuti saepius apud Graecos interpretes; praestabit tamen hic et v. 10. reddere *iustificationes* 2) Haec duo vocabula complures viri docti volunt distincta, vt λατρείας sit accusatiuus, vid. Grotius, Camero, Hammondus, Altingius, Nemethus *h. l.* B. Lutherus et Calouius *h. l.* sed non video, quid etiam obstet syntaxi regiminis, vt λατρείας sit *genitiuus obiecti*, *iustificationes cultus*, hoc est, ad cultum pertinentes. Ita Seb. Schmidius *h. l.*

Τό, τε ἅγιον κοσμικὸν) *Hoc est sanctum mundanum.* Per quam locutionem Dn. Olearius *l. c.* cum aliis intelligit *sanctuarium* istud *visibile*, atque mundanum oppositum τῷ ἁγίῳ ἐπουρανίῳ, ita tamen vt verba hanc naturalem requirant seriem εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη σκηνὴ, τό, τε ἅγιον κοσμικὸν δικαιώματα λατρείας. Sine traiectione autem considerat verba Seb. Schmidius, non tamen cum approbatione prioris explicationis, quippe quae ipsi videtur tautologica, si diceretur: *habebat primum tabernaculum tabernaculum* (*s. sanctuarium*) *mundanum*, num enim se ipsum habere potuit? ideo malim cum ipso dicere, quod *tabernaculum Mosaicum* cum suo statu et appertinentibus consideratum, *duplicis generis res* habuerit: primo *ritus et ceremonias* ob *iustificationem* s. sanctificationem *carnis* institutas v. 10 deinde *instrumenta et vasa*, quae pro rebus sacris et sanctificatis habebantur, sanctitate tamen tantum externa. Prioris generis res significari per δικαιώματα λατρείας; posterioris per τὸ ἅγιον κοσμικὸν singulariter et collectiue. Ita sane Apostolum se exponere. nam v. 2. 3. 4. 5. recensere distincte secundum partes τὸ ἅγιον, *candelabrum*, *mensam* etc. deinde vero v. 6. 7. ritus cultuum diuinorum a sacerdotibus peractos. Nec minus ante dictae explicationi sanum sensum abiudicat cl. Braunius, si lectio σκηνῆς seruetur; id quod ipsum et alios forte permouit, vt vocem διαθήκης substituere maluerint.

v. 2.

Σκηνὴ κατεσκευάθη, ἡ πρώτη] Rectissime notat idem Dn. Olearius *d. l.* quod viri quidam docti in interpretatione harum vocum aberrent πρώτη vt *notam temporis* (vt quidem est in v. 1) interpretati, vt designetur vel tabernaculum primum, h. e. vetus testamentum in genere, vel a Bezaleele constructum, vid. Braunius *h. l.*; cum potius ad *locum* respiciat. Nam opponitur manifeste ἡ πρώτη σκηνὴ, v. 2. τῇ σκηνῇ τῇ

μεσ-

μετὰ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, v. 3. vnde vertendum: *nempe praeparatum* siue *constructum fuit tabernaculum anterius*, itaque πρώτη sit pro πρότερα notante Grotio *h. l.* CAP. IX.

Ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων) *Propositio panum.* Consule si lubet de hac phrasi eiusque variatione *Ebraism. Etymol. p. 65.*

v. 4.

Χρυσῆν ἔχουσα θυμιατήριον) *Aureum habens thuribulum.* Circa hoc aureum thuribulum se torquent interpretes, quomodo dicatur habuisse illud sanctum sanctorum? de quo tamen et apud Mosen et apud Talmudicos nec vola neque vestigium, sed potius contrarium occurrit. vid. *tract. misch. Ioma cap. I. §. 1.* Varia hinc variorum interpretamenta ad eaque responsiones videri possunt penes Seb. Schmidium *h. l.* Nobis maxime placet cum eodem dicere, quod participium ἔχουσα *habens* sit late accipiendum, non tam ratione loci et situs, vti arca fuit sita in sancto sanctorum, quam *ratione vsus*, quod thuribuli huius vsus omnium nobilissimus fuerit in die כִּפּוּרִים siue *expiationis* intra velum secundum in sancto sanctorum. Obseruat etiam ex tract. Ioma, quod Pontifex die Kippurim etiam *in solo sanctorum posuerit*, non in manu retinuerit. Quo respectu adhuc magis dici potest, quod sanctum sanctorum illud habuerit, cum *per modum rei fixae* ibi tum fuerit. Haud alia mens fuit Altingio ad *h. l. p. 249. a.* ita commentanti: Apostolus refert, quid summus sacerdos in adyto inuenerit, quando sanguinem expiationis intulit; tum vero thuribulum aureum quoque reperit, quod paulo ante ad praeparandum adytum iussus fuit istuc delatum *in eo collocare* ad consumtionem thymiamatis. Hanc sententiam de τῷ *habere ratione vsus* pariter tenent Buxtorfius *Hist. Arc. foed. c. s. p. 76.* Grotius, Wittichius et Braunius *h. l.* et Leidekkerus *de Rep. Ebr. l. 8. c. 2. p. 507. b. fin.* Frigidum equidem hoc est B. Calouio *h. l* at frigidior, sane est eius exceptio, *quod hoc sensu etiam Pontificem habuisse dicendum sit.* A τῷ enim habere rei instar fixae ad τὸ habere personae N. V. C. item ab vsu rei passiuo ad vsum personae actiuum, inepte concluditur. Haud aptior paulo est antithesis Io. Clerici, quod eodem iure dici potuisset *habere ignem et thymiama*, antequam eo inferrentur: quia *in eius vsum erant*, et in id *erant transferenda.* Non enim nude dicitur, quod sanctum sanctorum habuerit thuribulum propter suum in eo vsum, sed quod proprie habuerit ratione loci ad tempus. A vero igitur habere intrinseco colligere ad solum extrinsecum intrinseci vsus respectum,

CAP. IX. quae ἀσυλλογιστία pro tanto Critico? Credit itaque, vti ante eum cum Lud. de Dieu Dorscheus noster, hanc fuisse illius aeui traditionem iudai-" cam, ex qua credebant, thuribulum, quod die expiationis adhibebatur, in" adyto seruatum fuisse: sed vnde fides illius traditionis quodammodo sal-" tem probatur? Speciosior adhuc difficultas se prodit in hoc versu, quod *in arca dicantur praeter tabulas legis fuisse vrna aurea cum manna, et virga Aharonis*; id quod clare videtur contrariari locis 1. Reg. VIII, 19. 2. Chron. V, 10. vbi expressis verbis dicitur, *nihil fuisse in arca, nisi tabulas testamenti*. Conf. Exod. XXV, 16. et XL, 20. Deut. X, 5. Quam ob causam vel solam viri nonnulli doctissimi totam epistolam suspectam habuerunt, deque ea ieiune et abiecte locuti sunt, adeo vsque vt Paulum erroris et falsitatis incusare non erubuerint. Qui ex Iudaeis cum his profanis tubam inflant, prius transeant cum suo Ralbago. Is rotundis verbis idem affirmat, quod h. l. Paulus, qui ad citata prius verba loci 1. Reg. VIII, 9. ita commentatur: *hoc non negat, quod ibi fuerint res, quae memorantur in lege, quod illae fuerint in ea repositae, veluti virga Aharonis et vrna mannae, sed negat h. l. quod ibi fuerit quicquam de lege praeter decalogum, quoniam continet totam vim et summam totius legis.* Idem expresse asserit ad Num. XVII. 25. al. 10. fundamento phraseos *coram testimonio* in custodiam, coll. Exod. XVI, 33. 34. quae idem ipsi est ac *coram tabulis* intra arcam, cum alias dicendum fuisset *coram arca*; quodque insuper in arca fuerint *in meliore custodia*, quam extra eam. vbi vero alii respondent *coram Domino* et *coram testimonio*, idem esse, quod *coram arca foederis* siue *testimonii*, quae symbolum etiam erat *praesentiae Domini*. Et Abarbenel. ad eundem locum hanc R. Gersomii sententiam dicit esse sententiam המפרשים *interpretum*, simulque prouocat ad Cabbalam siue traditionem veterum Doctorum, res illas nempe vrnam mannae et virgam Aharonis fuisse in arca custoditas pro filiis Israel. Quid igitur hic dicemus? Duae in primis conciliationis viae se commendant, quarum vtra alteri praeferenda sit vix habeo dicere cum cl. Witsio, *T. I. Misc. s. p. 445*. Prima est, *distinguenda esse tempora*. Tempore namque Mosis, quod Apostolus respiciat, et vrnam et virgam Aharonicam fuisse in arca, Salemonis autem aeuo temploque aedificato solas tabulas legis mansisse intra arcam, ac istas iuxta aream commodis locis dispositas atque asseruatas fuisse. Hanc viam ingrediuntur Ambros. Catherinus et Palacius ap. Ludou. Tenam *h. l.* Nic. Zegerus, Grotius, Altingius, *h. l.* Leidekkerus:

rus *l. c. p. 506. b.* Calouius *h. l.* et D. Maius *Dissert. 11. de libr. Canon. in arc. recond.* § 4. Sed cum de illa priori inclusione et posteriori exclusione οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μὰ sit in scriptura, et vix credibile, Mosen id absque expresso mandato feciſſe; idcirco magis placet altera, qua praepositio ἐν sumitur in significatu *iuxta, prope, ad*, vt ita ἐν *latius* vsurpetur, comprehendatque, tum quae intra, tum quae iuxta fuerunt, ἐν ᾗ *in qua et iuxta quam* fuerunt etc. Paris vsus est ebraeum ב, vt Ios. V, 13. בִּירִיחוֹ *ad Ierichuntem.* 1. Reg. XVII, 3. בְּנַחַל *ad torrentem.* sic Ier. XIII, 5. בִּפְרָת *ad, prope Euphratem.* Conf. Ios. X, 10. Iud. XVIII, 12. Huc concedunt plurimi. vid. Tena, Drusius. Iac. Cappellus, Streso, Wittichius, Nemethus, Braunius *h. l.* Bochartus *Hieroz. P. I. lib. 2. c. 50. p. 590.* Buxtorfius *l. c. p. 71. 72.* et *Catalect. tm. 116.* Marckius *Exercit. Bibl. XI. p. 246. f.* Reizius *not. ad Goodw. M. et A. p. m. 143.* Gerhardus *h. l.* Varenius *Decad. Mos. ad Exod. XVI, 33. 34.* Fesselius *aduers. S. l. 6. c. 5. p. 71. f.* Seb. Schmidius, *h. l.* aliique. Denique mouet adhuc quaestionem Schmidius, *quare Apostolus non addiderit librum legis*, quem Moses Deut. XXXI, 26. mandauit poni *ad latus arcae?* Et bene respondet: librum legis non fuisse inter res typicas, nec ad cultum Leuiticum proprie pertinuisse: a Paulo itaque, qui typicas res et cultus tecensere tantum voluit, merito omissum esse.

CAP. IX.

v. 7.

Ἀγνοημάτων) Abutuntur hac voce Sociniani, quasi die piaculari expiata quidem fuerint *peccata ignorantiae*, voluntaria autem et grauiora non item, cum tamen quae Apostolus hic vocat ἀγνοήματα, Moses vocet חטאות *peccata*, פשעים *praeuaricationes*, טמאות *impuritates* et עונות *iniquitates* Leu. XVI, 3. 5. 6. 9. 11. 16. 21. 22. 25. 27. 30. et 33. itaque haec omnia fuerunt expiata. Peccata etiam omnia sunt ἀγνοήματα ignorantiae: et conuenit egregie haec appellatio cum ipsa voce ebraea חטאה notante *errorem* a חטא *aberrare a scopo*, Iud. XX, 16. Idem significat Graecorum ἁμαρτία ab ἁμαρτάνω *aberro.* Sed et quaeuis peccata ἀγνοήματα Graecis dici iam obseruauit Grotius ex Tob. III, 3. Iudith V, 22. 1. Maccab. XIII, 39. et פשע Ps. XXV, 7. ab ὁ senibus vertitur ἀγνόημα, aliquando et אשם *reatus* Gen. XXVII, 10. Peccata etiam vocantur שגיונות *errores* Ps. XIX, 13. et שגג aliquando connotat *affectum*, idemque est ac verbum Dei negligere, vt Ps. CXIX, 67. atque

Cap. IX. cognatum שגה vſurpatur etiam de peccato proaeretico et grauiori, vt 1. Sam. XXVI, 21. Iob. XII, 16.

Μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν) Senſum faciunt communiter *comparatum*, quod et ſi reuelata ſit via ſanctorum in V. T. non tamen niſi obſcure et ſub typis atque vmbris: ſed placet cum Palacio, Streſoneet S. Schmidio *h. l.* Apoſtolum abſolute loquentem abſolute etiam accipere, vt ſenſus ſit: *nondum praeſentem exhibitam eſſe et in re ipſa manifeſtatam viam ſanctorum* h. e. *Chriſtum*, coll. Ioh. XIV, 6. *Ego ſum via* etc. vt ſummum Pontificem verum et veras cauſas ingreſſus nim. meritum et ſatisfactionem eius in aeterna ſancta et ſalutem. Confer etiam quae pro hoc ſenſu habet Braunius *h. l.*

v. 9.

εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα) Bene vertitur cum Anglis, Belgis, Altingio et Schmidio εἰς per *pro*: *pro tempore iſto praeſenti*: et intelligitur *tempus V. T. ante Chriſtum*, quod probant ſequentia.

Καθ' ὅν) Vbi lectionem Oecumenii, probatorum codd. aliq. et Vulg. Καθ' ἣν *ſecundum quam* (figuram ac typum) factae erant donorum et hoſtiarum oblationes etc. rectiorem cenſet doctiſſimus Millius prolegom. ad ſplendidam N. T. editionem anno 1707 oxonii prodeuntem *fol. 102: b. med.* „Hoc enim pergit, cum ignoraret forte lector quispiam, ob proxime praecedens καιρὸν ἐνεστηκότα mutauit καθ' ἣν in καθ' ὅν, quod ſtatim admiſere ſcribae in contextum„ Attamen vulgaris lectio nec incommoda eſt, et ipſemet eam ſequitur *fol. 145. a.*

Τὸν λατρεύοντα) Quod non reſtringendum ad ſolum ſacerdotem offerentem, ſed vt colens ſ. cultor, ſicut *h. l.* Beza et Er. Schmidius vertunt, dicatur omnis is, qui eſt πελαιόμενος iuſtificandus, itaque is, qui deuotum cultum pro ſe Deo exhibet ſiue ſacerdos, ſiue de populo reliquo ſummae aut infimae conditionis. Quo abit Syrus et Arabs, *eum qui offert illa*. Nam ſacrificia offerre etiam dicitur is, qui pro ſe offerri curat; ſed et cap. X, 2. οἱ λατρεύοντες ſunt, qui purificandi ſunt. Conf. S. Schmidius *h. l.* et Altingius *h. l.*

v. 10.

Verſum hunc 10 a 9. male per ὑποστιγμὴν diſtingui, obſeruat excellentiſſimus Olearius noſter *l. c. p. 28.* cum vno nexu verba fluant h. m. μὴ δυνάμενα, κατὰ συνείδησιν, πελειῶσαι τὸν λατρεύοντα μόνον ἐπὶ βρώμασι

μασι καὶ πόμασι: quae non possunt, quantum ad conscientiam quidem, perficere eum, cuius cultus constat tantum in cibo et potu etc. CAP. IX.
Hunc nexum et sensum pariter fecerunt Estius, Angli, Geneuenses, Belgae, Eumque omnino faciliorem et aptiorem iudicamus. Plus vero difficultatis creat *participium ἐπικείμενα ad quod subiectum referendum sit?* Laur. Valla *h. l.* Erasmus, Vatablus, Zegerus, Grotius et Er. Schmidius *h. l.* referunt per *σύλληψιν* ad *δῶρά τε καὶ θυσίας.* At ista constructio non immerito Seb. Schmidio duritiem videtur habere non exiguam. Sed et ipsius sententia, quae v. 9. plene separato et parenthesi incluso construit *ἐπικείμενα* cum v. 8. mediante ellipsi *πάντα εἶναι* h. m. " *Hoc Spiritu s. declarante, nondum manifestatam esse viam sanctorum, quamdiu primum tabernaculum stet. (quippe quod est parabola* etc.*) tantum omnia,* quae scil. sub primo tabernaculo ordinata sunt, *incumbere*, vel *imposita esse cibis et potibus et diuersis baptismis et iustificationibus carnis vsque ad tempus correctionis*,, videtur nimis coacta, dura insuper phrasis *imposita super cibos* vel *incumbentia cibis, potibus* etc. cum qua non potest commode conferri illa Ioh. XI, 38. vbi proprie adhibetur. Igitur licet vulgaris lectio non sit temere sollicitanda et deserenda, tamen hic cum Dn. Oleario *l. c.* omnino necesse videtur, vt legatur *ἐπικειμένοις*, vti etiam legisse videtur vetus Latinus dum transtulit *impositis.* Praesertim cum haec lectio in Marchionis Velezii codicibus sit obseruata, itaque opportune admodum, censente etiam Er. Schmidio, participium istud referemus ad nomen *δικαιώμασι*, quorum est *ἐπικεῖσθαι* auf den Halße liegen / wie eine große und schwere Last / vt emphasin verbi idem Er. Schmidius explicat, itemque Belgae ex Act. XV, 10. cum alias, vt recte Dn. Olearius, difficile sit participio illi, quamcunque interpretationem sequare, commodum inuenire subiectum. Quod subiectum etiam auctoritate quorundam codicum et Syri vidi approbatum praelaudato Millio, ita tamen vt seruata quidē lectione *ἐπικείμενα*, pro *δικαιώμασι* adhuc clarius legatur *δικαιώματα*, hoc sensu: *et instituta circa circa carnalia, cibos, potus, ablutiones & hujusmodi res leviculas proponebantur obseruanda; vsque ad tempus scil. reformationis siue melioris rerum status sub Christum. Quodsi textus*, recte arguit, *vere foret δικαιώμασι σαρκὸς*, ut *in editt. non foret ἐπικείμενα, sed ἐπικείμενας, sicuti ante est μὴ δυνάμενος* in *proleg. fol. 155. a.*

CAP. IX. v. 11.

Ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν) *Summus sacerdos futurorum bonorum.* Per τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ rectius B. D. Ioh. Schmidius *Disput. super h. l.* intelligit *bona N. T.* beatitudine aeterna non excluſa, et pro ſe citat B. Lutherum. Quae ſententia etiam omnium maxime placet Seb. Schmidio, et probat ex verſ. 1. c. X. Dicuntur autem haec *bona futura* non reſpectu huius ſeculi, ſed reſpectu veteris tabernaculi, et reſpectu ipſius acquiſitionis reuera tum adhuc futurae. Nec male iam olim Theophylactus obſeruauit, quod Apoſtolus oppoſitionem faciat inter καιρὸν ἐνεστηκότα, v. 9. et haec μέλλοντα ἀγαθὰ. Cum autem καιρὸς ἐνεστηκὼς ſit tempus V. T. ergo μέλλοντα ἀγαθὰ ſunt bona N. T. Conf. et pro illa ſententia Streſo *h. l.* et Braunius *h. l.* qui bona illa ad decem reducit.

Διὰ τῆς μείζονος, καὶ τελειοτέρας σκηνῆς) *Per melius et perfectius tabernaculum.* Ex tot ſententiis apud Gerhardum et ex eo atque Eſtio apud S. Schmidium contractis duae ſeſe vt maxime approbant: 1) quae intelligit *eccleſiam*, vti Caietanus, Corn. a Lapide, et ex noſtris Horneius, Calouius, Brochmandus, Hedingerus *not. ad h. l.* e Reformatis Wittichius, et Braunius *h. l.* Quam quoque videtur velle Dn. Olearius noſter cum Braunio idem fere loquens: *quod tabernaculum terra tanquam atrio et caelo tanquam ſancto ſanctorum abſoluatur.* 2) Quae intelligit *corpus Chriſti*, vt Graeci Patres omnes teſte Eſtio, Ribera, Tena *h. l.* cum Primaſio, Clarius, Zegerus, Grotius, Iac. Cappellus, Piſcator, Belgae, Streſo, Nemethus *h. l.* Hunnius, Balduinus, Gerhardus, Ioh. Schmidius, Dorſcheus, Rauppius *h. l.* aliique, coll. 2. Cor. V, 4. 2 Petr. I, 13. 14. Ioh. II, 19. Coll. II, 9. Quamuis et S. Schmidius hanc ſententiam omnibus aliis praeferre non dubitet, in eaque vt communi deſinere ipſi conſtitutum fuetit, nihilominus rationes dubitandi ipſi opponit: neque leues B. Calouius qui inter alia: „quomodo illa conueniunt? Chriſtus ingreſſus eſt per taberna„culum humanae naturae in coelum infinitae gloriae? Chriſtus enim in„greſſus eſt ſecundum humanam naturam. E. quod ingreſſum eſt, eſt ipſa „*humana Chriſti natura.* Quo pacto ergo dicetur: humanam Chriſti na„turam per tabernaculum exterius, hoc eſt, per humanam naturam ingreſſam eſſe in interius, hoc eſt in coelum infinitae gloriae. Qui quoque priorem, cui et nos calculum addimus, egregie illuſtrat h. m. *p. 1303. a.* Venit Chriſtus θεάνθρωπος Pontifex per atrium mundi in taber„naculum illud non manufactum Eccleſiam; non in mundo tantum erat, „qui per ipſum factus eſt, ſed etiam εἰς τὰ ἴδια *in propria* venit, Ioh. I, 10.

„11. Καὶ ἐσκήνωσεν *et habitauit* veluti in tabernaculo *inter suos*, v. 14. et Cap. IX.
„per *Ecclesiae tabernaculum* ingressus est in *sanctum sanctorum*, relictis
„suis (quoad corporalem visibilem praesentiam) iuit sedem paraturus,
„Ioh. XIV, 2. 28. c. XV, 16. 28. et in coelum ipsum penetrauit. Imago
„enim et figura *Ecclesiae* fuit tabernaculum *exterius*, quemadmodum *in-*
„*terius* figura *coeli*. *Maius* est tabernaculum Ecclesiae prae illo *Mosaico*,
„passim sese extentens per orbem; *perfectius* est, quia donis diuinis in-
„structum; *non manufactum* tabernaculum Ecclesiae, vt illud Bezaleelis,
„non est istius mundanae conditionis: a Christo exstructum est per Spiritum
„s. super fundamentum Prophetarum et Apostolorum, Matth. XVI, 16.
„Eph. II, 20. Et ad c. VIII, v. 2. *p. 1267. a.* ita hanc mentem eloquitur: In-
„gressus est per tabernaculum Ecclesiae in coelum, per regnum gratiae,
„in regnum gloriae, per Ecclesiam militantem in Ecclesiam triumphantem.
„In terris egit in tabernaculo Ecclesiae, sed per illud ingressus est in san-
„ctum sanctorum h. e. in coelum ipsum per adscensionem in coelum. Seb.
quidem Schmidius nouam meditationem proponit, sed longius sane peti-
tam atque obscuram. Cui fortasse ipse diffisus eam cum secunda quo quo-
modo conciliare conatur.

v. 12.

Διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος) *Sed per proprium sanguinem.* Vocem ἰδίου vt emphaticam hic merito attendit B. Gerhardus, *h. l.* et illustrat ex locis Act. XX, 28. Gal. II, 20 Recte quoque monet S. Schmidius, illa voce vt praecipuum doceri diuinam efficaciam sanguinis Christi: non enim opponi primo sanguinem Christi quatenus proprium sanguini hircorum aut vitulorum quatenus alieno; sed quatenus hic infirmus, imo nullius virtutis sit; ille autem ad salutem potentissimus. Igitur *per proprium* i. e. *maioris longe virtutis et perfectionis sanguinem* ingressus est. Et particula διὰ notat quidem causam meritoriam, at non in sensu pontificio, quasi Christus hunc glorioſum ingressum per meritum sanguinis sui sibi promeruerit, cum potius iste ingressus in sancta pars fuerit officii sacerdotalis et ordinis: nec fuerit effectus meriti Christi, quippe quem facit Apostolus *aeternam redemtionem*, vt sequitur, sed medium afferendi meritum ante Deum ad expiandos homines.

Αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος) *aeternam redemtionem inueniens.* Eadem phrasis occurrit Iob. XXXIII, 24. vbi si per מָצָא rectius intelligatur.

CAP. IX. ligatur *Angelus increatus vnicus ille prae mille*, qui est verus מליץ *interpres et aduocatus*, παράκλητος, ceu Chaldaeus vertit, pulcherrimus sane est locus hunc nostrum illustrans; introducitur enim ibi Angelus vt gratiosus et intercedens pro peccatore, dicendo ad Deum Patrem: *libera eum, ne descendat in foueam s. perditionem, nam* מצאתי כפר *inueni redemtionem.* Quo de loco suo tempore et loco, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεὸς, *in notis selectis* nostris accuratius agemus.

v. 14.

Διὰ πνεύματος αἰωνίου) Per *Spiritum aeternum* intelligitur potius ipsa diuinitas Christi, coll. Rom. I, 4. 1. Petr. III, 18. 1. Tim. III, 16. Scopus enim Apostoli est, virtutem sanguinis Christi super virtutem sanguinis et cineris brutorum, imo super virtutem omniũ creaturarum extollere. Quid vero hic facit Spiritus S. persona? ait Seb. Schmidius, qui pluribus conferri meretur, quae sententiae incommodae de Spiritu S. tertia Deitatis persona eiusque probationibus opponat. Nec minus obseruat dilaudatus Olearius *l. c* istum sensum Apostoli illustrare indiuiduum eius comitem Barnabam *in Epistolae suae cap. VI.* αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἤμελλε σκεύει τῷ πνεύματι προσφέρειν θυσίαν. Ita etiam accipiunt Beza, Franc. Iunius *in parallel. l. 3. c. 9.* Tossanus, Pareus, Bataui, Iac. Cappellus, Streso, Wittichius, Nemethus *h. l.* B. Gerhardus, Hunnius, Calouius *h. l.* etalii.

v. 17.

ἐπὶ νεκροῖς) Syrus transfert: *super mortem.* Estio et Calouio *h. l.* idem esse videtur, quod *in morte*, phrasi ebraica, iuxta quam Christus dicitur *a mortuis* h. e. ex morte s. statu mortuorum *resurrexisse.* Ast. S. Schmidius *super mortuis* seu *super iis, qui moriuntur et commoriuntur Christo.* Hi namqua reuera, addit, in iudicio diuino habentur pro mortuis propter imputatam Christi mortem. Quae tamen expositio videtur quodammodo coacta, cum non suadeat connexio cum antecedente et consequente oratione, quandoquidem Apostolus loquitur in thesi de natura testamenti: neque articulus est additus, quem illa requirebat. Wittichio cum Cocceio et Grotio et Anglis ἐπὶ est particula temporis, *quando, postquam mortui sunt;* quandoquidem dicant Graeci ἐπὶ κυνὶ quando oritur sidus caniculae. Nos sequimur simplicem versionem Bezae, Belgarum, et Er. Schmidii *in mortuis.*

v. 19.

v. 19. CAP. IX

Non tantummodo ad vnum V. T. ritum, sed plures respicitur, nec ad vnum scripturae locum, sed multos. De *adsperſione ſanguinis* habetur Exod. XXIV 6.8. de *lana coccinea et hyſſopo* Leu. XIV, 16. 51. Pſ. LI, 9. de *adſpergillo* Num. XIX, 6. 9. de *emundatione vaſorum* infr. v. 21. Exod. XXIX, 36. Leu. VIII, 15. 19. XVI, 14. 15. 16. 18.

Μετὰ ὕδατος) Accepit modo ſanguinem, modo aquam. Falso enim et ab Ebraeis et Christianis interpretibus locus accipitur de *mixtione aquae cum ſanguine*, quo esset liquidior sanguis ad adspergendum. vid. Wittichius et Seb. Schmidius *h. l.* Variis etiam actibus facta est adsperſio, alii facti sunt immediate ab ipso Mose, alii ab Aharone et mediate.

v. 20.

Dicitur hic αἷμα τῆς διαθήκης *ſanguis teſtamenti*. Fuit itaque verus et proprius sanguis. Vnde recte colligitur contra Reformatos, quod, si Christus dicit, *hic eſt ſanguis teſtamenti*, etiam verus et proprius sanguis intelligatur. Sine vllo enim dubio est, quod Saluator in institutione sacramenti ad hunc Exodi locum respexerit. Fusius contra Pareum disputans videri potest Schmidius *h. l.*

v. 23.

τὰ ἐπουράνια] *Supracoeleſtia* sunt bona N. T. vt remissio peccatorum, iustificatio, sanctificatio, glorificatio, ipsaque media salutis. Sed *quomodo haec ſupracoeleſtia dicuntur* καθαρίζεσθαι *mundari* (hoc enim verbum cum his repetendum) *ſacrificiis melioribus?* vbi non cogitandum est de vlla *munditie ſubiectiua*, quae spiritualibus inhaereat, sed de *ſola relatiua*, iuxta quam salutariter hominibus obtingere possunt, et reuera obtingunt, si vera fide in sanguinem Christi applicantur. Quod si praeter sanguinem Christi per propria operum merita aut aliud quid homines sibi applicare conantur, eo ipso se ipsos immundos reddunt, et tam grauiter peccant, ac si re immunda se polluerent, adeoque omnia bona supracoelestia illis hominibus immunda sunt, imo ipse Christus et Deus esse potest. *Nihil* enim *immundis mundum eſt*, vt Paulus loquitur ad Tit. I, 15. ex quo loco de munditie et immunditie rerum relatiua, non subiectiua, optime nostrum locum alias difficilem illustrauit Seb. Schmidius *h. l.*

CAP. IX. Κρείττοσι θυσίαις) *Melioribus sacrificiis*, nempe definite Christi. Loquitur autem Apostolus *in plurali* ob dignitatem et pretium, quod vnicum sacrificium Christi pluribus imo omnibus Mosaicis, quotquot unquam oblata sunt, contradistinguitur, et ad hoc omnia typica respexerunt: quodque meliorem et sublimiorem illis mundandi virtutem habet. Vid. Belgae, Cocceius, Wittichius, et Seb. Schmidius. *h. l.*

v. 24.

Νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν) *Nunc ad apparendum faciei Dei pro nobis.* Intelligitur non apparitio praesentiae, sed intercessionis. At *quomodo dicitur ingressus ad intercedendum, cum ab initio intercesserit?* Et bene respondet S. Schmidius (α) Prius Christus proposuit Patri satisfactionis sponsionem, nunc proponit satisfactionem. (β) Prius apparuit simul intercedens et satisfaciens humiliter, nunc tantum intercedens post satisfactionem glorioſus victor, cui nihil superest faciendum, nisi vt fidelibus promissiones impleat.

v. 26.

Επὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων) *In consummatione seculorum.* Non male B. Brochmandus ad *h. l.* obseruat, duas potissimum ob causas tempus exhibiti in carne Christi vocari συντέλεια τῶν αἰώνων. Prior est, quod seculo Christi non est successurum aliud seculum, sed cum hoc seculo ad finem tendit mundus. Posterior, quod a tempore illo, quo Christus in carne exhibitus est, dependeat omnium temporum et seculorum perfectio. *Numero* autem *plurali* αἰώνων moneri, perfectionem non tantum praesentis, sed et praeteriti seculi a Christi sacrificio vnice dependere.

v. 28.

πολλῶν) Bene obseruat prae aliis Seb. Schmidius, quod Apostolus τοὺς πολλοὺς distinguat a τοῖς χωρὶς ἁμαρτίας ἐκδεχομένοις Christum exspectantibus finaliter. Iam hi sunt electi. E. illi non sunt soli electi, ne distinctio frustra sit. E. sunt omnes homines.

CAP. X.

v. 1.

Σκιὰν) Opponitur τῇ σκιᾷ vt viua rei et corporis imago qualicunque eius adumbrationi, coll. Col. II, 17. In constructione verborum καθ' ἐνιαυτὸν etc. Seb. Schmidio aliqua videtur esse permutatio, et ita ordinanda:

(α

(ὁ νόμος) καθ' ἐνιαυτὸν τὰς αὐτὰς θυσίας προσφέρει, εἰς τὸ διηνεκὲς Cap. X.
δὲ πότε δυνάμενος τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. *(Lex) quotannis eadem sacrificia offert in perpetuum, ideo quod nunquam potest accedentes consummare.* Quem sensum fere effert Syrus: *Lex enim, inquam vmbra erat bonorum futurorum, non erat substantia rerum, propterea licet quotannis eadem sacrificia offerrentur, nunquam tamen potuerunt consummare eos, qui illa offerebant.* Verum nec minus commode verba in sua constructione possunt relinqui cum Estio, Beza, Grotio, Belgis, Wittichio, Er. Schmidio *h. l.* et ita verti: *Lex iis hostiis, quas quotannis easdem continenter* (i. e. dum stat templum) *offerunt, nunquam potest accedentes consummare.* Nec opus est, vt cum Piscatore et B. Brochmando statuamus traiectionem quoad vltima verba, vt τὸ διηνεκὲς ad sequentia referatur hoc ordine: δύναται εἰς τὸ διηνεκὲς δύνασθαι etc. Nec magni momenti est, quod priori constructioni obiicit Piscator, *si quotannis*, inquit, *Ergo non continenter?* si exponatur, quod singulis annis absque interruptione, ita vt nullus annus praeterierit, hostiae oblatae fuerint, existimat esse pleonasmum. Nam *tempus* cum Seb. Schmidio consideratur vel *iuxta totum decursum suum*, vel *iuxta articulos suos.* in V. T. easdem offerebant hostias *semper* .i e. per totum decursum et durationem V. T. sed si articulos huius temporis s. durationis consideres, non offerebant singulis diebus, sed quotannis eas quidem, quas hic Apostolus allegare voluit, np. hostias diei expiationis.

v. 2.

Συνείδησιν ἁμαρτιῶν) Non est conscientia facti aut peccati praesentis, sed conscientia accusatrix de peccatis nondum expunctis, et condemnatione, nisi redemtio aliqua sufficiens interueniat, exspectanda. Ceterum ex hoc versu validissime nostrates disputant *contra sacrificium Missae.* Quaecunque sacrificia sunt iterabilia, illa non per se sunt propitiatoria, siue vt cum Apostolo loquamur, non possunt per se τελειῶσαι. Sacrificium Missae est iterabile. E. non est propitiatorium, siue non potest τελειῶσαι. Maiorem suppeditat Apostolus: Minorem ipsi Pontificii. Valde hic laborant, vt videre est apud Estium et Iustinianum *h. l.* et ex eorum friuolis exceptionibus a Seb. Schmidio dilutis apparet, quod nostro argumento satisfacere non possint.

CAP. X.

v. 2.

Ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν καθ' ἐνιαυτὸν) *Recordatio peccatorum quotannis.* Haud dubie respicit Apostolus ad ritum iudaicum, quo decimo die mensis Tisri summus sacerdos peccata sua, suae familiae, totiusque populi confessus fuit, impositis manibus super caput hirci, Leu. XVI, 21.22. Verba quae locutus fuit in confessione 1) peccatorum suorum omniumque sacerdotum leguntur in *Tract. Talmud. Ioma cap. III. sect. 8. et IV. sect. 2.* Quaeso Domine! peccaui, inique egi, rebellis fui, coram te ego et domus mea, et filii Aharonis, populus sanctitatis tuae. 2) Peccatorum populi *cap. VI. sect. 2.* Obsecro Domine! peccarunt, inique egerunt, rebelles fuerunt, coram te populus tuus domus Israël. Obsecro Domine! expia nunc peccata, iniquitates, et rebelliones, quibus peccarunt, et quibus inique egerunt, et quibus rebelles fuerunt coram te populus tuus domus Israël. sicut scriptum est in lege Mosis serui tui, dicendo: in hoc die expiatio erit vobis at mundandum vos ab omnibus peccatis vestris, coram Domino mundabimini, Leu. XVI, 30.

εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον) *Ingrediens in mundum* i. e. natus, homo factus, est tritus ebraismus, quo בא עולם dicuntur *homines* Conf. Ioh. I, 9. et c. XVIII, 37. exponitur per *γεννᾶσθαι*. Miror itaque, cur hic *nodum in scirpo* quaerere desudauerit bonus Obseruator Hallensis *Tom. VII. obs. X §. 16.* cum simplicem hanc notissimamque phrasin plane insolenter interpretatur: *studens occultiori sapientiae*, aut *ignotioris philosophiae adyta penetrans*, ita vt ὁ κόσμος induere debeat notionem vocis ebraeae עולם, non tantum vsitate *mundum*, sed et *rem abstrusam* vi radicis suae designantis, quam vero in omnem aeternitatem non probabit et persuadebit. Ne plura addam de duris et periculosis thesibus ad colorandam hanc suam *καινοφωνίαν* citra vllam quoque *συναφείας*, et scopi rationem adhibitis, remitto lectorem ad doctissimam dissertationem Dn. D. Brand. Henr. Gebhardi nuper anno 1707 Gryphisvvaldiae illi molimini oppositam *de vero significatu vocis κοσμὸς Ebr. X. 5.*

v. 5.

Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας) *Sacrificia non posse expiare peccata* ipse fatetur Maimonides *in More Nebuchim P. III. c. 32.* Oblationes, inquit, apud Deum esse tantum de intentione secunda, sed inuocationem,

tionem, orationem et eiusmodi similia opera cultus esse propinquiora intentioni primae i. e. Deum magis et primario intendisse orationes et cultum internum cordis, quam sacrificia et eiusmodi opera externa. CAP. X.

Σῶμα κατηρτίσω μοι) *Corpus adaptasti mihi.* Quo de loco eiusque conciliatione cum fonte ebraeo accuratius egimus in *Ebraism. Etym. p. 91. seqq.* quo lectorem remittimus. sicut et de phrasi ἐν κεφαλίδι βιβλίου in iisdem actum est *p. 228. s.*

v. 9.

Τὸ πρῶτον — τὸ δεύτερον) Genus neutrum ad integram orationem refertur np. ad *sacrificia* Leuitica, *placere Deo, Deum ea velle.* Τὸ δεύτερον vero est: *Messiam debuisse venire ad faciendam Patris voluntatem, per oblationem corporis sui.*

v. 10.

ἐν ᾧ θελήματι) *Per quam voluntatem* np. Patris, volentis Christum victimam fieri.

v. 11.

ἕστηκε) Quod verbum valde emphaticum esse apposite monet Flacius ad *h. l.* Pingit enim Apostolus sacerdotem veluti miserum quendam Sisyphum " frustra irritoque conatu idem saxum semper voluentem et reuoluentem " et inutiliter et sine successu cum peccato luctantem, quod subinde deor-" sum atque adeo in caput ceruicemque eius reuoluatur et ruat. „ Huic vero *stare* sacerdotis ministrantis opponitur *to sedere* summi Pontificis Christi c. VIII, 1. 2. Quo sensu? vid. nota ad illum locum.

v. 13.

ἐκδεχόμενος] Non est *exspectatio* otii, sed exspectatio finis negotiosa, recte monente Seb. Schmidio. Bene quoque Braunius *h. l.* ait, quamdiu Deus nondum adimpleuit promissiones, non solum homines, sed ipse Deus dicitur exspectare.

v. 17.

Subaudiendum ad hunc versum quoad sensum cum Er. Schmidio φησὶ etiam *dicit* vel προστίθησι *addit* s. *subjicit.* Istud etiam maxime placet Seb. Schmidio, cui confirmatur hoc inde, quia post verba v. 16. tam multa omissa sunt supra c. VIII. citata, vt appareat, Apostolo verba v. 17. curae fuisse.

Cap. X.

v. 18.

Ex hoc versu iterum *contra Missae sacrificium* disputatur h. m. *Vbi est remissio peccatorum iam acquisita, non amplius datur iterata oblatio s. eiusdem sacrificii s. alius. Atqui facta oblatione Christi semel est acquisita remissio. E. Et per consequens non datur in Missa oblatio Christi, qui iam semel oblatus est.* Nihil hic respondent Pontificii, quam partim esse Missam sacrificium applicatorium, partim non diuersum a sacrificio crucis, sed idem et subordinatum. Sed nugae sunt: 1) Nullum sacrificium, vt tale, est applicatorium. 2) faciunt Missam non tantum sacrificium applicatorium, sed etiam propitiatorium. Nec 3) idem est sacrificium cum sacrificio crucis. Hoc namque cruentum erat, istud est incruentum. Vid. Seb. Schmidius *h. l.*

v. 19.

εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων) *Ad ingressum sanctorum.* Ἅγια Paulus tam late sumit, vt in hac quoque vita per preces et laudes fidelibus *ingressus in sancta* i. e. habitaculum maiestatis diuinae, pateat. Hoc suadet etiam v 22. quo dicitur προσερχώμεθα *accedamus*, sane etiam in hac vita. Quae namque alias foret argumentatio? quia habemus fiduciam ingressus in vitam aeternam, accedamus nunc in hac vita. Et nonne cum verbo isto repetendum: *sancta?* Conf. Seb. Schmid. Belg. et Braun. *h. l.*

v. 20.

Ἣν) Magis placet cum Seb. Schmidio relatiuum hoc referre ad παῤῥησίαν, quam cum aliis, vt Theophylacto, Oecumen. Caietano, Grotio et Calouio *h. l.* ad εἴσοδον; vel ad sanguinem Christi, genere feminino tum ad sequens ὁδὸν relato: quia παῤῥησία in membro praecedenti est vox praecipua, quae regit τὸ εἰς εἴσοδον, adeoque haec fiducia, siue libertas fidei est via et medium perueniendi ad ingressum sanctorum, et in ipsa sancta, non tamen vi ipsius viae, sed meriti corporis Christi, quod fides apprehendit. B. Gerhardus quoque hic scribit: *corpus et sanguis Christi est noua et viua via ingrediendi in coelum.* Quod quidem in se verum est, ait Schmidius, coll. Ioh. XIV, 6. sed huic contextui quomodo congruet? in quo dicitut, *hanc viam initiatam esse per velum, hoc est, corpus Christi.* dicendum namque foret, quod corpus Christi sit via per corpus Christi.

Nec

Nec minus sententiae Schmidianae epitheta πρόσφατος *recens*, *noua* [de CAP. X.
cuius etymologia et vsu videsis Er. Schmidium *h. l p. 1325.*) et ζῶσα *viua* optime congruunt, hoc modo ab ipso explicata: *Recens* namque vis est et noua, quia ad *recens* et *nouum* testamentum pertinet, non ad vetus illud legale, in quo fidei, vt instrumento apprehendendi, proprie locus non est, sed bonis operibus. Christus autem hanc *nouam viam* omnino suo sacrificio et passione nobis strauit. *Viua* recte dicitur, tum si *viuum* ab effectu dixeris, pro *viuifico*, ζωοποιοῦσα ceu et Grotius *h. l.* cum fides nos viuificet instrumentaliter quidem, et in vitam introducat: tum si a natura propria appellaueris, quomodo *viae mortuae* opponitur, vt ipsa *fides viua* dicitur et *mortuae* opponitur.

v. 23.

ὁ ἐπαγγειλάμενος) Participium sine casu positum quodammodo nominascit, vt *promittens* idem sit quod *promissor*. Ceterum hoc dictum *dubitationi pontificiae* pro certitudine salutis merito a nostratibus opponitur, h. m. *Q. confessionem fidei tenere debent non declinantem ad finem vsque illi certo, obtenturos, quod sperant, vitam scilicet aeternam, credere debent, et de vita aeterna certi esse possunt. Atqui omnes Christiani etc. E.* Vid. Seb. Schmidius *h. l.*

v. 25.

ἐπισυναγωγήν) Docte obseruauit B. Brochmandus *h. l.* quod proprie sit *super aliquem facta congregatio*. Quo autem fundamento nitatur ea, ad quam hortatur Apostolus, ἐπισυναγωγή, clare explicat ipse II. Thess. II, 1. vbi dicitur ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Est igitur ἐπισυναγωγὴ *talis congregatio, qua super Christum congregamur, Christo tanquam capiti arctissime et intime velut implantati, cum Christo tanquam cum capite coniuncti.*

v. 29.

ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας) Summus indurationis gradus indicatur. Metaphorice enim verba prolata idem significant ac *rem pedibus conculcandam dignam*. Quam indignum est *porcos καταπατῆσαι conculcare margaritas*. Matth. VII, 6. tam indignum, homines impuros contemnere Filium Dei. Eundem sensum exprimit phrasis c. VI, 6. *denuo crucifigere* siue omnibus ignominiae speciebus exponere, nempe non tam affectu quam effectu. Pergit Apostolus rem exaggerare: *et sanguinem testamenti κοινὸν communem*, coll. Marc. VII, 2. Act. X, 14. i. e. profanum,

CAP. X. fanum, impurum *aestimans*, ac si eo non possit mundari, sed potius immundetur, *quo* tamen *sanctificatus est*, et adhuc sanctificari posset, *et Spiritum gratiae* (coll. Zach. XII, 20. vocatur ita, quia ex gratia a Deo datur, et gratiam Dei nobis confert et obsignat) *contumelia afficiens.*

v. 30.

Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος) Quaerunt hic, *quomodo terribile sit in manus Dei incidere?* cum Dauid incidere maluerit in manus Dei, quam hominum, II. Sam. XXIV, 14. et bene respondet Seb. Schmidius: horrendum est incidere in manus Dei viuentis sine mediatore Christo, et consolatore Spiritu S. quod sit peccatoribus in Spiritum S. quibus non relinquitur hostia. Melius est incidere in manus Dei cum spe mediatoris et consolatoris, quod Dauidi contigit, quam in manus hominum, qui prae crudelitate nec mediatori locum relinquunt, si crudeles fuerint. Et videtur phrasis illa desumta ab hominibus viatoribus, qui incidunt per vias in praedones et latrones, quod sane terribile.

v. 32.

Τὰς πρότερον ἡμέρας) Graecismus est, in quo nomen neutrum adverbialiter sumtum cum articulo facit adiectiuum, pro τὰς προτέρας ἡμέρας, *priores, pristinos dies.*

v. 33.

Τοῦτο μὲν —— τοῦτο δὲ) *Partim* —— *partim.* Graecismus.

35.

Μὴ ἀποβάλητε) Verbum emphaticum cum respectu ad *athletas*, qui pigri et timidi arma sua abiiciunt summo cum pudore et culpa sua, nec ἆθλον siue praemium propositum consequi possunt.

v. 36.

ὑπομονῆς) Melius redditur *perseuerantia*, vti et Belgis in not. *standvastigheyt ende lydtsamige verwachtinge.* et recte docet Seb. Schmidius ex cohaerentia textus cum antecedentibus, quod ὑπομονὴ nihil aliud sit, quam μὴ ἀπόβλησις τῆς παῤῥησίας *non abiectio confidentiae fidei*: Necessaria vobis est ὑπομονὴ perseuerantia fidei vestrae, ergo nolite confidentiam abiicere, vbi firma et plana est consequentia. Accedit etiam identitas praedicati. Adhaec LXX verbum חכה Hab. II, 3. (quod est aperto ore inhiare rei alicui, eamque apprehendere ac tenere, vt *famelici* solent *faucibus* inhiare cibo, eumque tenere. nam חך notat *palatum* vel

fauces

fauces, ceu apte vim verbi חכה ex affinitate חך exprimit B. Calouius *B. I. ad h. l.* Haud secus fere Gussetius *comm. L. E p. 254. b.* "de *exspectatione* praestat dicere, quod ea maxime afficiat *palatum*, [mouendo saliuam ad cibos„) reddunt per ὑπομένειν, et Iesa. XXX, 18. per ἐμμένειν. et ad exprimendam πληροφορίαν adhibetur, Ps. XXXIII, 20. sic Luc. VIII, 15. ferunt fructum ἐν ὑπομονῇ *in perseuerantia.* CAP. X.

v. 37.

Μικρὸν ὅσον ὅσον) Annotante Er. Schmidio *h. l. p. 1327.* dicit μικρὸν Apostolus, vt breue tempus innuat, sed quia hoc nobis in hoc mundo afflictis videtur satis diuturnum, addit ὅσον ὅσον: es sey auch so lange als es wolle / so muß es doch bald geschehen / er wird dem Gottlosen alsobald kommen. Vnde in versione habet cum Beza: *pusillum quantulumcunque*, ita et Braunius *h. l.*; et ad Marc. V, 19. fusius docet, quod ὅσον sit particula exaggerandi apposita nominibus in significatione *valde, plane* v. g. θαυμαστὸς ὅσον *valde mirabilis* etc. itaque μικρὸν ὅσον est *valde exiguum*, et geminatum *valde perexiguum* siue *perparuum.* Praeterea (α) in hoc difficultas est, quomodo Apostolus cum LXX interpretibus subiectum faciat τὸν ἐρχόμενον, cum apud Prophetam sit חזון *visio* siue *prophetia*? et simplicius respondetur cum Seb. Schmidio, quod Apostolus nec ebraeum textum, nec LXX ad verbum secutus sit, sed sensum ebraei textus, cum hic etiam habeat articulum, quem LXX non habent. Vidit autem, quod *visio* et id, quod Deus loquebatur, esset nihil aliud, quam Messias futurus, sumto nomine *visionis* siue *prophetiae* metonymice pro materia prophetiae, Christo. Idem itaque sunt; *visio* siue *prophetia veniendo veniet*, et *qui venturus est in visione significatus* h. e. Christus venturus est. (β) Quomodo Apostolus et Propheta concordent? Cum hic *de primo Christi aduentu* loquatur, Paulus vero *de secundo?* Et praeclare respondet idem Schmidius: Apostolum loqui etiam vt Prophetam de primo Christi aduentu, hoc sensu: Per Prophetam Habacuc praedictum est de primo Christi aduentu vsque ad secundum eius, quod *instar ex fide victurus sit.* Iam vero natura fidei infert perseuerantiam. Ergo perseuerantia vobis (Ebraeis) necessaria est, dum in hoc primi aduentus tempore viuitis. Vnde Apostolus non disputat ex temporis breuitate, quod alii sibi imaginantur.

Cap. X.

v. 38.

Καὶ ἐὰν ὑποστείληται) Nec hic in graeco, nec in ebraeo est nominatiuus, vbi alii cum Gerhardo et Hunnio repetunt δίκαιος. Sed Er. Schmidius in eodem cum aliis apostasiae sensu subaudit τὶς: *siquis se subduxerit*, ita et Belgae et Angli, idque approbat Seb. Schmidius, qui quoque recte obseruat, quod in ebraeo non posset repeti צדיק, quod certum est, cum subiectum sit compositum *iustus in* vel *ex fide* non diuellendum: obstet etiam genus femininum עפלה cuius subiectum est נפש, bene obseruante Raschi; quod verbum Kimchi cum eoque alii reddunt *superbire*, sed Num. XIV, 44. 44. Raschi reddit *obfirmare se*. Vtramque significationem Seb. Schmidius „optime coniungit h. m. Nam qui non credit, effert se superbe aduersus „verbum Dei, et fit מזיד superbe et malitiose peccans, idemque contra ver„bum Dei obfirmat et indurat animum. Hinc quoque verborum nostri lo„ci, *si vero quis se subduxerit*, sensus est: si vero quis contra venientem „Messiam et verbum eius prophetiasque de eo factas se sic superbe obfirma„uerit et malitiose, vt non credat, et ita fidei se subduxerit, obedientiamque „illi negauerit, tum οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Quae Apostolus habet ex τοῖς ὁ, sensu tamen cum ebraeis bene conueniente, et altero alterum inferente. De cetero ipsi non minus Talmudici fassi sunt, hominem fide potius, quam operibus legis viuere, vt colligimus ex *Tract. Maccoth cap. III. fol. 23. col. 2. et fol. 24. c. 1.* Postquam enim dixerant, dari praecepta 613. scil. 248 *praecepta affirmatiua*, quot sunt mem„bra in corpore humano, et 365. *negatiua*, quot sunt dies in anno (siue vt„ Targumista Ionathan ad c. I. Gen. v. 17. ait: quot sunt nerui in corpore„ humano) addunt: Dauid omnia [Ps. XV] reduxisse ad 13. praecepta:„ Esaiam (c. LVI, 10.) ad duo: Amos (c. V, 4.) ad vnum. At cum R.„ Nachman filius Isaaci opposuisset, id *quaerite me*, esse intelligendum de„ tota lege, nempe de omnibus praeceptis, addunt: „בא חבקוק והעמידן על אחת שנאמר וצדיק באמונתו יחיה: Venit Chabakuk et„ constituit illa in hoc vno: *Iustus fide sua viuet.*

v. 39.

οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς —— ἀλλὰ πίστεως) Vbi subaudiendum est τέκνα, quod genitiuum vtrumque regit, vt expresse habet Vulgatus, licet temere in textum non fuisset intrudendum: *non sumus* filii *subductionis, sed fidei*, sicuti dicitur τέκνα τῆς ἀπιθείας *filii incredulitatis*, τέκνα ὀργῆς *filii irae*

irae, Eph. II, 2. 3. Eadem ellipsis occurrit 1. Thess. V, 5. οὐκ ἐσμεν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, *non sumus* filii (quod bis immediate praecedit) *noctis, neque* filii *tenebrarum*, coll. v. 8. ἡμεῖς ἡμέρας ὄντες *nos* filii (e v. 5.) *diei existentes.* Cap. XI.

εἰς περιποίησιν ψυχῆς) *In acquisitionem animae.* Quod hic dicitur περιποιεῖν *acquirere animam*, id Christo dicitur εὑρίσκειν *inuenire* animam, Matth. X, 39. XVI, 25. et eodem c. XVI, 25. item Marc. VIII, 35. Luc. IX, 24. σῶσαι *seruare*, quod Luc. XXI, 19. κτᾶσθαι *possidere*, et Ioh. XII, 25. φυλάσσειν *custodire.*

CAP. XI.

v. 1.

ὑπόστασις) *Basis et fundamentum* vertit B. Hunnius *h. l.* veluti et Belgae: *een vaste gront* in not. *Vast ende als tegenwoordigh staen de dingen*, cum Syro. et ad c. III, 14. *also noemt hy't geloove ande vast Vertrouwen op Christum, om dat het selve ons Godts beloften bevestight ende in ons doet bestaen.* B. Calouius *h. l.* definit *fidei consistentiam* vel *subsistentiam in iis, de quibus fiducia haberi potest.* Dicitur enim ὑπόστασις ab ὑφίστασθαι *subsistere, firmiter stare*; ideoque ὑπόστασις firmam et immotam notat mentis et cordis subsistentiam, coll. Col. I, 23. sic etiam accipitur ὑπόστασις apud LXX interpretes, Ruth. I, 12. *non est mihi* ὑπόστασις (תקוה) *vt ducam virum.* Ps. XXXIX, 8. ὑπόστασίς μου (תוחלתי) παρά σου ἐστιν *spes mea a te est.* Ezech. XIX, 5. *Periit* ἡ ὑπόστασις αὐτῆς (תקותה) *exspectatio eius.* Quo refert B. Gerhardus *h. l.* Ies. XXVI, 3. Fides est יצר סמוך *figmentum suffultum*, (vel concrete cum Seb. Schmidio ad l. c. Ies. *figmentum* hoc est illa καινὴ κτίσις, qua de Paulus 2. Cor. V, 17) quod fulcit se ac nititur in Christo saluatore et illius verbo. B. Höpfnerus *Disput. VI. de Iustificat. p. 357.* optime vi etymologiae a natura pedis declarat, quomodo fides subsistentia sit in rebus fiducialibus, vel de quibus fiducia potest haberi: nimirum fides est veluti pes, quo mouemur et accedimus ad Deum, Ebr. XI, 6. et eius promissioni gratiam offerenti insistimus, Rom. V, 2. et audemus ab eo desiderare ac petere promissa bona, ibid. Germani sic efferrent hanc significationem: Da man auf Gottes Zusage fusset / und darauff bestehet / auch daher sich unterstehet / die von ihm verheißene Wohlthaten zu begehren / uud zu bitten. Et in hoc significatu accipitur Eph. III, 12. Idem eandem metaphoram *Disput. II.*

XI. *p. 110.* ita deducit : corpus namque non potest de loco in locum moueri, nisi pede altero per incessum promoto : ita et per fidem incedimus in perfecta Christi obedientia, ac *habemus aditum in gratiam, et per eandem stamus*, Rom. V, 2. ita incedimus veluti pede in promissionibus Euangelicis monstrantibus Christi iustitiam, vt in et super ea gressus fiduciae figamus, atque *ad Deum veniamus*, Ioh. XIV, 6. *et ingrediamur in vitam aeternam*, Ioh. V, 24. Hinc *venire ad Christum* idem est, quod in eundem credere, Ioh. V, 40. VI, 44. 65. VII, 34. —— 37. Tali modo Abraham *coram Deo ambulauit*, Gen. XVII, 1. et qui iustificantur, omnes dicuntur Rom. IV, 12. στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσι πίστεως *recto pede incedere vestigiis Abrahami*, hoc est, fide tali, quasi vestigiis eius, ad eius exemplum credunt in Christum. Hanc expositionem iure meritissimo *vt eruditam* approbat Calouius *h. l. p. 1347.* quia, addit, appellatio fiduciae, quae nominatur ὑπόστασις, respicit metaphoram a pedis officio sumtam. siquidem pes sit ὄργανον non tantum βαστικὸν *instrumentum ambulatorium*, vt Galenus lib. III. de vsu part. cap. 4. docet, sed etiam βάσεως ἢ ἕδρας, *take quod basis aut fulcimenti vsum praestat corpori.*

ἔλεγχος) conuictio est et inuicta demonstratio. Sic Belgae: *Een bewijs.* et significanter in glossa: *of overtuyinge: want het geloove siende op Godts openbaringe ende belofde, overtuyght ende verseker't herte des menschen veel stercker von de waerheyt der sake, dan eenigh ander bewijs uyt de natuerlicke reden voorgebracht.*

v. 4.

Πλείονα θυσίαν) *Maius* i. e. praestantius, dignius *sacrificium.* Sapit ebraismum. Nam ebraice רב significat non tantum *multum*, sed etiam *magnum, pretiosum.* Sic ferme Matth. VI, 25. XII, 41. 42. Marc. XII, 33. Luc. XII, 23. annotantibus Iac. Capello et Grotio *h. l.*

ἐπὶ τοῖς δώροις) Pluralis accipi potest de eo, quod Abel non vnam, sed plures pecudes adduxerit in vna sacrificandi solennitate, vt sit θυσία in singulari ob vnum sacrificandi actum, sed δῶρα in plurali ob plures pecudes in sacrificium adductas. Ita Seb. Schmidius *h. l.* De *tempore* autem oblationis consule si lubet *Ebraismos Etymol. p. 4.*

ἔτι λαλεῖται] *Adhuc loquitur.* Non est vt emphatica prosopopoeia deserta cum Chrysostomo, Theophylacto, Scaligero, Ribera et Calouio *h. l. p. 135.* passiue explicetur per *praedicari, laudari, esse in ore omnium*, praesertim

praesertim cum nonnulli codices teste Calouio iique producti a Millio, habuerint λαλεῖ, quod Millio melius conuenit cum eo quod de Abele dicitur Gen. IV, 10. et Ebr. XII, 24. *Loquitur* autem *adhuc per fidem mortuus* „*Abel*, scite exponente Flacio, multa praeclara: 1] Abel occumbens pro „confessione ingenua Dei et ob sacrificium fide oblatum, confirmat morte „sua doctrinam de gratuita hominis iustificatione per et propter meritum „Iesu Christi adumbrati sacrificiis pecuinis, et velut clamat effusus Abelis „sanguis, fieri neutiquam posse, vt homo in conspectu Dei iustificetur suis„met operibus, sed ad vnicum sacrificium Iesu Christi confugiendum esse. „2) clamat mortuus Abel testans suo exemplo, hanc esse sortem piorum, „vt in hac vita ab hypocritis et impiis indignis modis tractentur, felicitate „ipsorum veluti dilata in alteram vitam, eoque restare post hanc vitam iu„dicium etalteram vitam. 3) Clamat adhuc Abelis mortui sanguis par„tim poscendo vindictam contra impios fideliū persecutores, more et mo„do animarum, quarum meminit Spiritus Dei, Apoc. VI, 10. partim „hortando pios, ne animum despondeant ob persecutiones, quibus ab im„pio mundo vrgentur memores retributionis, quae pios post hanc vitam „manet. Nam nisi Abel apud Deum in gloria viueret, quomodo dici „posset clamare? Geminas fere doctrinas elicuit Iac. Cappellus *h. l.*

Cap. XI.

v. 6.

Καὶ) *Atqui.* est *h. l.* particula subsumtioni inseruiens.

ὅτι ἐστὶ] Supplendum αὐτὸς cum Anglis, Belgis et Seb. Schmidio, *quod ille sit*, quia mox ipse Apostolus relatiuum αὐτὸν ponit. Apostolus enim non in communi de Deo loquitur, quod aliquis Deus sit, credendum esse, sed definite, quod hic Deus sit, „ quiaccedendus est, et cui Henoch placuit.

v. 7.

Περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων) *De iis, quae nondum videbantur.* Quod non nude accipiendum est de ipso diluuio, verum etiam de Noachi in arca *conseruatione* et ex eadem *liberatione.* Praeter haec altius adhuc tendit mens Nemethi *h. l.* et capit praecipue de *semine mulieris et contritione capitis serpentis* i. e. Christo eiusque iustitia et regno, sicque sui per Christum redemtione et salute erat edoctus: atque huic promissioni de iustitia et salute iam ante oraculum de diluuio crediderat. Deinde in *thesi XXVII.* ait: Nöe arcam construens non solum conseruationem carnis, sperauit

CAP. XI. „sperauit, sed et *spiritus*; adeoque arcam fabricans de alia cogitauit arca, in-„qua nimirum recondita est animarum salus. Nec ad solas diluuii aquas „attendit, sed et ad id, quod illis correspondet. Quid illud? docet Petrus 1. „Ep. III, 21. *Cui* diluuio *et nos respondens nunc saluat baptismus.*

εὐλαβηθεὶς) Quod cum πίστει construitur, nec incongrue existimat Seb. Schmidius, casum huius verbi ex voce χρηματισθεὶς adsciscendum, vt haec fiat constructio: πίστει Νῶε εὐλαβηθεὶς τὸν χρηματισμὸν *fide Noachus reueritus est diuinum responsum* seu *monitum*, *vt praepararet arcam etc.* Quomodo non opus erit diuersas significationes et in diuersa obiecta diluuii et conseruationis distribuere, sed erit filialis reuerentia ex fide profecta erga diuinum monitum totum.

δι' ἧς) Praeferenda magis videtur Iustiniani, Nemethi, Lutheri, Er. Schmidii, Calouii et Seb. Schmidii *h. l.* constructio cum πίστει *fide*, quam cum propinquiori κιβωτὸν *arca*. Quanquam Braunius vtrumque coniungat h. m. *damnauit mundum per fidem*, credendo impietatem mundi et vindictam Dei: *damnauit per arcam*; eam enim construendo ostendit se esse sollicitum, vt obtemperaret verbo Dei ad seruandam familiam, et mundum certissime periturum.

v. 8.

Πῦ ἔρχεται) *Quo veniret?* cum respectu ad Gen. XII, 1. sed obiiciunt Gen. XI. 31. XII, 5. vbi dicitur egressus *vt proficisceretur in terram Canaan.* Et *resp.* cum Seb. Schmidio, quod illud πῦ ἔρχεται non necessario de ipso loco accipiendum sit, quem Abrahamus ignorauerit, sed de *qualitate loci* exponi possit, vt sensus sit: nescius, cuiusmodi seu qualis locus esset, in quem abiturus s. venturus erat. Nam terra Canaan ipsi plane erat incognita: nec minus Abrahami fides hoc modo exercebatur. nam exibat e terra Chaldaeorum valde bona, nec sciebat, num par esset terra Canaan, nisi quod diuinae promissioni credidit.

v. 9.

ὡς ἀλλοτρίαν) *Tanquam alienam.* Hoc videri posset superfluum, cum iam contineatur in παρῴκησε. Verum opponitur ei, quod dictum εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας et hoc vult: *quod terra per promissionem iam illi facta sit propria, et ille tamen in propria terra habitauerit tanquam aliena*, vti bene annotat Seb. Schmidius *h. l.*

v. 11.

v. 11.

δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε) *Potentiam ad deiectionem seminis accepit*, quae optima mihi videtur explicatio illius תזריע Leu. XII. 2. cum B. Varenio *in Exod. p. 12.*; eaque simplicior proniorque illa Calouia- „na *ad fundationem seminis*, quod fide Sara *fundationem seminis benedicti* „*in hoc Isaaco suo* intuita maxime sit, quod cum ipso pactum fecerit Do- „minus, et per ipsum inque eius familia ortus Messiae promissus, hic fun- „dandus in sterili et effoeta Sara fuerit, quod fide ipsa complexa per fidem eiusmodi δύναμιν accepit, vt *semen benedictum fundaret*, p. 1356, b.

v. 19.

ἐν παραβολῇ) Nobis cum Seb. Schmidio fundamentum expositionis videtur petendum ex Gen. XVII, 16. 17. 18. ibi namque habemus τὸ ὅθεν, quando Dominus dicit: *quia hoc feciſti* etc. ibi vero non habemus potiorem, quam Christi typum in verbis: *et in semine tuo*, itaque iuxta haec verba Abrahamus Isaacum *accepit in parabola* s. *typo seminis promissi* h. e. *Christi*. Sic erit typus Isaacus vnigenitus vnigeniti Filii Dei: in mortem et sacrificium a patre datus Filii Dei in sacrificium et mortem pro nobis tradendi: a morte liberatus Filii Dei ex morte resurrecturi. Huc quoque respexit Erasmus *h. l. in similitudine adduxit* i. e. in typo Christi immolandi. Ita et post Chrysostomum et Oecumenium Isidor. Clarius, Nic. Zegerus, Iac. Cappellus, Calouius *h. l.* Gaillardus *Exerc. 2. p. 25.*

v. 21.

Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ) Hic primum plurimi eligunt lectionem pronominis reciproci *αὐτῷ* in multis codicibus obviam testibus Seb. Schmidio et Braunio *h. l.* Deinde LXX, qui Gen. XLVII, 31. pro ebraeo מִטָּה *lectus* legerunt מַטֶּה *baculus*, quos hic secutus sit Apostolus, eum ebraeo ita conciliant, vt vtrumque haud dubie factum sit, vt scilicet Iacobus in lecto sedens et senio et morbo plane exhausta membra baculo fulciens et subleuans, tandem se a Iosepho aliisque praesentibus auerterit, et caput ad puluinar verticemque lecti reclinarit, adoraturus Deum. itaque sentiunt, Spiritum S. non simpliciter quatuor illa verba Mosis interpretari voluisse; sed ad illum ipsum actum saltem respexisse, et circumstantiam aliquam materialem in Mose vel latentem

vel

CAP. XI. vel deficientem expressisse. Conf. Glassius *Rhet. S. p. 2066. seq.* Flacius *h. l.* Brochmandus, *h. l.* Varenius *ad l. c. Gen. p. 568.* Franc. Iunius *Parall. Sacr. l. 3. ad h. l.* Belgae *in not. ad h. l.* Grotius, Iac. Cappellus, Hammondus, Wittichius, Nemethi, Petrus van Hoeke, Braunius *h. l.* et *in Sel. Sacr. l. 5. p. 663.* aliique. Quo abit etiam versio Bezae: *et adorauit baculo innixus*, atque Er. Schmidii: *et adorauit summitati baculi innixus.* Sebastiani quidem Schmidii coniectura, qualem ipse venditat, quod pedes s. fulcra lecti vocentur virgae siue baculi, itaque *super capite lecti* et *super summitate baculi* vnum idemque sint, expeditior foret, dummodo aliquid fundamenti haberet. Nouum harmoniae Paulum inter et Mosen specimen adornauit generosus Rostochiensis Philologus Dn. de Krakevitz peculiari ante quinquennium Dissertatione qui *α)* statuit cum venerando D. Grünenbergio Paulum nullo modo respicere ad locum Gen. XLVII, v. vlt. cum durum ipsi videatur talis resultus ex Gen. XLVIII, benedictionem filiorum Iosephi continente, ad caput XLVII, 31. *β)* Vocem ῥ᾽αβδος accipit vt ebraicam שבט, quae proprie *virgam* siue *baculum*, metaphorice vero *tribum* significat, cumque insuper familia aut posteritas in sacris per metaphoram vt virga et surculus non raro describatur, adducto in primis loco Ies. XI, 1. vbi pet ῥ᾽αβδον, quomodo LXX חטר transferunt, Christus tanquam fructus stemmatis Dauidici intelligitur; et ita in hoc loco controuerso per vocabulum ῥ᾽αβδος omnium commodissime intelligi *totam posteritatem s. tribum Ioseph*, suadente historia Mosis cap. XLVIII Gen. vbi expresse v. 15. dicatur: *et benedixit Iosepho* i. e. toti Iosephi posteritati in duobus eius filiis adoptatis, et pro tribubus in Israele numerandis, Ephraimo np. et Manasse. Vt adeo versio sensusque hic sit: *et adorauit (Iacobus) super caput atque fastigium tribus eius (Iosephi)*" i. e. *super Ephraimum*, eoque *plane eximium fidei suae edidit signum*" Quod tanti fecit Apostolus Paulus, addit, vt non modo in genere mentio-" nem iniiciat benedictionis Iacobeae, quae vnicuique filiorum contigit de" futuris fatis, sed praeterea disertis quoque exprimat verbis, quomodo Ia-" cobus adorauerit super Ephraimum tanquam primas prae Manasse tenen" tem: ita vt etiam solennieres benedictiones ad exemplum huius instituen-" dae essent in posterum, coll. Gen. XLVIII, 20. et quidem praeposito Ephraimo. Nec possum quin hisce perpulcra ex praecedentibus subiiciam, quomodo Iacobus certissimum atque immotum habuerit fidei suae benedicentis fulcrum. Iosephus dextram Iacobi amoliri tentabat a capite" Ephraimi,

Ephraimi, aſt ille renuebat: NOVI inquit, NOVI *mi fili.* Vult itaque di-" CAP. XI.
cere: O fili dulciſſime, tu cogitas me errare, abſit! abſit! fides eſt hypoſta-"
ſis ſperandorum et realis conuictio eorum, quae non cernuntur: NOVI"
enim; et ne dubites, repeto illud NOVI mi fili. Ego non coeco quodam"
caſu, aut impetu fortuito, ſed ſumma cum attentione et intentione dex-"
tram meam impoſui ſuper iuniorem filiorum tuorum, hinc etiam *inprimis*"
adorabo Deum omnis benedictionis fontem, vt Ephraimo, etiamſi iunior"
ſit, maiorem impertiat ſalutem: quod et futurum ſcio: ecce enim Manaſ-"
ſes tantum erit *populus*, in ſingulari numero, hic vero Ephraimus erit "
multitudo gentium. Itaque in hac benedictione Iacobus reapſe teſtatum"
fecit, Ephraimum eſſe τὸ ἄκρον ex diuina intentione, adeoque et ſe eidem.
τὸ ἄκρον i. e. quod primum atque praecipuum, dextram nimirum debere"
Quam expoſitionem, cum *ſeruet* lectionem receptam pronominis relatiui
αὐτῦ, *ſeruet* naturalem ac ſimplicem hiſtoriae nexum, *ſeruet* emphaticum
Apoſtoli ſcopum, *ſeruet* denique Paulum ab omni ἀντιλογία liberum,
omnium maxime mihi placere fateor.

v. 23.

Διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον) *Propterea quod viderunt venuſtum puellum*, coll. Act. VII, 20. Ex qua ſingulari et extraordinaria venuſtate pueri ſingulare diuinae gratiae argumentum per gratiam illuminatricem haud dubie parentes conceperunt. Talmudici *tract. Megilla cap. I. fol. 14. col. 1.* tradunt : בשעה שנולד נתמלא הבית כלו אורה *ea hora, qua natus eſt (Moſes) repleta eſt tota domus luce.* quae repetit Raſchi Exod. II, 3.

v. 24.

Ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ) *Renuit dici filius filiae Pharaonis.* Idque factum fuiſſe, cum eſſet quadragenarius, teſtis eſt Stephanus Act. VII, 23. Vetuſtiſſimam et receptiſſimam hanc fuiſſe traditionem conſtat ex *Breſchit Rabba ſect. 100. fol. 115. col. 3.* R. Iuchanan filius Saccai et R. Akiba (dixerunt) *Moſes egit in aula Pharaonis XL annos, in Midian XL annos, et miniſtrauit Iſraëli XL annos.*

v. 25.

Ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν) *Aut temporariam habere peccati fruitionem.* Quodnam vero fuerit illud *peccatum*, quo Moſes

Cap. XI. frui noluit? id facile colligitur ex Act. VII, 34. si scilicet impulsui isti diuino inobediens fuisset, et populum suum ἐν τῇ κακώσει καὶ τῷ στεναγμῷ *in afflictione anxioque suspirio* deseruisset.

v. 26.

Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ χριστοῦ) *Maiores diuitias existimans thesauris Aegypti opprobrium Christi.* vbi primum τὸ ἡγησάμενος non notare hic incertam opinionem; sed firmissimum sensum certissimamque persuasionem, idem cum πληροφορηθεὶς Rom. IV, 21. bene annotat Seb. Schmidius. Deinde per *opprobrium Christi* B. Gerhardus cum aliis nostratibus, imo et Reformatis, vt Pareo, Heinsio, Nemethi, et cum primis Cunaeo *cap. 9. l. 3. de Rep. Ebr.* intelligit opprobium, quo populus Dei afficiebatur propter Christum, quod profiterentur se illum ex Dei promissione exspectare; et confert Heinsius verba Ps. LXXXIX, 52. *blasphemant vestigia Christi tui* i. e. quamuis iam appropinquet aduentus Messiae tui, gentiles tamen non desinunt blasphemare. Nec minus *opprobrium Christi* dicitur, quod fideles non tam patiuntur propter Christum, sed *ipse Christus* in populo suo, coll. Act. IX, 4 Vid. Seb. Schmidius *h. l.* Cocceius, Wittichius, et Braunius *h. l.* Quamquam magis adhuc proprie et secundum literam *opprobrium Christi* accipit B. Calouius *h. l. p. 1361.* quod in diebus carnis ipsum experturum esse, Mosen per fidem in Messiam non ignor asse, quodque in populo Dei praedicatum esse, cui sociari, quam aulae splendore et thesauris Aegypti frui maluisse. Et facit vtique ille sensus proprius maxime ad descriptionem fidei, in qua explicanda et exemplis illustranda ac comprobanda occupatur Apostolus, siquidem fidei saluificae obiectum proprium est ὀνειδισμὸς τοῦ χριστοῦ, qui ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας, Ebr. XII, 2. in quem respexisse Mosen, et Ebraeos respicere eius aliorumque veterum fidelium exemplo debere monet Apostolus.

v. 27.

Κατέλιπον Αἴγυπτον] Quod non de fuga Mosis in Midian accipiendum est, vt quidam Patres, et Heinsius ideo a Braunio *h. l.* notatus; sed de exitu ex Aegyptiaca seruitute cum vniuerso populo. In vltimis verbis:

Τὸν

Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε] obseruanda est cum Syro, Luthero, Belgis, Anglis, aliisque traiectio, h. m. *Nam sicut videns inuisibilem obdurauit.* CAP. XI

v. 28.

Τὴν πρόσχυσιν) Quod rectius et clarius cum Beza, Belgis, Anglis, Grotio, Wittichio, Er. et Seb. Schmidiis aliisque vertunt *affusionem, adspersionem* (זרק ad superliminare et ad duos postes, Ex. XII, 21. 22) vi praepositionis πρὸς. Nam affusio necessario infert effusionem non contra effusio affusionem. Verbum προσχύω respondet ebraeo זרק quod est *adspergere*, Exod. XXIV, 6. XXIX, 16. et alibi.

Πάσχα) ab ebraeo פֶּסַח quod rectius cum Seb. Schmidio interpreteris *sacrificium praeterirefícum* h. e. praeterire f. transilire faciens, vti שְׁלָמִים est *sacrificium pacificum* f. pacem faciens. Id fere intendit Philo, cum de vita Mosis lib. 3. vocet διαβατήριον h. e. *sacrificium pro transitu.* Conf. eius *Tract. de Paschate p. 108.* et *Disput. ad Exod XII, 11.* itē *Annot. in Ios. c. V, 10. et Comment. ad. h. l. Ebr.* vt adeo non sit opus cum Glassio *Gram. s. Can. 39.* ad vocem פסח *ellipsin* statuere, vocis np. זָבַח ex v. 17. adsciscendae, quae maioris tantum declarationis gratia additur.

v. 29.

Τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν) *Rubrum mare* dictum ab Erythra vel Erythraeo rege, qui ad illum oceanum longe lateque imperabat, quo de multa habet Er. Schmidius *h. l. p. 1332*; non tamen, vt idem vult, fuit filius Perfei et Andromadae, sed *Esauus* filius Isaaci, dictus graece ἐρυθρὸς ab אדום *ruber*, hinc non solum mare, sed totus iste tractus dictus est *Edom* et *Edomaea*, et populi *Idumaei* potius *Edomaei* graece ἐδωμαῖοι, quod idem significat ac ἐρυθραῖοι *rubri.* Conf. Grotius, Hammondus, Wittich. Nemeth. et Braunius *h. l* item Fulleri *Miscell. s. p. 550.* Dau. Clerici *Quaest. Sacr. X.* et Hilleri *Onomast. S. p. 804.* Idem vero Er. Schmidius annotat, latitudinem sinus in loco transitus Israëlitarum ad minimum fuisse XII. vel XI milliarium germanicorum. In V. T. illud appellari ים סוף *mare algosum* das Schilff-Meer notum est.

διὰ ξηρᾶς) Imitatus est Apostolus ebraismum, in quo יַבָּשָׁה *terram aridam* notat. Ceterum sententiam eorum, qui partem tantum maris transiuisse Israëlitas existimant, quos inter quoque est doctissimus Drusius,

Cap. XI. nixus pariter auctoritate AbenEsrae et Chascuni, refellit Braunius *h. l.* expedita insimul difficultate post Caietanum ad Ex. XIV, et Tenam ad *h. l. Ebr.* obiecta, cum dicatur, *eos mare ingressos esse in Ethan, et in Ethan reuersos*, addita insuper demonstratione oculari in tabula aenea.

v. 31.

Ἡ πόρνη) Cum ebraicum זוֹנָה significet et *meretricem* et *cauponariam*, malunt aliqui hic significationem *cauponariae* eligere. At nomen πόρνη apud Graecos notare mulierem cauponariam nondum ostensum est, annotat Er. Schmidius. Forte vtrumque verum est, et de nostris temporibus saepe testatur experientia. Hinc Seb. Schmidius *fuerint ergo*, inquit, *nonnunquam* זונות *mulieres cauponariae; ita tamen dictae non fuissent, nisi simul fuissent meretrices.* Denominatque eam Paulus et Iacobus c. II, 25 πόρνην *meretricem a termino a quo*, quod olim talis fuerit, non quod talis manserit, id quod sane cum vera fide stare non posset: quomodo Matth. XXI, 31. αἱ πόρναι dicuntur *intrare in regnum Dei.* Vid. Grotius, Braunius *h. l.* Io. Clericus ad Ios. II, 1. Glassii *Gramm. S. col. 540.* vnde bene Theodoretus *h. l. contexuisse eam*, ait, *fide peccati vulnera.* Quaerunt: *quomodo cum fide Rahab stare potuerit mendacium eius?* et resp. Seb. Schmidius: aut mendacium peccatum infirmitatis fuit, aut prorsus mendacium non fuit, sed elusio regis iam publice a Deo anathematizati, cui obediendum contra Deum non erat. Si peccasset, inquit Braunius, tum contigisset ipsi quod sanctissimis quotidie, sed eam peccasse nondum probatum est. Quis dicet eam proditricem patriae, cum eam non amplius patriam suam agnouerit? facta enim fuit Dei foederata per fidem. Ex conscientia itaque sibi cauere debuit, ne quid detrimenti caperet populus, cuius ciuis facta fuit; si aliter egisset, proditrix patriae fuisset. Deinde prudentia stare potest imo debet cum fide et simplicitate, Matth. X, 16. coll. Prou. XXII, 3. Haec optime Braunius, eademque fere cum Wittichio *h. l.*

v. 32.

ἐπιλείψει με χρόνος) In qua eleganti locutione alii hyperbolen obseruant; sed Syrus sine tropo reddit: *exiguum mihi est tempus*, quod scil. huic epistolae destinare et insumere liceat. Id quod magis sensum Apostolicum velle iudicamus cum Seb. Schmidio *h. l.*

v. 36.

v. 36. CAP. XI.

ἐτυμπανίσθησαν) De quo verbo (quod natales debet τῷ τύπτω *verbero*, et hoc ebraeo תפף vnde תוף *tympanum*) fuse egerunt Erasm. Schmidius et Braunius *h. l.* fusius autem et accuratius Gatakerus *Aduerf. Posth. c. 46 Opp. Crit. p. 907. — 914.* vt rem in pauca conferamus, ex locis ab eo allegatis satis liquere arbitror cum Io. Clerico *h. l.* τύμπανον, vbi de instrumento supplicii sermo est, proprie fuisse *fustem*; deinde significasse *locum*, aut *supplicium* ipsum τυμπανισμὸν *fustigationis*. Hinc ductum τυμπανίζειν hoc est *tympano* siue *fuste ferire*, *fustigare*, donec reus fateretur, vel ad mortem vsque; quod deinde translatum est ad quoduis mortis cruciabilis genus. Hic vbi memorantur singularia mortis genera, credit proprie intelligendum de iis, qui *fustibus ad mortem vsque caesi sunt*. Proinde Syrus transtulit: *cruciatibus mortui sunt*. Recte etiam monuit Gatakerus a Lexicographis vocibus eas saepe tribui significationes, quae rem significatam vel *antecedere* vel *comitari* solent. Qua ratione constat, cur τυμπανίζεσθαι ab Hesychio et Suida exponatur *excoriari* aut *suspendi* siue *palo cruciue affigi*, ibique crudeliter distentum *fustibus instar tympani* vehementer verberari. Sic Wittichius *h. l.* potius explicat de *fustigatione*, quando homines suspendebantur et tympanorum instar fustibus caedebantur vsque ad mortem. Id quod non potuisse fieri sine magna pellis laceratione et velut *excoriatione*. Tale etiam fuisse supplicium liquido apparet ex 2. Maccab. VI, 30. vbi dicitur de Eleazaro ἐπὶ τύμπανον ἤλθε h. e. ad *supplicium fustis*, vel καταχρηστικῶς, *ad palum* siue *ad crucem iuit*: additurque μέλλων ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν *plagis moriturus*. Istud supplicium delineauit in tabula aenea cl. Braunius. Qui vero cum Ribera, Grotio, Belgis et Anglis, exponunt de crudeli quadam distentione, sicut corium supra tympanum extenditur, hätten ſich foltern und über die Leiter ſpannen laſſen/ und Strappa di chorda leiden müßen/ ei expositioni et rationem vocis et vsum plane aduersari, iure pronunciat Clericus ex doctrina Gatakeri. prae qua prior de fustuario magis etiam arridet Gerhardo et Seb. Schmidio.

v. 37.

ἐπειράσθησαν) *Tentati sunt.* Quae lectio nonnullis doctis videtur suspecta, cum non possint videre, quid enumeratione tot cruciatuum crudelium momenti admodum habeat πειρασμὸς *tentatio* ab hominibus?

CAP. XI. nec Syrus habeat et Arabs, nec apud Chrysostomum et Theophylactum legatur? Atqui Theodoretum habere, ac exponere et Oecumenium, legere etiam Chrysostomum refert Seb. Schmidius ex Iustiniano. B. Lutherus reddidit: sind zustochen /qs. legisset ἐπάρθησαν a πείρω *transfigo*, quam lectionem praefert Nortonus Knatchbull *h. l.* Franciscus Iunius *parall. lib. 3.* cum eoque Piscator, quem sequitur Streso *h. l.* coniecturant, legendum esse ἐπυράθησαν, Beza, et Tanaquill. Faber *Epist. P. II. p. 47.* ἐπυρώθησαν, *cremati* s. *vstulati sunt.* Gatakerus vero pro eodem sensu, ἐπρήσθησαν vult legere, atque ita scripsisse Apostolum ipsum existimat, ob παρονομασίαν quandam, qua alias saepe delectatum esse, cuius exempla oppido multa adducit *Aduers. Misc. posth. c. 44. Opp. Crit. p. 898.* sed non est vt lectionem receptam sollicitemus, quam etiam propter consensum codicum retinet Beza, Belgae et Angli: retinendam pariter censet Er. Schmidius, et de tentationibus spiritualibus, cuiusmodi Paulina 2. Cor. XII, 7. intelligendum. Theodoretus de tentatione Abrahami, Gen. XXI, 7. sed deinde de Iobo, quod commodius videtur B. Gerhardo. Enimuero non ab re ait Seb. Schmidius: non video, quid sibi velit tentatio diuina aut spiritualis hic, vbi recensentur, quae sancti ab hominibus sunt passi. Vnde melius cum eo intelligitur eiusmodi *probatio* s. *exploratio*, cuiusmodi fuit sociorum Danielis, ad quos Nebucadnezar: *et quis ille Deus, qui liberaturus est vos e manibus meis?* Cum qua interpretatione optime coniungi potest sententia Braunii *h. l.* cui credibile est, vocem istam fuisse ab Apostolo additam, ad notandum, *crudelibus istis suppliciis* (quod solum respiciunt Belgae in not. *door swaere dreygementen ende pijningen*) vt et *promissionibus* bonorum et diuitiarum tyrannos tentasse quouis modo sanctos, vt eos a lege Dei ad idololatriam adducerent. Idem intendunt Iac. Cappellus, Wittichius et Millius *ad h. l.*

ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις) De his vocibus adi si lubet Erasm. Schmidium *h. l.*

v. 40.

ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι) *Vtne sine nobis consummarentur*, consummatione scil. fidelium coniuncta cum fine s. consummatione seculi. Hoc enim si factum esset, nec nos vnquam nati essemus, nec vitae aeternae haeredes esse possemus. Hinc apparet, quanta argumenti Apostolici vis sit. Confer atur in simili prorsus argumento 2. Petr. III, 8. 9. vbi docet

docet Petrus, dilationem diei extremi fieri ob commodum nondum conuersorum, et numerum electorum nondum consummatum. Haec sententia, quae est Seb. Schmidii et hic merito audienda, est admodum fructuosa, vt pote Dei sapientissimum consilium circa ordinem et tempus ad salutem fidelium consummata suauiter aperiens, et hinc impatientiam exspectationis consummationis seculi adeoque et nostrae facile lenire potest. CAP. XI.

CAP. XII.

v. 1.

Νέφος) Quam vocem confertam multitudinem metaphorice denotare notum est tam apud Graecos quam Latinos. Exempla vtrimque affert Er. Schmidius *h. l.* vid. et Glassius *Rhet. S. col. 1695.* Drusius *class. 2. l. 3. prou. 159.* Gatakerus *Aduers. Misc. Posth. c. 2.* Appellauit autem Apostolus *nubem testium* a] propter conuersationis sublimitatem, Ies. LX, 8. Phil. III, 20. b) propter doctrinae foecunditatem, Iob. XXXVI, 37. c) Propter spiritualis consolationis vtilitatem. d) propter testium multitudinem. Vnde et Deus ipse multitudinem peccatorum nubi, nubeculaeque comparat, Ies. XLIV, 22. e) propter effectus qualitatem. Vt comparationem euoluit cum Gerhardo Fesselius *Aduers. s. l. 1. c. 14. p. 75.*

Τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν) *circumstans vndique peccatum.* per quod nostrates Theologos intelligere *prauam concupiscentiam et peccatum originale* docet et approbat Seb. Schmidius *h. l.* adductis Gerhardo, Chemnitio et Balduino, quam etiam sententiam habere Pareum, Belgas aliosque Reformatos. Vnde fere miratur, quod Erasm. Schmidius ab hac communi nostratium discedens malit *peccata actualia* intelligere, eamque veram et genuinam Apostoli vocet sententiam. Obiectio illius est etiam Pontificiorum, quod concupiscentia materialiter dum viuimus deponi et exui non possit. Cui tamen obiectioni cum S. Schmidio facile respondetur, quod deponi quoque dicatur, quando concupiscentiae illius motibus per Spiritum s. resistitur, quando peccati originalis illius vis per renouationem et pietatis exercitium magis magisque infirmatur et diminuitur. Ac deponere dicitur non is tantum, qui totum deponit siue simul siue successiue; sed is etiam, qui de toto subinde aliquid a se remouet, et onus reddit leuius. Vim autem vocis εὐπερίστατος Er. Schmidius post prolixissimum

CAP. XI. lixissimum discursum *quinque* significationibus repudiatis hac *sexta* exprimit: *ad pericula vel damna inferenda procliuis. Facile periculosus et damnosus.* Enimuero istam explicationem militare pro peccato originis bene obseruat idem Seb. Schmidius, de quo, quod facile et periculose decipiat damnaque conferat plurima proprie loquendo vera esse; cum de peccato actuali proprie dici nequeat, quod ad pericula et damna procliue sit, quippe quod, antequam fiat, nihil est. Vnde e. g. de homicidio actuali nemo dixerit, ad pericula nostra procliue esse, nisi quatenus natura procliuis est ad homicidium ex irae et vindictae impetu. Deinde meliore iure pro nobis, quam pro se Er. Schmidius, allegare possumus sententiam Camerarii tertiam: *Peccatum cuius vndique vis atque periculum nos circumstat.* Itemque Syriacam translationem: *quod omni tempore paratum est nobis.* Nec minus post E. Schmidium a sententia nostratium deflectit B. Brochmandus *h. l.* cui non tam verisimile, quam plane verum videtur, voce εὐπερίστατος non respicere Apostolum ad peccatum originale nobis tenaciter inhaerens, (vt quidem Erasmus, Vatablus et B. Lutherus vertunt) sed vi verbi περίσαμαι ad *externas circumstantias*, videlicet tentationes, occasiones et varia peccatorum irritamenta, qualia sunt *consortium improborum, felix impiorum successus, blanditiae vitae mundanae* etc. Haud secus e Reformatis Altingius accipit metonymice de *occasione et causa* peccati, quod vndique ea se offerant, quae corruptionem intrinsecam excitent, et in actum deducant. *comm. ad c. V. 2. p. 138. a.* Quanquam autem haec expositio sit valde speciosa, non tamen video, quomodo verbum ἀποθέμενοι *deponentes* quadret in externas peccati circumstantias? Num deponi potest felix impiorum successus? num mundi illecebrae? in illas conuenit verbum ἀποφυγόντες, quo Petrus vtitur II. Ep. II. 20 vel simplex φεύγειν I. Tim. VI, 11. et II. Tim. II, 22. vel παραιτεῖσθαι II. Tim. II, 23. Tit. III, 10. vel ἀποσῆναι I. Tim, VI, 5. vel ἐκτρέπεσθαι v. 20. vel ἀποτρέπεσθαι II. Tim. III, 5. Conuenienter autem dicitur ἀποθέσθαι *deponere* de peccato originis etiam quoad materiale tanquam *veterem hominem*, conf. Iac. I, 21. et Eph. IV, 22. Col. III, 8. I. Petr. II, 1. ἀπεκδύσασθαι *exuere*, Coll. III, 9. τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα *illam a carne contaminatam tunicam*, Ep. Iud. v. 23. quae *nobis* παράκειται *adiacet et circumstat*, Rom. VII, 21. Et perplacet quod Beza, Iac. Cappellus, Gatakerus *Aduers. Misc. Posth. c. 3. opp. Crit. p. 428.* Wittichius, Nemethi, Petr. v. Hoeke, Braunius *h. l.* Iac. Lydius *Agonist. S. c. 38.*

ſ. c.38. et B. Calouius *h. l.* obſeruant, voce metaphorica εὐπερίστατος CAP. XII.
Apoſtolum alludere ad curſum veterũ, vti in praecedentibus et conſequentibus verbis, vbi *deponebant* non ſolum *omne onus*, ſed et *laxiores et demiſſiores veſtes* expedito curſui valde obſtantes et pedes implicantes. Vt ita peccatum, quod inſtar eiusmodi *veſtis talaris* nos ſemper circumſtat noſtrasque actiones ita inuoluit, atque *inſtar oneris* (nam καὶ poteſt etiam eſſe ἐξηγητικὸν cum Grotio et Calouio *h. l.*) nos grauat, vt ad propoſitum curſum ſ. certamen non ſimus idonei et expediti, deponendum ſit, hoc eſt, magis magisque per quotidianam renouationem frangendum debilitandumque, licet nunquam penitus in hac vita deponi queat, vt adeo nunquam non habeamus cum quo luctemur, coll. v. 4. ac in vera humiliatione coram Deo conſeruemur. Aliam quidem metaphoram nec ineptam obſeruauit Grotius, reſpici forte locum Thr. I, 14. vbi peccata comparantur *iugi loris* implicantibus hominem ac ſaepe deiicientibus: vt εὐπερίστατος videatur reſpondere ebraeo ישתרגו vbi in graeco συνεπλάκησαν.

v. 2.

Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ιησοῦν) *Intuentes in fidei ducem et conſummatorem Ieſum.* c. III, 1. dixit Apoſtolus καταναοήσατε *attendite* τὸν Ἀπόστολον. continuat metaphoram a curſoribus deſumtam. In ſtadio currentes reſpiciebant tam ad metam quam ad brabeutam, qui in fine ſtadii ſedebat praemium porrecturus vincenti. Eo currens tendebat, eo anhelabat, vt βραβεῖον acciperet. Ad Ieſum ſanctis vera fide reſpiciendum eſt ob duas grauiſſimas cauſas 1) tanquam *ad ducem*, vti ſolent ſtrenui milites ſemper oculos intentos habere ad ducem in pugna, vt ſeparatos ad iuſſa exſequenda oſtendant. 2) *ad exemplum* ipſis reſpiciendum eſt, cum Ieſus ipſe ſtadium cucurrerit et abſoluerit. Et tandem ad eum reſpiciunt vera fide tanquam ad diſtributorem praemii coeleſtis gloriae, cum quo ſeſſuri ſunt in throno, Apoc. III, 21. Haec ſunt pulcra Braunii *h. l.*

Ἀντὶ). Quod quidam cum B. Luthero, et Calouio *h. l.* exponunt *loco, vice, pro*, et de gaudio vel diuinitatis ſ. diuinae gloriae, vel humanitatis in vita temporali. Sed melius ob cohaerentiam cum Theodoreto et Grotio *h. l.* B. Hunnius cumque eo B. Seb. Schmidius, et ex Reformatis Diodatus, Wittichius, et Braunius *h. l.* exponunt *propter, propter gaudium ſibi propoſitum*, vti ſumitur ad Eph. V, 31. ἀντὶ τούτου *propter hoc*,

Cap. XII. quod Matthaeus XIX, 5. effert ἕνεκεν τούτου. Apostolus enim hic loquitur de cursoribus, qui certamen ingrediebantur et currebant, vt reportarent praemium. Hoc fecerat Abel, Henoch et reliqui omnes. Hoc fecit Christus ipse dux et consummator omnium. Et nonne Apostolus in verbis sequentibus *in dextra throni Dei sedit* exponit illud gaudium, illam gloriam regiam, quae Christo a Patre fuit προκειμένη *proposita*, illud βραβεῖον victori promissum, coll. Apoc. III, 21. Non tamen in sensu Pontificio et Sociniano, quod morte et passione sua sibi istam gloriam promeruerit. Sano quidem sensu dici potest cum Braunio, *sibi aliquid promeruisse*, np. Ecclesiam, regnum spirituale, Ps. II, 8. Ies. LIII, 10. Zach. VI, 13. acquisiuit sibi ecclesiam suo sanguine, Act. XX, 28. Eph. V, 25. 26. 27. tamen et nobis meritus est, hoc faciendo perfectus est ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς πίστεως, non tantum *dando* praemium, vitam aeternam, vt vult Schlichtingius, sed illud suo cursu nobis *merendo*. Qua ratione sibi mereri et alteri non pugnant.

v. 3.

Ἀναλογίσασθε) *collatione instituta expendite* secundum vim verbi.

ἵνα μὴ κάμητε) *Vt ne fatiscatis.* De hoc verbo bene annotat B. Brochmandus *h. l.* quod vsurpetur de morbis grauioribus hominem ad extremum vsque virium defectum affligentibus. Conf. Iac. V, 15. Hinc καμόντες dici, qui sunt viribus prope exhausti, immo mortuos vocari a Graecis καμόντες et κεκμηκότες. Crucem enim et calamitatem esse, quae homines viribus corporis et animae velut spoliat, vt mortuis similiores quam viuis videantur.

v. 7.

Προσφέρεται) Vbi melius quidem videtur Seb. Schmidio, quod Beza habet: *exhibet sese*, quem secuti sunt Belgae, Er. Schmidius et Braunius, eodemque fere sensu Henr. Stephanus *in Thes. Gr. et dissert. de stilo N. T.* reddens: *Deus se erga vos tanquam erga filios gerit*: vel *vt cum filiis agit vobiscum Deus.* Eidem tamen Seb. Schmidio omnium optimum videtur: *accedit ad vos, appropinquat ad vos* q. d. non irruit in vos (quod verbum προσφέρεσθαι alias notat) sicut hostis; sed accedit ad vos animo prorsus paterno.

v. 9.

v. 9.

Τῆς σαρκὸς πατέρας) *Patres carnis* sunt, a quibus habemus naturam corruptam et cum hac mortem, non tantum corporalem sed et spiritualem. *Pater* autem *spirituum*, qui solis omnibus fidelibus dat regenerationis vires et in Christo iustificat atque saluat. Seb. Schmidius *h. l.*

v. 11.

Πρὸς τὸ παρὸν] Scil. καιρῷ iuxta Camerarium et Er. Schmidium.

Χαρᾶς εἶναι) Vbi malo cum Wittichio et Seb. Schmidio subaudire πράγμα *res gaudii esse*, quam cum Camerario et Er. Schmidio ποιητικὴ *esse gaudii* nempe *effectiua*. Sic et in seq. ἀλλὰ λύπης *sed (res) doloris*.

Καρπὸν εἰρηνικὸν) *Fructum pacificum* i. e. gratum, quo sensu vocem εἰρηνικὸς ad imitationem Ebraeorum saepe sumserunt Graeci interpretes. sic Mich. VII, 3. καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικὸς λόγους ἐλάλησε. Deut. XXIII, 7. οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς. Ier. IX, 7. τῷ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικά. adde Ier. XII, 6. videtur ergo ista locutio Apostoli ebraismum sapere, cum ebraeis nomine שלום *pacis* veniant omnia quae sunt iucunda, obseruantibus prae aliis Grotio et Wittichio *h. l.*

v. 13.

Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν) Hunc plenum hexametrum ex Prou. IV, 26. sumtum esse iam olim annotauit Theodoretus, et deprehenduntur eadem vocabula apud τὸν ὁ. vocibus τροχιὰς ὀρθὰς *semitas rectas* putant quidam Paulum alludere ad cursus olympicos vid. Lydius *Agonist. s. c. 38.* Wittichius et Braunius *h. l.* sed haec sententia minus se probat nobis cum Dn. D. Oleario nostro *Differt. cit. p. 40.* Quis enim, vt recte ait, in olympicum stadium claudos introduceret? quos certe ne complanatissima quidem orbita in eo iuuaret: sed sensus est, *qui fortiores et firmiores sunt, maxime doctores orbitam s. vitam salutis strenue calcando, illi expeditam pariter et planam reddant eandem claudis, remouendo omnia viae offendicula.* i. e. *exemplo et monitis suis efficiant, quo facilius ipsi quoque infirmi lento licet magis gressu subsequantur.* Conf. praeter Iac. Cappellum, et Gerhardum *h. l.* in primis Seb. Schmidius *h. l.*

v. 15.

ὑστερῶν) Hic bene confert Braunius locum Gal. V, 4. 2. Petr. III, 17. sed male applicat ad *perseuerantiam sanctorum*, et frustra de phrasi *deleri ex vita* explicat, vt *excidere gratia et benignitate Dei* idem sit ac ad eam

CAP. XII. nunquam peruenisse, in ea nunquam fuisse. Sicuti contra *manere ἐν χρηστότητι in benignitate* sit ad eam receptum fuisse. Eodem sensu concludit, incredulus et impius est ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος non accedit ad gratiam. At quis non videt apertam ψευδερμενείαν et pertinacem erroris incrustationem? Nonne Paulus adhortatur eos qui iam accesserant ad gratiam, qui erant *filii* regeniti v. 5. qui *firmiores debebant facere gressus* v. 13. et *persequi sanctimoniam* v. 14. Turpiter igitur fallitur Braunius, vt suis ipsius verbis respondeam.

Ῥίζα πικρίας) *Radix amaritudinis*, nempe opinio propriae iustitia ex lege, falsa doctrina et haeresis. Speciosam harum vocum affert interpretationem Io. Spencerus *dissertat. in sect. XV, 20. lib. II. de legibus Ebraeorum ritualibus subiuncta c. III. Sect. I. p. m. 724.* Dicit namque, voces ῥίζα πικρίας *ethnici fermenti reliquias* aliquot, nondum satis expurgatas, denotare commode, cum eaedem Deut. XXIX, 18. vnde depromtae sint superstitionis Aegyptiacae radicem quandam Ebraeorum animis altius in haerentem significent. Quod si Apostolo cum conuersis ex gentilibus res esset, hae Spenceri mens in mente legentium facilius radices agere posset. Iam vero quid ista *radix fermenti ethnici* apud conuersos Ebraeos? qui natura sua ab ethnicismo satis abhorrebant, vt vix Christianos ex ethnicis conuersos in societatem admitterent, vt adeo de eorum ad ethnicismum defectione ne cogitandum quidem esset, nedum vt tam graui ea propter admonitione Apostoli indiguissent.

ἐνοχλῇ) *conturbet.* Iuxta quosdam hoc ἐνοχλῇ videtur leuiter corruptum ex ἐν χολῇ *in felle*, sicuti habent LXX Deut. XXIX. 18. al. 17 quibus et Dn. Olearius *l. c.* non magnopere repugnat: et Millio *a h. l p. 686. fin.* dicitur *vetustissimus certe, et ab ipsis Christianae rei primordiis inolitus error*, et contra ista τῶν ὁ lectio vera et genuina, cui adstipulatur nuperrime Christoph. Matth. Pfaffius *in dissertat. Critica de genuinis N. T. lectionibus p. 31.* Qui id tamen miratur, Millium non obseruasse, codicem Alexandrinum *d. l. Deut.* habere illud ipsum ἐνοχλῇ, quod noster Pauli locus. Vnde potius existimat, Paulum hanc epistolam scribentem habuisse talem codicem τῶν ὁ, vbi exstiterit ἐνοχλῇ: insuperque notat D. Grabium vocem ἐνοχλῇ Deut. XXIX expunxisse, et ad marginem reposuisse, suppositio in textu ἐν χολῇ. Id quod optime factum esse censet. At vero si iam hoc ἐν χολῇ apponatur voci πικρίας, quam ὁ senes non habent,

habent post ῥίζα, qui verba propius ad ebraea ordinarunt h. m. μήπως ἐστὶν ἐν ὑμῖν ῥίζα φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ, constructio et sensus euadit in eptus; vnde forte factum, quod τὸ πικρίας in MS. Alex. sit expunctum, teste Pfaffio *l. c.* Quare cum Paulus κατα πόδα neque τὰς ὁ, neque textum ebraeum sequi in animo habuerit, aliamque constructionem inierit, praestabit illi tuto insistere atque intemeratam cum Wittichio, Braunio et Seb. Schmidio *h. l.* relinquere, cum sit apta satis, nixa pariter MSS. codicum summo consensu, fatente Millio, itemque interpretum Syri et Arabis. Cap. XII.

v. 17.

Μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε] *Poenitentiae* (np. apud patrem Isaacum, vt reuocaret benedictionem Iacobo collatam. erat enim poenitentia non *admissi*, sed *amissi*) *locum non inuenit.* Et de hac poenitentia Isaaci non Esaui recte etiam accipiunt post Bezam, Belgas et Anglos *Bibl. Reg. in marg.* Iac. Cappellus *h. l.* Iunius *in Parall.* Piscator *in schotiis*, Gatakerus *Aduers. Misc. Posth. c. 29 Opp. Crit. p. 732.* Streso *h. l.* Wittichius *h. l.* Braunius *h. l.* et Buxtorfius *in Catalect. tm. 26.* Marckius *Exercit. Scriptur. IV. ad Gen. XXV, 23. § 12. p. 258.* In eadem notione *poenitentiae* vocem, eademque fere formula vsurpauit Vlpianus ICtus *Digest. lib. 40. tit. 7. de statu lib. leg. 3. § 13. fin.* vbi dixit: *Poenitentiae haeredi locum non esse.*

21.

Μωσῆς εἶπεν ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος) *Moses dicebat: exterritus sum et tremefactus.* Sed vbi hoc dixit? nos statuimus cum Seb. Schmidio, non recte Apostolum sic accipi, quasi de solo tempore, quo decalogus de monte Sinai pronunciatus est, loquatur: potius loqui de vniuerso tempore latae legis, atque adeo illis etiam quadraginta iteratis diebus, quibus Moses apud Deum fuit, tabulasque legis atque alias ordinationes accepit. Tum inueniemus verba Mosis Deut. IX, 19. a LXX interpretibus sic reddita ἔκφοβός εἰμι, prorsus vt hic Apostolus, nisi quod maioris ἐμφάσεως gratia addiderit καὶ ἔντρομος.

v. 23.

Καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων) Quod B. Glassius *Gram. S. pol. 982* putat per enallagen dictum esse pro πνεύμασι τετελειωμένοις *et ad spiritus iustorum consummatos.* Sed clarius vtique cum Seb. Schmidio

CAP. XIII. videtur esse, si relinquamus verba in sua constructione. Nam discrimen constituitur inter iustos manifestum, quorum alii *consummati quoad animam et corpus simul*, alii non consummati, nempe quoad corpus, sed *animam tantum*. Vid. et Er. Schmidius *h. l.* si vero placeat enallage, mallem cum eodem hanc: *ad iustos consummatos quoad spiritus s. animas.*

v. 28.

ἔχωμεν — λατρεύωμεν) Lectio *indicatiua* Athanasii et plurimorum codicum ἔχομεν — λατρεύομεν videtur rectior cum Wittichio, et Millio, cui hic est sensus Apostoli: "Christianos, secundum praegressam „de ipsis *Haggaei* prophetiam, quam citat v. 26. pro temporali, ac con„cussionibus obnoxio regno, quale erat veterum Iudaeorum, βασι„λείας ἀσαλεύτου participes factos, *gratiam* iam consecutos esse, seu le„gem summme gratiosam, qua *seruiunt Deo* maiorum suorum *cum metu* „*et reuerentia*. *Cum metu*, inquam; siquidem certum est, futurum De„um nostrum, etiam sub nouo hoc foedere *ignem consumentem*, violatae „huius legis vindicem et vltorem acerrimum, coll. Ebr. II, 2. 3. X, 28. 29. *Prolegom. f. 71. c. 2.*

CAP. XIII.

v. 2.

ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους) *Nescientes* vel *latenter, inscienter, quidam hospitio receperunt angelos.* Quae graeca phrasis, notante Nic. Zegero *h. l.* etiam a priscis illis scriptoribus Irenaeo, siue huius interprete, et Tertulliano vsurpata est, veluti pro eo quod latine diceretur, *nesciens praeterii domum*, illi loquuntur, *latui praeteriens domum.* Nec non Grotius *h. l.* notat hanc locutionem bene graecam. nam sic et Aristophanem loqui, et Platonem et Xenophontem, subaudito ἑαυτούς, quod interdum exprimatur. Conferri potest de constructione verbi λανθάνω cum nominatiuo Possellii *Synt. Gr. p. 200. 201.* et Glassii *Gramm. S. col. 933. et 934.*

v. 3.

ὄντες ἐν σώματι) *In corpore esse*, pro quo 2. Cor. V, 6. est ἐνδημεῖν „*incolere*, dicuntur, interprete B. Brochmando *h. l.* non modo, qui adhuc mortalia

„mortalia circumgestant corpora, sed in primis, qui a reliquiis peccati nec CAP. XIII.
„dum plene liberati variis subiecti sunt miseriis, quae poenae sunt reliquia-
„rum peccati. Hinc est, quod pii studio valde anxio exoptent liberatio-
nem a corpore mortis, Rom. VII, 28. et VIII, 29. Sensus ergo Apostoli
„est: in memoriam fedulo reuocemus, quod ipsi pondus peccati in corpore
„mortali circumgestemus, ac ea propter non modo non communi fragi-
„litati naturae exemti simus; sed etiam subiecti iisdem poenis, quibus vr-
„gentur confratres, vtpote iis peccatis obnoxii, ob quae puniuntur
„fratres.

v. 8.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας) Praeferendum hic ducimus sententiam eorum, qui haec verba in natiuo et proprio sensu de omni omnino tempore accipiunt, cum tria temporum discrimina *praeteriti*, *praesentis* et *futuri* hic habeamus. Conf. Dorscheus *Dissertat. in h. l.* § 24 et Seb. Schmidius *h. l.* Paulotamen specialius hanc sententiam a B. Brochmando *h. l.* expolitam audiamus. Christum non modo eorum, qui vixerunt ipso in carne praesente, et cum homini-“
bus conuersante, Saluatorem esse, sed etiam Christum vnum et eundem“
tam ratione *personae* quam *doctrinae* et *officii*, respectu *hodie* qui fuit *heri*.“
Quae enim et qualis *persona* fuit *Christus heri* i. e. antegresso tempore, ta-“
lis etiam persona *hodie Christus*, talis etiam persona erit *Christus in om-*“
nia secula, Deus nempe et homo. Qualis etiam *doctrina* sonuit de “
Christo in sanctorum coetu *heri* i. e. praeteritis temporibus, talis etiam“
doctrina praedicatur *hodie*, siue praesenti tempore de Christo, eadem “
denique doctrina *in omnem aeternitatem* manebit inuariata. Quali de-“
nique fuit *animo et affectu* Christus *heri* i. e. praeteritis temporibus in suis“
defendendis et protegendis, tali etiam affectu *hodie*, i. e. hoc praesenti “
tempore est Christus erga suos, eundem etiam affectum erga suos *in om-*“
nem aeternitatem seruaturus. Ita melior huius versus cum praecedente
et subsequente 9, erit connexio. Conf. etiam B. Calouius *h. l.*

v. 9.

De phrasi βεβαιοῦν τὴν καρδίαν consulas *Ebraismos nostros p. 16.*

v. 10.

ἔχομεν θυσιαστήριον) Nomine *altaris* intelligitur ipse Christus, Apoc. VI, 9. cuius, beneficiis, quae passione generi humano acquisiuit,

frui

CAP. XII. frui non possunt, qui ceremoniis Leuiticis per Christum antiquatis inhaerent, et ex iis iustitiam captant. confirmatur hic sensus ex v. 15. Etenim si Christus est nostrum *altare* i. e. nostra victima, (per synecdochen continentis pro contento, coll. 1. Cor. IX, 13. X, 18.) cuius sanguine sanctificati sumus, fas omnino et aequum est, vt nonnisi *per ipsum offeramus Deo sacrificia nostra.* Respexisse Apostolum in v. 15. ad vocem θυσιαστήριόν v. 10. luculenter indicat allusio vocum θυσιαστήριον et θυσίας. Vid. Brochmand. *h. l.*

v. 13.

ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς] *Exeamus ad eum extra castra* i. e. vt breuiter et bene Theodoretus: ἔξω τῆς κατὰ νόμον γενώμεθα πολιτείας *recedamus ab institutis legalibus.* Et ita Lyra, Zegerus, Wittichius, Hunnius, Balduinus *h. l.*

v. 15.

Καρπὸν χειλέων) *Fructum labiorum.* ita Apostolus cum τοῖς ὁ. aft in fonte ebraeo Hos. XIII, 3. est וְנְשַׁלְּמָה פָרִים שְׂפָתֵינוּ *tunc rependemus iuuencos,* (qui sunt) *labia nostra*; vel etiam extra interpunctionē non male pro tenore et sensu appositionis: *iuuencos labiorum nostrorum.* vbi o senes legisse putantur abbreuiate פרי, et hinc concepisse καρπὸν *fructum.* Quomodo igitur Paulus et LXX cū Propheta conciliabuntur? Docta quidem est conciliatio Eduardi Pocockii, qui censet, καρπὸν idem hic valere posse ac κάρπωμα et κάρπωσιν, pro holocausto vel oblatione a LXX vsurpata, quae cum e iuuencis plerumque fierent, ideo factū esse, vt פרים voce ista expressum fuerit, vel saltem eadem ratione exprimi posse: eamque in rem meminit dicti cuiusdam Rabbinorum, quo העולות holocausta quaedam vocent קיץ למזבח καρπὸν seu *fructum aestiuum altaris.* Vid. *Notae Misc. Bibl. c. 4. p. 70. seq.* Enimuero non existimem, seniores Graecos legisse פרי pro פרים, nec פרים *holocausta e iuuencis* transtulisse hic, cum alias nullibi, καρπὸν in sensu illo Rabbinico; sed potius, quoniam ista appositio metaphorica ipsis durior visa fuit, non tam metaphrastas quam paraphrastas agere voluisse, atque vt eorum menti et verbis Prophetae satius fieret, Paulum propius explicauisse, videlicet θυσίαν (en פרים) αἰνέσεως (en שפתינו) *sacrificium laudis*, tantummodo, quod pronomen suffixum *noster* omiserit.

v. 17.

v. 17. CAP. XIII.

De vsu ac significatione vocis ἀλυσιτελὲς potest videri Er. Schmidius *h. l.*

v. 20.

Ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου) *Qui adduxit ex mortuis pastorem ouium illum magnum in sanguine* vel *per sanguinem testamenti aeterni.* Vbi „περισσοτέρως ille ἐν αἵματι perperam a Thoma trahitur ad partici„pium ὁ ἀναγαγὼν hoc sensu, quasi *Christus virtute ac merito sangui„nis sui sit eductus*; sed referendus ad proximum ποιμένα τὸν μέγαν *pasto„rem magnum.* Nam per id *magnus pastor* effectus est, quod sanguinem „suum effuderit pro nobis: *magnus acquirendo* sibi gregem magnum in „peculium: *magnus condendo aeternum testamentum*, quod factum est per „sanguinem ipsius, Act. XX, 28. Zach. IX, 11. *Aeternum* autem dicitur, „quia aeterno Dei Patris beneplacito conditum est a Christo aeterno Deo, „aeterno mediatore; aeterna bona complectitur, et ab aeterno in aeternum „sese porrigit virtute et efficacia sua. Haec equidem ex aequa censura B. D. Calouii *B. I. h. l.* ast ex iniqua grillosi illius fanatici C. E. Trilleri B. Lutheri versio, ac si scholastico illi errori faueret, audit *mira et absurda* libelli **Untersuchung etlicher Oerter des Neuen Testaments.** *p. m. 22.* Nam cum in vernacula idem ordo et nexus vocum seruetur qui in graeco, solummodo quod adiectiuum ex indole germanismi substantiuo praeponat, (sicuti ipsemet verba Luc. XV, 6. τὸ προβατόν μου τὸ ἀπολωλός vertit: **mein verlohren Schaf** / et non **mein Schaf das verlohrne** *p. m. 40*) illa determinatio medii *per sanguinem testamenti* aeque ad subiectum, ac ad praedicatum referri potest. Quanquam nec absurde ἐν αἵματι ad τὸ ἀναγαγὼν referre possis, ita tamen vt ἐν non sit *meriti* sed *medii et viae* hoc sensu: *Deus pacis* (plene reconciliatus) *Dominum nostrum Iesum eduxit ex mortuis* (velut ex carcere) *magnum illum pastorem ouium, posito pro illis sanguine foederis sui vt sufficientissimo λύτρῳ, eoque ei viam ad vitam* (summae gloriae et gaudii) *monstrauit.* Ps. XVI, 11.

v. 21.

Καταρτίσαι) Huius verbi vim concinne euoluit B. Brochmandus *h. l.* h. i. m. Certum est e scriptoribus Graecis in primis Medicis Aegineta et „aliis, καταρτίζειν idem esse atque *luxata membra in locum debitum s.*

CAP. I. ζειν significationem non esse, verordnen / machen. dicendum fuisse: ὁρισθέντος εἰς υἱὸν τοῦ θεοῦ. Sed Seb. Schmidio *h. l.* hae rationes non videntur satis validae: quoniam et verbum ὁρίζειν significet *ordinare, constituere, facere*, et construatur sine praepositione εἰς, adducto in vtriusque probationem vel vnico loco Act. X, 42. *ipse* (Iesus) *est ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς, destinatus, ordinatus, constitutus iudex viventium et mortuorum.* B. Lutherus: er ist verordnet von GOtt ein Richter der Lebendigen und der Todten. Sic Angli: *which was ordained of God.* Vsus itaque et significatio verbi ὁρίζειν non solum est *certi quid definire, constituere, decernere, determinare*, vti septies in N. T. sumi, ex locis Ebr. IV, 7. (vbi Syrus verbo ܣܝܡ *posuit, statuit* vsus est) Act. II, 23. X, 42. XI, 29. XVII, 26. 31. Luc. XXII, 22. (in quibus Syrus verbum ܦܪܫ *separauit* adhibuit) satis superque constat; verum etiam *indicare*, (hinc Grammaticis modus *indicatiuus* ὁριστικὸς dictus) *declarare, demonstrare.* Nec animaduersio Lud. de Dieu *h. l.* nulla est, quod amplius quid per illud dicatur, quam *declarare*, nempe *definire, determinare*, id est, rem intra suos fines ac terminos ita constituere, vt ex iis natura rei intelligatur, qualis in se sit, et quomodo ab aliis differat. Hinc praemissa Hesychii verbi ὁρίζειν interpretatione per ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει, τιματίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει, *statuit, terminum dat, iudicat, in certa positione collocat, dirimit, disterminat*, ita vertit: *qui determinatus est esse Filius Dei*, id est, qui intra tales *terminos* est *constitutus* iisque ab aliis ita est *diremtus ac disterminatus*, vt *iudicari* aliter nec debeat nec possit, quam quod sit filius Dei. Haud fere aliter Wilh. Momma *meditat. posth. ad Rom. h. l. p. 45.* qui praecise definitus, determinatus, singulariter denotatus, et intra hunc terminum compactus est, vt „vnus et solus prae omnibus aliis, cum exclusione omnium aliorum, sit filius Dei.„ Quando igitur Filius Dauidis ita intra *terminos* suos *constituitur*, eoque a communi omnium creaturarum sorte *separatus* est, vt natura quoque diuina eius dilucide *cognoscatur*, vt idem sit *Filius Dei* non ἐν λόγῳ, non υἱὸς λεγομένος *filius appellatiuus*, sed ἐν δυνάμει *cum potentia*, quid aliud hoc est, quam logica et distincta illius *definitio*, *apodictica demonstratio ac declaratio?* quemadmodum interpretatur (α) ipse Spiritus s. nostrum ὁρισθεὶς per ἀποδεδειγμένος *demonstratus*, Act. II, 22. (β) Syrus ܐܬܝܕܥ *et cognitus*, declaratus, *est*, und öffentlich erkannt ist: quomodo *Deus* dicitur ܒܘܪܥ *in Iuda* i. e. illustribus ac lucu-

lentibus

tentibus teſtimoniis *manifeſtatus* et *publice agnitus*, Pſ. LXXVI, 2. ſic *Deus* dicitur נודע *Aegyptiis*, Ieſ. XIX, 21. "Vi autem concludere inde" non licet, *Deum Iſraëlis non fuiſſe ante illam manifeſtationem Sionis et* "*Aegypti*: ita nec h. l. ſequitur, *Chriſtum factum ex ſemine Dauidis, non* "*fuiſſe ante illum ὁρισμὸν ἐν δυνάμει.* Aliud quippe eſt: ex reſurrectio-" ne demonſtrari vel manifeſtari Dei filium: aliud per illam fieri et in actu ſignato definiri„ ſunt verba B. D. Varenii *ad h. l.* (γ) Patres Graeci, vt Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, quibus ὁρισθέντος idem eſt ac δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, ἀποφανισθέντος, *quibus de propria vocis graecae ſignificatione potius credendum, quam Pontificiis et Socinianis*, merito dicimus cum BB. DD. Gerhardo et Iac. Wellero *h. l.* Et hanc expoſitionem communiter amplectuntur noſtrates et fere Reformati. Cap. I.

II. ἐν δυνάμει, quod iuxta ebraiſmum *aduerbialiter* cum Luthero Belgis, Beza, Pagnino, Wittichius, Gerhardus, Iac. Wellerus, Varenius, aliique pro δυνατῶς *potenter* accipiunt. Sed quia tum potius haec vocum ſyntaxis requireretur ἐν δυνάμει ὁρισθέντος, vel ὁρισθέντος ἐν δυνάμει; et ἐν δυνάμει proxime conſtruatur cum υἱοῦ θεοῦ, *dicatque terminum, definitionem filii Dei ingredientem, quo probetur et dignoſcatur eſſe talis*, vt loquitur laudatus Dieuius *h. l.* praeſtabit cum eodem, Pareo, Iuſtiniano, Seb. Schmidio *h. l.* et aliis accipere pro periphraſi nominis adiectiui, *in*, vel *cum potentia*, vti Angli *with power* h. e. potens ſ. omnipotens, idque iuxta alium ebraiſmum, quo adiectiuum etiam ſubſtantiuo mediante praepoſitione non raro exprimitur, vt 1. Chr. XXVI, 14. יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל *conſiliarius cum intellectu* h. e. intelligens, prudens. Vid. Glaſſ. *Gramm. ſ. can. 9. col. 570.* et *Lux Ebr. p. 271.* vt ſic diſtinguatur hic Filius Dei omnipotens, adeoque naturalis et vnigenitus ab omnibus aliis filiis adoptiuis impotentibus, infirmis. Nec ratio eſt cum Seb. Schmidio, quare potentia reſurrectioni contradiſtinguatur; cum reſurrectio ſit maximum potentiae opus: et nihil decedat rei, ſi maxime opera potentiae hic non ſtatuamus, cum nihilomius in reſurrectione mortuorum habeamus. quibus addatur, quod in loco Act. II, 22. non dicatur ἐν δυνάμει, ſed δυνάμεσι.

III. Κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης) *ſecundum Spiritum ſanctitatis*, hoc eſt, cum Beza, Diod. Belg. Cameron. Pareo, Piſcat. Dieu, Momma, Wittich. *h. l.* Gerhardo, Wellero, Brentio, Calouio, Seb. Schmidio

CAP. I. ζειν significationem non esse, verordnen / machen. dicendum fuisse: ὁρισθέντος εἰς υἱὸν τοῦ θεοῦ. Sed Seb. Schmidio *h. l.* hae rationes non videntur satis validae: quoniam et verbum ὁρίζειν significet *ordinare, constituere, facere*, et construatur sine praepositione εἰς, adducto in vtriusque probationem vel vnico loco Act. X, 42. *ipse* (Iesus) *est ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς, destinatus, ordinatus, constitutus iudex viuentium et mortuorum.* B. Lutherus: er ist verordnet von GOtt ein Richter der Lebendigen und der Todten. Sic Angli: *which was ordained of God.* Vsus itaque et significatio verbi ὁρίζειν non solum est *certi quid definire, constituere, decernere, determinare*, vti septies in N. T. sumi, ex locis Ebr. IV, 7. (vbi Syrus verbo ס׳ם *posuit, statuit* vsus est) Act. II, 23. X, 42. XI, 29. XVII, 26. 31. Luc. XXII, 22. (in quibus Syrus verbum פרש *separauit* adhibuit) satis superque constat; verum etiam *indicare*, (hinc Grammaticis modus *indicatiuus* ὁριστικὸς dictus) *declarare, demonstrare.* Nec animaduersio Lud. de Dieu *h. l.* nulla est, quod amplius quid per illud dicatur, quam *declarare*, nempe *definire, determinare*, id est, rem intra suos fines ac terminos ita constituere, vt ex iis natura rei intelligatur, qualis in se sit, et quomodo ab aliis differat. Hinc praemissa Hesychii verbi ὁρίζειν interpretatione per ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει, πιματίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει, *statuit, terminum dat, iudicat, in certa positione collocat, dirimit, disterminat*, ita vertit: *qui determinatus est esse Filius Dei*, id est, qui intra tales *terminos* est *constitutus* iisque ab aliis ita est *diremtus ac disterminatus*, vt *iudicari* aliter nec debeat nec possit, quam quod sit filius Dei. Haud fere aliter Wilh. Momma *meditat. posth. ad Rom. h. l. p. 45.* qui praecise definitus, determinatus, singulariter denotatus, et intra hunc terminum compactus est, vt „vnus et solus prae omnibus aliis, cum exclusione omnium aliorum, sit filius Dei.„ Quando igitur Filius Dauidis ita intra *terminos* suos *constituitur*, eoque a communi omnium creaturarum sorte *separatus* est, vt natura quoque diuina eius dilucide *cognoscatur*, vt idem sit *Filius Dei* non ἐν λόγῳ, non υἱὸς λεγομένος *filius appellatiuus*, sed ἐν δυνάμει *cum potentia*, quid aliud hoc est, quam logica et distincta illius *definitio*, *apodictica demonstratio ac declaratio?* quemadmodum interpretatur (α) ipse Spiritus s. nostrum ὁρισθεὶς per ἀποδεδειγμένος *demonstratus*, Act. II, 22. (β) Syrus ואתידע *et cognitus*, declaratus, *est*, und öffentlich erkannt ist: quomodo *Deus* dicitur נודע *in Iuda* i. e. illustribus ac lucu-

lentibus

tentibus teſtimoniis *manifeſtatus* et *publice agnitus*, Pſ. LXXVI, 2. ſic *Deus* dicitur נודע *Aegyptiis*, Ieſ. XIX, 21. "Vt autem concludere inde" non licet, *Deum Iſraëlis non fuiſſe ante illam manifeſtationem Sionis et* "*Aegypti*: ita nec h. l. ſequitur, *Chriſtum factum ex ſemine Dauidis, non* "*fuiſſe ante illum* ὁρισμὸν ἐν δυνάμει. Aliud quippe eſt: ex reſurrectio-" ne demonſtrari vel manifeſtari Dei filium: aliud per illam fieri et in actu ſignato definiri„ ſunt verba B. D. Varenii *ad h. l.* (γ) Patres Graeci, vt Chryſoſtomus, Theophylactus, Oecumenius, quibus ὁρισθέντος idem eſt ac δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, ἀποφανισθέντος, *quibus de propria vocis graecae ſignificatione potius credendum, quam Pontificiis et Socinianis*, merito dicimus cum BB. DD. Gerhardo et Iac. Wellero *h. l.* Et hanc expoſitionem communiter amplectuntur noſtrates et fere Reformati. Cap. I.

II. ἐν δυνάμει, quod iuxta ebraiſmum *aduerbialiter* cum Luthero Belgis, Beza, Pagnino, Wittichius, Gerhardus, Iac. Wellerus, Varenius, aliique pro δυνατῶς *potenter* accipiunt. Sed quia tum potius haec vocum ſyntaxis requireretur ἐν δυνάμει ὁρισθέντος, vel ὁρισθέντος ἐν δυνάμει; et ἐν δυνάμει proxime conſtruatur cum υἱοῦ θεοῦ, *dicatque terminum, definitionem filii Dei ingredientem, quo probetur et dignoſcatur eſſe talis*, vt loquitur laudatus Dieuius *h. l.* praeſtabit cum eodem, Pareo, Iuſtiniano, Seb. Schmidio *h. l.* et aliis accipere pro periphraſi nominis adiectiui, *in*, vel *cum potentia*, vti Angli *with power* h. e. potens ſ. omnipotens, idque iuxta alium ebraiſmum, quo adiectiuum etiam ſubſtantiuo mediante praepoſitione non raro exprimitur, vt 1. Chr. XXVI, 14. יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל *conſiliarius cum intellectu* h. e. intelligens, prudens. Vid. Glaſſ. *Gramm. ſ. can. 9. col. 570.* et *Lux Ebr. p. 271.* vt ſic diſtinguatur hic Filius Dei omnipotens, adeoque naturalis et vnigenitus ab omnibus aliis filiis adoptiuis impotentibus, infirmis. Nec ratio eſt cum Seb. Schmidio, quare potentia reſurrectioni contradiſtinguatur; cum reſurrectio ſit maximum potentiae opus: et nihil decedat rei, ſi maxime opera potentiae hic non ſtatuamus, cum nihilomius in reſurrectione mortuorum habeamus. quibus addatur, quod in loco Act. II, 22. non dicatur ἐν δυνάμει, ſed δυνάμεσι.

III. Κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης) *ſecundum Spiritum ſanctitatis*, hoc eſt, cum Beza, Diod. Belg. Cameron. Pareo, Piſcat. Dieu, Momma, Wittich. *h. l.* Gerhardo, Wellero, Brentio, Calouio, Seb. Schmidio

CAP. I. *h. l.* secundum diuinam Christi naturam, coll. Ebr. IX, 14. 1. Petr. III, 18. 1. Tim. III, 16. omnis sanctitatis (vti ἁγιωσύνη sumitur 1 Thess. II, 13. 2. Cor. VII, 1.) vel sanctificationis causam et scaturiginem, cum Christus sit τὸ ἅγιον Luc. I, 35. קדוש Ies. VI, 3. קדש קדשים *sanctitas sanctitatum*, i. e. omnium sanctissimus, Dan. IX, 24. ὁ ἁγιάζων et nos ἁγιαζόμενοι, Ebr. II, 11. Non dicitur διὰ *per* vt intelligenda sit tertia diuinitatis persona, sed κατὰ *secundum, quoad*. Euincit etiam antithesis κατὰ σάρκα et κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, vi regulae Theologicae: Quando in Scriptura Spiritus et caro in CHRISTO sibi opponuntur seu expresse seu interpretatiue, vt per carnem humana Christi natura, ita per spiritum diuina natura eiusdem indigitatur; vel vt B. D. Baierus *Dissert. ad I. Petr. III, 18. anno 1689. habita p. 13.* eam expressius paulo format: Nomine σαρκὸς naturam humanam in statu infirmitatis spectatam, et τῦ πνεύματος diuinam naturam ratione virtutis et potentiae suae intelligi debere. Nec praetereunda hic sunt verba Stephani de Brais apud Polum *h. l.* Optime, inquientis, constat distributio personae Christi *in carnem* h. e. naturam humanam infirmam atque mortalem, qualem nascendo assumsit; et *spiritum* h. e. naturam diuinam atque aeternam, secundum quam describitur Dei filius, et quidem vt *iustificatus spiritu* 1. Tim. III, 16. h. e. non amplius sub carnis infirmitate latens, sed ea gloria et maiestate conspicuus, propter quam *sanctus Israëlis* pari adoratione cum Patre colendus in sua demum resurrectione apparuit, edicente Patre: *Filius meus es tu, ego hodie genui te* Ps. II, 7. Act. XIII, 32. 33 *et omnes Dei angeli adorent eum*, Ebr. I, 6. Hinc natum epitheton ἁγιωσύνης. *Sanctitas* enim in Deo est summa illa perfectio atque maiestas, propter quam adoratione dignus est, et *sanctus* praedicatur, Ps. XXII, 4. Ies. VI, 3. Apoc. IV, 8.

IV. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν] Vbi notanda est primum particula ἐξ *h. l. argumenti* demonstratiui a Prophetis et Apostolis *ex resurrectione mortuorum* maxime depromti, quod Christus sit verus et naturalis et omnipotens Dei Filius, conf. Seb. Schmidius *h. l.* non *temporis* aut *termini a quo*, cuius nota foret ἀπὸ. Licet enim non negemus cum Estio, praepositionem ἐξ vel ἐν quandoque esse notam *temporis* aut *termini*. nam quod passim reperitur

reperitur ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, Marc. VI, 16. IX, 9. 10. Luc. IX, 7. alibi CAP. I.
est ἀπὸ τῶν νεκρῶν, Matth. XIV, 2. XXVII, 64. XXVIII, 7. ceu pro tuenda Lutheri versione hoc affert D. Varenius *h. l.* Id tamen perspicacissimum cetera virum haut latere potuit, probationem illam ad nostrum locum non esse homogeneam: ibi particulam ἐκ supponi *incomplexe* seu *in se sin diuiso*, hic *complexe* seu *in sensu composito*, ibi manifeste determinare *vocem*, hic *voces* siue integrum doctrinae Christianae caput. Neque dicitur δι' ἀναστάσεως *per resurrectionem*, vt denotetur principium et medium ὁρισθῆ ἐν δυνάμει s. maiestatici ab ipso *Christo* vel *Deo patre*. Deinde eodem prorsus sensu sumi ἀνάστασιν νεκρῶν et τὴν ἐκ νεκρῶν erudite obseruat Lud. de Dieu *Crit. s. h. l.* coll. Matth. XXII, 31. 1. Cor. XV, 12. 13. Act. XXVI, 23. cum Luc. XX, 35. et Act. IV, 2. adeoque eam phrasin vni etiam homini posse tribui. Hinc esse quod Act. XVII, 32. de Athenienſibus dicatur, ἀκούσαντες δὲ τὴν ἀνάστασιν νεκρῶν, cum tamen Paulus v. 31. de solius Christi resurrectione egisset. Sic Paulum Phil. III, 11. optare καταντᾶν εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, non eo sane sensu, vt pertingat ad aliorum mortuorum resurrectionem, sed vt ipse aliquando beate e mortuis resurgat. Ex parallelo itaque phraseos illius positu, notante etiam Varenio, non probabile est, vt quidem eidem est, particulam ἐξ ne bis concurreret scil. ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν semel omissam esse; et si vel maxime ita esset, tamen idem nec diuersum quid a priori diceretur.

V. *Versio* itaque et sensus totius loci est: **Der** [vel **und**] **erwiesen ist** [mit stattlichen und überzeuglichen Gründen durch die Propheten und Apostel] **Daß er sey** [ita et Angli *to be*] **Der allmächtige Sohn GOttes / nach der allerheiligsten GOttheit /** [hergenommen vornemlich] **aus seiner Aufferstehung von den Todten.**

CAP. III.

v. 25.

Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ.

v. 26.

Cap. III. v. 26.

Πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ.

In quo loco notamus

I. duplicem ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης *demonstrationem iustitiae*. Priori loco cum Hunnio, Rungio, Balduino, Gerhardo, Calouio, et Seb. Schmidio *h. l.* item Wittichio *h. l.* intelligitur *iustitia Dei patris vindicatiua*, cui pro hominibus satisfaciendum fuit, et quam Deus demonstrauerit in passione Christi, dum et a filio suo vnigenito dilectissimoque tanquam sponsore satisfactionem requisiuit et accepit: posteriori *iustitia Christi nobis imputanda*; cuius *ostensio*, vt optime ait Schmidius, est eiusdem commendatio et declaratio, quam gratiosa, magna et efficax illa pro nobis sit. Quem duplicem respectum clare confirmat variatio partim pronominis *reciproci* αὐτοῦ, et *relatiui* αὐτῷ; partim *particularum* εἰς causam *finalem* iustificationis, et πρὸς *formalem* iustificationis Christi pulcre insinuantium; partim illius *iustitiae et gratiae* admirabilis complexus in membro vltimo, simul vocum δίκαιον καὶ δικαιοῦντα eleganti paronomasia: nempe εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον respondet priori ἐνδείξει, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ respondet ἐνδείξει posteriori. Qua sane ratione non durum est, ceu D. Varenio, δικαιοσύνην in vno eodemque textu tam varie sumi. Quanquam nec hoc plane insolens sit in scriptura vnam eandemque vocem vel in eodem versu diuersam habere significationem. Sic Iud. X, 4. עָרִים significat *asellos* et *vrbes* c. XV, 16. חֲמוֹר *asinum* et *aceruum* 1. Sam. XVII, 22. הַכֵּלִים prius *sarcinam* Dauidis, quam humeris gestabat, posterius *impedimenta bellica, le bagage de l'armée*. Eccl. VII, 6. סִיר *spinas* et *ollam*. Supponit itaque Varenius cum B. Luthero vtrobique eandem *iustitiam euangelicam* et h. m. vertit: *ad demonstrationem iustitiae suae - - - ad demonstrationem* inquam *iustitiae suae* etc. sic et Anglica versio.

II. Vocem πάρεσις, quam Beza et Hammondus reddunt *praeteritionem*, nec aliter e nostris B. Steph Clotzius *in dissert. inaug. de Agno Dei tollente pecc. m. th. 13*. Schomerus, et Varenius *h. l.* addens *remissiorem tractationem*. Sed hanc cum interpretationem in suum commodum trahant Sociniani, et in hoc pollicem eis prementes Cocceiano-hypothetici, ac si fideles V. T. minus plene iustificati sint, tantum per peccatorum πάρεσιν s. *praeteritionem, negligentiam*, quandoquidem Christus nondum passus

passus esset, non vero per ἄφεσιν s. *remissionem*; praestat omnino signi- CAP. III.
ficatio *remissionis*, quam probat B. Wellerus et Calouius *h. l.* Docte pariter annotat Io. Clericus *h. l.* πάρεσιν idem prorsus esse ac ἄφεσιν, nec posse vrgeri praepositionem παρὰ, vt παρέναι idem habeatur ac παρορᾶν; et grammaticos et scriptores graecos παρέναι et ἀφέναι miscere. Laudatque mox non tantum Hesychium et Siracidem, sed et duo notabilia loca ex Dionysio Halicarnassaeo. Nec minus saepe laudatus Gottfr. Olearius noster vtriusque vocis ἀφέσεως et παρέσεως plane promiscuum esse vsum docet *Obseruat. Philol. ad orat. Dom. petit. V. Matth. VI, 10. et ad Matth. XI, 12. P. II. sect. II. § 6.* Haut aliter Wit„tichius ad *h. l. p. 146.* Non dubitamus, apud auctores graecos promiscue „sumi voces ἄφεσιν et πάρεσιν et idem plane significare. Et *p. 147.* Ni„hil repugnat, quo minus hoc in loco πάρεσις possit significare remissio„nem peccatorum, quae obtinebat sub V. T. - - - - docebitur distinctio inter remissionem peccatorum eorum, quae sub V. T. sunt commissa, et eorum fidelium peccatorum, qui sub N. T. viuunt - - - dicere peccata sub V. T. non fuisse remissa, duriusculum forte multis videtetur.

III. Verba ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ *in tolerantia* (i. e. tempore tolerantiae, s. induciarum ob λύτρον praestandum, sub V. T.) *Dei*, quae auctor distinctionis versuum ad v. 26. retulit, melius ad v. 25. referuntur cum B. Luthero, Anglis, Wellero, Er. Schmidio, et Seb. Schmidio aliisque, quibus tum apte contradistinguuntur verba ἐν τῷ νῦν καιρῷ *hoc praesenti tempore* i. e. N. T. De hac mutua relatione conferri quoque meretur Act. XVII, 30. Hinc liquet, patribus etiam V. T. remissionem peccatorum contigisse per fidem in Messiam passurum, eodem modo, quo fidelibus N. T. per Messiam passum; et ita vtrobique vnum eundemque esse iustificandi saluandique modum, Act. XV, 11.

IV. *Sensum* totius dicti verbis Seb. Schmidii lubet edisserere: Deus pro„posuit Christum Iesum propitiatorium per fidem in sanguinem eius, „quem sanguinem Christi Deus pater voluerit et requisiuerit pro humano „genere effundi, vt demonstretur, quod, quando Deus remittat peccata „ante Christum et fidem gentilium et Iudaeorum, quin et quorumcunque „ante Christum sub V. T. olim commissa, iustitia sua vindicatiua non sit „laesa, cum per sanguinem Christi satis factum ipsi sit; qua ratione nobis si„mul egregie commendauit iustitiam ipsius Christi sanguine acquisitam, „et nobis per fidem imputandam, quantum haec pro nobis nunc sub N. T.

CAP. V. „et vbi per Christum iam reconciliati et conuersi sumus, valeat; siquidem si „peccata hominum antequam sanguis Christi effunderetur, vel saltem per „fidem applicaretur, propter iustitiam Christi remitti potuerunt sine lae„sione iustitiae Dei vindicatiuae, quanto magis remitti poterunt peccata hoc „tempore, quo sanguis Christi iam effusus, aut nos quoque in eum credi„mus, commissa? sensus in se, addit, sine dubio optimus est, infr. c. V, 8. „9. 10. 11. a nostro Apostolo traditus, sed et nostris verbis, si non totus „fallor, congruus. sic etiam aptissime cohaerebunt verba seqq.

V. *Versio* denique haec est: Welchen GOtt hat fürgestellet (in V.T. propitiatorium super arca foederis tantum ἔβεσο *ponebatur* intra velum, soli Pontifici conspicuum, sed in N.T. rupto velo προέθεσο *propositum est* publice omnibus et singulis *cum fiducia ad thronum hoc gratiae accessuris*, Ebr. IV, 16.) Zu einem Gnadenstuhl/ durch den Glauben in seinem Blut/ damit er seine Gerechtigkeit erzeigete/ wegen Vergebung der vorhin begangenen Sünden (conf. Ebr. IX, 15. vbi hic προγεγονότα ἁμαρτήματα clarius exprimit τὰς ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεις die unter dem ersten Testament geschehene übertretungen) unter Göttlicher Gedult (und Nachsicht/ intuendo scil. Filium suum in plenitudine temporis animam suam εἰς ἀπολύτρωσιν pro hominibus daturum) um zuzeigen deßelben (Christi vollgültige und überfließende) Gerechtigkeit in dieser gegenwärtigen Zeit (des N.T.) Auf daß er [allein] gerecht sey/ und gerecht mache den/ der da ist des Glaubens an JEsu.

CAP. V.

v. 16.

Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.

Ellipsin (α) *in protasi* supplent diuerse, in sensu non aeque diuersam. Erasmus, Tigurini, Balduinus; *venerat mors*; Vatabl. Camerar. *fuit* vel *subintrauit peccatum*; Beza, Piscator, Gerhard. Cundisius *Disput. adh. l. th. 54.* et Rauppius *h. l. illud quod introiit.* omnia ex v. 12. remotiori. e propinquiori ἀπέθανον adsciscit verbale θάνατος Grotius. Quid vero opus est, adeo circumspicere ad supplementum exterius, cum habeamus interius

us intra hunc ipsum versum ? quo propius eo melius. Quis enim non videt, comparationem parium concisam et subobscuram in subsequente membro magis declarari ? quodque in priori deest, in posteriori suppleri? supplendum igitur τὸ κρῖμα *reatus*, sicuti in membro altero post ἐξ ἑνὸς recte ex ultimo supplent παραπτώματος. Quemodo alias saepe pro more scripturae membrum ex membro supplendum et explicandum. Ita in cap. seq. VI, 5. ante τῆς ἀναστάσεως repetendum τῷ ὁμοιώματι. Pariter c. VII, 13. post verba ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία· omnino subaudiendum, eleuata voce indicatu facile, ἐμοὶ γέγονε θάνατος, *sed peccatum factum est mihi mors*, non bonum praeceptum. Conf. Ebr. V, 4. 5. *in notis nostris p.* 32. (β) *In apodosi* non solum particula ὅτω ex v. praecedente suppletur, sed et ἔχει, vel quo nihil frequentius verbum substantiuum ἐστὶ, quod vtrobique simpliciter substituit versio Anglica. At sic manca euadit similitudo, altero subiecto deficiente. Seb. Schmidius praeter ἔχει subaudit ὡς δι ἑνὸς ἁμαρτήσαντος resoluendum conditionaliter h. m. *et non se donum habet, quasi per vnum peccantem sit.* sed non placet id supplementi, multo minus dura ista mutatio orationis indicatiuae in conditionalem. Repetitio debet fieri vniuoce. Sin exacte et formaliter membra collationis sibi inuicem respondere et contradistingui debeant, cum non videatur Schmidio sine emphasi et graui causa positum esse δι ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, quod vero in aliorum supplementis fere otiosum sit, potius subintellexerim ἑνος δικαιώσαντος *vnum iustificantem.* Iam *Versio* plena haec erit:

Nec, vti reatus *per vnum peccantem, ita* est *donum*) idem quod in v. praeced. χάρισμα, et δωρεὰ ἐν χάριτι *donum in gratia* i. e. donum gratuitae iustitiae Christi vti exponitur v. 17. περισσεία τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης, *abundans donum iustitiae* per vnum iustificantem. *Reatus namque est ex vno* lapsu *ad condemnationem: donum autem est ex multis lapsibus ad iustificationem.* Versio Lutheri magis paraphrastica satis bonum et clarum fundit sensum.

v. 18.

Ἄρα οὖν ὡς δι ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα· Οὕτω καὶ δι ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς δικαίωσιν ζωῆς.

Hic iuxta Er. Schmidium, Piscat. Wittichium, et Rauppium, incipit comparationis ἀπόδοσις, cuius πρότασις exstet v, 12. quam hic reassumat

Cap. V. Apostolus, sed verbis aliis. Sed id merito durum Seb. Schmidio, cui rectius est conclusio ad finem vsque capitis continuanda, vt sit breuis summa eorum, quae hactenus a v. 12. disputata sunt, q. d. Patet itaque, vt tandem concludam, ex dictis, quod hactenus sit paritas similitudinis inter Christum et Adamum, dum sicut *per vnius delictum* etc. sit tamen quaedam etiam disparitas, dum magis *exuberauit gratia, quam delictum*; quod quidem etiam necessarium fuit, propterea quod *lex superueniens abundare fecit delictum*. Itaque in hoc et seq. versu concluditur de paritate: in versu 20 de *imparitate*. Hunc nexum conclusiuum iam etiam fecit B. Calouius h. m. ἀπρα hic potius est *inferentis*, quam repetentis et ad priora redeuntis. Nam concludit ex iis, quae iam pertractauit Apostolus, atque demonstrationem hic conficit sui thematis ex illa ἀνυπόθεσι elegantissima *Adami et Christi*. Hinc

Versio versus itidem elliptici haec erit:

Itaque (ergo) sicut per vnius lapsum s. *delictum* reatus est (coll. v. 16.) *in omnes homines, ad condemnationem: ita etiam per vnius iustitiam*, siue potius *satisfactionem*, [conf. *not. nost. ad Ebr. p. 34. 35.*] donum in gratia redundauit (coll. v. 15.) *in omnes homines, ad iustificationem vitae.* S. Schmidius in priori membro supplet ex versu proxime praecedente *regnauit mors*: in posteriori *regnat vita*. quod supplementum concedit quoque Wittichius *h. l.* Nobis tamen cum Beza, Piscat. Pareo, Anglis, Er. Schmid. Gerhardo, Wellero, Cundisio *Disp. cit. th. 57.* Rauppio aliisque magis placet id quod posuimus, partim ob constructionis identitatem, partim ob concinniorem relationem *reatus* s. *iudicii* praecedentis ad exsecutionē *damnationis*, item *donatae iustitiae* s. *satisfactionis* ad finem *iustificationis vitae*. Verum *regnans mors et vita* est iam ipsa *condemnatio* et *iustificatio vitae*, adeoque pulcerrimus ille respectus Apostoli inter *imputationem* eiusque *finem et effectum* perturbatur; cum tamen ipsi Schmidio videatur studio Apostolus elliptice locutus esse, vt clare ostenderet, quae in comparatione parium membra facienda sint, nim. haec tria; sicut ex parte Adami inueniuntur (1) *vnius peccatum* (2) *in omnes homines* (3) *in condemnationem*: ita ex parte Christi (1) *vnius δικαίωμα, iustitia* (2) *in omnes homines* (3) *in iustificationem vitae*. Eadem ratio valeat in ebraismum h. l. Grotii, cui εἰς respondet ebraeo ל et denotat nominatiuum post subintellectum יֵשׁ. Atque sic Syrus et B. Lutherus. Ceterum quomodo differant δικαίωμα

κάωμα v. 16. *δικαιοσύνη* v. 17. *δικαίωσις* v. 18. hic probe notetur : nim. *δικαίωμα* est iustitia h. e. obedientia Christi actiua et passiua. *δικαιοσύνη* est meriti Christi morte acquisiti per fidem applicatio, Rom. III, 22. *δικαίωσις* actum iustificationis nostrae significat, docente B. D. Meisnero *anthropol. s. disp. 4. qu. 1. § 10.* et ex eo B. Cundisio *disp. c. ad h. l. th. 58.* nec aliter Toleto ap. Polum *h. l.* CAP. VI.

CAP. VI.

v. 4.

Διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός.

Vbi Beza et Pareus *διὰ* reputant pro *εἰς* vertendo : *in gloriam patris.* Quae enallage tamen dura videtur D. Wellero *h. l.* et *διὰ* pro *εἰς* vsurpari nondum didicimus, ait Lud de Dieu *ad h. l.* Cum vero significatio *gloriae* non bene quadret ad verbum *ἐγερθῆναι excitari*, ideo rectius redditur: *per potentiam patris*, vel vt alii per *potentiam glorioſam*, cum vtique potentia Dei hoc praedicatum inuoluat ; et erudite obseruat idem Dieuius, cum Grotio et Camerone, didicisse Apostolum hoc ex LXX interpretibus, qui pro ebraeo כבוד *robur* dicunt *δόξα* Ps. LXVIII, 35. Iesa. XII, 2. et XLV, 24; item *τιμὴ* Ps. XXIX, 1. et XCVI, 7. et XCIX, 4. Rursus *δόξα* pro און *robur* Iesa. XL, 26. sicut contra pro נאון *excellentia*, quod per *δόξαν* non raro vertunt, alibi *ἰσχὺν robur* dixerunt, vt Iesa. II, 10. 19. 21. Addit, quod apud Arabes idem verum כבד significet *potentem esse* et *honoratum esse.* Conf. Ioh. XI, 40. vbi Christus ad Martham super iam iam excitando Lazaro dicit : *nonne dixi tibi, quod si crederes, visura esses τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ potentiam Dei* : et 1. Cor. VI, 14. vbi Deus dicitur *suscitasse Christum διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.* item 2. Cor. XIII, 4. vbi Christus dicitur *viuere ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.* Haec hactenus recte et bene. Sed quomodo nunc cohaerebit *ἀπόδωσις* opposita? *ἕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* quid *nouitas vitae nostrae* ad excitationem Christi *per gloriam* vel *potentiam patris?* Id ipsum videns Wittichius nec non B. Schomerus seruato significatu *gloriae διὰ* exponunt per *ἐν*, vt Christus dicatur *excitatus in gloria patris.* Noui equidem *διὰ* interdum vsurpari pro *ἐν*, vt in hac ipsa epistola c. IV, 11. credentium *δι' ἀκροβυστίας in praeputio*, coll. v. seq. 12. vbi est *ἐν* : 2. Petr. III, 5. *δι' ὕδατος in*

Cap. VIII. *aqua*: 1. Tim. II, 15. *saluabitur mulier* διὰ τεκνογονίας *in filiorum generatione*: sic apud profanos διὰ χειρῶν, διὰ στόματος, ἔχειν *in manibus, in ore habere*; attamen cum hic ἐν statim subsequatur, Paulum vnum significatum ἐνυπάρξεως gemina praepositione exprimere voluisse, mihi non fit verisimile. Verisimilius potius, quod sit concisa locutio, cuius membra se inuicem explicant, et supplent, agnoscente pariter Seb. Schmidio *h. l.* idque perspexisse videtur magnus Grotius, dum vertit: *per potentiam, quam gloria sequitur*, vt sic *nouitas vitae* respondeat *gloriae Patris*. Integra collationis ratio ita foret: *Quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per potentiam patris, et in uoua glorioſaque vita nunc in aeternum versatur: ita etiam nos peccatis mortui resuscitemur*, coll. Rom. VI, 13. Eph. II, 5. 6. V, 14. *et in nouitate vitae ambulemus*.

Cap. VIII.

v. 3.

Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.

Versio cum breui paraphrasi haec est:

Quod enim erat impossibile (vel *quae erat impossibilitas*; sumto articulo praepositiuo τὸ Attice cum Beza, Anglis et Ad. Conzenio et Varenio pro postpositiuo ὅ et adiect. neutr. loco substantiui, sicuti c. I, 19. τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ *notitia Dei*. c. II, 4. τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ *benignitas Dei*. c. IX, 22. τὸ δυνατὸν αὐτοῦ *potentiam suam* etc.) *Legis, quatenus*, vel *ea parte qua* (cum Erasmo, Tigur. Vatabl. Estio, Piscat.) *infirmata est* (coll. Ebr. VII, 18. nim. ratione iustificationis) *per carnem* (h. e. naturam humanam in Adamo quoad omnes vires corruptam, quo sensu etiam Apostolus carnis vocem accipit c. VI, 19. VII, 5. 18. 25. VIII, 1. 12. 13. etc.) *Deus*, (vbi non opus est cum Erasm. Tigur. Piscat. Luth. Gerhardo, Glassio, et Schomero supplere *hoc praestitit*, aut cum D. Varenio *perfecit impletionem legis*) *qui filium suum in similitudine carnis peccati* siue *peccatricis* (quae phrasis non naturae humanae veritatē, sed peccati foeditatem a Christo excludit) *et quidem tanquam hostiam*

ſtiam pro peccato (cum Piſcat. Pareo, Dieu, Hammondo, et Wittichio *h. l. p. 327. et Inueſtig. Ep. ad Ebr. X, 6. p. 270.* B. Chemnitius *de duab. Ch. nat. c. 3.* Varenius *h. l.* et Dn. D. Ittigius ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, *diſſert. ad h. l. §16. 17.* qua phraſi elliptica θυσίας et LXX vtuntur Pſ. XL, 7. Leu. V, 7. 9. 11. etc. quos Paulus ſequitur Ebr. X, 6. adde 2. Cor. V. 21.) *miſit, condemnauit peccatum.* (cum illud in iudicio ſuo veluti per damnatoriam ſententiam vltione et poena dignum aeſtimauit, quemadmodum ipſae poenae inflictio haut raro ſub condemnationis voce comprehenditur, vt 2. Petr. II, 6. vid. D. Ittigius *l. c. § 18.*) *in carne* (np. *Filii*, vi etiam articuli ἐν τῇ σαρκὶ, q. d. in illa ipſa carne, quam Dei filius aſſumſit, cum inſſimilitudine carnis peccati miſſus eſt. et ita accipiunt cum Syro, Caſtellione, Pareus, Piſcator, Hammondus, Altingius *conc. 10. ad c. 8. huius Ep.* Wittichius *h. l. p. 328.* Gerhardus *ad 1. Petr. Ep. p. 57.* Calouius *B. I. h. l.* Varenius *h. l.* celeberrimus ac poſt fata deſideratiſſimus Ittigius noſter, cuius doctiſſima diſſertatio *ad h. l.* integra conferri meretur, et ἐπίκρισις de *inſulſo illo locorum quorundam N. T. indagatore*, vt iure ſalutat, Trillero *ſuper h. l. § 2. et 19.*

CAP. IX.

v. 3.

Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου.

Ad verbum ηὐχόμην bene Grotius, Camerarius et Gerhardus particulam ἄν ſubaudiunt, habetque vim *optatiui*: *Optarem* quidem, ſi ſcil. votis res peragi poſſet, et per Chriſti amorem (coll. c. VIII, 35. 39.) liceret. Ita et *imperfectum pro optatiuo* adhibetur Act. XXV, 22. ἐβουλόμην pro βουλοίμην ἄν *vellem*, ich wolte gerne. Pronomen perſonale ἐγὼ, relatiuo αὐτὸς l. c. Act. non additum, hic eſt *emphaticum*, innuens *dignitatem perſonae* optantis, q. d. *ipſe ego* Paulus, qui ſum *ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus* (non currens) *Apoſtolus, ſeparatus* [ſeu ſingulariter per Spiritum ſ. ex grege reliquorum delectus coll. Gal. I, 15. 16. et *tanquam oblatio primitialis a frugibus communibus ſegregatus* tum *paſſiue* εἰς εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, tum *actiue*, vt facerem τὴν προσφορὰν τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτον, Rom. XV, 16.) *ad Euangelium Dei*, c. I, 1. nihilo ſegnius *ego* talis et tantus

Cap. IX. tus *optarem*, si mea pernicie salutem iudaeorum procurare posſem, fieri seruum diaboli, cum vocato Iona fugere a facie Domini, et separari vt ἀποπομπαῖον et victimam piacularem. et hoc est quod addit: ἀνάθεμα εἶναι et quidem ad maius pondus ἀπὸ τοῦ χριστοῦ a beatifica communione eius, qui IPSVM dilexisset, et se ipsum pro IPSO tradidisset, et a cuius mutuo amore alias nulla creatura χωρίσαι *separare* [nullo interuallo] posset, quod sane ὑπερβολὴν τῆς ἀγάπης iure meritissimo dixeris. Voce autem ἀνάθεμα exprimit Apostolus excommunicationis Iudaeorum alterum gradum חֵרֶם, quod et Syrus exprimit, vbi excommunicandus irae Dei eiusque iudicio s. satanae tradebatur. Conf. I. Cor. V, 5. et I. Tim. I, 20. Et videtur ille Ebraeus ex Ebraeis imitatus esse formulam illam Talmudicam summi amoris, qua populus in summi Pontificis solatium dicebat אנו כפרתך *simus expiatio tua: tract. Misch. Sanhedrin fol. 18. col. 1.* quod glossa exponit: בנו תתכפר אתה ואנו תחתיך לכל הראוי לבוא עליך h. e. *in nobis fiat expiatio tua, nosque subeamus tuo loco, quicquid tibi euenire debet.* Videsis Buxtorf. *Lex. Rabbin-Talm. col. 1078.* et Othonis *Lex. Rabb. philol. p. 343.* Quanquam formula Apostolica maioris sit momenti propter additamentum *a Christo.* Nec potest huc vt parallelum trahi votum Mosis Exod. XXXII, 32. מחני נא מספרך אשר כתבת *dele me ex libro tuo quem scripsisti.* intelligit enim Moses *deletionem* tantum *ex libro vitae naturae*, vti sui ipsius optimus est interpres Num. XI, 15. הרגני נא הרג *occide me quaeso occidendo.* Atque ita rectius hanc phrasin accipiunt Seb. Schmidius, et Bochartus *Geogr. s. P. II. p. 1211.* cum Hieronymo *allegata eiusdem epist. 151. ad Algasium quaest. 9.*

v. 4.

αἱ διαθῆκαι

Inter *octo excellentias* Iudaeorum haec est *tertia.* Rationem plur. num. quaerunt alii in foederis cum Abrahamo initi varia cum posteris reiteratione et confirmatione: alii in duabus tabulis foederis ex Ebr. IX, 4. Sed melius alii in oeconomia duplici tum V. tum N. Testamenti, petitque pro hoc sensu fundamentum Lud. de Dieu ex Gal. IV, 24. vbi Apostolus allegoriam *Sarae et Hagaris* instituens ait: αὗται εἰσὶν αἱ δύο διαθῆκαι *haec sunt duo foedera s. testamenta*, Vetus nempe et Nouum, operum et gratiae, seruitutis et libertatis. Etsi enim ratione veritatis, firmitatis ac complementi

complementi sui posterius illud ad tempora Christi proprie pertinuit, ratione tamen institutionis (adde et virtutis) et hoc ad tempora patrum referendum. Alterum enim in Hagare, alterum in Sara fuit adumbratum, et iam tum *Ismaël ex serua* natus fuit sub foedere seruitutis, *Isaac ex libera* sub foedere libertatis. de duobus his foederibus agit Deus cum populo suo Ier. XXXI, 32. 33. Vbi porro bene obseruat idem Dieuius, nouum illud foedus proprie ac primario a Deo cum domo Israël pangi, et nonnisi per domum Israël cum gentibus. Inde illud Apostoli Act. XIII, 46. quia foedus gratiae ad eos primo pertinebat, et ab illis ad gentes dimanare debebat, neque ad gentes pertinet, nisi quatenus Iudaeorum oleae sunt insiti, Rom. XI, 17. Merito ergo dicit, foedera esse Israëlitarum, quia nos illa nisi ab illis habemus. Cap. IX.

v. 6.

οὐχ οἷον δὲ

Quod alii exponunt per *impossibile*, *fieri non potest*, quam expositionem Er. Schmidius praefert, subaudientes scil. verbum ἐστὶ post nomen οἷον, tanquam positum pro οἷόν τε i. e. δυνατὸν. Sed cum istud nomen illam significationem adsciscit, solet construi cum infinitiuo, atque ita dicendum hic fuisset οὐχ οἷόν τε ἐκπεπτωκέναι. Hinc cum Piscatore Rauppius *h. l.* illam interpretationem praefert, qua οἷον notet particulam similitudinis *quasi*, non dico autem *quasi quod exciderit*, probatque ex loco Platonis, vbi dicatur οἷον ὕπνος *quasi somnus* [mors.] Sic et Angli vertunt: *Not as trough the word of God hath taken none effect.* Ast cum hic sit constructio cum nomine substantiuo, adducendum fuisset simile exemplum constructionis cum verbo, idque mediante particula ὅτι, quod neglexit Anglica versio. Quare adhuc dum inhaeremus communi, ipsiusque B. Lutheri: aber nicht ſage ich ſolches; quia melius cum antecedentibus cohaeret, a qua etiam priores in sensu nihil discrepant. Respicit autem his Apostolus non ad proxime praecedentia, sed ad v. 2. et 3. Voluit etiam illico tacitae obiectioni occurrere argumento aduersatiuae δὲ aber/ *Si verum est, quod Paulo cognati secundum carnem Iudaei*, quorum tam insignia celebrantur priuilegia, *sint anathema a Christo, sequitur, verbum Dei esse inane, esse irritum.* nam verbum Dei promittit non anathema, sed gratiam Iudaeis, coll. Gen. XVII, 7. Ier. XXXI, 32. 33. Act. XIII, 46. *sed falsum imo impossibile est posterius. E. et prius.* Notanter autem dicit, ich ſage ſolches οἷον, non ich ſage das τοῦτο, quia

Cap. IX. quod sibi opponit, non expressis verbis in antecedentibus ponit, sed per bonam et pronam consequentiam inde fluit. Firmissima enim haec est consequentia: quod si Paulus optat esse anathema a Christo pro fratribus suis, E. illi ipsi anathema sint necesse est; alias votum foret vanum. Ex qua argumentatione Apostoli implicita discimus, fundamenta doctrinalia ita esse confirmanda, vt aduersariis cuncta κρησφύγετα eximantur, etiam ea, quae per speciosam sequelam inde elici queant. Respondet itaque Apostolus illationem maioris simpliciter negando: *οὐχ οἷον δὲ ἐκπε-πτ]ωκεν ὁ λόγ@ τ῀ θε῀* q. d. *ab illo anathemate consanguineorum Iudaeorum, ad excidentem sermonem Dei N. V. C.* (De phrasi ebraica *ἐκπίπ]ειν λόγον excidere verbum* conf. *Ebraism. nostr. p. 108.*) Probat autem Apostolus negatiuam suam:

οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ ἰσραὴλ, οὗτοι ἰσραήλ) Datur primum elegans *antanaἰσραὴλ lasis* in voce qualis quoque in *τῷ ἰουδαί@* loci huic apprime accommodi Rom. II, 28. 29. Deinde hinc talis nascitur prosyllogismus: Q. *non sunt ἀληθῶς* [Ioh. I, 48.] et *ἐν τῷ κρυπ]ῷ Israël, illis non factum est verbum promissionis. Quidam qui sunt ex Israële, non sunt ἀληθῶς* et *ἐν τῷ κρυπτῷ Israël. E. et illis non factum est verbum promissionis.* adeoque integritas foederalis, et reiectio iudaeorum pluralis non sunt *ἀσύσατα*. Notanter autem ait *Israël*, non *Israëlitas* vti v. 4. ad docendum, illud ominis, quod Iacob in hoc habuit nomine, habere omnes fideles, proinde etiam fidem Iacobi eos habere oporteat, absque qua ipse *Iacob* non fuisset *Israël*. Quo ipso grauiter confellit Iudaeos Apostolus, benedictionem quidem et beneficia Iacobi desiderantes, non vero simul ipsius fidem. Quare autem primum argumentum praeter ordinem ducat ab *Israël*, et non ab *Abrahamo*? id non fecit solum eo, quod nomen Israëlitarum magis vsitatius esset, quam Abrahamidarum, verum etiam vt ratio desideratae fidei et *παλιγγενεσίας* eo magis eluceseeret.

v. 7. et 8.

Οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀ῀βραὰμ, πάντες τέκνα etc.) Hic porro conceptae Iudaeorum instantiae: *Semen Abrahami sunt vere et ὄντως Israëlis filii. Iudaei sunt semen Abrahami. E.* respondet Apostolus: *A ratione seminali ad filiationem*, siue *τὴν ἐξουσίαν τέκνα θε῀ γενέσθαι*, Ioh. I, 12. *N. V. C. Propterea quod sunt semen Abrahami, filii carnis eius* adeoque *ἐν τῷ φανερῷ, non statim sunt filii Dei, filii promissionis*, et *ὄντως Israël,*

qui

qui soli apud Deum reputantur pro semine. v.8. Notanter iterum vocat Apostolus posteros Abrahami σπέρμα *semen Abrahami*, quia non tantum ex semine eius orti erant, sed etiam ab ipso qua generante, nil nisi corruptam naturam habebant, siquidem in semine non est aliquid spirituale et sanctum aut spiritus regenerationis, sed pura puta natura, adeoque Iudaei ex solo naturali descensu ab Abrahamo priuilegia gratiae ad se deriuare nequibant, cum non essent spiritus Abrahami, sed dundaxat eius semen, peccaminosum et corruptum semen, et τέκνα τῆς σαρκὸς *filii carnis.* Quomodo ergo hic illi consistent, qui haereditatem gratiae foederalis, et pietatem parentum in liberos asserunt? cum tamen nihil amplius sint, nisi ipsorum *semen*, corrupta massa, quid ad hanc haereditas *gratiae*, licet *ius ad gratiam. Iustus* ergo *fide sua*, non parentum, *viuet.* CAP. IX.

Τέκνα] Filii duplici sensu accipi possunt, partim qui ex sanguine Abrahami, Abrahami promissionem de *Messia*, cuius meritum causa filiationis nostrae est, de *ecclesia*, quae media filiationis spiritualis habet, et de *fide*, quae illa sibi applicat, possidebant: partim qui ad Abrahami *verbum et ecclesiam* fideliter se aggregabant. Posteriori modo etiam *Ismaël* et *filii Keturae* erant filii, sed non priori, quia in eorum prosapia neque propagatio Messiae et ecclesiae erat, sed in Isaaco eiusque posteris, itaque Isaac reliquis filiis Abrahami opponitur. Conferri meretur B. Dn. Winckleri Theologi quondam Hamburgensis longe meritissimi *breuis expositio german. huius c. IX. h. l.*

ἐν ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα] i.e. *Semen promissum*, ex quo *semen benedictum Messias*, *in Isaaco tibi praestabitur*, quam peculiarem vocis *vocandi* significationem, quando de Deo dicitur, ex Rom. IV, 17. Er. Schmidius ad *h. l.* et Matth. XXII, 3. obseruat, quam et cum significatione verbi ebraei קרא, quod saepe *realem denominationem* exprimit, optime conuenire, optime conuenienterque iudicat Dn. D. Ad. Heroldus *in pallad. Reform. a sua sede destr. ex hoc cap. IX. Ep. ad Rom. p. 42.* videsis *Luc. Ebr. p. 311.*

v. 10.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

Non solum autem scil. haec, cum Syro et Anglis, *sed et Rebecca* sc. docet vt Grotius, et Belgae *is daer van en bewijs*, vel vti B. Lutherus: ists mit dem (sc. Exempel Sarae, oder mit dieser) also/sondern auch mit der Rebec-,

Cap. IX. ca, Da ſie etc. τὸ ἐξ, ἑνὸς ex vno Nortonus Knatchbull interpretatur *ex altero* ſcil. promiſſionis verbo. Sed non placet illa interpretatio *relatiua elliptica*, nec ipſi rei congruens, quandoquidem Rebecca ante conceptionem non tale expreſſum habuit promiſſionis verbum, ſicuti Sara. Nuncupat autem Apoſtolus Iſaacum *vnicum*, quia vnicus erat Sarae filius, qualis non erat Iacob ſuae matris, vnde et ſolus haereditabat promiſſionem Abrahami et Sarae. Quanquam non magnopere repugnauerim acceptioni τῆ ἐξ ἑνὸς aduerbiali pro *ſemel* ſ. *vna vice*, cum Hammondo et B. Wincklero, cum in ea maior fere lateret emphaſis, quam exponam verbis Winckleri: Alſo daß ſie dieſe ihre zwey Söhne nicht nach und nach empfangen / und man alſo dencken möchte / daß deshalben etwas ſonderliches fürgefallen wäre / welches die Urſache Der Hinten-anſetzung oder Verwerffung des Erſtgebohrnen geweſen / ſondern es geſchah in einem Ehe-Bette / in einem Entfängniß / damit dringet der Apoſtel deſtomehr auf ſeine Wiederſacher / die ſolches nicht leugnen könten / weil die Hiſtoria Gen. XXV, 21. davon gar zu klar: denn was wolten ſie dagegen einwenden? Da ein einiges Geblüt des Patriarchen geweſen / und doch *aus dem einigen* zweyen Söhne entfangen und gebohren worden / deren der Erſtgebohrne / bey welchem ſich die Krafft des Geblüts mehr gezeiget / die Verheiſſung nicht / ſondern der jüngſte dieſelbe entfangen. Itaque cum *Iſaaco* et *Iſmaële* natalium diuerſitatem *reſpectu matrum*, illius *liberae*, huius *ſeruae* excipi a Iudaeis poſſe, praeuiderit Apoſtolus, *typum plane parallelum* ſubiungit *Iacobi* et *Eſaui* fratrum vno patre iuxta ac matre prognatorum, ex quibus tamen *ſolus Iacobus* fuerit *filius promiſſionis*.

v. 11.

Hoc verſu occurrit Paulus obiectioni Iudaeorum: *electionem Iacobi ad primogenituram et haereditatem promiſſionis factam eſſe propter* πρᾶξιν *boni*, *Eſauum vero ob* πρᾶξιν *mali ab ea reprobatum*: et docet, illam electionem ſ. praelationem iam ante eorum natiuitatem, vllamque ita rationem *meriti*, ſed potius ex mera et indebita miſericordia vocantis Dei factam eſſe. Quoad voces

Ἡ κατ' ἐκλογὴν τῆ θεῆ πρόθεσις] notetur, illud κατ' ἐκλογὴν non habere ſe per modum *cauſae* vel *regulae*, ac ſi ἡ ἐκλογὴ regula eſſet πρόθεσεως, qua ratione potius ἡ ἐκλογὴ facta dicitur κατὰ πρόθεσιν, item

κατὰ

κατὰ τὴν εὐδοκίαν τῦ θελήματος, Eph. I, 5. et 11; sed per modum *obiecti* vel *materiae circa quam*, vt dicatur: *Propositum Dei, quod est circa electionem*, vel *illud propositum, qua electionem, stabile manere*, vt bene B. Varenius *h. l.* et alii nostrates Theologi obseruant. Nec minus explicationem vocum κατ' ἐκλογήν *in sensu obiectiuo* docte illustrat Henr. Hammondus *h. l.* ex significatione ebraeae vocis בחר *elegit*, quae non solum significet *eligere* aliquem, sed et *praeferre*, qua de causa non modo verti ἐκλέγειν, sed etiam προαίρειν, notante pariter Grotio. vt Deut. VII, 6. X, 15. item Prou. I, 29. *eligere timorem Dei* est illum amori mundi praeferre. Hinc porro infit: ἐκλογή significat hic *praelationem*, et phrasis ἡ κατ' ἐκλογὴν τῦ θεῦ πρόθεσις *est Dei propositum, quo vnus alteri praefertur*, siue *quoad hanc praelationem vnius prae altero.* CAP. IX.

v. 12.

Ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι] *Maior seruiet minori.* quomodo? num *ciuiliter* an potius *spiritualiter?* Audiamus hic insignem, ad mentem Spiritus S. et εἰς τὸ ἐπιστομίζειν τὰς ἀντιλέγοντας nulla solidiorem expositionem B. Winckleri *l. c. p. 69. seqq.* Jacob erlanget die Verheissung für sich und seine Nachkommen / dergestalt / daß der Grössere ihm dienen soll / nicht eben mit einem Politischen Dienst und unterthänigkeit / denn dergleichen achtet GOtt in der Sache seiner Kirchen nicht hoch: So hat auch Esau für seine Person den Iacob nicht gedienet / auch nicht also die Nachkommen Esaus denen Nachkommen Iacobs, 2. Sam. VIII, 14. 1. Reg. XI, 15. 16. 2. Reg. XIV, 7. als wol diese Verheissung in ihren Reichthum anzeiget: So würde auch der Apostel diese Zeugniß als einen bündigen Beweiß in einer geistlichen Sache nicht anführen / wenn der Spruch nur von einem Politischen Dienste handelte: Zugeschweigen / daß das Grund-Wort יעבוד sehr offt von dem religieusen Dienst in heiliger Schrifft gebrauchet wird / über dieses erkläret es Isaac im Geist durch den Dienst der Fußfälligkeit / Gen. XXVII, 29. **Völcker müßen dir dienen** (יעבדוך) **und die Leute müssen dir zu Fuße fallen** (וישתחוו) Endlich verbindet sich dieses Zeugniß mit dem folgenden / welches handelt von der Liebe Iacobs, derer Ursache nicht etwas leibliches / sondern geistliches ist. Daher Iacob in diesem Orte anzusehen / als der die Verheißung des Messiae und der Kirchen hat: gleichwie von Abraham stehet in dir / das ist in dem Messia. Also auch hie / der Gröβer soll den kleinern

Cap. IX. dienen / in so ferne nemlich / als der kleinere den Messiam hat. Daß aber Esau soll dem kleinern dienen / und also seinen GOttes-Dienst / Kindschafft GOttes ꝛc. nicht gründen auf seine Erst-Gebuhrt / oder derselben Würde und Wercke / sondern soll sich an Iacob und dessen Verheissung und GOttesdienst halten / und in so ferne sich nicht scheiden / und mit seinen Nachkommen ein von Iacob geschiedenes Volck anrichten / ist ein Beweiß / theils daß GOtt den Esau nicht absolut gehasset / und verworffen / sonst hätte er ihn nicht an den Messias und dessen Dienst gewiesen: theils daß Esau und seine Nachkommen im Kampff und Scheiden sich finden lassen / und zwar aus der Vorschützung und Einbildung des Seegens und Vorzugs der Erstgebuhrt vor Isaac, wie er denn des wegen auff Iacob erbittert wurde: Esau war Iacob gram um des Seegens willen / damit ihn sein Vater gesegnet hatte / und sprach in seinem Hertzen: es wird die Zeit bald kommen / daß mein Vater Leide tragen muß / denn ich will meinen Bruder Iacob erwürgen / Gen. XXVII, 41. Welche Gramschafft / ob sich gleich Esau selbst noch in seinem Leben bekehrete / sich auf seine posterität so fort pflantzete / daß sie von Iacobs Hauß und Kirche sich zweiete / wie aus Num. XX. und andern Oertern der Schrifft mehr zu sehen / daher GOtt den Esau, in so ferne und in solchem respect als er auf das Heil. Geblüt und Erstgebuhrt trotzete / nicht liebete / wiewol er ihm seine seeligmachende Liebe antrug / und sagete: **Der Grössere soll dem kleinern dienern.** Aus diesen aber schließet der Apostel sehr klar / daß nicht alle Israëliten seyn / welche nach dem Fleische gebohren ꝛc. folgen-
„der maßen: Welcher des H. Patriarchen Geblüte hat / und in denselben die Erstgebuhrt / und die ordentlichen Rechte derselben / iedoch „in der Sache der Kindschafft Gottes deswegen im geringsten nicht „angesehen / sondern an dem / der die Verheissung des Messiae hat / „gewiesen wird / der ist ein Beweiß / daß nicht die Kinder nach dem „Fleische Erben sind / Esau hattte das alles / und wird doch gewiesen an den Iacob. Ergo. Hac hactenus in suo pleno nexu non mutilate adducere volui, praesertim cum scriptum illud non sit vbiuis obuium. Nec possum non etiam apponere, quae ad v. 13. *de amore Iacobi et odio Esaui* praeclare edisserit h. m.

v. 13.

Jacob habe ich geliebet / Esau aber habe ich gehasset. Dieses Zeugniß ist genommen aus Malach. I, 2. allwo GOtt seine Liebe gegen Israel erkläret / und schlechter Dings saget / **ich habe euch lieb** / welches billig von der höhesten Liebe anzunehmen / die in Christo Jesu ist. Eph. I. **Er hat uns geliebet in dem Geliebten.** Dieses sein erklären beweiset GOtt mit dem angeführten Spruch / daher denn folget / daß die Liebe gegen den Stamm-Vater Israel keine andere / als die in Christo ist / sey / welche nicht ist absolut / denn so wäre auch Esau absolut gehasset / und wann dem also / wäre er nicht an den Dienst Jacobs gewiesen: sondern es ist eine Liebe zu Jacob / in so fern er Christum hatte / und folglich eine allgemeine Liebe gegen alle / die Christum haben. Gleichwie aber Jacob Christum hatte / nicht aus der Würde des Fleisches / sondern aus der Gnade / also auch die Gläubigen. Dahero im Gegentheil der Haß GOttes gegen Esau zuerkennen / daß er sey ein eigentlicher Haß / weil der Buchstabe es saget / von welchem ohne Noth nicht abzugehen. Es ist ein Haß / welcher der Liebe GOttes in der Sache der geistlichen Kindschafft entgegen stehet / und also nicht bloß ein Haß in zeitlichen Dingen: und ob wohl nicht zu leugnen / daß שנא und **hassen** von einen mindern hassen in der heiligen Schrifft gebrauchet wird / so ist es doch ein Haß / der die Liebe / die der andere hat / in so ferne mindert. Weil nun GOtt Jacob mit der Liebe / die auff die Verheißung Christi sich gründete / liebete / so haßete GOtt auch den Esau im Gegentheil mit einem zornigen Haß / nemlich in so ferne Esau dem Göttlichen Wahl-Fürsatz seiner Erstgebuhrt nachsetzete / und nicht Jacob in Christo / oder Christo in Jacob dienen wolte: Wie damahls der Prophet die Nachkommen Esaus vor sich hatte / welche auch von harter Straffe GOttes / die ihre Gebirge öde gemacht / und ihr Erbe denen Drachen der Wüsten gegeben / sich noch nicht zu der Kirche Israels einfunden / sondern GOtt zu Trotz ihre Städte wieder bauen wolten / Mal. I, 3. 4. Und ob man sagen wolte / **GOtt habe Jacob geliebet / und Esau gehasset / ehe die beyde gebohren / und weder gutes noch böses gethan hatten** / so folget doch nicht daß solcher Wahl-Fürsatz absolut, und ohne Vorhersehung des Glaubens und Unglaubens sey. Denn das folget nicht / weil GOtt in seinem Wahl-Fürsatz die leibliche Gebuhrt und das Thun und Wercke

aus

Cap. IX. aus den Ursachen der Wahl ausschliesset/ daß er auch Christum / seine Verheißung / und den Glauben nach der Vorhersehung ausetze. Gleich wie es nicht folget / wann ein Printz / wie David / gerne treue Diener hätte / er fraget aber nichts nach der Adelichen Gebuhrt und andern Qualitäten/ daß er auch nicht auff Treue sehe. Wir gestehen den Reformirten gerne / daß GOtt in der Wahl nicht auff Natur/ Geblüt und Wercke sehe / sondern seine Gnade macht uns zu seinen Kindern nach der Vorhersehung ehe wir gebohren / und ehe wir etwas gutes oder böses gethan: Aber das können wir ihnen in Ewigkeit nicht zugeben / daß GOtt es thue / ehe und bevor seine Allwissenheit unsere auffrichtigen Glauben an die Verheißung gesehen/ und kan das Gegentheil aus diesem Texte nicht geschlossen werden; Denn Er spricht nicht: **Ehe die Kinder geglaubet oder nicht geglaubet/ oder / ehe GOtt den Glauben und Unglauben vorher gesehen**/davon eigentlich unter uns die Frage ist/ sondern **ehe die Kinder gebohren / und weder gutes noch böses gethan hatten.**

Ex quibus hactenus ἀναντιῤῥήτως et luce meridiana clarius patescit, neque ῥηθῶς neque ἐπομένως in tribus illis versibus 11. 12. 13. quicquam agi de *absoluta electione ad vitam aeternam aut reprobatione.* Frustra igitur vel nouissime magno molimine et apparatu *reprobationem Esaui* defensare aggressus est Ioh. Marckius *Dissertatione scripturaria IV ad Gen. XXV, 23. § 12. — 23. inclus.* Nec Iurius in Reformatos fuit iniurius, quando eum pro reprobato haberi repugnat. *Hi duo homines*, inquit, *fuerunt typi liberrimae et reconditissimae gratiae. — — — Certus sum ego, fore temeritatem et defectum caritatis, ex Rom. IX concludere reprobationem et damnationem Esaui.*

v. 15.

ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.

Quae verba Clericus *h. l.* ex ebraeo ita vertit: *Ei faui cui fauebo, eius misertus sum, cuius miserebor.* vbi alterum verbum, addit, est in futuro, alterum in praeterito. Nescivit ne vero hic Criticus וְרִחַמְתִּי et וְחַנֹּתִי habere tonum in vltima, adeoque haec praeterita hic ob ו conuersiuum esse facta futura? sed noluit scire ob suum πρῶτον ψεῦδος *de punctorum et accentuum nouitate*, ideoque non curat. Cur are tamen debuisset, quod Apostolus

Apoſtolus omni exceptione maior maiorem illis auctoritatem tribuerit, reddendo per futura ἐλεήσω, οἰκτειρήσω. Sed valeat hic cum ſui ſimilibus. Aliquanto melius vertit cum Anglis Wittichius *h. l. p. 385. miſerebor, cuius miſerebor, et gratioſus ero, cui gratioſus ero.* quomodo et B. Caloüius *h. l. p. 160. a.* et D. Heroldus *tr. c. p. 87. 93. 97.* Peius autem iſte explicat *p. 418. Ego actum miſericordiae exercebo ergo eum, erga quem exercere ab aeterno conſtitui, et actum gratiae itidem exercebo erga eum, ergaquem gratiam exercere conſtitui ab aeterno.* Deus enim ab aeterno decreuit *omnes χαρίσασθαι gratia proſequi in Chriſto* ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, Eph. I, 6. coll. v. 4. 5. et *omnium incredulorum miſereri*, Rom. XI, 32. *bonus eſt Iehoua omnibus, et miſerationes eius ſunt ſuper omnia opera eius*, Pſ. CXLV, 9. Quoad Lutheri ſverſionem verba *gratiae et miſericordiae* poſteriori loco commode ſecundum *veram naturam et conditionem* ſumi poſſunt, h. ſ. welchem ich gnädig' bin / dem bin ich gnadig / und welches ich mich erbarme / des erbarme ich mich / hertzlich / aufrichtig / ohn allen Verdienſt und Würdigkeit. Quomodo ſumitur תשוב iteratum Ier IV, 1. wilt du dich bekehren zu mir / ſo bekehre dich recht. ita vi interpunctionis authenticae. Verumtamen cum in graeco in vtroque membro *futurum* ſequatur *praeſens*, quo alterum futurum in ebraeo exprimit, quidni ductum Apoſtoli κατὰ πόδα ſequamur? quemadmodum Syrus, ſic facilis nec vllo modo dura ſonaret haec verſio: Ich will ferner gnädig ſeyn / dem ich gnädig bin / und ferner mich erbarmen / des ich mich erbarme. Deinde et hoc probe obſeruandum eſt cum B. Wincklero, hoc dictum, ex Exod. XXXIII, 19. petitum, de *extraordinaria Dei gratia* agi, quam ſententiam pulcerrimam et memorabilem omnino celeberrimi viri vocat celeberrimus non minus D. Fechtius *in praef. commentarii Vareniani in Ieſaiam. pl. L. b.* Merebuntur igitur ipſa ipſius verba hic commemorari: Dieſer Spruch handelt von der außerordendlichen Gnade GOttes / wie zu ſehen theils aus der Verbindung mit dem nechſt vorhergehenden / da Moſes etwas ſonderliches / nemlich GOttes Herrligkeit zu ſehen / begehret / und daher auch dieſes eine Antwort zu Moſe allein / und nicht zu dem Volcke iſt / wie der Apoſtel deswegen auch bedenklich ſetzet: Er ſpricht zu Moſe: theils / weil GOtt von dieſer Gnade anders als von der ordentlichen redet / von dieſer heiſſet es: auf das er ſich aller erbarme / Rom. XI, 32. So gar / daß kein Spruch wird anzuführen ſeyn / da GOtt von

CAP. IX.

Cap. IX. der ordentlichen Wahl so redet / als hie zu Mose: theils / weil keine andere Verbindung mit dem vorigen / als dieser / seyn kan. Daß aber der Apostel eben diesen / und nicht andere gleichlautende Sprüche in dieser Sache angeführet / ist nicht vergeblich geschehen; denn damit wil er desto mehr beweisen / wie sparsahm GOtt mit seiner extraordinären Gnade sey / daß / da er sonst mit Mose, als ein Freund mit dem andern / redet / doch da derselbe etwas extraordinäres begehret / ob es GOtt ihm gleich etlicher maßen wiederfahren ließ / wolte er doch seine Freiheit vorher liberiren, um bey iedermann das Nachdencken zu erwecken / so GOtt mit seinem so nahen Freunde so procediret / so könte vielweniger einander dergleichen begehren.

v. 16.

Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεῶντος θεοῦ.

Haec prone et legitime ex antecedentibus consequuntur vi particularum conclusiuarum ἄρα οὖν, et docent, in ordinaria Dei gratia et misericordia ad ἐυδοκίαν esse acquiescendum, extra quam omnem hominis vel optimam intentionem intensissimamque actionem ad acquisitionem extraordinariae gratiae, in qua Deus prorsus liberrime disponit, absque vlla iniustitiae vmbra, esse longe insufficientem et frustraneam. Discimus hoc in exemplo *Esaui*, ad quem Apostolus in τῷ *velle* et *currere* procul dubio respicit. In eo enim vtrumque hoc erat ad praeoccupandam benedictionem patris, volente etiam patre. Et quia res illa in carne ferina posita erat, idcirco Esauus currebat, quodsi hic Deus extraordinariam feram in manus eius incurrere fecisset, primus praereptor benedictionis paternae exstitisset. At incassum currebat. Cui illa adiudicata erat, is prius illa potiebatur quam Esauus.

v. 17.

Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ. ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

Particula γὰρ indicat rationem prioris. Vorher hat der Apostel gesagt / sunt iterum verba accuratissimi Winckleri, daß außer der ordentlichen Gnade / alles was ein Mensch wil und thut / vergeblich / und also auf den erbarmenden GOtt alleine ankomme. Dieses wil der Apostel ferner beweisen mit dem / was GOtt zu Pharao sagte. Dieser Pharao schlug die angebotene ordentliche Gnade aus / und machte sich

also

also mehr würdig des göttlichen Zorns; GOtt gieng außerordentlich mit ihm um/ohn daß ers begehret hätte / oder darum gelauffen wäre/ sondern vielmehr das gegentheil wünschte. GOtt aber that es in respect des Pharaonis aus pur lauterer Erbarmung / **darum hab ich erwecket/ daß ich an dir meine Macht beweise.** In respect aber des Entzwecks/welchen GOtt hatte / war es die Verherrlichung seines Nahmens: **Und mein Nahme verkündiget werde in allen Landen.** Woraus erscheinet / wie klar dieser Spruch ein Beweiß des vorigen ist. CAP. IX.

ἐξήγειρά σε) B. D. Ioh. Maior *in disput. super h. l. Ienae 1637 habita* exponit: *ante totius mundi oculos proposui, et in arenam produxi te.* Et fere eodem modo explicat B. D. Menzerus *in analysi c. IX ad Rom. tom. I. dispp. Gieff.* Hanc sententiam etiam tuetur Theophylactus, qui ita vertit: εἰς μέσον σε ἤγαγον *in medium produxte*, i. e. explicante Hammondo, produxi te vt hominem, in quo exemplum edere decreui. Cui veto ἐξεγείρειν hic est *periculo eripere, liberare*, sicuti vsurpetur Iac. V, 15. de *periculo morbi.* et sic respondere voci ebraeae Exod. IX, 16. Theophylactum iuxta expositionem Hammondi sequitur Dn. D. Ad. Heroldus *tract. cit. p. 104.* ita reddens: *ideo constitui te in exemplum.* Enimuero quum ista explicatio verbi ἐξεγείρειν videatur longius petita, nec satis probata, quum aliud sit excitare, aliud in *scenam* vel *exemplum producere*, nec ante datae connexioni genuinae respondeat, praestabit omnino propriam istius verbi significationem tenere, eo quod Apostolus videtur non sine graui causa tam emphaticum verbum ἐξήγειρα in hoc negotio adhibuisse, non secutus hic, vt alias, ἀπολέσει τὰς ἑβδομήκοντα. qui verbum ebraeum transtulerunt: διετηρήθης *conseruatus es*, sensumque huius difficilis loci verbis rursus laudatissimi Winckleri, cuius profundam doctrinam theologicam ex ore et scriptis maximi facio, euoluere h. m. Es hält dieser Spruch in sich (1) das erbarmen GOttes. (2) Des Erbarmens End-Uhrsache. (1) **Das Erbarmen/ darum habe ich dich erwecket** ꝛc. Daß Hebräische Wort העמדתיך lautet: **darum hab ich gemachet / daß du stündest.** zum Beweiß / daß er gefallen / und so bald gestorben und verdammet worden / wegen seiner Boßheit wieder GOtt/ wo ihn GOtt nicht erhalten/nicht nach der Gerechtigkeit / nach welcher er fallen solte / sondern nach der Barmhertzigkeit GOttes. Nach GOttes Gerechtigkeit war der Pharao so offt

Cap. IX todt / als er ihm wiederstunde / und würde unfehlbar der Tod erfolget seyn. Nach GOttes Barmhertzigkeit stund er wieder / und war moraliter eine neue Auferweckung / welches die LXX interpretes und Paulus uns zuerkennen geben. Gleichwie die Erhaltung der Creaturen die Schrifft ein Schaffen nennet Ps. CIV, 30. Ies. XLI, 20. weil ohne Gottes Krafft sie nicht würden bleiben / und wenn sie bleiben / solches gleichsam eine neue Schöpffung ist. (2) **Des Erbarmens End-Ursachen.** Die **Erste** ist: die Beweißung der Macht GOttes: **daß ich an dir meine Macht erzeige.** Das Grund-Wort deutet auf einen Beweiß / welche solche Macht gleichsam mit Fingern weiset und euident vorstellet / ἐνδείξωμαι, daß ich klar und deutlich zeige. Dergleichen Beweiß war gegen Pharao erwiesen. GOtt remonstrirete es ihm erstlich durchs Wort / und solche war die Beweisung der Macht und solcher Wunderwercke GOttes / die keine andere / als Göttliche Macht / warhafftig und unbetrüglich wircken konte. Auß welchen auch die Macht GOttes so evident in die Gewißen einleuchtete / daß die klügste und ärgste in Aegypten musten sagen: **hier ist GOttes Finger.** Wie denn der Apostel bedencklich spricht: ἐν σοὶ **in dir** / um zu zeigen / daß diese Macht sey in das inwendige ihrer Seelen beweißlich gekommen. Gleichwie nun aller Beweiß der Göttlichen Krafft in uns zu unser Bekehrung angesehen; also auch dieser / welcher um des Gehorsams des Pharaonis gegen GOtt / und also um seiner Bekehrung willen geschahe / und daher dieser Spruch gantz ungereimt eine absolute Verstoßung daraus zu erzwingen angeführet wird. Des Erbarmens andere End-Ursache ist die Kundmachung des Göttlichen Nahmens: **und mein Nahme verkündiget werde in allen Landen.** Der Nahme GOttes welchen er solcher Gestalt wolte kund machen / ist der Nahme seiner Gnaden in Christo. Das zeiget der erste anspruch GOttes: so saget der Herr / der GOtt Israel / laß mein Volck ziehen / daß es mir ein Fest halte Exod. V, 1. Nun aber heißet GOtt **der GOtt Israelis** wegen der Verheißung von Christo / und wegen des durch Christum gemachten Bundes. Diesen Nahmen wil GOtt kund machen / und machen / daß man fleißig davon rede / סַפֵּר, gleichsam als sey man dazu gesendet und beruffen / διαγγελῇ, daß man / und zwar **in aller Welt** davon rede:

Welches

Welches ein starcker Beweiß der Ernstlichen Liebe GOttes zu aller Menschen Seligkeit ist. Daß aber GOtt nicht spricht: auf daß meine Macht kund werde / sondern **mein Nahme** / solches ist ein Beweiß / theils / daß es GOtt mehr um die Kundmachung seines Nahmens / als seiner Macht zuthun ist / theils / daß die Wunder und Wercke der Göttlichen Macht keinen andern / als den Evangelischen Entzweck haben. Diesen suchte GOtt damahls an aller Welt desto durchdringender / als Egypten wegen seiner Weißheit und Herrligkeit zu der Zeit in aller Welt berühmt war / und dahero desto geschwinder und kräfftiger / was an Egypten geschahe / kund würde. Daß wir daher sehen / die Wunder-Gnade GOttes erzeige sich nicht wol eher / als wenn ein grosses Werck zu GOttes Ehren verhanden / weswegen diese Wunder-Gnade in geringen Sachen weder zu begehren / noch so sie praetendiret wird / vor gewiß anzunehmen ist. CAP. IX.

v. 18.

Ἄρα γε ὃν θέλει, ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει.

In diesen Schluß wird zweyerley geschlossen / pergit idem vir optimus, aus dem beyden angeführten Sprüchen. Aus dem Ersten: **Welches ich mich erbarme / des erbarme ich mich** / wird sehr klar geschlossen / **so erbarmet er sich nun weßen er wil** / und ist von der außerordentlichen Gnade zuverstehen. Aus dem Exempel Pharaonis, **Darum habe ich dich erwecket** / schließet der Apostel das andere: **Und verstocket welchen er wil.** GOtt verstockte Pharao nicht durch seine in ihm wirckende Krafft des Bösen / denn was GOtt that / war eine demonstration zur Bewegung des guten / sondern durch die Verschonung und wiederholete Beweisung seiner Güte und Krafft / an welcher der Pharao sich verstockete / gedenckende / weil GOtt so gütig ist / daß er verschonet / die Straffe aufhebet / und das so offt / so würde es im übrigen auch nichts auf sich haben / wenn er nicht folgete. Daß nun GOtt dem Pharaoni so lange zugesehen / stund bloß bey GOtt / und ist nicht zum Exempel anzuführen / daß er es einem andern auch so thun werde / daher spricht der Apostel: **Er verstocket welchen er wil.** finden also die Reformirten in diesen Versiculn nichts zu ihren Behuff zu der praedestination, weil unter ihnen und uns die Frage nicht ist von der extraordinären / sondern von der ordentlichen Gnade. Da man nun GOttes Verheißung vor sich hat / ach so wage man es doch

CAP. IX. nicht mit Verachtung dieſer auf etwas ſonderliches. Wer wolte es wagen / da man ein Schiff hat über das Meer zu fahren / ſolches aus zu ſetzen/und ſich unterwinden wollen zu Fuß darüber zu gehen / weil Petrus ehemahlen auf dem Meer gegangen ? Eben ſo thöricht und vermeſſen iſt / das Wort GOttes aus den Augen zu ſetzen / das uns GOtt zur Buße und Glauben gegeben/ und ſeine Seeligkeit auf eigen Gutdüncken/ Einbildung / ja einer Hoffnung zu künfftiger ſonderlicher Gnade GOttes bauen? Geſetzt / GOtt thäte einem was beſonders/ ſo ſiehet man an Pharao, daß man auch dieſes ausſchlagen / und ſich darüber nur mehr verſtocken kan. Ceteroqui Deus dicitur *indurare* 1) non ἐνεργητικῶς, vti Ezech. XXXIV, 16. *oues infirmas conſolidat*; nec 2) αἰτιολογικῶς, vti Ezech. XXX, 24. *brachia Regis Babyloniae roborauit*, et vt Eglonem Regem Moabi Iud. III, 12 ; neque 3) Deus indurat impios, quomodo *Ezechielis faciem dedit vt adamantem et ſilicem*, c. III, 9; ſed (α) *iudicialiter*, quando vt iuſtiſſimus iudex ſcelera punit. (β) *deſertiue*, dum praefracte impiis gratiam ſuam indebitam ſubtrahit, neminem tamen prius deſerit, niſi prius deſeratur. (γ) *negatiue* non emolliendo. (δ) *permiſſiue* dum Satanae permittit, vt eos induret et excoecet, vel in reprobam mentem dati ſeipſos magis magisque indurent. Denique (ε) *determinatiue*, non ſolum determinando *quam diu* et *quousque*, (non enim illa induratio ſemper fit finaliter], ſec temporaliter, coll. Ieſ. LXIII, 17.) ſed etiam *quoad fines bonos*, tum ratione *Dei*, tum ratione *hominis*.

v. 19.

Τί οὖν μέμφεται; τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;

Μέμφεται) Verbum eſt emphaticum talem notans incuſationem, quae cum graui indignatione eſt coniuncta, vt accuſationis vix detur finis, quod vernacula noſtra exprimit Keiffen / belffern. Conf. Marc. VII, 2. Syr. XI, 7. XLI, 10. Eiusmodi etiam eſt verbum, quod in vita ciuili non poteſt aliquis vti erga ſuperiorem, cui reuerentiam debet. Sic non audent liberi erga parentes dicere; ihr keiffet und belffert den gantzen Tag etc. Quanto minus homo erga Deum. Dum igitur Iudaei h. l. non verentur erga Deum hoc vocabulo vti, certiſſimum eſt iudicium animi malitioſiſſimi contumaciſſimique. Vid. Winckler. *h. l.* Qui etiam optime quoad cohaerentiam obſeruat, verba: *voluntati eius quis reſiſtere poteſt?* in fonte

fonte esse clariora: **Wer hat seinem Willen wiederstanden?** CAP. IX.
Wer? nemlich von uns / mit welchen du redest. Reden demnach die Jüden so / daß sie das gantze Volck der damahligen Zeiten dem Apostel für die Augen stellen / und dabey so Keck seyn / daß sie sich getrauen er werde unter den gantzen Volck nicht einen eintzigen finden / von dem er sagen könne: er habe GOtt wiederstanden. Darum rühmen sie: **Wer hat seinem Willen wiederstanden?** und das nicht ohne Schein. Denn sie sehen auf das unmittelbahre angeführte Exempel Pharaonis, von welchen sie wol wusten / daß er GOtt wiederstanden: sie hielten sich aber nicht so böse / als Pharao war / denn Pharao wiederstund Mosi in seinem Wort und autorität: Die Jüden ob sie gleich Mosis Wort nicht recht gläubten / hielten gleichwohl Mosis autorität hoch: Wir sind Mosis Jünger / wir wissen / daß GOtt mit Mose geredet / Ioh. IX, 28. 29. Pharao wiederstund dem gantzen Volck GOttes: diese achteten sich des Volckes GOttes zu seyn. Das war ein Schein / das sie meineten / keiner wäre unter dem Volck wie Pharao, da sie doch im Grunde ärger waren. Denn Pharao wiederstund dem Diener altes Testaments / diese dem Herrn / und dem Mittler Neues Testaments. Pharao wiederstund dem Volcke / welches die Fürbilder entfahen solte / die Jüden aber dem rechten Israel nach dem Geist / welcher das Wesen der Güter hatte. Pharao wiederstund den horriblen und nur etlichen Wunder-Wercken / die Jüden einem solchen willen GOttes / der durch seinen eigenen Sohn die allerliebste / allerangenehmste / Liebreichste / und mit allen Willen anzunehmen würdigste / und fast unzehlige Wunder-Wercke wirckete / um sie durch solche große extraordinäre Gnade zubekehren.

v. 20.

Ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ) Verbum notat talem, qui non solum ad propositam quaestionem iuris audet respondere, sed etiam ad sufficientem remonstrationem, et euidentem conuictionem audacter reponere, replicare, vi praepositionis ἀντὶ *contra*. conuenit cum phrasi ebraea Iesa. XLV, 9. vbi eiusmodi homo vocatur רָב אֶת־יֹצְרוֹ *ligitans cum formatore suo*. Tales erant hic Iudaei. Der Apostel hatte die Rechts-Frage wieder sie erördert / daß nicht das Geblüte / sondern die Güte

GOttes

Cap. IX. GOttes die Ursache der Göttlichen Kindschafft wäre: Und das mit solchen Gründen / die des Judenthums eigene waren / darüber hätten sie sich billig geben sollen. Aber sie antworteten: **Ist denn GOtt ungerecht?** der Apostel beantwortet die Frage abermahls mit unwiedersprechlichen Beweiß; die Jüden beruhen nicht dabey / sondern repliciren / wiewohl mit einen bloßen Boßhafften Wiederstand: **Was schuldiget er denn uns?** Hie gieng es recht ἀντὶ **entgegen**/ welches der Apostel ihnen vorhält / und damit auf ihre Replicam zur Gnüge antwortet. * * * * Entlich spricht der Apostel bedencklich: **mit GOtt** / nicht mit Paulo / weil die Sachen nicht zwischen Paulo/ sondern zwischen GOtt und den Jüden streitig waren / daher / ob Paulus gleich GOttes Recht ausführete/ nam er es sich doch nicht an. B. Winckleri *h. l.*

Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· τί με ἐποίησας οὕτως;) *Num dicit figmentum fictori: quid me feciſti ita?* Vis comparationis ab *artifice* deſumtae non ſita eſt in τῷ *facere ita*, ſed in *oblocutione facti*, idque vi connexionis.

v. 21.

Comparatio a *figulo* non latius procedit, quam ad demonſtrandum, hominem non decere Deo obloqui. Nec Apoſtolus illam applicat ad genus humanum, ſed ad hominem Deo ſuo obloquentem. Apoſtolus etiam ſe explicat in ſeqq. Vid. Winckerus *h. l.*

v. 22

Κατηρτισμένα) Bedeutet ein ſolches **zurichten**/ da etwas ſo ahrtig ausgearbeitet und zubereitet iſt/daß es ſich eigentlich dazu ſchiket und füget. Alſo heißen dann die ungläubigen / die GOtt mit großer Gedult träget / **gantz füglich zugerichtete** εἰς ἀπώλειαν, dieweil ſich an ihnen das gute / daß ſie erhalten könte v. g. die Krafft und Liebe des Worts ꝛc. gäntzlich **verlieret** und nur das Böſe ſich findet/ welches ja die genaueſte Bequemlichkeit iſt **zum Verderben.** Haec eleganter idem Winckerus. Peſſime Wittichius *h. l. p. 426.* ἐξηρτισμένα refert ad *Deum*: quamuis non diffiteatur, homines per ſua peccata magis magisque praeparari ad ἀπώλειαν. Sed *p. ſeq. 427.* melius: reprobi, dum contemnentes diuitias longanimitatis et benignitatis Dei, ſibi ipſis theſaurizant iram Dei in diem irae, praeparant ſe ad interitum. Ipſe quo-

que

que Hammondus expreſſe ad Pharaonem applicat, cum hac paraphraſi: *hoc notat, quod Pharao iam ipſe fuerit ad deſtructionem praeparatus, cum Deus hoc modo eum reiecerit.* CAP. IX.

v. 26.

ἐν τῷ τόπῳ) Eſt *locus gentium*, inter quas reliquiae X tribuum diſperſae erant: et in genere *locus quisque gentilis*, in quo habitabant peregrini, et a politia Iſraelis ſpiritualis remoti, Eph. II, 12.

ἐκεῖ) Magnam emphaſin habet h. l. aduerbium loci ἐκεῖ *ibi* ſcil. inter gentes. innuit enim euangelium inter gentes praedicandum, et quouis in loco terrarum Deum eccleſiam inter gentes collecturum, Luc. XXIV, 47. bene annotante D. Heroldo *tr. cit. p. 181.*

v. 28.

λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συτετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

Verba haec depromta ſunt ex Ieſ. X, v. 22. et 23. Videamus quomodo Apoſtolus cum Propheta in ſenſu conueniat? λόγον recte Grotius, Hammondus, Varenius, D. Heroldus *tr. c. p. 189.* aliique accipiunt pro *ratione ſupputandi*, *rationario*, vbi ſubtractis expenſis et acceptis exigua *ſumma*, ſiue κατάλειμμα *reſiduum* aliquod manet; itaque λόγον συντελῶν rationem *conficiens* reſpondet voci ebraeae כָּלָיוֹן, et ſynonymae ſequenti כָּלָה *conſummationi*, vel potius *ſummae confectioni*: συντέμνων *praecidens* ſcil ἐξὶ, reſpondet verbo ebraeo חרוּץ *praeciſe definita, decreta*: ἐν δικαιοσύνῃ *in iuſtitia* vel *per iuſtitiam*, in quo implicitum eſt ebraeum שֹׁטֵף *abundans* iuſtitia np. euangelica. Sequentia iam verba tam hic quam in ebraeo idem dicunt, mutatis ſaltem ad maius πάθος verbis. Vnde particula ὅτι non eſt incongrue in medio poſita, cum ad initium pertineat, vt Grotius putat; neque etiam ſecundum Hammondum eſt expletiua: ſed recte vt כִּי initiale v. 23. *aſſeueratiua, certe vtique.* Verſio itaque et ſenſus ita ſe habet:

Summam enim colliget et praeſcindet (a multitudine Iudaeorum incredulorum et reprobatorum) *mediante iuſtitia fidei*, quam recipiet, coll. c. XI, 17. vel ebraice:

Summa praeciſe definita erit, abundans iuſtitia. atque adeo haec *ſumma* fidelium Iudaeorum vtpote *vaſorum miſericordiae* reſpectu numeri *vaſorum irae* ἀναθεματιζομένων erit exigua, κατάλειμμα, et vt Apoſtolus v.

CAP. IX. seq. cum τοῖς ὁ ebraeum שריד *reſiduum* eleganter transfert *σπέρμα ſemen*, id que כמעט *ſecundum exiguitatem*, coll. Matth. XIII, 32. Additur iam in maiorem aſſeuerationem:

Certe, inquam, (ja/ich ſage) *ſummam* (in conſilio Dei) *praeciſam* (*exacte definitam*) *faciet Dominus in terra.* ebraice:

Omnino, inquam, *ſumma* (ונחרצת) *eaque exacte definita* erit: quam *Dominus Iehoua Deus exercituum facturus eſt in medio totius terrae.* Monſtrato ſic vtriusque textus pulcerrimo paralleliſmo, ecquis in graecis manifeſtam videt ταυτολογίαν? ſicuti vidit vir doctus C. M. Pfaffius *in ſupra cit. diſſert. Crit. p. 141.* et *p. 225.* quid repetitio iſta ſibi velit, non perſpexit, *cum nec in textu Ieſaiae ebraeo appareat.* Quae ſane non leuis eſt ἀβλεψία, nec debita ἐυσυνεσία textus ebraei in hemiſtichio vltimo verſus praecedentis 22. כליון חרוץ שטף צרקת quae verba cum illis verſus 23 Apoſtolus pro ſcopo ſuo commode compegit in vnum verſū, iſtaque exprimunt, vt clare monſtrauimus, haec graeca λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. Sed nec intelligit quid ſit συντελεῖν καὶ συντέμνειν λόγον *p. 122.*: et נחרצת nil aliud dicere, quam λόγον συντετμημένον. at perperam. λόγον exprimit nomen כלה: accedere etiam, quod verba ἐν δικαιοσύνῃ huc non pertinentia omittant praeſtantiſſimi quidam codices. aſt et hoc praue. Vnde exiſtimat, eligendam eſſe vel lectionem *codicis Alexandrini*, quam quoque genuinam arbitratur Millius, vbi λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ποιήσει ἐπὶ τῆς γῆς; vel *Theodoreti*, quam praefert: λόγον γὰρ συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. Sic belle eligitur ſpurium pro genuino, mutilum pro integro. Praeter fas igitur oſcitantiam librario dictanti impirgit. Quare fallit manifeſte in hoc exemplo Canon: *Librarius ſaepe dictauit, non, quae ſcripta erant, ſed quae cogitabat.* Et quid? ſi et reliqua examinentur, quod iam non eſt noſtri inſtituti. Huic Canoni opponimus alium Canonem noſtro loco apprime conuenientem, qui eſt *p. 223. Lectio, quam contextus requirit, eſt approbanda*; cumque *p. 246.* dicat: *omnes lectiones, quotquot hodie exſtant, leuis momenti ſunt, adeoque vix attendendae*: quare ergo hic temere attenditur?

v. 30-31.

Apoſtolum hic mediante formula tranſitoria proponere veram ſuam ſententiam, duplici theſi, ſcopum et clauem totius capitis complexa, conſtantem, optime obſeruat Dn. D. Heroldus *tr. c. p. 198.* propoſita pariter

ter laudati Hammondi praeclara hic loci mente contra socios in antecedentibus sedem absoluti decreti quaerentes h. i. m. *Vt igitur concludamus, dicendum, omne illud, quod hucusque* scil. ex Prophetis *probatum est (ad quam probationem omnia, quae in hoc capite dicta, referenda sunt tanquam praemissae, quae hanc conclusionem in his verbis formatam*, et *nullam* aliam *inferunt*) *hoc esse: quod gentiles, qui non sectati sunt iustitiam* (i. e. *qui non tali cum Zelo praetenderunt, se esse filios Dei acceptos*) *illam consecuti sint, fidem in Christum amplectendo.* In paraphrasi haec ita comprehendit: *Quicquid hactenus probaui, huc redit: nempe gentiles, qui iustificationis causa nequaquam contenderunt, neque se solos Deo gratos esse, fauoremque eius consecutos iactarunt, Christo credentes eam adeptos esse; qua de causa, cum antea idololatrae fuissent, iustificati sunt. Huc spectant, quaecunque in hoc capite dicta sunt, ex quibus hoc colligitur.* CAP. IX.

Κατέλαβε) Notat hoc verbum ex obseruatione Hammondi ritum, quo victores in certaminibus coronam scopo affixam, consensu tamen brabeutae, sibi rapiebant; quo sensu Apostolus etiam hoc verbo vtitur 1. Cor. IX, 24. Philipp. III, 12. 1. Tim. VI, 12. *Iustificatio* itaque erat βραβεῖον, quod omnes persequebantur, Iudaei eo exciderunt, quia eam via illegitima persequebantur, nempe per opera externa et legalia: quare et *impegisse* dicuntur v. seq. vt *cursoribus* interdum obtingit, et prouide gentes anteuerterunt eos.

v. 32.

Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου) *Quia non ex fide, sed tanquam* (*vere* exprimit ὡς Ebraeorum *veritatis*) *ex operum lege* supple ex praeced. διώκουσι αὐτὴν *quaerunt eam* iustificationem et salutem.

Προσέκοψαν) Bene Chrysostomus *in h. l. Impingitur, dum non attenditur, sed alio respicitur et inhiatur. Quoniam autem ad legem illi respexerunt, impegerunt in lapidem.*

v. 33.

Οὐ καταισχυνθήσεται) *Non pudefiet*, pro quo Ies. XXVIII, 16. est יָחִישׁ *festinabit.* Vbi docte obseruat Pocockivs *Not. Misc. Bibl. p. 11. f.* approbante et Hammondo *b. l.* verbum חוש antiquitus tres habuisse significationes sibi inuicem in rei natura affines, in lingua Arabica adhuc superstites, nempe *timere*, *festinare*, *pudore suffundi.* Qui enim *timet, consternatus* nunc hanc nunc illam viam *festinanter ingreditur: pudoreque*

CAP. XI *pudoreque* tandem *perfunditur*. Primam significationem sequuntur Chaldaeus et Syrus, secundam recentiores, tertiam LXX et Apostolus et Syrus. Ita et Petrus 1. Ep. II, 6. cum Syro.

CAP. XI.

v. 15.

εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου· τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν;

Sensus est: *Si enim reiectio eorum* (np. Iudaeorum induratorum occoecatorum v. 7. 8. lapsorum v. 12.) fuit *reconciliatio mundi*, (i. e. occasio reconciliationis, v. 11. coll. Act. XIII, 46. et ad *thesauros euangelii* v. 12. vocandarum *gentium*, coll. v. 12. vbi κόσμος explicatur per τὰ ἔθνα. Nam *Israëlitae* vnus erant populus, gentes vero ἀπηλλοτριωμέναι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραὴλ, Eph. II, 12. Col. I, 21. *mundum reliquum* vniuersum constituebant.) *quae* (quanti fructus erit] *assumtio*, (πληρώματος *multitudinis* Iudaeorum coll. v. 12.) *nonne*, vel *certe* (vti אם לא Gen. XXIV, 38) erit *vita ex mortuis* vel *mortuorum* scil. gentilium, coll. Eph. II, 1. 5. Luc. XV, 32. 1. Ioh. III, 14. In hac apostrophe ad gentiles v. 13. coepta reassumit Apostolus ex v. 12. aliis saltem verbis πρόσληψιν hanc: *Si Iudaei ob incredulitatem non fuissent reiecti, gentiles ad reconciliationem cum Deo non peruenissent*, respondendo rursus in hoc versu per inuersionem. Nam certe gentiles potius offendi potuissent exemplo incredulitatis Iudaeorum, vt nec ipsi reciperent Messiam, quem Iudaei, tanquam proprius Messiae populus, tantopere repudiarunt. E contrario si Iudaei credidissent, hoc ipso exemplo multo magis allici et inuitari potuissent gentiles, ita vt assumtio Iudaeorum gentibus magis salutaris fuerit futura, et vita ex mortuis, ita vt ex regno tenebrarum et mortis in vitam fuerint translatae.

v. 16.

εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα. Καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι.

Si enim primitiae sanctae sunt, *etiam massa* sancta est. *Et si sancta* est *radix, etiam rami* sancti sunt. Vult hic Apostolus commendare gentilibus reuerentiam erga Iudaeos, bonamque adhuc de iis spem, *quoniam adhuc*

adhuc sint sanctum semen, id quod hic probat. Per ἀπαρχὴν et ῥίζαν CAP. IX.
primitias, et *radicem* intelligit sanctos patriarchas, quibus facta est promissio: per φύραμα καὶ πλάδες *massam* et *ramos* posteros eorum fide eam apprehendentes. Non enim vt recte annotat Varenius *h. l.* hoc vult Apostolus: sanctorum patriarcharum posteros natura esse Dei filios, seu in diuino foedere: contra hanc enim opinionem grauissime disputauit c. IX. 7. 8. sed hoc innuit: Deum qui Iudaeorum maiores verbo et sacramentis ad regnum suum vocauerit, non ita in vniuersum omnes illorum posteros reiecisse, vt non, modo vere conuertantur, eos in gratiam velit recipere, coll. v. 23. cum vocatio et χαρίσματα Dei sint ἀμεταμέλητα, v. 29.

Coronidis loco

de Sabbatho δευτεροπρώτῳ

ex Luc. VI, 1.

subnectemus oppido doctam sententiam viri cl. Salomonis van Til ex *dissertatione de vero et iusto illius tempore* nuper anno 1708. habita nernose conceptam. *P. I. § 8. c. fin.* iuxta canonem Harduini Iesuitae doctissimi: *vbi duo numeralia coëunt, substantiua duo esse sub intelligenda*: δευτεροπρωτον idem esset ac δευτέρᾳ μηνὶ ⊙ πρώτου σάββατον *Sabbathum primum secundi mensis*. quia in *mense secundo Iiar* extra neomeniam et sabbatha hebdomadalia nullus dies feriatus in calendario iudaico aut lege Mosis notetur obseruandus; praeprimis quia vigebat tunc Iudaeorum messis triticea ante festum pentecostes (quod die sexto mensis tertii *Siuan* ex praecepto Dei celebrarum fuit) absoluenda. Si quis tamen malit compositionem ita resoluere, vt Lucas plura πρῶτα σάββατα supponens *alterum primum* in contradistinctione ad *primo-primum* dixerit, res eodem redibit: ita enim *primo-primum* anni erit absolute primum, et primum secundi mensis erit *secundo-primum* eiusdem anni. § 9. ita pergit; Scio equidem ab il. Scaligero, quem plurimi sequuntur, compositam illam vocem resolui in πρῶτον ἀπὸ τῆς δευτέρας: vt δευτέρᾳ hic notet secundum diem azymorum, quo manipulus hordeaceus offerebatur, prout vocatur apud Iosephum. Ast primo durior videtur viris graecae linguae peritissimis ista compositio, vt hic praepositio ἀπὸ inseratur. Hinc cl. *Christ. Scotanus* in annalibus N. T. mss: *vox δευτεροπρωτου non videtur ex analogia graeci sermonis ita resolui posse, quin aliena et inconueniens formatio fuerit.* Sane *Capellus* et *Grotius* iure desiderarunt similis formationis exemplum,

quale hactenus non protulerunt, nec facile proferent viri docti. Alterum, quod mouent contra sententiam Scaligeri est, quod Iudaei dies illos, qui inter secundum azymorum s. manipuli oblati et pentecosten intercedebant, non memorentur numerasse per sabbatha hebdomadalia. Imo contra monente Grotio ex lege patet, dies fuisse numeratos, sabbatha non item. quod etiam firmissime colligit ipse Sal. van Til, erroris prius Frischmuthum arguens. § 11. n. 2. contra Maldonatum ait, non verum esse quod asserat: *non licuisse falcem in messem mittere ante oblatas in pentecoste primitias*: oblatio enim paschalis ex *hordeo* fiebat, de fructibus nondum elaboratis: pentecostalis *ex panibus triticeis* de demessis et elaboratis: illa messem antecedebat, haec sequebatur, vt pluribus § 5. et 6. ostendit. P. II. § 9. Sabbathum illud *deuteroproton* (i. e. *mensis secundi primum*) incidit in mensis secundi Iiar diem 111. Aprilis vero XIV. ab oblatione manipuli XVII. id quod ex calculo astronomico demonstrat et confirmat. In epimetro euincit: hoc *sabbathum paschale* Ioh. V, 1. duas tantum hebdomadas Sabbathum deuteroproton ex sua sententia anteuertisse.

ΤΕΛΟΣ

Τῶν ἐκλεκτῶν ἱερῶν

INTEX

pro occasione breuiter illustratorum.

Genes. XXVII. 29. pag. 125
XLIII. 32. 41
Exod. IX. 16. 131. f.
XXXI. 17. 26
XXXII. 32. 120
XXXIII. 19. 128. 129
Leu. XII. 2. 87
Deuter. VII. 6. 125
X. 15. 125
XXIX. 18. 100
Iud. IV. 18. 19. 49
XIII. 19. 20. 49
II. Sam. VII. 14. 6
Iob. XXXIII. 24. 71
Psal. II. 7. 5
VIII. 6. 12
XXII. 22. 33
23. 15
LXXVI. 2. 108
LXXXIX. 52. 90
CX. 4. 51
CXVIII. 5. 33
Prou. I. 29. 125
Eccl. V. 5. 19
Ies. VIII. 17. 18. 15
X. 22. 23. 137
XIX. 21. 109
XXVI. 3. 83
XXXVIII. 17. 34
XLIII. 13. 5
LI. 6. 10
LII. 13. 20
LIII. 7. 57
Ier. IV. 1. 129
XXXI. 32. 61
Thren. I. 14. 97
Hos. XIII. 3. 104
Habac. II. 3. 4. 80. 81. 82
II. Macc. VI. 30. 93
Matth. V. 14. 41
VI. 24. 41
VII. 18. 41
XXVI. 50. 54
Marc. VI. 5. 41
IX. 39. 41
Luc. I. 2. 28
35. 78. 55
Ioh. I. 9. 76
III. 4. 41
Act. IV. 20. 41
XVII. 32. 111
XX. 32. 28
Rom. III. 23. 3
IV. 11. 117
VIII. 2. 55
I. Cor. IX. 13. 104
X. 21. 41
XIII. 12. 13
XV. 50. 16
II. Cor. V. 6. 102
17. 83
XIII. 8. 41
Eph. II. 2. 13
Philipp. III. 11. 111
Col. II. 16. 1
I. Thess. V. 5. 8. 83
I. Tim. II. 15. 118
I. Petr. I. 25. 12
III. 21. 86
II. Petr. III. 5. 117
7. 13
8 9. 91. f.
Apoc. VI. 9. 103

INDEX-

A.

Ἀγνοήματα num tantum sint peccata ignorantiae? p. 67
Accessio ad Deum nonnisi per *Schechinam.* 58
Ἀδύνατον quot modis dicatur? 41
Ἀιὼν vel Ἀιῶνες quid? 2. f.
Ἀνατάλλω significat et *germinare* 54
Ἀναλογίζομαι. 98
Ἀνάστασις νεκρῶν et ἡ ἐκ νεκρῶν idem 111
Anchora notat etiam *vncum* 45
Angelus mortis quis? 16. 17
Ἀντὶ *propter.* 57. f.
Ἀφέται qui? 37
Ἀφίημι non est verbum agonisticum. 37
Ἀπάυγασμα est vox relatiua. 3
Apostolus etiam dictus est pontifex V. T. 19
Appropinquare ex vsu scripturae quid? 43
Ἄρτι significat hoc mundi seculum. 13
Ἀρχιερεὺς an ab ἀρχὴ dicatur? 38

B.

בָּאֵי עוֹלָם quid? 76
בָּחַר significat etiam *praeferre.* 125
בְּיַד *per manum alicuius* de principali agente. 2
בָּעַל constructum cum ב *aspernari, negligere.* 61
Benedicere est vel proprie vel improprie dictum. 53
Βραχύτι sumitur *duratiue.* 12

C.

Cathecheseos primae summa ap. protoplastos quae? 37
Cathechetae quomodo Athanasio dicti? 36
Coelorum mutatio mundique interitus qualis? 10
Comparatiuae enunciationes. 62
Confessio peccatorum a summo sacerdote facta qualis? 76
Consummatio seculorum cur vocetur *tempus incarnati Christi?* 74

D.

Διὰ etiam notat *causam efficientem principalem.* 2
significat *in.* p. 117. διὰ τοῦτο denotat quoque *finem* et *ordinem.* 9
δικαίωμα quid sit proprie? et quomodo a δικαιοσύνη differat? 34. 35
Discere Christi non solum est *practicum* et *experimentale*, sed et *communicatiuum.* 34
Domus pro *familia*, et domum praeparare, exstruere, pro *generare.* 20
Δόξα *imago.* 3
Dubitatio pontificia refellitur. 79

E.

ἔγγυος quis? 56
εἰ *si* in iuramentis negat. 22
εἰς ἡμᾶς, ὑμᾶς, *nobis, vobis* ebraismus. 12
de. p. 55. *pro.* 68.
εἰσακούειν *iuuare, seruare* ebraismus. 33

ἐισέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον ebraismus. 76
εἰρηνικὸς *gratus* ebraismus, 99
ἔλεγχος quid? 84
ἐὰν *adiuxta.* ebraismus. 7
ἐξεγείρω.
Exspectare quomodo Deus dicatur? 77
ἐπικεῖσθαι. 69
ἐπισυναγωγὴ. 79
ὑπερίσατος. 95
λόμενα quae dicantur? 44

G.

γενόμενος *factus* quomodo de Filio Dei dicatur? 4

H.

Habere etiam dicitur ratione *vsus.* 65
חכה *exspectauit* quid proprie? 80

I.

ἵστημι de sacerdote V. T. emphaticum. 77

K.

Κάμνω. 98
Καταρλίζω 105. 136
Κόσμος num significet *rem abstrusam?* 76
Κῶλα etiam *cadauer.* 23

L.

λανθάνω const. cum nominat. 102
Legatus etiam dictus est Pontifex V. T. 19
Lex carnale mandatum vnde dicatur? 55

M.

Μακροθυμία quomodo aptius reddatur? 44
Mare rubrum vnde? 91
Μέμφομαι 134
Messias maior Mose et Angelis 20
Μετέχειν etiam actiue *se ipsum participem facere* 16
Μετριοπαθεῖν. 32
Mnistri *stare* et *sedere* quid notet? 59
Missae sacrificium refutatur. 75. 78
Mortem gustare quid? 14
mortis robur quid? 15
Mundi interitus qualis? 9. 10

N.

Νέφος metaphorice quid? 95
Neutrum genus ap. Graecos de personis. 53
ad integram orationem refertur. 77
aduerbialiter sumtum cum articulo facit adiectiuum, 80
loco substantiui. 118
Νῦν significat hoc mundi seculum. 13

O.

Οἷον. 121
Opprobrium Christi quid? 90
Ὀφείζειν. 108
Ὅσον 81

P.

Παραῤῥυῶ. 11
Παρεσις et ἄφεσις idem. 113

Partim-partim. 80
Περισσοτέρως etiam *excessiue* et superuacanee. 10. 11
פֶּסַח quid proprie significet? 91
Πλειων. 84
Ποιεῖσθαι de Christo quomodo dicatur? 20
Πόρνη. 92
Primogenitus dicitur *Messias* etiam Vett. Ebraeis. 8
Prope esse ex vsu scripturae quid? 43
Πρὸς etiam significat *de* vel *quoad*, *quod attinet*. 9
Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος *cum quo* nobis res est. 31
Προσοχθίζω. 22
Προσφέρω μαι. 98
Φωτίζεσθαι *baptizari* 41
Φωτίζειν *docere*. 42

Q.

Quies Dei die septima, et *quies Christi* quid innuat? 26. 27

R.

רֵי quid significet? 84

S.

Σαββατισμὸς. 26
Samael quis? 17
Seruire sanctis quid? 44
שׁוֹנֵא 92
Si in iuramentis negat. 22
Stare et *sedere* ministri quid notet? 95
Supra coelestia quae? et quomodo dicantur *mundari*? 73

T.

Τελειόω hellenistice *consecro* 14. 35
Tempus quomodo consideretur? 75
incarnati Christi cur vocetur *consummatio seculorum*. 74
תולדות quomodo accipiatur? 52
Τραχηλίζω. 30
Τύμπανον et Τυμπανίζω. 93

V.

Venire in mundum quid? 76
Vnctio quod habeat gradus? 83. f.
Vocatio coelestis quomodo accipiatur? 19

Y.

ὑπόστασις vnde? et quid? 83. f.

pag. I. lin. 13. leg. nucleo. p. 35. l. 4. adde Schomerum *h. l.* et Gusſetium *Comm. L. E. pag. 882. O. P.* qui etiam pro *ſatisfactione iudiciali* ſumit v. 16. et VIII. 4. ad Rom. p. 65. l. 26. leg. c. 5. pag. 87. l. 9. adde: de *fundatione ſeminis* ſ. poſteritatis pariter accipit Guſſetius *Comm. L. E. pag. 846. C.* p. 115. l. 26. poſt *donum iuſtitiae* claude parentheſin ante idem quod inceptam. p. 122. l. 14. lege *anaclaſis* in voce ἱσορρήλ.